XV
H.
23.

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XV
H
23
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMI
ET
REVERENDISSIMI
EPISCOPI
BARBASTRENSIS,
TRACTATVS.
DE COMPETENTIIS
IVRISDICTIONIS INTER CVRIAM
Eccleſiaſticam & ſecularem,& de Officio Cancellarij
Regnorum Coronæ Aragonum.

Digitized by Google



TRACTATVS DE COMPETENTIIS IVRISDICTIONIS

Inter Curiam Eccleſiaſticam, et Secularem:

Et de Officio Cancellarij Reg=norum Coronæ Aragonum.

AVCTORE

D.D. DIDACO ANTONIO FRANCES DE VRRVTIGOYTI, Olim Cancellario ſeu Iudice Competentiarum Regni Arago=num, nunc autem EPISCOPO Barbaſ=trenſi, à Concilijs nostri Catholici Regis Hiſpaniarum

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT

LVGDVNI

Sumpt. Philippi Borde. Laurentii Arnaud. et Petri Borde M DC LXVII

Cum Superiorum Permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google



NAPOLI

Google

DIVO
RAIMVNDO
BARBASTRENSIS
ECCLESIÆ
OPTIMO PATRI, CLARISSIMO EPISCOPO, ET NOVO ATHANASIO.

DIDACVS EIVSDEM ECCLESIÆ Succeſſor & Paſtor votis omnibus æternam felicitatem gratulatur.

SEXTVM Lucubrationum mearum Volumen, dulciſſimi voti reus, en ſiſto tandem tibi, SANCTISSIME RAYMVNDE; in fidei meæ vocem, in honoris vadem, inque amoris teſtatiſſimum pignus, & ſemper annaturum monumentum. Diu erat, quòd te adire & verebar, ſimul & optabam, tenuitatis meæ gnarus, non ignarus Benignitatis tuæ; ſed adire vacuus piaculum duxi. Erit mihi erga te gratum obſequium, quod olim à Deo iuſtum fuit Populo Iſraëlitico iniunctum præceptum: *Non apparebis in conſpectu Domini Dei tui vacuus.* Exo.23.15. Habeo præ manibus rude opus, leuidenſe Donarium tibi, ſed acceptum, vt ſpero, & iucundum, qui res penſare noueris ex affectu magis, quàm cenſu. Sextus ingenioli mei fœtus eſt, quem Benjaminum meum ſi dixero, rectè dixero; quippe illum mihi iam ſexagenario, pro Lucina obſtetricante, multus, & aſſiduus labor peperit, ad publicam (vti voueo) Eccleſiaſticæ, & Religioſæ Reipublicæ vtilitatem. Scis Librorum, & Liberorum, vti vnum fermè vocabulum, vnam, eandémque eſſe fortunam, dum naſcuntur, & funduntur in lucem. Liberis chriſtiani parentes tutelarem aliquem è Diuorum numero aſſignant, cuius auxilio pro-

telati, importuoſæ, & omnino fluctuantis huius vitæ procellas rideant, periculorum Scyllas, vitiorum Carybdes, frementium, ſempérque allatrantium Dæmonum Breuia, & Syrtes tutò prætemauigent. Par in Libros, ſeu Mentis Liberos Parentum, Auctorúmque ſuorum deſudare debet cura, eminere ſolicitudo. Quærant illis Angelum Lucis aliquem, cuius Nomine, & Numine ſecuri, Ariſtarchorum cauillos, Theonum dentes; Simorum, & Mimorum naſos, & criminandi malignam licentiam detriumpheut. Non me, non librum meum ego deſeram, mi Raimvnde, quando te nactus ſum laboris cuiuſcumque huius mei ſoſpitalem Diuum, & cœleſtem Mœcenatem. Tu illi opem, tu dextram dexteram, tu vmbram dabis auſpicatiſſimam. Tu liuidorum rictus, tu latrantium ora exarmabis. Tu, inquam, qui *Bona facere, & Mala pati*, Chriſtianum, & tuum puтâſti, dum Eccleſiam noſtram rexiſti. Tu, quem tot patiendi experimenta, compatiendi artem docuerunt, laboranti libro meo auxiliarem porriges manum. Etenim ſi Virgilianæ Didoni dicere licuit.

S. Bernard. ſerm. de SS. Petro, & Paulo.

Non ignara mali, miſeris ſuccurrere diſco:

Virg. lib. 3. Æneidos.

Tu in quem potentiſſimi Regis ira, & toti Stephani non Martyris, ſed facientis Martyrem lapides coniurârunt, miſeris & ſuccurrere ſcies, & certè voles. Lapides olim Stephanum ſuum coronârunt, in omen fauſtiſſimi Nominis. Tibi alius Stephanus fabricauit coronam, vt palmam martyrij alieno Nomine præferres. Cæterum, vt *Stephanus Leuita Charitatem*, Fulgentio teſte, *pro armis habuit & per ipſam vbique vicit*; tibi vt Stephanum vinceres perſequentem, arma Charitas miniſtrauit. Ille, *Charitatis virtute ſubnixus vicit Saülum crudeliter ſauientem*; & *quem habuit in terra perſequutorem, in Cœlo meruit habere conſortem*; Tu eiuſdem charitatis clypeo protelatus, viciſti Stephanum immaniter ferocientem. Vtinam quem habuiſti in Barbaſtrenſi Sede Perſecutorem, in cœleſti Arce merueris habere conſortem. Athanasivm dediſti nobis in Aragonia noſtra, pari cum illo Diademate coronandum. Ille Hæreticos, quod mirum videri non debet, Hoſtes expertus eſt; tu à Rege & Epiſcopo Catholicis impetitus es, & à propria Sede per vim, & omne Nefas exturbatus: maior ex hoc capite Magno Athanasio, nempè qui in eiuſdem Religionis Hominibus Heterodoxorum odia & crudelitatem inueneris. Hæret adhuc memoriæ illa dies, Barbaſtrenſi vrbi fatalis planè, & luctuoſa (&

S. Fulgent. ſerm. de S. Stephano.

— quis talia fando
— temperet à lacrymis?)

Virg. lib. 2. Æneid.

Quæ te nobis mœrentibus, & immerentibus abſtulit, nunquam heu!

heu! reddendum. Fretus Regis ſui fauore,& gratia Aduerſarius, & ambitione latiùs dominandi tumidus, de Pontificia te Sede, & Vrbe ignominioſè deturbat, quà exitur ad patrium flumen Verum, rectáque tenditur ad locum D. Hyppoliti Nomine conſecratum. Hinc eluctatus Colliculum, qui hodiéque breuem tibi dicatam Ædiculam veneratur; ex eius culmine conuerſus ad deſolatam, viduámque chariſſimo Præſule vrbem, eam, quando aliud non licebat, Epiſcopali Benedictione conſolaris. De Colle tuis, & qui te fidi comitabantur, lacrymis madido, profectionem, pedes, adornas ad Cœnobium Rotenſe, in quo perhumaniter exceptus à Canonicis religioſiſſimis, Epiſcopalem Sedem fixiſti, retento tamen Nomine (magnum magni erga Nos argumentum amoris) Epiſcopi Barbaſtrenſis. ô rem fœdam, retroactis ſeculis fortè inauditam; futuris, niſi Scriptorum fides teſtaretur, incredibilem! Epiſcopum Catholicum & Sanctiſſimum ab Epiſcopo Catholico pelli de Sede propria, cogíque peditem ire in exilium! Viciſti, Stephane, cane Io triumphe. Sed falleris: tu victus, tu detriumphatus es: vicit te Ambitio; vicit neſcia vinci RAIMVNDI conſtantia; tu innocentiſſimum, & Regio ſanguine clarum RAIMVNDVM ſine Equo, & ROTA ROTAM protundis: ſed virtus, quæ ſanctiſſimo viro militat, Rhedam illi quadrijugam & pulcherrimam commodat ad iter: IVSTITIA, PRVDENTIA, FORTITVDO, TEMPERANTIA, ſpecioſæ Raimundi Quadrigæ ſuccollarunt, quibus ille ſubnixus, non aureum Capitolium cum Romanis Imperatoribus, ſed religioſiſſimum Rotenſis Domus Cœlum inuectus eſt, magni adinſtar Eliæ, qui per Ieſabelis odia clarus, currum flammeum ab igneis iugalibus tractum à Cœlo accepit. Sed epiſtolam texo tibi, non Panegyrin, mi RAIMVNDE. Qua fronte, de gemmata ſtatione, in Cœlis rutilas; quibus oculis, de Beatorum Aula, tuam hanc vrbem dignaris, excipe, & aſpice librum hunc meum, vt excipiatur benignis Lectorum luminibus; & aſpiciat ſecurus communem Lucem. Nec Auctorem (ſcio) deſpicies, *in quo* (cum magno Leone affirmo) *& commendatarum tibi olim ouium cuſtodia perſeuerat, & cuius etiam Dignitas in indigno Hærede non deficit.*

Aynſa l.2. de los Santos de Hueſca, cap. 42.

S. Leo ſer. 2. in anniuerſario aſſumptionis ſuæ.

Tibi ex animo obſequentiſſimus,
& addictiſſimus,
DIDACVS, EPISCOPVS BARBASTREN.

APPROBATIO DOCTORVM.

ITA competenter, dignè, ac perdoctè *de Competentiis Iuriſdictionis inter Curiam Eccleſiaſticam, & ſecularem* pertractat Illuſtriſſimus D. D. DIDACVS FRANCES DE VRRVTIGOYTI, Epiſcopus Barbaſtrenſis, olim Cancellarius, ſeu Iudex Competentiarum Regni Aragonum, vt opus ipſius prœlo dignum, publicóque pervtile iudicemus, vtpotè nihil continens quod Fidei aut bonis moribus non ſit conſonum. Ita Nos infra ſcripti Almæ Facultatis Pariſienſis Doctores Theologi fidem facimus. Lugduni die Iunij prima, anno 1667.

F. PAVLVS LOMBARD,
Prouincialis Carmelitarum
Prouinciæ Narbonæ.
Fr. ELIAS VIAL, Carmelita.

CONSENSVS PROCVRATORIS REGIS.

VIſis Doctorum Approbationibus, non impedio Regis cauſa, quin Liber cui titulus eſt *Tractatus de Competentiis Iuriſdictionis &c.* Imprimatur à DD. Borde & Arnaud, huiuſce Vrbis Bibliopolis, cum prohibitionibus in hoc caſu fieri ſolitis. Lugduni die 4. Iunij 1667.

GALLIAD.

PERMISSIO.

VIſo Procuratoris Regis conſenſu, fiat vt petitur, & ne quis vltra conceſſam facultatem denuò excudat hunc Librum prohibemus. Datum Lugduni die 4. Iunij 1667.

DV-LIEV.

INDEX

INDEX QVÆSTIONVM,

Quæ in hoc volumine continentur.

QVÆST. I. *IVriſdictio Cancellarij Competentiarum Regnorum Coronæ Aragonum an pendeat ex diſpoſitione iuris, vel ex aliquo particulari municipali?* pag.5

II. *Competentia iuriſdictionis in Regnis Aragoniæ quomodo, per quos, & intra quæ tempora declarari debeat?* p.10.

III. *Diſpoſitio foralis, & Concordia Reginæ Eleonoræ quoad declarationem Competentiarum iuriſdictionis, an ſint conformes iuri communi?* pag.13

IV. *An tempore Romanæ Reipublicæ, & ipſorum Imperatorum adeſſet inter Iudices contentio iuriſdictionis, & quomodo dirimi ſolebat?* pag.15

V. *Contentio ſi inter Iudices oriatur, quando dicatur mota?* pag.17

VI. *Cancellarius Competentiarum in Regnis Aragoniæ, an ſit tertius Arbiter ad dirimenda dubia iuriſdictionis?* pag.19

VII. *Cancellarius Competentiarum à quo nominari debeat; & eius munus an ſit perpetuum?* pag.23

VIII. *Cancellarius vbi reſidere debeat?* p.28

IX. *Cancellarius ſi mortuus ſit, vel legitimè impeditus, cui pertineat nominatio in locum mortui, vel impediti, vt declaret Competentias Iuriſdictionum, quæ occurrere poſſunt, quoadvſque D. N. Rex nominet Proprietarium?* p.31

X. *Si Cancellarius ſit abſens, aut legitimè impeditus, & ex eo alter ſit ſubſtitutus, pendentéque contentione, ceſſet impedimentum, an Proprietarius, vel ſubſtitutus teneatur cauſam decidere, & è conuerſo, an ſi Proprietarius cœperit efformare proceſſum, & ei aliquod impedimentum ſuperueniat, tempus coram ipſo elapſum computari debeat ſubſtituto.* pag.33

XI. *Suſpicio an opponi poſſit Cancellario; & an dari poſſit vt ſuſpectus à Curiis, vel partibus contendentibus?* pag.36

XII. *Suſpicio ſi opponatur Cancellario, quis cognoſcere debeat de cauſis; quæque ſint releuantes, & coram quo proponenda?* pag.42

XIII. *An Cancellarius teneatur ſequi vota Conſulentium, taliter, quòd ipſe ſolus decidere nequeat, ſi Conſulentes ei non adhæreant.* pag.47

XIV. *In conflictu opinionum, quam teneatur ſequi Cancellarius?* pag.51

XV. *An Cancellarius teneatur decidere dubium, non ſeruatis iuris regulis?* pag.55

XVI. *Cancellarius intra quod tempus teneatur decidere contentionem coram eo pendentem?* pag 61

XVII. *Cancellarius an poſſit ſe intromittere, & cognoſcere de meritis cauſæ, ſupra quam cadit contentio?* pag.63

XVIII. *Cancellarius ſi intra triginta dies dubium contentionis non declarauerit, quid agi debeat?* pag.67

XIX. *Cancellarius an poſſit prorogare dies datos à foro ad decidendum dubium contentionis?* pag.71

XX. *Cancellarius vbi decidere debeat dubium contentionis?* pag.74

XXI. *Cancellarius an credere poſſit teſtibus receptis ſine partis citatione?* pag.76

XXII. *Dies dati per forum Cancellario pro decidenda contentione, quando currere incipiant?* pag.81

XXIII. *Arbitri ad decidendam contentionem an debeant eſſe diſtincti; vel ſufficiat, quòd ambæ Curiæ in vnum conueniant?* pag.83

XXIV. *Arbitri eligendi à Iudicibus, vel Curiis contendentibus, an debeant eſſe graduati in Theologia, vel Iure?* p.87

XXV. *Arbitri nominandi à Curiis, vel Iudicibus pro decidenda contentione, an debeant eſſe Eccleſiaſtici?* pag.90

XXVI. *Arbitri eligendi pro decidenda contentione, an ſint Arbitri iuris?* pag.93

XXVII.

Index Quæſtionum.

XXVII. *Arbitri ad decidendam contentionem in quo loco eligi debeant?* p. 94

XXVIII. *Arbitri, pro decidenda contentione iuriſdictionis exorta inter Curias, intra quod tempus eligi debeant?* p. 69

XXIX. *Arbitri quid obſeruare debeant in declarando dubium contentionis?* p. 99

XXX. *Appellatio, ſupplicatio, ſeu aliquis recurſus an detur à ſententia contentionis declarata per Arbitros, vel Cancellarium reſpectiuè?* pag. 101

XXXI. *Arbitri, & Cancellarius, ſi malè iudicent, an poſſint puniri, & ſi malè iudicauerint, an contra ipſos procedi poſſit aliqua pœna* pag. 107

XXXII. *An forus, & concordia præſcribentes formam decidendi contentiones iuriſdictionis in Regnis Coronæ Aragonum diſponant contra immunitatem Eccleſiaſticam?* pag. 110

XXXIII. *Praxis, & conſuetudo procedendi in Regnis Coronæ Aragonum quoad cauſas contentionum iuriſdictionis; & concordata conuenta, an ſint ſublata per Concilium Tridentinum?* pagina. 117.

XXXIV. *Concordia inita in Regnis Coronæ Aragonum pro decidendis contentionibus iuriſdictionum, vnde ortum habuit, & quo tempore fuit exequuta?* pagina. 121.

XXXV. *An Bulla Gregorij XIV. circa immunitatem Eccleſiæ edita, ſit vſu recepta in Regnis Coronæ Aragonum?* pag. 122.

XXXVI. *Dubium contentionis, ſi oriatur, & notoriè conſtet ad alteram ex Curiis pertinere, an ſit formanda Competentia?* pag. 136

XXXVII. *Contentione pendente, an ſuſpendi debeant procedimenta, & proceſſus Curiarum?* pag. 140

XXXVIII. *Contentione pendente an poſſit aliquid innouari?* pag. 144

XXXIX. *An teneatur Curia contentionem formare, ſi dicat, ad ſe pertinere notoriè iuriſdictionem?* pag. 146

XL. *Prælati, & perſonæ Eccleſiaſticæ an poſſint ejici à Iudicibus ſecularibus è Regno, aut Ciuitate propter inobedientiam ſaltem ex vi œconomicæ Poteſtatis?* pag. 148.

LXI. *Expellentes vel bannientes Epiſcopos ex ſuis Diœceſibus, an ſint excommunicati etiamſi fiat ad finem transmittendi illos ad Summum Pontificem?* pag. 158.

XLII. *Iudex ſecularis ſi detrudat Clericum in carcerem in aliquo caſu, an ſit excommunicatus?* pag. 163

XLIII. *Iudex laicus an poſſit capere Clericum noctu inuentum, mutato habitu, & cum armis prohibitis?* pag. 169

XLIV. *An pars citari debeat in conſtructione proceſſus, & probatione delicti, cùm formatur contentio?* pag. 172

XLV. *An proceſſus Competentiæ publicari debeat Reo, vel alteri ex Curiis?* pagina 177.

XLVI. *Sententia Cancellarij in caſu contentionis an debeat partibus intimari?* pag. 180.

XLVII. *An in notoriis formari poſſit competentia, & ſaltem ſuper dubio, vtrum ſit clarum, & manifeſtum quod contenditur?* pag. 184

XLVIII. *Contentio iuriſdictionis inter Iudicem Eccleſiaſticum, & ſecularem in quo loco formari debeat?* pag. 185

XLIX. *An ſit formãda contẽtio, & procedat ad inſtantiam Curiæ ſecularis, quando Laicus comparuit coram Eccleſiaſtico, & litem conteſtauit, etiamſi ad inſtantiam fiſci cognitio cauſæ repetatur?* p. 187

L. *An debeat formari competentia, cùm Iudex procedit in caſu, in quo habet iuriſdictionem, vel in caſu non admiſſibili?* pag. 191.

LI. *Contentio cùm formari debeat, & vna ex Curiis renuat illam formare, quibus modis vtendum ſit?* pag. 193

LII. *Contentio an ſit formanda per Iudicem Eccleſiaſticum cum ſeculari qui tanquam exequutor, vel Commiſſarius detinet Clericum captum, vel cum mandante illum detinere.* pag. 197

LIII. *Regia Audientia an formare debeat contentionem cum Curia Eccleſiaſtica, Reo detento non exiſtente in carceribus?* pag. 198

LIV. *An in contentionibus iuriſdictionis dies termini computentur in termino? & an tempus pro illius declaratione currat de momento ad momentum?* pag. 201.

LV. *Cancellarius an poſſit declarare contentionem in diebus feriatis?* pag. 205

LVI. *Contentio ſi formari non poſſit, quia dies ſunt feriati, & non regitur Curia, quid agendum ſit?* pag. 210

LVII. *Contentio an formari poſſit à Vicariis, & aliis Officialibus Regiis?* pag. 214

LVIII. *Contentionem an formare poſſit Curia Eccleſiaſtica pro repetitione Clerici alterius Diœceſis, etiamſi non deliquerit in loco, in quo eſt captus, nec ſit eius originarius, nec domicilium in eo habeat?* pag. 217

LIX.

Index Quæſtionum.

LIX. *Contentio ſi ſemel legitimè fuerit declarata, & vtraque pars, vel altera ipſarũ acquieſcere nequeat declarationi, ſed imò quæ ſuccubuit, renuat obedire, quomodo contra eam procedatur?* p.219

LX. *Contentio ſi ſemel fuerit declarata, an iterum ſuper eodem articulo efformari valeat?* pag.221

LXI. *Contentio ſi ſit pronunciata, per Cancellarium, an detur appellatio, ſupplicatio, vel alias recurſus?* pag.225

LXII. *Cancellarius vbi habere debeat Tribunal ad decidendas contentiones?* pag. 229.

LXIII. *Arbitri, & Cancellarius reſpectiuè in ſuis caſibus in decidendis contentionibus, an exerceant iuriſdictionem ordinariam?* pag.231

LXIV. *Cancellarius an poſſit punire teſtes coram ſe falsò deponentes?* pag.235

LXV. *Arbitri, & Cancellarius an poſſint condemnare in expenſis, eaſque taxare, & exequi?* pag.239

LXVI. *Cancellarius an declaret vt Tertius cauſas contentionum, tanquam habeas poteſtatem à Curiis Generalibus?* pagina 244.

LXVII. *Cancellarius in declaratione contentionis, an poſſit apponere modum, & conditionem procedendi?* pag.247.

LXVIII. *An Cancellarius poſſit vt ſuſpectus recuſari per Curias, vel partes contendentes de iuriſdictione? & dato, quòd fieri poſſit, coram quo ſuſpicio proponenda ſit, quaque forma in recuſatione ſeruari debeat?* pag.250

LXIX. *Cancellarius ſi declat contentionem; an agi poſſit contra ipſius ſententiam?* pag. 253.

LXX. *Cancellarius an teneatur declarare contentionem per indicia non ſatis vrgentia?* pag.256

LXXI. *Competentia iuriſdictionis ſi ſit formata per Reum, ex eo, quòd ab Eccleſia fuit extractus, quæ declarata fuit per per Arbitros, ſeu Cancellarium pro iuriſdictione ſeculari ſine citatione Curiæ Eccleſiaſticæ, vel ſecularis, an à non citata poſſit iterum efformari?* pag. 258

LXXII. *Curia Eccleſiaſtica an poſſit procedere contra Laïcum in caſibus mixti fori ad ipſius captionem, ſi cauſam præueniat?* pag.262

LXXIII. *An ſi iniuria verbalis fuerit per Laïcum Clerico illata, poſsit Curia Eccleſiaſtica procedere contra illum, etiam ad captionem, & alias pœnas?* p.269.

LXXIV. *Bulla Gregorij XIIII. circa immunitatem Eccleſiæ an ſit in Hiſpania, & conſequenter in Regnis Coronæ Aragonum vſu recepta?* pag.278

LXXV. *An Equites Religionum Militarium, ut Calatrauæ, Alcantaræ, Sancti Iacobi, & Monteſa gaudeant fori priuilegio, etiam in criminalibus, taliter, quòd, ſi per Iudices ſeculares fuerint detenti, teneantur illos remittere ad ſuum Magnum Magiſtrum, ſeu ad Conſilium Ordinum, vt de illis cognoſcant; & an idem procedat, & à pari intelligatur reſpectu Nouitiorum?* pag.289.

LXXVI. *Quæ loca gaudeant immunitate ad effectum vt ad illa confugientes, nequeant ab illis extrahi à Iudicibus ſecularibus?* pag.296

LXXVII. *An Collegia, ſeu Seminaria pro ſtudentibus, vel docentibus gaudeant fori priuilegio, vel immunitate Eccleſiaſtica?* pag.303

LXXVIII. *Confraternitates laicorum, vel Clericorũ adſcripta alicui Eccleſiæ, vel alia ſimilia loca, quæ in ſe contineant opera charitatis, vel pietatis, an gaudeant fori priuilegio, & immunitate Eccleſiæ?* pag.308

LXXIX. *Quæ perſonæ gaudeant immunitate Eccleſiæ, ſi ad locum ſacrum confugiant?* pag.315

LXXX. *Attentans, ſeu vulnerans per inſidias, vel conſultò, ſi delictum non ſit conſummatum, an gaudeat immunitate?* pag.325

LXXXI. *Carceratus, qui fugiens è carcere ad locum ſacrum peruolauit, an gaudeat illius immunitate, etiamſi id effecerit ex voluntate cuſtodis, vel Iudicis, præſtito iuramento de redeundo?* pagina 326.

LXXXII. *Decoctores doloſi, & fraudulenti an gaudeant immunitate Eccleſiæ, ſi in eam ſe conferant?* pag.332

LXXXIII. *Eremita an gaudeat immunitate, & fori priuilegio?* pag.336

LXXXIV. *Collegiales exiſtentes in Collegiis, vel Seminariis ſtudentes, vel docentes, an gaudeant fori priuilegio?* pag.340.

LXXXV. *Confratres laïci Confraternitatum gaudentium fori, & immunitatis priuilegio, an eodem fruantur, ita vt ad illos extendatur?* pag.347

LXXXVI. *Fidejuſſor laïcus Clerici, ſi pro fideiuſſione conueniendus ſit, an fieri debeat coram Iudice Eccleſiaſtico, vel ſeculari?* pag.350

LXXXVII. *Concubina Clerici an gaudeat fori priuilegio ad effectum, vt per Iudicem Eccleſiaſticum puniri debeat,* non

non verò per ſecularem? pag.354.

LXXXVIII. *Concubina Canonici Eccleſia Cathedralis gaudentis priuilegio Adiunctorum an poſſit puniri per ſolum Epiſcopum, ſed fieri debeat ſimul cum illis?* pag.361

LXXXIX. *Clericus, ſeu Regularis committens delictum, & ad Eccleſiam confugiens, an gaudeat eius immunitate, taliter, quòd per ſuum Iudicem extrahi nequeat?* p.366

XC. *Quæ perſonæ confugientes ad Eccleſiam non gaudeant eius immunitate.* pag. 368

XCI. *Probationes an admitti debeant in cauſis contentionum iuriſdictionis, poſt concluſum in illis ad effectum gaudendi, vel non, immunitate Eccleſia; & quodnam delictum proditorium priuet illius priuilegio?* p.376

XCII. *An ſi Reus condemnatus, vel captus propter aliquod delictum, ſe eximat è manibus familia, ipſum in carcerem portantis, & in locum ſacrum ſe conferat, gaudeat eius immunitate? & an ſi delictum propter quod fuit condemnatus, eſſet ex exceptuatis in iure, aut Bulla Gregorij XIV. fuiſſet attentatum, ſed non conſummatum, ſit ſufficiens, vt illa priuari queat, non obſtante ingreſſu in locum ſacrum?* pagina 380

XCIII. *Clericus in minoribus conſtitutus inſeruiens Eccleſiæ de mandato Epiſcopi in aliquo ipſius miniſterio, ſi vxorem ducat deferendo habitum, & tonſuram, an gaudeat fori priuilegio? & an mortua vxore reuiuiſcant illa exemptiones, quibus ante Matrimonium fruebatur, ſi atrox delictum perpetrauerit?* p.382

XCIV. *An Reus, qui ad Eccleſiam confugit pro eius immunitate, à qua per miniſtros ſeculares violenter fuit extractus, ſi poſtmodum renunciet immunitati, nec ea vti velit, ſed quòd per Iudices laicos in cauſa criminali procedatur, ac ſi ad Eccleſiam non confugiſſet, gaudeat immunitate, & debeat prius Eccleſiæ reſtitui?* pag.385

XCV. *Obtinens penſionem Eccleſiaſticam, an gaudeat fori priuilegio, & ad eum effectum quanam debeat eſſe?* pag.388

XCVI. *Indicia ſola an ſufficiant contra Reum, qui ad Eccleſiam confugit, vt ex eis declarari poſſit, ſi debeat, vel non immunitate gaudere ex eo, quòd probetur per coniecturas delictum eſſe ex exceptuatis?* pag.392

XCVII. *Quænam probationes ſint neceſſariæ vt delictum dicatur ex exceptuatis in iure, & Bulla S. M. Gregorij XIV. quando Reus, qui ad Eccleſiam confugit violenter ab ea per Miniſtros ſeculares fuit extractus; & in cauſis contentionum iuriſdictionis poſt concluſum in cauſâ, & in puncto ferendæ ſententiæ, poſſint admitti teſtes, aut alia probationes?* pag.394

XCVIII. *An ſi cadauer ad mortem condemnati, & in furca ſuſpenſum, dum in ea pendet, arripiatur ab ipſa, & in Eccleſiam aſportetur, gaudeat eius immunitate, taliter, quod extrahi nequeat per Miniſtros ſeculares ſine Epiſcopi licentia?* pag.396

XCIX. *Statutum laicorum imponens aliquod onus in omnibus prædiis ſitis intra ſuum territorium, an comprehendat Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas, tam de bonis iam acquiſitis ante editionem ſtatuti, quàm de aliis poſtea peruentis cum tali onere in earum poſſe?* pag.401

C. *Famuli Clericorum an poſſint gaudere priuilegiis ſuorum Dominorum, tam perpetui, veluti ſerui, & mancipia; quàm alij conductitij ad tempus ex certa mercede, ſeu ſalario?* pag.407

TRACTA

TRACTATVS
DE COMPETENTIIS
IVRISDICTIONIS
INTER CVRIAM ECCLESIASTICAM ET SECVLAREM,
ET
DE OFFICIO CANCELLARII
Regnorum Coronæ Aragonum.

AVTHORE

D. D. DIDACO ANTONIO
FRANCES DE VRRVTIGOYTI,

OLIM CANCELLARIO, SEV IVDICE Competentiarum Regni Aragonum, Nunc autem Epiſcopo Barbaſtrenſi, à Conſiliis Catholici Regis Hiſpaniarum.

PRÆLVDIVM OPERIS.

ARGVMENTI dignitas (AMICE LECTOR) adeò perſpicua eſt, vt ſuperuacaneum putem, eam tibi commendare prolixiùs; non tamen omninò omittenda, quæ non fucatâ, ſed ingenitâ pulchritudine rapiat oculos, & beneuolum te, attentúmq; mereatur. Noſti ex Paulo Rom. 10. *Quàm ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem, Euangelizantium bona.* Tranſtulit ex Iſaïa c. 52. qui ſic habet. *Quàm pulchri pedes Euangelizantis pacem.* Non autem vnius boni, ſed bonorum omnium Autor eſt, qui pacem Euangelizat; quâ, S. Ambr. teſte, *Nihil eſt in rebus humanis pulchrius*; quidnî, & pedes, & manus, imò & ſcriptorem totum, qui de ea tuenda agit, ſpecioſum reddat, ac pulchrum? *Pax optima rerum, quas homini nouiſſimè datum. Pax Ciues ſeruare potens.* Nec Vrbes tantùm, ſed & Regna, imò & vniuerſam Eccleſiam Chriſti, quam bella, contentiones, ac Lites lacerant, & affli-

gunt. Sicut enim concordiâ, parua Imperia aſſurgunt, & creſcunt; ita diſcordiâ, maxima corruunt, ac dilabuntur. Scriptum eſt enim Luc. 11. *Quia omne Regnum diuiſum deſolabitur.*

Iam in præſenti Tractatu omnis mea qualiſcunque deſudat induſtria in adſtruenda inter Iudices Eccleſiaſticos,ac ſeculares pace,in auertendis euertendiſque litibus, in fouenda pro virili concordia, iis potiſſimùm rationum momentis, quas tum indefeſſa ſpeculatione aſſequutus ſum, tum magiſtrâ experientiâ didici decurſu multorum annorum, quibus in hoc noſtro Aragoniæ Regno functus ſum officio Cancellarij Competentiarum. Spero autem, Lector candide, hoc meum inſtitutum Chriſtianæ, ac literariæ Reipublicæ commodum, tibi non moleſtum, Iudicibus præſertim eodem functuris Cancellarij muuere, non ingratum,& quod Caput eſt, Chriſto Domino minimè iniucundum.Cùm enim *Ipſe ſit Pax noſtra,qui fecit vtraque vnum. Epheſ.2. cùm pacem loquutus ſit gentibus* Zachar.9. cùm pacem Diſcipulis quaſi teſtamento legauerit, *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis,* Ioan.14. Cùm denique pacis, & vnitatis amantiſſimus ſit; non poterit non probare quidquid facit ad ſtabiliendam pacem, extirpandas lites, componenda diſſidia. Hinc illius ad Patrem humaniſſimæ voces Ioan.17.*Claritatem quam dediſti mihi,dedi eis vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus.* Vbi Theophylactus:*Nam ſicut Deum admiramur, quòd non eſt ſeditio, neque pugna in natura eius; & iſta maxima gloria eſt, ita & ipſi à concordia fiant clari.* Proh Deum immortalem! Quàm longè à diſſidiis, atque ab omni litium ſtrepitu volet aſſeclas ſuos? Permiſit corpus ſuum atrociſſimè tractari,pedes,manúſque terebrari clauis,lanceâ pectus effodi,ſpinarum aculeis cruentari caput, terga flagellorum imbre diſcerpi, iuxta illud Pſal.128. *ſupra dorſum meum fabricauerunt peccatores.*Siue, vt in Hebræo eſt, *Arauerunt peccatores.* Quaſi Chriſti Domini dorſum non funibus flagellari, ſed adacto ad intima viſcera vomere ſulcari videtur,ſibi tamen mortuo ne minimum quidem oſſium violari paſſus eſt. *Non fregerunt eius crura.* Ioan.19.Per oſſa,Chriſti Eccleſia intelligitur iuxta illud Apoſtoli Epheſ.5. loquentis de ſtructura Euæ ex coſta Adami. *Sacramentum hoc magnum eſt. Ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.* Permiſit igitur vt corpus multis vulneribus ſcinderetur, non verò vt eius Eccleſia diuiſiones, aut diſcordias pateretur. Ob eandem cauſam veſtem inconſutilem diſſecari non tulit. Ioan.19.Quod S.Cyprianus de vnitate Eccleſiæ interpretatur. Quamuis autem in omnibus ſectatoribus ſuis optet Chriſtus, hanc iudiciorum, voluntatúmque florere concordiam; maximè inter Sacerdotes, & laïcos; inter Eccleſiaſticos Iudices, ac ſeculares; inter Eccleſiæ proceres, ac mundi Principes; *quorum ad exemplum totus componitur Orbis.* Nefas erat apud Hebræos inter diuerſas tribus copulare connubia; vnde præcipitur ſacerdotibus, vt ducant vxores *de populo ſuo*, hoc eſt,de Tribu ſua, Leuit. 21. Et tamen cum aliquibus in hac lege diſpenſatum eſt,de Tribu ſacerdotali,& Regia vt notauit S.Epiphanius Hæreſ.78. Rationem verò huius diſpenſationis reddit Lira in locum citatum Leuitici. *Fuit conceſſum, vt Sacerdos poſſet accipere vxorem de Tribu Regia, vt & Rex, qui præeſſet in temporalibus, & ſummus Sacerdos, qui præeſſet in ſpiritualibus, eſſent magis concordes; quod ad bonum regimen populi faciebat.* Illud certiſſimum eſt, ex pecudibus, quæ Domino immolabantur, armum pertinuiſſe ad Sacerdotem; Et tamen Samuël ex eo ferculum fecit Saüli Regi. 1. Reg. 9. Non minùs pulchrè Ioannes Guillielmus lib.1.Antiquit.Conuiualium cap.33.*Quòd armus in ſacrificiis pars eſſet Sacerdotum propria, Samuël hoc Symbolo admonere voluit, vt Rex factus cum Sacerdote coniunctè viueret: ſic enim beatum, & florens futurum ipſius Regnum.* Itaque tota Principum felicitas, & ſecularium Tribunalium,Iudicúmque beatitudo in eo ſita eſt,

vt

vt mutuis pacis atque concordiæ nexibus cum Eccleſiaſticis Iudicibus, ac Tribunalibus fœderentur.

Per duas illas vaccas portantes arcam Fœderis, & vt ait ſacer textus, 1. Reg.6. *Vno itinere gradientes*, vtriuſque Tribunalis vnio deſignatur. Quæ, teſte Beda, *vno eodémque Fidei, & Charitatis calle gradiuntur*: & ex Hugone Cardinali; *in vno itinere vnitatis concordia inſinuatur, quam debent habere Doctores in docendo*; addiderim ego, & Iudices in iudicando. Quibus dicitur Marc.9. *Habete in vobis Sal, & pacem habete in vobis*. Sal ſapientiæ ad dignoſcendum litigantium ius; & pacem ad conſeruandam charitatem.

Hæc duorum Tribunalium vnitas, & in eundem æquitatis ſcopum collineatio, quantùm ad ſe Dei oculos alliciat, teſtatur ipſe, cùm ſuorum Fidelium congregationem alloquitur: Cant. 4. *vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum*, vbi oculorum nomine; & Eccleſiæ Antiſtites, & Reipublicæ Gubernatores intelliguntur. Sed cur in vno tantùm oculorum dicitur vulnerari? Crediderim, non quia ſolus vnus placuit, ſed quia vnitas, & vtriuſque in ſuam gloriam conſpiratio. Ita interpretatur Angelicus Doctor: Deus enim nulla re magis, quàm hac in ferendis ſententiis concordia delectatur.

Et quemadmodum vnum debent habere oculum ob iudiciorum conſenſum; ita & vnicam manum ad exequendum, quod rationi conſonum iudicauerint. Sic Deus eduxiſſe dicitur de Ægypto Filios Iſraël, *In manu Moyſi & Aaron* Num.33. vbi Origines Hom.27. *In manu Moyſi, & Aaron eduxit eos Dominus, & non in manibus. Vnum enim opus vtriuſque manus eſt, atque vna perfectionis expletio*. Ac ſi illi Hebræi Populi Moderatores, ac Iudices tantâ inter ſe concordiâ iugarentur, vt vti ambo viderentur vnica manu. Ex quibus fit, in Eccleſia omnia debere eſſe pacata; omnia redolere concordiam; omnia ſpirare charitatem; quæ Chriſtianorum Præſulum character ac ſecularium teſſera eſt. At quid hoc in nouo mirum, cùm in veteri Teſtamento, ideò Moyſes electus fuerit in Iudicem, & anteſignanum, quòd diligentiſſimum ſe exhibuerit tutandæ pacis, & concordiæ procuratorem? Sic cenſuit Oleaſter in cap.2. Exod. *Quia cognouerat Dominus, Moyſem Zelum habere ad commune bonum, & ad pacificandum inter fratres ideò eum præfecit*.

Nec tamen mirum alicui debet videri, quòd aliquando inter Heroas, ſapientiâ inſignes, ac ſanctitate præſtantes ſuboriantur lites; quales olim inter Eccleſiæ lumina D. Baſilium, & Euſebium, teſte S. Gregorio Nazianzeno orat.20. inter D. Chryſoſtomum, & D. Epiphanium, Autore Nicephoro lib.13. Hiſt. cap.3. inter D. Hieronymum, & Rufinum, vt ſcribit S. Augûſtinus Epiſt.15. & inter alios plures, quos refert Salmeron in Acta Tract.45. ſimiliter inter Apoſtolos Paulum & Barnabam Act.15. *Facta eſt diſſenſio, ita vt diſcederent ab inuicem*. Vbi benè S. Hieronymus in Apologia ad Rufinum: *Apoſtoli ſaluis inter ſe amicitiis diſſenſerunt*. Quam non diſcordia, ſed cuique virtus imperauit. Dum Paulus Iuſtitiæ zelo feruidus peccantem aliquando Marcum repellebat; quem Barnabas miſericordiâ motus reſipiſcentem ſibi reconciliabat. Atque id generis diſſidia paſſim videmus tam in illuſtriſſimis Prælatis inter ſe, quàm inter illos, ac Iudices ſeculares; quæ non tam ſunt voluntatum, quàm iudiciorum, ideóque charitatem, aut non vulnerant, aut leuiter lædunt. Diuerſum enim de aliqua re iudicium, vt cecinit neſcio quis, *Incolumi licuit ſemper amicitiâ*.

Quoniam autem huiuſmodi lites ſpeciem quandam habent ſimultatis,

atque diſcordiæ, & ſub pretextu, aut defendendæ, aut vindicandæ propriæ iuriſdictionis, publicam pacem interturbare ſolent, & puſillorum animos aliquantulùm commouere: Huic qualicumque malo obuiam ire volens ſereniſſimus Carolus Rex Aragonum, hoc nomine Primus, aliàs Quintus Romanorum Auguſtiſſimus, ac ſemper inuictus Imperator, in publicis Comitiis Cæſaraugustę celebratis anno 1528. de voluntate Curiæ Cancellarium Competentiarum creandum ſtatuit, ad cuius Tribunal deuoluta per ſuos gradus iuriſdictionum Competentia, ipſius calculo terminaretur, eo tamen modo, ac debitis circunſtantiis, quas fuſiùs in Opuſculi corpore exponemus. Atque hîc quidem mirari, & ſummis in cœlum vſque laudibus attollere par eſt, ſummam Catholici Regis, & Curiæ pietatem; dum prædictum Cancellarium non quidem ſecularem, ſed Eccleſiaſticùm debere eſſe decreuerunt; déque illius ſententia appellari ad altiora ſubſellia nequaquam poſſe: Conſcientiam tamen Cancellarij onerant, & de ipſius æquitate & prudentia confidentes omnia eidem decernenda relinquunt. Neque illud minùs pium, ac laudabile eſt, quòd elapſis triginta diebus ſtatutis à foro, voluerint, Competentiam iuriſdictionis in fauorem Eccleſiæ non autem in fauorem Domini Regis declaratam cenſeri. Itaque Eccleſiaſticæ Iuriſdictioni deferendas primas, & ratione maioris præeminentiæ, & Religionis titulo iudicarunt. In quo videtur mihi piiſſimus Imperator ſequutus veſtigia illius Magni Iſraëlitarum Gubernatoris, ac facilè Principis, Moyſis; dum alloquens Aaronem, ait: Exod. 7. *Tolle virgam tuam.* At cur potiùs non dixit: Tolle virgam meam? Moyſi enim data fuerat pro Regni ſceptro; non Aaroni, licèt ſummo ſacerdoti, pro Baculo Paſtorali; vt patet Exod. 4. Scio D. Auguſtinum quæſt. 20. in Exodum reſpondiſſe: *Erat vtrique virga illa communis, vt cuiuſlibet eorum verè diceretur.* Vlteriùs progreſſa eſt inuictiſſimi Caroli, & Curiæ Aragonum pietas: Penes ipſos, & in eorum manibus erat virga Regiæ iuriſdictionis; & tamen memorando obſeruantiæ, & pietatis exemplo ceſſere lubenter in fauorem Eccleſiæ, quò ipſi maiorem Populi reuerentiam conciliarent. Hinc Carolo Regi noua, & immenſa præconiorum ſeges, & gloriæ nullis intermoriture ſeculis, nullis obliuionis tenebris obruendæ. *Nam cùm nihil ſupererat ad ſupremum Imperij faſtigium, hic hoc vno modo creſcere poterat; ſi ſeipſum demitteret ſecurus magnitudinis ſuæ.* Qui enim eatenùs Titulis triumphabat humanis Cæſaris Auguſti Imperatoris inuicti; ea animi verè excelſi pro pace tuenda demiſſione, & primatu, quem Eccleſiæ detulit id conſequutus eſt, vt titulos meruerit, penè dicam Diuinos. Qui enim amplexantur pacem, diſſenſionémque odio proſequuntur, ad Deum, ac diuinas mentes proximè accedunt: verba ſunt Sancti Gregorij Nazianzeni: Redditque rationem: *Quia Trinitas adeò concors, & pacata eſt, vt præ aliis nominibus appellari gaudeat Pax, & Charitas. Deus enim Charitas eſt, & Deus Pacis glorioſo nomine appellatur.*

Laudatur meritò Salomon, ſapientiſſimus inter Reges, quòd ad domum Regiam adminiſtrandam duos ſcribas, ideſt, duos doctiſſimos Viros, eóſque germanos Fratres elegerit 3. Reg. 4. *Hi Principes, quos habebat, Elihoreph, & Ahia Filij Siſa ſcribæ.* doctos elegit, & fratres; Doctos ſcilicet, quia hi ſolùm digni ſunt, qui ſupremis Tribunalibus

ad

ad definiendas lites, & continendam in pace Rempublicam, præficiantur. Fratres autem, vt nulla eos diſcordia ſeparet, quos naturalis vincit concordia. Etenim ſi ipſi concordes ſint, reliquum eſt, vt toto regnet concordia Regno. Non minùs laudanda Auguſtiſſimi Caroli Noſtri prudentia, dum ex conſenſu Curiæ; Cancellariæ Competentiarum Eccleſiaſticos præfecit, qui & ſapientiâ ſacrâ plerumque opulentiores, & concordiæ fraternæ magis amantes; & conſcientiæ legibus ante alios obſequentes: ipſiſque primas partes in iure dicundo, poſthabitis Regiis Miniſtris, ac Iudicibus ſecularibus, detulit.

Hîc reuoca in memoriam, quod de armo ex ritu, ſacerdoti debito, & tamen ex Indulgentia in conuiuio Regis Saüli à Samüele dato, dicebamus; atque obiter aduerte quàm præſtet dignitas Sacerdotalis Regali. Nam ſacerdoti, non ſolùm armus, qui fortitudinem portendit, ſed etiam pectuſculum victimæ, ſymbolum ſapientiæ tradebatur. Regi armus ſine pectore apponitur, vt ſignificetur, aut quidem Interpres boni nominis, vtrumque habiturum quidem fortitudinem, & conſtantiam animi ad perrumpendam iniquitatem, ſine qua nemini integrum eſt velle fieri Iudicem; Sacerdotem verò vlteriùs habiturum ſapientiam, atque prudentiam, ad dirimendas lites, & ſedanda diſſidia omninò neceſſariam. Nec ſine myſterio Saüli Regi armus ſiniſter appoſitus, cùm ſacerdotibus dexter. de iure apponeretur, vt oſtendatur, dexterum latus, vtpotè honoratius, occupaturos Eccleſiæ Iudices. Quem prælationis honorem ſtatui Eccleſiaſtico gaudemus exhibitum in Cancellarij Competentiarum munere, à Carolo primo Aragonum Rege, Maieſtate, & zelo Religionis nulli ſecundo, & à Curia propemodum vniuerſa, ſed iam ad ea, quæ ad noſtrum ſpectant inſtitutum accedamus propiùs. Quæ ſi bono communi vtilia, & tibi (vt ſpero) grata, Lector Amice, accidiſſe intellexero, me multis licèt, nec leuibus in grege paſcendo curis diſtentum, ad noua in lucem edenda identidem excitabis.

QVÆSTIO I.

Iuriſdictio Cancellarij Competentiarum Regnorum Coronæ Aragonum, an pendeat ex diſpoſitione iuris, vel ex alio municipali?

SVMMARIVM.

Iuriſdictio Cancellarij in Aragonia non pendet ex Iuris diſpoſitione, ſed ex particulari iure municipali n. 1.

Cancellarius eſt Arbiter iuris, ad decidendas contentiones iuſdictionis n. 2.

Arbiter Iuris ad decidendas contentiones iuriſdictionis non poteſt cognoſcere, niſi de illis, non autem de cauſa principali. num. 2.

Arbiter iuris non poteſt ſe extendere vltra id, quod lex quæ eum nominauit, ipſi attribuit. n. 3.

Cancellarius quomodo, & quando procedere valeat. num. 4.

Forus primus ſub titulo de las Competencias, *fuit confirmatus, & canonizatus per diuerſos ſummos Pontifices. n. 4.*

Contentio iuriſdictionis oriri poteſt, vel inter duos Iudices ordinarios, aut delegatos, vel ordinarium, & delegatum, ſeu inter Eccleſiaſticum & ſecularem. num. 5.

Cancellarius in Aragonia eſt Iudex ad declarandas contentiones iuriſdictionum, exortas inter quoſcumque Iudices cuiuſcumque generis, in quibuſcumque caſibus. num. 6.

Praxis formandi Competencias iuriſdictionum exortas in Aragonia. num. 7. & ſeq.

Arbiter primus ad dirimendas contentiones iuriſdictio

iuriſdictionum in Aragonia pro Regia maieſtate eſt ipſius Aduocatus Fiſcalis, & pro Eccleſiaſtica, quem Iudex contendens nominauerit.n.7.

Arbitri nominati ad dirimendam contentionem inter Iudices ſuſcitatam, tenentur intra quinque dies præciſos, computandos de momento ad momentum, ab hora in qua fuit formata, declarare, & ſi non fecerint, deuoluitur ad Cancellarium.n.8. & ſeq.

Cancellarius tenetur hodie declarare competentiam intra triginta quinque dies, computandos de momento ad momentum ab hora, in qua fuit ei intimata, & ſi non declarauerit, remanet pro Eccleſia. num.9. & ſeq.

Cancellarius quoties debet declarare quamcumque contentionem iuriſdictionis, tenetur nominare quatuor Conſultores, quos voluerit: duos ex Audientiis Ciuili, aut Criminali, & alios duos Iuriſperitos.n.10.

Tribunal Cancellarij ſemper exſiſtere debet, in eius domo ad quam ire tenẽtur quatuor Conſultores, ab eo nominati, quorum iunior facit coram eis relationem proceſſus.n.10.& 11.

Aduocatus Fiſcalis D.N. Regis ſi ſit Iuratus Ciuitatis Cæſarauguſtæ, vel non, ſi aſſiſtat in Tribunali Cancellarij, quomodo ſedere debeat.n.12. & ſeq.

Cancellarius in Tribunali ſemper ſedere debet in ſublimiori loco, cùm ipſe ſit ſolus Iudex, declarans contentiones.n.13.

Conſultores nominati per Cancellarium quomodo ſedere debeant in Tribunali. num.13.

Aduocati, & Procuratores quem locum habere debeant in Tribunali Cancellarij. num.14.

Cancellarij ſuffragium ſolum facit ſententiam licèt conſulentes contrarium ſentiant, & illius declarationi, ſine appellatione, aut recurſu ſtandum eſt. num.14.

Modus declarandi contentiones iuriſdictionum in Aragonia ſtatutus, eſt valdè vtilis.n.15.

Forma & praxis declarandi contentiones in Aragonia eſt ferè vniformis in omnibus Regnis Coronæ.n.16.

Iuriſdictio Cancellarij Competentiarum Regni Aragonum, eſt Corona, eſt excelſa, & ſublimis.n.17.& 19.

Cancellarius ſolus priuatiuè declarat contentiones iuriſdictionum Iudicum contendentium, etiamſi ſint extra Regnum, ſi in eo ventilatur, eique defertur, vt cognoſcat ſecundùm Deum & bonam conſcientiam.n.18.& 19.

CVm præcipuum obiectum noſtri 1
tractatus ſit Cancellarius Compe-
tentiarum huius Regni Aragonum, &
diſputare plures quæſtiones, quæ pro
tempore occurrere poſſunt, initium ſu-
mimus ab eo, ad quod noſtri maiores ob
bonum publicum tale munus inſtitue-
runt. Cúmque illius iuriſdictio non pen-
deat ex diſpoſitione Iuris communis,
ſed municipalis in foro primo de com-
petentia iuriſdictionis, operæ pretium
duxi annotare, quòd Cancellarius eſt 2
Arbiter Iuris, & exinde tantùm cognoſ-
cere poterit de controuerſia iuriſdictio-
nis, non autem de cauſa principali, vt
in ſpecie docent Franc. *in cap.* Ab Arbi-
tris de officio delegati in G, & plures re-
lati per noſtrum Portoles in ſcholiis ad
d. for.1.n.34. & 35.

Vnde vt talis Arbiter neceſſarius iu- 3
ris non poteſt ſe vltrà extendere, præ-
terquam ad ea, ad quæ dictus forus po-
teſtatem ei attribuit. Argum. *tex. in dicto cap. ab Arbitris, & in c. cum ſpeciali* 11. vbi communiter D. D. *de Appellationibus*, & *in cap.2. eodem tit. in G.* Et in aliis pluribus; Quapropter cum tota ipſius iuriſdictio, & praxis procedendi expreſſa reperiatur in dicto foro 1. Libet ipſius verba tranſcribere, vt ex eo clarè colligatur motiuum, propter quod fuit conditum, & ſimiliter origo, & modus procedendi iuxta ſtylum inconcuſſum, cum quo hoc ſupremum Tribunal gubernatur. Verba fori ſic ſe habent.

Por quanto muchas vezes ay competencia de juriſdiciones entre los Iuezes Eccleſiaſticos, y ſeglares, y cada vno de ellos pretenden ſer Iuezes de la Coſa que ſe alterca, y aſſignan para la determinacion de ella el Banco Regio, en el qual ſe acoſtumbra hauer conflicto de alegaciones, por laſquales cada vno de los Iueſes pretende el conocimiento de lo que ſe litiga, pertenecer à el, y no al otro. Y à cauſa de no hauer Iuez tercero, que conoſca de la dicha competencia, ſino los Iuezes intereſados, los dichos Iuezes nunca ſe conuienen en vn parecer, y cada qual de los dichos Iuezes ſe juzgo Iuez competente: de donde ſe ſiguen muchas coſtas à las partes, y redunda mucho daño à la Republica. Por tanto por euitar lo ſuſo dicho, la Ceſarea Mageſtad, de voluntad de la corte eſtatuece y ordena, que hauiendo contencion entre las dos juriſdiciones Real, y Eccleſiaſtica, ſe haya de

de guardar el orden infraſcrito, à ſauer es, que el Iuez aſſi temporal, como Eccleſiaſtico, o, qualquier dellos, que pretendera la perſona, o, coſa ſobre que ſe litiga, o, haya competencia, ſer de ſu juriſdicion, y el conocimiento de la cauſa pertenecer à el, y no al otro Iuez: ſea tenido en las primeras letras que embiara à otro Iuez nombrar vn Arbitro: Y el Iuez à quien las letras iran dirigados, y fueren preſentadas, dentro de tres dias del dia de la preſentacion de aquellos contaderos, ſea tenido de reſponder al Iuez que le huuiere eſcrito ſobre la dicha competencia, nombrando en las dichas letras reſponſiuas otro Arbitro para el conocimiento de la dicha contencion: Loſquales dos Arbitros electos y nombrades por los dichos Iuezes contendientes, hayan, y ſean tenidos dentro de cinco dias, contaderos del dia, que fueren intimadas al primero Iuez las letras reſponſiuas del ſegundo, conocer y determinar ſi quieren declarar la dicha contencion de la Iuriſdiction. Y à la determinacion y declaracion de los dichos Arbitros, ſiendo concordes, ſe haya de eſtar, y no ſe pueda hauer recurſo alguno. Y en caſo que los dichos Arbitros dentro de los dichos cinco dias no ſe concordaren, el Chanceller Eccleſiaſtico, nombradero por ſu Mageſtad, ſiendo preſente en la Ciudad donde ſe celebrara la Audiencia Real, Y del Iuſticia de Aragon, dentro de treinta dias contaderos del dia, que fueron cumplidos los cinco dias à los dichos Arbitros aſſignados, ſea tenido y obligade, oydas las partes intereſadas. Y los Iuezes contendientes ſi alguna coſa quiſieren dezir ante el dicho Chanceller, declorar la dicha contencion dentro el dicho tiempo, ſegun Dios, y buena conciencia, adhereciendo à la parte que le pareciere ſer mas Iuſto. A la declaracion, y determinacion del qual, los dichos Iuezes contendientes hayan, y ſean tenides de eſtar. Y no puedan tener recurſo alguno de la declaracion por el dicho Chanceller hecha. Y en Caſo que el dicho Chanceller no ſera nombrado por ſu Mageſtad, o, ſiende nombrado, no ſera preſente en la Ciudad, donde ſe terna la Audiencia, el Lugarteniente General ſiendo preſente en el Reyno de Aragon, o, en auſencia de aquel, el Regente, el officio de la General Gouernacion ſean tenidos de nombrar vna perſono Eccleſiaſtica, pueſta en Dignidad, en lugar del dicho Chanceller, para el conocimiento de la dicha competencia tan ſolamente: La qual perſona aſſi nombrada, haya de jurar de hauerſe bien y lealmente, y proceder ſegun Dios, y buena conciencia, y declarar la dicha altercacion dentro el meſmo tiempo, en el qual el dicho Chanceller es tenido declarar. Y à la declaracion hecha por la dicha perſona electa, ſe haya de eſtar, y no ſe pueda hauer recurſo alguno. Y en caſo que el Chanceller por ſu Mageſtad nombrado, y aſſignado, no hiziere la dicha declaracion dentro el tiempo ſtatuydo; ipſo facto, paſado el dicho tiempo ſea hauida por declarada la dicha competencia de Iuriſdicion en fauor de la Igleſia, y el Iuez ſecular no ſe pueda mas entremeter en el conocimiento de la dicha cauſa: Y lo meſmo ſe haya de guardar en la tercera perſona electa por el Lugarteniente General, o, en auſencia de aquel, por el Regente el officio de la General Gouernacion. Y en caſo que no houra declarado dentro el dicho termino, ſea ipſo facto, determinada la dicha contencion en fauor de la Igleſia. Place empero à ſu Mageſtad, y à la dicha Corte, que pendente el Examen y conocimiento de la dicha competencia, y durante el tiempo para el conocimiento de ella, ſtatuydo ſegun el preſente fuero, los proceſſos incoados ante qualquier de los Iuezes contendientes, ſi al tiempo de la contencion ſeran començados, ſean ſuſpenſos: y ſi començades no ſeran, no puedan ſer incoados, ni hechos haſta en tanto, que la dicha duda ſobre lo dicha competencia ſea determinada. Hæc forus, qui quidem fuit ca- 4
nonicatus per S. M. Pauli III. ſub dat. Romæ 21. Decembris 1548. vt cum Bardaxi, Portoles, Seſſe, & aliis pluribus tradit Ramirez *de lege Regia* §. 2. *n* 6. *lit. K*, & poſtmodum fuit etiam confirmatus per alios ſummos Pontifices, quorum Bullas refert ad literam Seſſe *tom. 2. deciſ.* 113. poſt *n.* 200. vbi à *n.* 191. *& ſequenti.* latè agit de hoc articulo, ibique reprehendit Hieronymum Portoles, dubitantem de talibus indultis, de quo vide nouiſſimè D. Laurentium Matthæu. *de regimine Vrbis & Regni Valentiæ tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *in principio.*

Verùm cùm cōtrouerſia aut contentio 5
iuriſdictionis oriri poſſit, vel inter duos iudices Eccleſiaſticos ordinarios æquales, veluti inter duos Epiſcopos, aut inter duos delegatos contendentes pro tali iuriſdictione ad quemlibet priuatiuè ad alterum contendentem pertinere, & *in c. paſtoralis de reſcriptis*, vbi communiter D.D. ſeu inter Ordinarium, & delegatum, aut tandem inter Eccleſiaſticum, & ſecularem; videndum eſt an Cancellarius ſit iudex competens in omnibus caſibus ſupra dictis, vel limitatè ad aliquem eorum.

Et dicendum eſt in Aragonia habere 6

6 cognitionem de quocumque genere contentionum iudicum ſuperiùs delatorum, quoties ſeruatis circunſtantiis *d. fori.*1. cauſa ad ipſum deuoluitur; vt latè cum pluribus tradit Portoles *in ſcholiis ad Molinum tom.* 1. *in explanatione, & ſcholiis ad dictos foros ſubtit. De compotentia iuriſdictionis ad d. forum.* 1. *ſcholio* 1. *à num.* 2. *cum pluribus ſeq.* vbi latè agit de hoc articulo,& diximus *in noſtro Paſtor. Reg. p.* 1. *clauſ.* 10. *à num.* 4. *cum pluribus ſeq.* præcipuè *num.* 29. *&* 30.

7 Et ita ex verbis prædicti fori colligitur praxis,quę hodie in Aragonia ſeruatur, quoties inter Iudices ſuboritur aliqua iuriſdictionis competentia,quæ obſeruari debet in omnibus prædictis caſibus, quando, videlicet vnus Iudex, vel Curia prætendit cognitionem cauſæ contra alium Iudicem,vel Curiam,ſupra quam influit, vel incidit contentio,tunc enim quælibet pars de perſe, & pro ſe
8 nominat Arbitrum,& pro Regia vel ſeculari iuriſdictione in noſtro Regno ſemper eſt Aduocatus Fiſcalis D.N. Regis in contentionibus quæ declarantur corã Arbitris in ciuitate Cæſarauguſtana, & pro Eccleſiaſtica eſt ille, quem in ſuis literis nominat alius iudex contendens, & tales Arbitri tenentur intra terminum quinque dierum præciſorum, computandorum de momento ad momentum, à die & hora quibus formata, & intimata fuerit contentio pronunciare:Et ſi non effecerint,quia inter ſe non conuenerunt, deuoluetur declaratio ad Cancellarium, qui intra alios triginta dies computandos etiam de momento ad
9 momentum, ſicut in primis Arbitris tenetur declarare iuxta *dictum forum.*1. licèt hodie per forum vnicum ſub tit. de Cancellario Competentiarum de anno 1585. additi fuerunt alij quinque dies, taliter quòd ſint triginta, & quinque, intra quos declarare debet Cancellarius, vt etiam dicemus infrà *in quæſtione ſequenti num.*4.

10 Verùm ſi intra dictum terminum Cancellarius non pronuntiauerit, tunc contentio ex ipſo foro remanet declarata pro Eccleſia,vel ipſius iuriſdictione,prout latiùs continetur *in dicto foro* 1. & copiosè tradunt Doctiſſimi noſtri Aragonenſes:Ramirez *de lege Regia* §.2. *à n.* 4. *cum ſeq.* vbi *littera K*, plures allegat, &
11 latiſſimè Seſſe *tom.*2. *in d.deciſ.*113. Notandum eſt tamen, quòd licèt in dicto foro non ſit expreſſum, at ex antiqua conſuetudine quoties contentio in quacumque cauſa ventilatur, ſi ſeruatis ſeruandis ad Cancellarium deuoluatur, tenetur iſte aſſumere quatuor Conſultores, quos eligere voluerit, duos ex togatis de Audientiis ciuili, vel criminali, & alios duos Iuris peritos ex Eccleſiaſticis, vel Aduocatis, ei benè viſis, qui accedere tenentur ad domum Cancellarij, vbi Tribunal ſemper exiſtit,prout latiùs dicemus infrà *quæſt.*10.& qui fuerit iunior gradu, & dignitate,intra illos quinque dies ſuperadditos ad pronunciandum *ex foro nouiori*, præter alios triginta ex *dicto foro* 1. facit relationem proceſſus coram ipſo Cancellario, & aliis Conſultoribus, ſimul iunctis, qui conferunt inter ſe de meritis cauſæ,& ſi aliquod dubium reſultat, communicatur parti, vt ſi velit, ſatisfaciat ad aurem,vel per Aduocatum,aut ſcriptum;& inſuper renunciatur cõtendentibus, ſi velint vel non, aliquid in iure, vel in facto, per ſe, aut mediis Aduocatis, ſeu Procuratoribus aliquid allegare vel dicere,aſſignando eis horam ad eum effectum, & ſi aliquid proponere, vel informare intendunt, ſe congregant Cancellarius, & Conſultores in domibus illius,& in loco Tribunalis ibidem aſſignati,audiûntque ad ſatietatem partes, quidquid dicere, & allegare intendunt.

Hinc tandem aduertendum decreui, 12
quod his meis temporibus accidit (& quotidie experiri poteſt) Aduocatum, ſcilicet, Fiſcalem D. N. Regis eſſe Iuratum Ciuitatis Cæſarauguſtanæ, & cùm ferè ſemper pro munere officij aſſiſtere ſoleat in contentionibus, vel iam quia informare, vel aduocare, vel ſaltem adiuuare, & fouere cauſam iudicis ſecularis intentat;quomodo ſedere,& ibi interuenire debeat, tum quando qualitas Iurati ſuperuenit, tum propter reuerentiam debitam miniſtro Regio. Dicen- 13
dum eſt igitur (prout ſtylus ita admiſit) quòd ſi cum qualitate Iurati interueniat, Cãcellarius ſemper ſedet in capite menſæ, & ad dexteram manum, ſeu locum Conſultor antiquior, ſeu dignior ex togatis,& poſt eum alius Conſultor,etiam dignior ex non togatis;& in medio iſtorum collocatur Regius Fiſcalis Iuratus cum ſella æquali, ita vt in illa linea ipſum præcedat tantùm dignior togatus; ſi verò careat qualitate Iurati, tunc in eodem cornu dextro poſt ſecundum Arbitrum ſedebit in eadem linea cum æquali ſella;& in ſiniſtra manu ipſius

ipſius Cancellarij ſedent alij duo Conſultores.

14 Inſuper in pedibus menſæ versùs faciem Cancellarij exiſtunt Aduocati, & poſt eos Procuratores, quâ formâ ſic ſeruatâ, audiunt partes, quibus auditis poſtmodum deuenitur ad pronunciationem; & renunciant Cõſultores Domino Cancellario ſua ſuffragia, incipiendo à iuniore, qui fecit relationem proceſſus, & poſtmodum per ſuam antiquitatem proſequuntur, eiſque auditis, ipſe Cancellarius ſolus facit ſententiam, etiamſi ſit contra opinionẽ Conſultorum, vel maiorem partem ipſorum: de quo dicemus ſpecialiter infrà q. 13. illiúſque declarationi ſine appellatione, recurſu, aut ſupplicatione ſtandum eſt, provt etiam dicemus infrà *in quæſtione ſequenti n. 2. & 3.* & *quæſtione* 30. in Regnis autem Caſtellæ quomodo terminentur contentiones iuriſdictionum videre poteris latè penes Gabrielem de Pireſa in tract. *de vniuer. inſtrum. edit. to. 1. tit. 2. reſolutione 6. & de hoc arti.* vide infrà *in q. ſequen. à num.* 14.

15 Quod quidem quàm vtile ſit, ſeruare hunc modum decidendi contentiones iuriſdictionum patet ex his, quæ latiſſimè congerit Valanzuela *to. 2. conſ.* 200. vbi *n.* 57. *&* 58. ita concludit. Et ideò in Competentiis inter Iudices ordinarios, aut Tribunalia Regia iuſtiſſimum eſt, ne vnus ipſorum, vel ad inuicem Tribunalia decidant, ſi ſua eſt iuriſdictio, ſed cognitio, & deciſio ſit ſuæ Maieſtatis, vel eorum quibus eam demandauerit, quòd & mihi videtur &c. de quo vide *in quæſt. ſequenti n. 20. & 21.*

16 Hócque bonum commune in Regnis Coronæ Aragonum ferè æqualiter cum eadem praxi, modo, terminis, & ſolemnitatibus obſeruatur, vt pro Regno Cathaloniæ teſtantur in vim concordiæ, auctoritate Pontificia, confirmatæ inter Reginam Eleonoram & Prælatos Eccleſiaſticos Principatus, Peguera *tom. 1. deciſ. 92. n. 3. & in Praxi cap. 26.* Oliuan. ad vſat. *cap. 11. à n. 13. cum ſeq.* quos refert, & ſequitur Ripol de Regal. *cap. 11. n. 5. cum ſeq.* & *cap. 1. variar. à n. 42.* & ibidem adeſt Conſtitutio ita determinans, vt patet in volumine Conſtitutionum Cathaloniæ *lib. 3. Pragmat. tit. 2. de conten. iuriſdict.* Et pro Regno Valentiæ cum aliis docet D. Laurentius Matthæu *in dicto tom. 2. de Regimine Vrbis, & Regni Valentia cap. 7. §. 1. ſect. 1. à num. 9. cum pluribus ſeq.* vbi in principio refert ad litteram confirmationem Apoſtolicam prædictæ concordiæ, & Regens Vico *ad pragmat. Sardiniæ tom. 2. tit. 51.* Vbi etiam teſtatur de obſeruantia prædicti modi dicidendi contentiones pro inſulis Sardiniæ Maioricen. &c.

Patet igitur ex prædictis, quàm ſublime ſit munus Cancellarij, quámque excelſa ipſius iuriſdictio, & poteſtas, quandoquidem ab eius tantùm iudicio, & declaratione pendeat deciſio contentionum, quæ quotidie ſuſcitantur inter Curias, & perſonas ſublimiores, & inferiores tam Coronæ Aragonum, quàm aliarum partium Orbis, qui contendunt circa iuriſdictionem ibidem exercendam, ſi iurgium ſuboriatur, etiamſi ſint Reges, aut ſupremi Principes; hócque cum tali excellentia, & ſublimitate, quod ei priuatiuè attribuatur declaratio cum tali qualitate, quòd determinet, declaret, & 17
iudicet cauſam, *Segun Dios y buena Conciencia*; taliter quòd eius declarationi ſtandum & parendum ſit ſine recurſu, appellàtione, aut alio medio, vt expreſsè patet ex verbis ipſius fori 1. ſub tit. de las Competencias ibi. *Sea tenido, y obligado; oydas las partes intereſadas, y los Iuezes contendientes, ſi alguna coſa quiſieren dezir ante el dicho Chanceller, declarar la dicha contencion dentro el dicho tiempo Segun Dios, y buena conciencia, adhereciendo à la parte que le parecere ſer mas Iuſto; à la declaracion, y determinacion del qual los dichos Iuezes contendientes hayan, y ſean tenidos de eſtar, y, no puedan tener recurſo alguno de la declaracion por el dicho Chanceller hecha &c.* 18

Ex quibus liquidò patet ſublimitas, & excelſa iuriſdictio Cancellarij; cùm videamus talem prærogatiuam nulli iudicum, etiam ſupremorum, eſſe attributam; ſed videri de reſeruatis ſummo Pontifici, & ſupremis Regibus, quod illis ex ipſorum auctoritate conſtitutum, confirmatum, & radicatum intuemur. Vnde plura poſſemus congerere, quæ ad huius muneris, & officij excellentiam, & magnitudinem poſſent conducere, quæ conſultò omittimus, cùm noſtræ intentionis potiùs ſit quærere publicam vtilitatem ſeminando Triticum, & colligendo fructus, quàm flores & delectamenta inſeruientia olfactui, & exinde ad ea manum non imponimus, vt prouenire valeamus ad id, quod noſtrum animum pulſat ſuſcipiendi, & elaborandi hoc opus, & interim dum ad alia, quæ in hoc volumine in medium propone 19

proponemus, videre poteris, quoad verba d. fori ſuperiùs relata Hieronymum Portoles vbi ſuprà, Ramirez *in d. §. 2. à n. 6. cum ſeq.* & alios per ipſos allegatos *litera K*, Seſſe *in d. deciſ.* 113. Caſanate *in illa copioſa & diffuſa allegatione pro D. Petro Gaxo de Caſtro, contra Ioannem Baptiſtam Eſpinola.*

QVÆSTIO II.

Competentia Iuriſdictionis quomodo, per quos, & iuxta quæ tempora declarari debeat?

SVMMARIVM.

Competentia iuriſdictionis oriri poteſt circa rem, perſonam, aut iuriſdictionem, quam, vel quas Iudices contendentes prætendunt ad ſe priuatiuè, quoad alium, pertinere. n. 1.

Iudex pretendens grauamen fieri ab alio iudice in ſua iuriſdictione poteſt formare competentiam, & quomodo id efficere debeat. n. 2.

Cancellarius eſt Iudex medius, qui declarat contentiones, lites, & iurgia exorta inter Curias, & perſonas contendentes pro iuriſdictione. n. 4.

Cancellarius Competentiarum ſemper debet eſſe perſona Eccleſiaſtica, & in iure graduatus, ac literis, & virtute præditus. n. 5.

Competentiam declarare tenetur Cancellarius intra triginta quinque dies. n. 5.

Proceſſus actitatus coram Arbitris, exhiberi debet coram Cancellario, poſtquam inter ſe illi non conuenerunt. n. 5.

Cancellarius non poteſt pronunciare proceſſus intra triginta dies datos ad illum efformandum, ſed in aliis quinque, adauctis ad illos. n. 6.

Probatio aliqua ſi ſuperueniat in quacumque competentia admitti debet, etiamſi ſit intra quinque dies datos ad pronunciandum. n. 7.

Cancellarius admittere debet quamcumque probationem, etiam ad aurem, dum non eſt pronuntiata competentia. n. 8.

Cancellarius tenetur iudicare, ſola veritate attenta, ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam. n. 9.

Cancellarius pro declaratione Contentionis non eſt adſtrictus ad Apices, & ſolemnitatis Iuris. n. 10.

Praxis terminandi Contentiones Iuriſdictionum inter Iudices, aut perſonas exortas vniformis ferè videtur in omnibus Regnis Coronæ Aragonum. n. 11.

Competentia Iuriſdictionis efformari debet per eum, qui grauatus Iudicatur in perſona, bonis, vel cauſa. n. 12.

Competentia Iuriſdictionis tantùm habet locum, quando eſt dubium, an Iudex, vel pars vim faciat, non verò in notoriis. n. 13.

Praxis, quæ in Aragonia obſeruatur pro decidendis Competentiis Iuriſdictionum, viget, etiam Mediolani. n. 14.

Contentiones Iuriſdictionum, quæ extra Regnum Aragoniæ excitantur, quomodo terminari debeant, variant Doctores. n. 15. & ſeq.

Contentio Iuriſdictionis ſi inter Iudices oriatur terminari debet per Arbitros ab eis nominandos, & ſi non conuenerint, deuenitur ad tertium, à ſuperiore nominandum, ſi ipſe per ſe declarare noluerit, qui poteſt compellere partes ad id faciendum. n. 16. & 17.

Delegatus ſi contendat de Iuriſdictione cum alio delegato in vim diuerſorum Reſcriptorum, quomodo declarari debeat contentio. n. 18.

Iudex recuſatus à parte an ipſe Cognoſcat de cauſis recuſationis, vel ſit deueniendum ad Arbitros, vide remiſſiuè. n. 19.

Contentiones, quòd per Cancellarium Competentiarum dirimantur, eſt ſalubre, & mirabile medium. n. 20. & ſeq.

Lites fugere, & Iurgia deuitare eſt valde vtile omnibus. n. 20. & 21.

Iuſtitia cum integritate miniſtratur in Aragonia in declaratione Competentiarum Iuriſdictionum mediante Cancellario Competentiarum. n. 25.

LIcèt *in foro. 1. ſub titulo de competen-* 1
tia iuriſdictionis, deciſum, & decla-
ratum videatur quidquid in præſenti
quæſtione dubitatur; attamen vt cla-
riùs pateſiat, operæ pretium duxi, in
primo loco explanare, & extendere,
quod eſt principale fundamentum, ſu-
pra quod conſtruendum eſt, quod ex illo
reſultat. Et in primis notandum eſt, quòd
contentio iuriſdictionis oriri poteſt circa
rem, aut perſonam, vel iuriſdictionem,
quam vel quas Iudices certantes præ-
tendunt ad ſe priuatiuè quoad alium; &
è contra, pertinere; & tunc Iudex qui
exiſtimat ſe ab alio grauari concedit li- 2
teras repetitorias rei, vel perſonæ ſeu
iuriſdictionis, in qua vel in quibus frau-
datus iudicatur; in dictis literis nomi-
nando Arbitrũ, qui illam Competentiam
decidat,

decidat, cum alio ſimiliter nominando
ab ipſo Iudice, cum eo contendente, qui
etiam tenetur intra triduum, à die præ-
ſentationis literarum reſpondere Iudici
primo prætendenti moleſtationem, &
vim in ſua iuriſdictione; & in ſuis literis
reſponſiuis nominando perſonam, quæ
tanquam Arbiter ſuus cum alio iam no-
minato in dictis literis repetitoriis deci-
dant, & declarent intra quinque dies,
computandos à die, quo literæ reſpon-
ſiuæ, primo iudici fuerunt intimatæ, ad
quem ipſorum pertineat res, perſona,
vel Iuriſdictio, de quibus dubitatur; quæ
quidem intimatio fieri etiam debet am-
bobus Arbitris, qui ſi inter ſe conue-
niant ipſorum declarationi, & ſententiæ
ſine recurſu, appellatione, vel alio iudi-
ciali, vel extraiudiciali recurſu ſtandum
eſt, vt diximus *ſuprà in quæſtione antece-
denti*, & *dicemus infrà in quæſtione* 30.
3 At ſi prædicti Arbitri inter ſe non
conueniant, ſed diſcordent, finitis illis
quinque diebus (qui currunt de momen-
to ad momentum vt patet *in quæſtione
antecedenti*, & *ex ibi dictis n. 9. & ſeq.*
(& dicemus *infrà in quæſtione* 30. *n.* 2.)
tunc deuoluitur declaratio ad Cancella-
rium Competentiarum, nominatum à
D. Rege ad eum effectum, tanquam ad
Iudicem medium, qui ſedare, & finire
valeat iurgia, lites, ſcandala, & alia in-
conuenientia, quæ quotidie accidebant,
antequam hoc tam ſalubre, támque vtile
medium fuiſſet adinuentum, & exequu-
tum.
4 Et ſciendum eſt, Cancellarium ſem-
per debere exiſtere perſonam Eccleſia-
ſticam, ac in iure graduatum; & ferè
ſemper eligitur, qui dignitate Eccleſia-
ſtica, literis, integritate, grauitate, & do-
ctrina polleat.
Enim verò quando ob diſcordiam
5 Arbitrorum ad Cancellarium deuolui-
tur declaratio, tenebatur olim intra tri-
ginta dies, computandos ab intimatione
proceſſus diſcordiæ Arbitrorum pro-
nunciare, probare, publicare, & audire
partes, & de dicto proceſſu priorum Ar-
bitrorum diſcordantium facienda eſt
fides, coram Cancellario ad finem con-
ſtandi, quòd inter ſe non conuenerunt,
& ex eo quòd cauſa legitimè fuit deuo-
luta ad eum.
6 Poſteà tamen alij quinque dies additi
fuerunt Cancellario vltra illos triginta,
vt patet ex foro poſteriori edito Monti-
ſone *ſub tit. del Chanceller de competen-
cias, in foro vnico*, in quibus quidem die-
bus partes completè formabunt pro-
ceſſum, allegabunt in iudicio, aut extra,
quidquid voluerint, & conducere poteſt
ad vtilitatem ſuam pro bono Iuſtitiæ, &
Cancellarius tenebitur audire ad ſatie-
tatem.
Sed eſt aduertendum, quòd dicti tri- 7
ginta dies ſunt aſſignati ad efformatio-
nem proceſſus, intra quos Cancellarius
nullatenus pronuntiare debet, etiamſi
ante complementũ illorum fuiſſet con-
cluſum & publicatum in cauſa, nam illi
quinque dies ſuperadditi fuerunt ad ef-
fectum tantùm prolationis ſententiæ, in
quibus & non anteà fieri debet: benè
tamen verum eſt, quòd ſi intra dictos
quinque dies aliqua probatio ſuperue-
niat, quæ quidem quoquomodo releua-
re poſſet ad eruendam veritatem, & fo-
uendam iuſtitiam admitti debet, per ea
quæ tradunt Scobar à Corro de vtroque
foro *to. 1. in initio, nu. 56. & ſeq.* Noſter
Doctiſſimus Suelues *in ſemicenturia* 1.
conſ. 10. *nu.* 15. & 16. & latè diximus *in
Noſtro Paſtor. Reg. part. 3. voto 7. nu. 11.
vſque in finem pag.* 244.
Et ideò intra terminum prædictum tri- 8
ginta quinque dierum datur locus cui-
cumque probationi, tam iudiciali, quàm
extra iudiciali (etiam ad aurem Cancel-
larij) pro eruenda veritate, per ea, quæ
diximus *in D. noſtro Paſtor. Reg. in d. p. 3.
vot. 1. n. 4. & 5. & voto 7. n. 12.* & copioſè
Gambacurta *de Immunitate lib. 6. cap.* 17.
Guiurba *conſ.* 50. *à n.* 10. *cum ſeq.*
Nam tenetur iudicare ſola veritate at-
tenta ſecundùm Deum & bonam con- 9
ſcientiam, & conſequenter non eſt ad-
ſtrictus ad apices, & ſolemnitates iuris, vt
docent Farinatius *in additione ad conſi-
lium* 211. *to.* 3. & copioſè Gambacur. &
Guiurb. Vbi proximè, & latè diximus
in d. vot. 7. n. 14. & conducunt, quæ di-
cemus *infrà quæſt.* 15.
Patet igitur reſolutio ad propoſitam 10
quæſtionem, cum ex prædictis conſtet
expreſsè, quomodo, & intra quæ tempo-
ra contentio iuriſdictionis declarari de-
beat, & euidenter colligitur ex *d. foro* 1.
& ex his quæ tradunt noſtri Practici
Seſſe *in d. deciſ.* 113. *à n.* 1. vbi *n.* 37.
Teſtatur, hanc praxim terminandi 11
contentiones iuriſdictionis in Aragonia
æqualiter ſeruari in omnibus Regnis
noſtræ Coronæ, videlicet, in Cathalonia,
Valentia, & Inſulis Sardiniæ Maionce.
&c. idem Seſſe *de inhibit. cap. 9. &* 10. &
plures referens Ramirez *de lege Regia
§. 2. n. 5. litera K*, Oliuan de iure fiſci
cap. 11.

*cap.*11.*n.*12. quibus iunge Ferrer *p.*3.*obſeruat. cap.*172. qui in terminis exagitat hanc quæſtionem iuxta concordiam Reginæ Eleonoriæ *in verſ.* Secundum tamen aduertendum eſt, *circa medium pag. mihi* 157. Fontanel. *Deciſ.*256.*to.* 1. *litera C*, Ripol *cap.* 1. *Variar. à n.* 42. & *de Regal.cap.*11.*à n.*6.*cum ſeq* & D.Laurentius Matthæu *in d. to.* 1. *de Regim. Vrbis, & Regni Valentia cap.*7. §.1.*n.*9. qui plures Autores totius coronæ allegat, atteſtanres de hac praxi, licèt non æqua lance practicetur in aliquibus circunſtantiis.

12 Sed pro complemento quæſtionis videndum eſt, per quos contentio efformari debeat, & dicendum videtur, quòd fieri debet per eum qui grauatus præſumitur à Iudice, volente cognoſcere de ſua perſona, ſiue cauſa, prætendendo cum aliquo dubio probabili vim inferre eidem parti, vel Iudici, & tunc tam per iſtum, quàm per illum efformari poteſt competentia; de quo vide Pareſa *in trac. de vniuerſa inſtrumen. edit. to.*1. *tit.*2. *reſol.* 6. *à n.*33. dùmmodò tamen dubitari
13 poſſit, an ad illum Iudicem pertineat, vel non, nam ſi ſit notorium vim non facere; Competentia efformare nequibit, tam reſpectu partis, quàm Iudicis prætendentium grauamen, provt diximus *ſuprà in quæſtione antecedenti n.*7. *& ſeq.*

14 Quoties verò fuerit deuentum ad nominationem Arbitrorum per partes, ſi iſti inter ſe non conueniant, deuoluitur ad Cancellarium iuxtà formam ſuprà traditam, per ea; quæ docent noſtri practici, Portoles *in ſcholiis ad forum* 1. *ſub tit. de las Competencias à n.* 10. *cum ſeq.* optimè Seſſe *in d. deciſ.* 113. *à n.* 123. *cum ſeq.* Ramirez *de lege Regia in d.*§.2. *à n.*4. idemque in aliis Regnis Coronæ docent Michaël Ferrer *p.* 3. *obſeruat. cap.*172. *n.*1. *& ſeq.* Oliuan *de iure Fiſci cap.*11.*n.*20. Repol *cap.*1.*Variar.ex nu.*42. & *de Regal. cap.*11. *n.* 6. *cum ſeq.* & alij, quos refert D. Laurentius Matthæu *in d. cap.*7. §.1. *à n.*9. *vſque ad* 11.

15 Et quòd idem obſeruetur Mediolani tradit Bos. *De captu. n.* 40. quem refert Seſſe *in d.deciſ.*113.*n.*38. Et licèt quoad diſpoſitiones particulares Regnorum Coronæ Aragonum ſit notum, quòd procedi debeat cum ritu, & modo ſuperiùs tradito, & difficultate careat; in aliis autem Prouinciis, & Regnis, diuerſimodè concludunt Doctores, quomodo contentiones Iuriſdictionis inter Iudices, & partes exortæ terminentur, nam Vulpeli.*reſp.*130.*n.*6. quem refert Farin. *tom.*1.*tit.de Carceribus lib.*1.*tit.*4.*quæſt.*28. *n.*76.*verſ. Hac autem cognitio &c.* Et alij voluerunt, quod ſi delictum ſit merè ſeculare, Iudex ſecularis cognoſcere debeat de contentione, ſi verò ſit Eccleſiaſticum, tunc cognoſcat Eccleſiaſticus; quod ex identitate rationis idem affirmare videntur prædicti Doctores in aliis contentionibus, non procedentibus ex delicto. Alij autem voluerunt, quòd ad ſolum Eccleſiaſticũ cognitio pertineat; in qua opinione ſe ſubſcribunt Cobar. *pract.quæſt.c.*33.*n.*1. Açeuedo *ad legem* 3. *tit.*2. *num.* 20. *lib.* 1. *noua recopilationis*, Gutierrez *lib.*3. *quæſt.prac. quæſt.* 1. *n.* 5. & alij plures *per text. in cap. ſi Iudex laicus de ſent. excom.*

Verùm in hac opinionum varietate 16
mediam viam eligens, & noſtri Regni praxim, licèt non tam adæquatè, & ſine replica, aut dubitatione, ſicut apud noſtrates obſeruatur, approbare etiam videtur extra ipſum cum diſtinctione Suarez de Paz *to.*1.*cap.*3. §.3. vbi poſtquam *n.*7. dixit, *quòd ſi Iudices Eccleſiaſtici, & ſeculares contendant de Iuriſdictione, ad quem ipſorum pertineat cauſa cognitio, quæ ventilatur, reſoluit per eos nominandos eſſe Arbitros reſpectiuè, qui ſi inter ſe conueniant, ita ſopiri debeat*, & poſtmodum *n.*12. ita concludit. *Si verò Iudices fuerint diſcordes in determinatione huius articuli, tertius ab eis eligendus erit* argum. tex. in l. offerendis Cod. de appellationibus, & *ibi* notat Bart. & Fol. poſt Panormit. & alios *in cap. fin. de re iudicata col.* 2. *verſ. prima declaratione*, & Iaſon. *in l. ſi duo Iudices*, & *in l. inter pares ff. de re iudicata.* Si tamen prædicti Iudices noluerint tertium eligere, compellendi ſunt per ſuperiorem ad illum eligendum, vel Superior illum dabit argum. eorum, quæ notantur à gloſ. & Doctoribus *in cap. cum ſpeciali* §.1. *de appellationibus &c.*

Cui conſonat eiſdem ferè verbis Re- 17
migius de Goni *in tract. de immunitate in fine ipſius*, vbi diſputat aliquas quæſtiones, & *in quæſt.*2. quæ incipit: *Quando dubitatur* &c. poſtquam adduxit plura; tandem in verſ. in caſu iſto ita ait. *Iſta prima declaratio, contiuet duos caſus. Primus; quòd ſi in ſententia ferenda ſint diſcordes*, (loquitur de Arbitris) *debeat eligere tertium (vt dictum eſt) & ſi nolunt eligere, poſſunt cogi per ſuperiorem ad eligendum tertium; vel ipſe ſuperior dabit tertium, iuxta notata per gloſ.* & alios

alios *in cap. ſuſpicionis de officio delegati*, & *in cap. cum ſpeciali de appellationibus* §.1. *& tex. in l. ita ſi vnus* §. *principaliter ff. de Arbitris*, & cogi eos in vnum conſentire. Speculator *in tit. de Arbitris* §. *ſequitur. verſ. quod ſi duo electi*, & Bart. *in le. Domini in fine ff. de furtis, &c.*

18 Et de hoc articulo videre poteris latiſſimè Bouadillam *in ſua politica tom.1. lib.2. c.17.n.40.* vbi comprehendit, quæ proximè annotauimus,& de duobus Iudicibus delegatis contendentibus pro cognitione cauſæ, taliter quòd quilibet eorum velit procedere in vim diuerſorum reſcriptorum, quòd declarari de-
19 beat per Arbitros modo proximè relato, tradit cum pluribus Salgado *de Regia protectione part.2. cap.10. num.94.* Et ſimiliter de Iudice,tanquam ſuſpecto recuſato, quòd tam ipſe cum recuſante, quam ipſe recuſans cum illo, (ſi in lite adfuerit) terminare debeant contentionem per Arbitros, latè probat Farin. *tom.2. fragment. Crimin. in tit. de immun.* verbo, *Iudex*, *n.* 915. Ex quibus plura eiuſdem generis cumulare poſſemus,quę quidem videre poteris apud Sigiſmundum Scacciam *in tract. de iudiciis, lib.* 1. *cap.*101. *à n.* 23. *cum pluribus ſeq.*& conſultò omittimus, cum propriè & immediatè non attingat noſtrum inſtitutum; & attendamus breuitati: videre tamen poteris Pareſam *in tract. de vniu. inſtrum. edit. to.1. tit.2. reſol.6.* vbi tradit nouiorem ſtylum in Regnis Caſtellæ practicatum.

20 Colligitur ergo ex ſuprà dictis, quàm laudabile,quámque æſtimabile medium ſit iſtud Cancellarij Competentiarum; cum ex eo infinita iurgia, plura ſcandala,& innumeræ lites ſopiantur,quódque quàm mirabile ſit, nemo eſt, qui non videat; provt & etiam diximus *ſuprà in quæſtione antecedenti n.*15. *& ſeq.* Et de hoc ſummo bono conſule Laurentium Beierlinch *in ſuo Magno Theatro, tom.* 4. verbo, *Lis ſeu Litigium*, in verſ. *Litium fuga &c.* qui ita ait Chilon: eius tria præcepta aureis litteris Delphis conſecrata ſunt. *Noſce te ipſum. Ne nimium cupias. Et æris alieni, atque litis miſeriam fac effugias* Bruſ. *lib.3. cap.7. ex Stob. &c.* De quo plura poſſumus congerere & videre poteris Barboſam *in Paſtorali parte* 3. *allegat.* 79. *à n.6. cum ſeq.*

21 Quódque quam vtile,quámque gratum ſit Deo, commendant Fontanel. *de pactis tom.1. clauſul.4. gloſ.13. p.3. n.20. circa finem*; vbi ita ait: *Diuinitùs enim illa concordia fuit per maiores noſtros excogitata, per quam manifeſtiſſimo experimento quotidie comperimus, quàm pacificè, quàm ſine tumultu, & quàm ſine alicuius partis præiudicio diſceptationes, in quibus ea locum habent, decidantur, &c.*

Ex quo idem Fontanela *deciſ.* 314. 22
*n.*24. pro hoc ſalutifero,& vtiliſſimo medio exclamat per talia verba. *Per hunc procedendi modum in Competentiis, quæ circa Iuriſdictionem excitantur inter Iudices Eccleſiaſticos, Ordinarios, & ſeculares, ſuauiter, ac ſuauiſſimè apud nos hae experiuntur, vtinam ita procederetur, quando Contentio eſt cum delegatis Iudicibus, &c.*

Et Seſſe *deciſ.* 113. *in præfatione*, & 23
*n.*130. ita ait. *Cum nulla maior ratio publica vtilitatis eſſe poſſit, quàm quod cauſa Competentiarum Iuriſdictionis terminentur, per hunc laudabilem modum Fori noſtri, quem tot Romani Pontifices laudârunt, & approbârunt &c.* Ad idem Couarruuias *in practicis cap.* 33. *num.* 4. & Diaz *vbi ſuprà*, [illegible] illud in magnam vtilitatem, & quietem Reipublicæ fuiſſe introductum in Regnis Caſtellæ ab inuictiſſima & ſanctiſſima memoria Imperatoris Caroli V. provt etiam ex eis tradit Portoles *in ſcholiis ad d. Forum* 1. *de la Competencia de Iuriſdicion n.69. in fine, pag.*443.

Et tandem D. Laurentius Matthæu *in* 24
d.c.7.§.1.n.18. Vtile & valde neceſſariũ, eſſe hunc modum terminandi contentiones commendat, approbat, & admittit.

Præcipuè quia in hoc Tribunali Iu- 25
ſtitia cum integritate, rectitudine,& intelligẽtia ſemper miniſtratur,& fouetur, vt cordatè,& experimẽto tradit Fõtanela *de pact. in d. to.1. clauſ.3. gl.3. n.56. in fine*, quem nos huic quæſtioni imponimus.

QVÆSTIO III.

Diſpoſitio foralis, & concordia Reginę Eleonoræ, quoad declarationem Competentiarum, Iuriſdictionis, an ſint conformes iuri communi?

SVMMARIVM.

*Declaratio Iuriſdictionum contentionis, quæ fit in Aragonia, eſt conformis Iuri communi. n.*1. & ſeq.

Contentio Iuriſdictionis, ſi inter Indices ſuborsatur, terminari debet per Arbitros, ab ipſis nominandos, qui ſi inter ſe non conueniant, cogendi ſunt vt tertium aduocent. n.2. & ſeq. *& hoc tam de iure canonico, quàm ciuili. numer. 5.* & 6.

Iudices contendentes de Iuriſdictione, ſi inter ſe non conueniant, cogi debent, vt Arbitros nominent, qui litem decidant, ne cauſa principalis plus debito prorogetur. num.9.

Contentiones, & lites ne differantur plus debito intereſt Reipublicæ, & bono publico. n.10.

1 DIſpoſitionem noſtri fori, 1. *ſub titu-
lo (de las Competencias)* & *Concor-
dia Reginæ Eleonoris* quoad cætera Regna
Coronæ Aragonum Iuri communi con-
formes eſſe ſatis liquet ex deciſione tex-
tus *in cap. ſuſpicionis* §.1. *de officio dele-*
2 *gati* vbi in verſ. *Iidem*; ita ait : *Iidem,
vt conueniant (ſi diſcordes fuerint) in vnam
ſententiam, vel tertium concorditer aduo-
cent, cum quo duo vel alter eorum id fa-
ciant, ſunt cogendi, &c.*
3 At idem textus *in cap. Paſtoralis*, 14. §.
ad quod verſ. *ſimul vtrique &c.* de reſcri-
ptis *ibi. Etſi forte nequiuerint ſimul in
vnam ſententiam concordare (quamuis plu-
res ſint ex vna parte, quàm ex altera) per
Arbitros, communiter electos à partibus,*
4 *huiuſmodi concertatio ſopiatur, &c.* Quod
etiam probatur *ex text. in cap. ab Arbi-
tris* 11. *de officio delegati in 6.* vbi etiam
eodem prorſus modo ſtatuitur, quod ſi
Iudices contendentes non conueniant,
recurratur ad Arbitros, qui diſcordiam
declarent; vt & etiam patet ex cap. *cum
ſpeciali* 61. *de appellationibus*, & con-
ducunt, quæ dicemus infrà *quæſt.* 7.
num. 5.
5 Et de iure ciuili idem declaratur *in l.
in offerendis* 37. & quæ *ibi* docent Do-
ctores *cod. de Appellationibus*, vbi *in* §.
ſin verò memoratam, ita ait : *Duobus tra-
datur diſceptatio magnificis Iudicibus, vi-
ris ſcilicet, deuotis epiſtolaribus, cognitio-
nalia certamina excipientibus; Ita tamen,
vt ſi diſſentiant virum Illuſtrem pro tempo-
re quæſtorem adhibeant, vt eo dubietatem
dirimente finiatur negotium &c.* Et quod
materia Competentiarum Iuriſdictionis
Iudicum reperiatur, & tractetur in mul-
tis locis Iuris latè tradit & refert Valan-
zuela *in d. conſ.* 200. *n.* 26.

Ex quibus liquidò patet, noſtram pra- 6
xim dirimendi contentiones, & Com-
petentias Iuriſdictionis conformem eſſe
tam Iuri Canonico, quàm Ciuili, &
hanc ſententiam tenent Portoles, quem
refert Seſſe *de inhibitionibus cap.* 9. §. 1.
n. 24. & *deciſ.* 113. *n.* 51. *cum ſeq.* Fonta-
nela *deciſione* 314. *& deciſ.* 324. *num.* 1.
cum ſeq. quos allegat, & ſequitur Don
Laurentius Matthæu *de Regimine Regni,
& Ciuitatis Valentiæ, cap* 7. §. 1. *num.* 13.
quibus iunge Suarez de Paz *in praxi
tom.* 1. *p.* 5. *cap.* 3. §. 3. *num.* 12. & proba-
tur argumento *text. in d. l. in offerendis
cod. de appellationibus* cuius auctoritate
idem ſentit Remigius Goni *in tractat. de
Immunit. in ſecunda, & vltima parte q.* 2.
*verſ. in caſu iſto ſunt duæ declarationes ſe-
quentes &c.* & additio ad Michaelem
Ferrer 3. *p. obſeruat. Regni Cathaloniæ ob-
ſeruatione* 172. *litera A*, optimè Ludo-
uicus Caſanate in illa celebri allegatio-
ne typis mandata, *por Don Petro Gago de
Caſtro*, contra Ioannem Baptiſtam Eſpi- 7
nola *fundamento ſecundo verſ. aunque otros
por abraçar entrambas opiniones &c.* vbi
in fine poſtquam dixit de nominatione
Arbitrorum facienda, quando occurrit
inter Iudices aliqua Iuriſdictionis con-
tentio, ita concludit. *Que es muy con-
forme à la practica, coſtumbre, y fuero de
Aragon &c.*
Hócque videtur ſatis conſonum cum 8
diſpoſitis ab Imperatore Iuſtiniano in
authentic. de mandatis Principum §. *nec
occaſionum, collatione tertia* ibi, *ſi verò
Canonicum ſit quod quæritur, vna cum
Metropolita Prouinciæ hoc diſponere, &
diſcernere &c.*
Patet igitur ex ſuprà dictis, diſpo- 9
ſitionem aſſumptam in dicto *For.* 1.
de las Competencias, maximam habere
connexionem cum vtroque iure; ad
quod fortaſſe attendens inuictiſſimus
Carolus, conditor illius fori, motus fuit
ad ipſius editionem ſequendo veſtigia
d. cap. ſuſpicionis 39. *de officio delegati*,
& aliorum Iurium ſuperiùs allegato-
rum; vt videlicet Iudices contenden-
tes de Iuriſdictione cogantur nomi-
nare tertium, qui cauſam declaret, &
decidat; & ratio, ſeu motiuum colligi
poteſt ex finalibus verbis dicti cap.
ſuſpicionis, prolatis à Gregorio IX.
Auctore illius decretalis per hæc ver-
ba. *Ne huiuſmodi occaſione principale ne-
gotium plus debito prorogetur. &c.*

Et

10 Et ex eodem fonte, & motiuo, ac cauſa non erit abs re innuere, noſtros maiores limitare voluiſſe terminos, & inſtantias quoad declarationes contentionum, ſeu Competentiarum Iuriſdictionis, ad limites, & dies breues ſuperiùs relatos in duabus quæſtionibus antecedentibus, vt negotium principale, circa quod orta fuit contentio, plus debito non prorogetur.

11 Et etiam ex hoc ſequitur alia vtilitas publicandi, terminandi Competentias per hanc viam, vt ex hoc modo conſulatur partibus, lites abbreuiando, finiendóque contentiones, per hoc ſalubre medium, & de eius vtilitatibus, & bono publico in terminandis contentionibus per hanc viam, ab omnibus optandam, & deſiderandam diximus *ſuprà in quæſtione antecedenti n.*20. & ſeq.

QVÆSTIO IV.

An tempore Romanæ Reipublicæ, & ipſius Imperatorum adeſſet inter Iudices contentio Iuriſdictionis, & quomodo dirimi ſolebat?

SVMMARIVM.

*Reges, & Imperatores Romani priuatiuè habuerunt Iuriſdictionē decidendi lites. n.*1.

*Iudices, aut Magiſtratus non exiſtebant tempore Romanorum Imperatorum, quando Imperium fuit conſtitutum. n.*2.

Imperatores Romani delegarunt ſuam poteſtatem, & Iuriſdictionem Magiſtratibus, & aliis Iudicibus ad decidendas lites. num. 3.

*Magiſtratus Romani pro terminandis cauſis nominati fuerunt per Imperatores, diuerſis temporibus. n.*4.

*Iudices nominati ab Imperatoribus ad aliquas cauſas decidendas non poterant indiſtinctè de eis cognoſcere, præcipuè in criminalibus; ſed creſcente poſteà numero Ciuium, & cauſarum adaucta fuit poteſtas. n.*4. *&* 5.

*Poteſtas conceſſa Iudicibus, ac Magiſtratibus à ſupremis Principibus, vt cognoſcant de cauſis, ipſis commiſſis, non eſt priuatiuè taliter, quòd ipſi Principes, ſi velint cognoſcere, nequeant. n.*5. & 6.

*Iudices non debent mittere falcem in Meſſem alienam. n.*6.

*Princeps ſupremus licèt committat cognitionem cauſarum Iudicibus, ſemper, principaliter remanet penes ſe ipſum illa poteſtas decidendi cauſas, prout libuerit. n.*7.

*Iuriſdictio eſt penes ſupremum Principem, licèt ab eo refluat in Iudices, qui per ipſum, cauſas decidunt. n.*8.

*Contentiones Iuriſdictionis tempore Romanæ Reipublicæ iam reperiebantur inter Iudices deputatos ab Imperatoribus, qui illas decidebant, ſemperque in eis fuit reſeruata illa ſuprema Maieſtas. n.*9.

*Contentio Iuriſdictionis inter Eccleſiaſticos, & ſeculares Iudices iam erat cognita tempore Romanæ Reipublicæ. n.*10.

*Archiepiſcopi, & Epiſcopi non ſunt, ſubiecti cuicumque ſupremæ Maieſtati, ſed immediatè ſummo Pontifici ex ſpeciali reſeruatione n.*11. & 12.

*Epiſcopi non poſſunt citari, vt compareant per viam Iudicialem coram quocumque Iudice ſeculari, etiamſi ſit ſupremus Princeps, ſi non præcedat ſpecialis commiſſio Pontificis. n.*11. & 12.

Cognoſcere non poteſt per ſe ſupremus Princeps de delicto, tangente perſonam Epiſcopi, etiamſi ipſe conſentiat. n 12. & 13.

*Epiſcopi, & Clerici ratione feudorum, aut aliarum rerum temporalium poſſunt in aliquibus caſibus à Iudicibus ſecularibus iudicari, quod intellige non quoad perſonas, ſed quoad res. n.*14.

*Cancellario Competentiarum Aragoniæ attribuitur, quoad declarationem contentionum inter Iudices exortarum, quòd antiquitùs Imperatores in Republica Romana ſibi ſpecialiter reſeruarunt. n.*15.

HAnc quæſtionem in terminis examinat doctiſſimus, & ſemper laudandus D. Ioannes Baptiſta Valanzuela *tom.*2. *ſuorum conſil. in conſ.*200. quod ad inſtantiam, & requiſitionem Eminentiſſimi Cardinalis D. Antonij Zapata tunc Inquiſitoris generalis extendit, elaborauit, & in lucem edidit. Cúmque omnia, quæ ad intentum congerere poſſem, ibidem diligentiſſimè ſint cumulata, ideò vt breuitati conſulam, non multùm immorabor, remittendo Lectorem ad *d. conſ.*200. 1

Primò igitur ſupponendum eſt, Reges ſcilicet, & Imperatores Romanos, priuatiuè habuiſſe poteſtatem, & iuriſdictionē cognoſcendi, & decidendi cauſas, & lites, quæ occurrebant, taliter quòd in illo initio nullus Magiſtratus, aut Iudex creatus, reperiebatur, qui decidere poſſet iurgia, differētias, aut lites, quæ inter Ciues, 2

Aduenas,aut Peregrinos emergebantur, ſed præciſè recurrendum erat ad primam ſupremam poteſtatem, videlicet,ad Regem, ſeu Imperarorem,in quo intrinſecè tale ius radicatum exiſtebat, vt ex Tito Liuio *l.1.*Dioniſio Alicarnaſſo *l.2.* & 3.ac 4.Plutarcho *in vita Romuli*,& aliis obſeruat Valanzuela *in d. conſ.200.n.2.*

Sed cùm poſtmodum Populus Roma-
3 nus, cæteráque Regna, Ciuitates, & oppida augerentur, non poteranr illi Imperatores, Reges, & ſupremi Principes habentes illam omnimodam poteſtatem priuatiuam ius dicere, & cauſas terminare,iuſtitiámque miniſtrare,vt par erat, & ideò mutuando, & delegando ſuam Iuriſdictionem, & poteſtatem creauerunr,& nominarunr Iudices,& Magiſtratus,qui ipſorum nomine cauſas deciderent, vt videre poteris *in l.2.ff. de origine iuris*,& rradit Tirus Liuius *lib.1.decade 1.* Petrus Gregorius *lib. 4. de Republica c.5. num.24.* Eruditiſſimus D. Franciſcus de
4 Amaia *lib.11.obſeru.1.* & alij penes Valanzuelan *vbi ſuprà num. 1. & ſeq.* vbi *à num.5.* cum pluribus ſeq. refert varias ſpecies Magiſtratuum, qui pro tempore in illo runc fuerunt creati,quibus ſpecialiter Iuriſdictio,& poteſtas circa rē, materiam,& cauſas attribuebatur,quas decidere, cognoſcere, & terminare poterant, non tamen vltrà excedere, aut ſeſe extendere poterant, præcipuè in criminalibus;*vt in lege vlt. de priuatis delictis*, &*in lege finali ff.de furtis*, & latè docet Valanzuela *vbi ſuprà à n.16.vſque ad 26.*

5 Poſtmodùm verò cùm in dies augeretur numerus viuentium in Ciuitate Romana,& malitia eorum prona eſſet ad lites,& exinde plura iurgia, & differentiæ inter ipſos orirentur,quibus nō poterant Imperatores per ſe ſatisfacere,declarare, aut conuenire, opus fuit, & valdè conueniens, & bono publico congruum, transferre ſuam auctoritatem,& poteſtatem in diuerſos Iudices, & Magiſtratus, augēdo eorum numerum,qui præeſſenr, & deciderent lites,& contentiones, aſſignando aliquibus talia, aut talia genera cauſarum, & aliis diuerſa,vt quilibet Iudex de per ſe cognoſceret de materia,ad ipſum pertinenre, nec fas erat mittere falcem in Meſſem alienam.

6 Hoc ramen non fuit ipſis priuatiuè conceſſum,ſed cum dependentia Imperaroris, vel ſupremi Principis, qui ipſos aſſumpſit, in Magiſtratus, & Iudices; vt colligitur ex *l.1.in fine ff.de conſtitutionibus Principum*,& *ex gloſ.2.in cap.lex eſt 2. diſtinct.* & docet Petrus Barboſa *in Commentariis ad tit.de Iudiciis in l.2.§.legatis n. 18.* optimè ad intenrum Menoch. *conſ.230.n.106.volum.3.* vbi ita ait:*Quia
cùm ſit Princeps, ſuperiorem non recognoſcens, Iuriſdictio principaliter penes ipſum dicitur eſſe; licèt Iudicibus,& Magiſtratibus etiam iuriſdictionem confert: quia his Iuriſdictio ſecundariò competit, vt per Doctores, & maximè* Decium,*in l.1.ff. de Iuriſdictione omnium Iudicum,qui de communi teſtatur.Omnis enim Iuriſdictio eſt Prin-* 8
cipis,& adfluit,& refluit,vt dicebat Baldus in cap.*Ad hæc* in 4.colum. de pace iuramento firmanda, *quem refert*, Brunus conſ. Fondali 54.n. 6. poſt Felinum, *& alios,quos allegat*, in conſ.47.n.4. & ſeq. vol. 1. &c. Hæc Menochius, & faciunt pro hac parte, quæ dicemus *infrà q.7. n.20. & ſeq.*

Ex quibus, quandoque accidebar, 9 quòd tales Iudices,ſeu Magiſtratus contendebant,ad quem ipſorum pertineret cognitio talis, vel talis cauſæ, prætendentes vim inferre tali iudici, vel è conuerſo, & in tali caſu ſupremi Principes, aut Imperatores Romani conrrouerſiam decidebant,declarando, vel remittendo cauſam illi Iudici, ad quem dignoſcebanr pertinere ſecundùm qualitatem Iuriſdictionis, eiſdem attributæ; nam ſemper retinuerunt, & ſibi reſeruarunt illam ſupremam,& intrinſecam poteſtatem, quam à ſe nullatenus abdicare voluerunt; vt patet *ex l.2 §.ſed etſi*,& *in l. ſi quis ff. de iudiciis*: Et conſequenrer dicendum eſt, quòd rempore Romanæ Reipublicæ aderant iam contentiones Iuriſdictionum, quæ declarabantur per ſupremam poteſtatem, non verò per ipſos contendentes.

Quod etiam conſtitutum videbatur 10 non ſolùm reſpectu Iuriſdictionis temporalis, & ſecularis, ſed etiam Eccleſiaſticæ, ſi rigoroſè arrendamus ad verba authenricæ. *Nullus 22.cod.de Epiſcopis,& Clericis*,quæ ita ſe habēt.*Nullus Epiſcopus inuitus ad Ciuilem,vel Militarem Iudicem in qualibet cauſa producatur, vel exhibeatur niſi Princeps iubeat, Iudex autem, qui duci,vel exhiberi imperauerit poſt cinguli priuationem,viginti libras àurei Eccleſia illi, cuius Epiſcopus eſt,perſoluat* &c. Et ad intentum plura allegans ita tenet,& declarat Valanzuela *in d.conſ.200. à n.27.cum pluribus ſeq.*vbi copioſè,&accurarè proſequitur materiam huius quæſtionis, & ipſius reſolutionē, & eo relato remiſſiuè Cortiada *in praxi content.t.1.deciſ.39.n.2.*

Hic.

11 Hic tamen notandum iudico, ne aliquod æquiuocum ſuboriatur, videlicet, quòd ex verbis prædictæ Authenticæ poterant inferri ibi. *Niſi Princeps iubeat* &c.ergo ſi Princeps iubeat, poterit Epiſcopus inuitus ad ciuilem, vel militarem Iudicem in qualibet cauſa &c.hoc namque exequi, aut fieri non poteſt, tum ex variis conſiliis, tum ex pluribus decretalibus, tum ex conſtitutionibus Apoſtolicis, vt patet ex illa Pij IV. quæ incipit. *De ſalute Gregis Dominici* &c. Et habetur in Bullario magno nouiori de anno 1655. *tom*.2. *conſt*. 10. ipſius Pij IV. *pag. Mihi* 19. *in* §. *eoſdem autem Patriarchas* &c.

12 Speciali namque reſeruatione, Epiſcopi, & Archiepiſcopi immediatè ſubiiciuntur ſummo Pontifici, taliter quòd nullatenus citari poſſint, etiam ex quolibet delicto, niſi præcedat particularis commiſſio Pontificis; vt *ex d. conſt*. colligunt Cochier *in tract. de iuriſdictione ordinaria in exemptos, tom*. 1. *p*. 1. *q*. 41. Iulius Clarus *in ſua praxi lib*. 5. §. *finali q*. 35. *num*. 13. *in nouiſſimè additionatis Geneuæ de anno* 1636. vbi annotatio *litera* L plures allegat, Gracianus *tom*. 1. *diſcept. foren. cap*.169. *n*.15. & alij penes Barb. *in Paſtor. p*.3. *allegat*. 112. *n*.5. *cum ſeq*.

13 Et ex his colligitur, quòd ſi aliquis de facto vellet cognoſcere de aliqua cauſa, vel delicto tangente perſonam ipſius Epiſcopi, etiamſi accederet conſenſus Principis ſecularis, vel ipſe de per ſe ſine

14 licentia, & approbatione Pontificis hoc intentaret exequi; tunc ipſe Epiſcopus rectè poſſet, imò deberet formare Competentiam, & ſi opus eſſet pro viribus procurare, vt cognitio ad ſummum Pontificem remitteretur, quæ declaratio de plano procedit, licèt Andræas Gail, & alij ab eo allegati referant aliquos caſus, in quibus Epiſcopi, & alij Eccleſiaſtici ratione feudorum, vel temporalium dominiorum ſubſunt Regibus, vel aliis ſupremis Principibus, quod locum fortaſſe habere poſſet quoad merè temporalia, non verò quoad perſonas, aut bona Eccleſiaſtica, ſeu ſpiritualia, de quo non diſputo, cum hoc immediatè non reſpiciat perſonas Epiſcoporum, aut Eccleſiaſticorum, contra quas eſt certum, non poſſe procedi per Iudices ſeculares, ſed ad feuda, & bona temporalia, in quibus ſi contentio ſuſcitaretur diuerſimodè philoſophandum erit, penſatis circunſtantiis, & aliis quæ occurrere poſſent.

Tract. de Competentiis,

Ex ſuprà dictis oritur quædam ſuprema excellentia officij Cancellarij Competentiarum, cùm videamus, ei attribui, quod antiquitùs Imperatores Romani, & ſummi Principes ſibi ſpecialiter reſeruarunt; itaque quoad hanc partem gerit vices ſupremæ Maieſtatis, cùm hæc priuatiuè declararet contentiones Iudicum contendentium de iuriſdictione, illorúmque ſententiæ & declarationi parendum erat ſine appellatione, recurſu, vel aliqua alia ſupplicatione, quod quidem hodie conceſſum reperitur Cancellario, & ſine dubio, vel contradictione exequutum experimur, 15

QVÆSTIO V.

Contentio ſi inter Iudices oriatur, quando dicatur mota?

SVMMARIVM.

Lis dicitur conteſtata à die citationis parti intimata. n.1.

Iudicium ſumit principium à citatione parti intimata, & reproducta. n.1.

Citatio precedere debet, antequam iudicium efformetur, aliàs erit nullum quidquid fiat. n.2.

Competentia Iuriſdictionis inter partes exorta, tunc dicitur mota, quando litera cum nominatione Arbitri expediuntur per iudicem prætendentem grauamen, & poſt factam intimationem alteri iudici, contra quem diriguntur. n. 4. & 8.

Iudex prætendens Iuriſdictionem, in qua alius ſe intromittit, poteſt in Aragonia petere, vt deſiſtat per literas monitoriales cum nominatione Arbitri, qui contentionem cum alio, ab ipſo nominando, decidat, & intra triduum tenetur reſpondere. n. 5.

Competentia ſi ſit formata per iudicem, prætendentem alij Iudici vim inferre, ſi monitus primò, & ſecundò, renuat reſpondere, ex eo deciſa videtur in fauorem illius, qui literas monitoriales expediuit. n.6.

Contentio Iuriſdictionis exorta in Aragonia tunc mota cenſetur, quando litera monitoria iudicis prætendentis grauamen, fuerint expedita, & intimata alteri iudici, ſeruato ſtylo. n.8.10.

Contentioſum intelligitur aliquid, quando poſt litem inchoatam, & ceptum iudicium controuertitur inter partes. n.9.

Litigare, certare, controuertere, aut contendere

tendere in iudicio pro eodem vſurpantur. n. 9.

Iuriſdictionis contentio inter iudices, vel partes grauatas non cenſetur mota, ſi iudex, & pars intereſſe habens tacuerit. n. 10.

1 SIcut in Iure communi iudicia initium
ſumunt à citatione intimata, & re-
producta, vt lis conteſtata iudicetur; vt
latè tradunt Gratianus *tom. 1. diſcep.*
foren. c. 2. n. 33. & *ſeq.* & *cap. 66. n. 29.* &
ſeq. & *tom. 3. c. 531. tom. 3. n. 75.* & omnes
Doctores, taliter quòd ea deficiente,
quidquid ſequatur, fiat, & ſit nullum, &
2 inualidum *cap. 2.* vbi Geminianus *n. 4.*
de dolo, & contumacia, Clement. ſæpe §.
& quia, & ibi gloſſa verbo, *ad id*, vbi
communiter DD. de verborum ſignifi-
catione, authentica litigioſa *cod. de litig.*
& ita declarauit Rota penes Peña in
meis recollectis *tom. 1. deciſ. 208. num. 2.*
& deciſ. 441. num. 3. & *tom. 2. deciſ. 886.*
num. 7. vbi mea annotatio alias allegat,
éſtque apud omnes in confeſſo.

3 Sic modò inquirendum eſt, quando
contentio Iuriſdictionis inter Iudices, &
partes conteſtata, & mota dicatur, ad
effectum, vt ſi initium ex illo originem
8 non ſumat, cenſeatur irrita, & pro tali,
ab Arbitris in ſuo caſu, & à Cancellario
ſimiliter in ſuo, veniat declaranda, &
decidenda, ita vt non ſit opus deuenire
ad pronunciationem Competentiæ, &
declarationem, ad quem illorum Iudi-
cum contendentium deferri, & attribui
debeat.

4 Et dicendum eſt, tunc Competentiam
cenſeri motam, quando literæ expediun-
tur per Iudicem, cum nominatione Ar-
bitri per Iuriſdictionem, prætendentem
grauamen fieri ab alio Iudice, & poſt
factam legitimam intimationem illi, cui
diriguntur, & ex eo inſtanti poſt con-
fectum inſtrumentum intimationis ef-
; formata iudicatur, licèt talis Iudex ha-
beat triduum ad reſpondendum, quod ſi
efficiat, vel non, ſemper formata dici-
tur; nam ſi reſponderit cum nominatio-
ne Arbitri de plano procedit, ſi verò re-
nuat reſpondere, & non efficiat, tunc
denuò ſecunda intimatio fieri debet, &
ſi iterum pertinax ſit in non reſpondon-
do, tunc ipſo foro contra eum declarata
6 remanet Competētia. Taliter quòd non
indigeat aliquâ alia ſententia, vel decla-
ratione, vt expreſsè deciditur in foro,
Por no reſponder 3. ſubtit. de Competentia
Iuriſdictionis per hæc verba. *Por no reſpon-*
der à las letras del Iuez, que forma la com-
petencia dentro del termino del fuero, ſe
han ſeguido inconuenientes, y daños à los
de eſte Reyno: Por lo qual ſu Alteza de vo-
luntad de la Corte declara, diſpone, y or-
dena, que ſi deſpues de preſentadas las le-
tras del Iuez Eccleſiaſtico al ſeglar, o, del
ſeglar al Eccleſiaſtico qualquiere de ellos,
que dexare de reſponder dentro del tiempo
de los tres dias del termino foral en los
caſos, que fuere obligado à reſponder, que
el Iuez de quien dimanaran las dichas le-
tras, intime otras monitorias con aſſigna-
cion de otros tres dias, los quales paſados,
ſi los dichos Iuezes reſpectiuamente no reſ-
pondieren dentro del dicho tiempo ſea ha-
uida por declarada la Competencia contra
aquel Iuez, que dexare de reſponder à la
dicha Competencia, &c.

Ex quibus verbis noſtra concluſio ſa- 7
tis manifeſta patet, videlicet tunc cenſeri
motam Competentiam quando literæ
expeditæ ad eam efformandam intiman-
tur Iudici contra quem diriguntur, & ex
traditis à Portoles in commentariis ad d.
forum *Por no reſponder. n. 13.* & in ſpecie
ita tenet Fontanela *deciſ. 313. tom. 2. à*
n. 10. & de pactis nuptialibus *tom. 1.*
clauſ. 3. gloſ. 2. num. 57. vbi ita ait. *Aduerte*
tamen, ne vnquam huiuſmodi contentio-
num cauſas introducas, priuſquàm firma
iuris ſit facta coram ſuo Ordinario per eum,
contra quem coram non ſuo Iudice procedi-
tur, aliàs enim eâ non facta, ac literis non
expeditis, nec præſentatis per quas cenſetur
contentio formata, &c.

Ex prædictis igitur concludendum vi- 8
detur, quòd tunc verè contentio mota
cenſebitur, poſtquam literæ monitoria-
les Iudicis de perſe, aut ad inſtantiam
partis, prætendentis grauamen fuerint
expeditæ, & intimatæ Iudici, cui diri-
guntur, qui ſi non reſpondeat obſeruan-
dum, & exequendum eſt, quòd in d.
foro, *Por no reſponder* &c. deciſum repe-
ritur.

Hócque fundari poteſt in eo, quòd 9
tunc intelligitur aliquid contentioſum,
quando videlicet, poſt litem inchoatam,
& cœptum iudicium inter partes con-
trouertitur. Enim verò contendere idem
iudicatur, ac certare, litigare, ſeu con-
trouertere. *l. ſi dolo ff. de dolo*, & *contuma-*
cia. l. 1. ff. de edendo l. finali ff. de iureia-
rando cum aliis pluribus allegatis per
Valanzuelam *tom. 2. conſ. 122.* vbi *à n. 8.*
cum ſeq. copioſè, & doctè agit de hoc
articulo.

Vnde in præſenti quæſtione tunc 10
ſtrictè

ſtrictè dicetur mota Competentia, quando contentioſa fuerit effecta per ipſius inchoationem, hócque fit poſt expeditionem, & intimationem literarum repetitarum (vt diximus) quia vſque ad illud tunc, contentionem exiſtere dici non poteſt, nam ſi Iudex, vel pars habentes intereſſe tacuerint, non datur inter ipſos aliqua certatio, litigium, aut differentia quoad exercitium Iuriſdictionis, & exinde nec Competentia, & ita ab eo tempore regulari, & dici debet mota contentio, & non anteà. Ex quibus ita concludendum videtur.

QVÆSTIO VI.

Cancellarius Competentiarum an ſit tertius Arbiter electus ad dirimenda dubia Iuriſdictionis?

SVMMARIVM.

Cancellarius in Regnis Aragonia eſt Arbiter tertius, à lege conſtitutus ad declarandas contentiones inter iudices, & partes exortas. n.1. & 3.

Competentias Iuriſdictionis ſi Cancellarius non declarauerit intra terminum à lege præfixum, declarata remanet pro Eccleſia. n. 2.

Cancellarius Competentiarum pro decidendis contentionibus Iuriſdictionis, exortis inter iudices, vel partes, eſt tertius Arbiter à lege nominatus. n. 4.

Arbiter iuris nominatus à lege ad cauſas terminandas eſt inſtar iudicis, & potiùs appellari debet iudex delegatus, quàm Arbiter, licèt ſtrictè non ita ſit. n. 5.

Arbitri à iure nominati an ſint iudices delegati, vel ordinarij. n. 6.

Arbitri nominati à foro in Aragonia pro terminandis contentionibus Iuriſdictionis ſunt verè iudices delegati. n. 7. & 8.

Iudices dicuntur delegati, quando exercent Iuriſdictionem non ex ſe, vel ratione perſonæ, aut territorij, ſed ex aliqua commiſſione accidentali. n. 9.

Ordinarij iudices dici non poſſunt ſed delegati, qui ex aliquo ſpeciali titulo cognoſcunt de hac, vel illa cauſa. n. 10.

Iudex vt ordinarius dici poſſit, requiritur quòd præcisè habeat cognitionem vniuerſalem cauſarum ſine reſtrictione. n. 11.

Cancellarius eſt verè, & propriè iudex ordinarius reſpectu cauſarum, quæ ad eius cognitionem pertinent. 12. & 22.

Iudex ordinarius, & delegatus poteſt quis in ſimul eſſe circa diuerſos reſpectus. n. 13.

Epiſcopi procedere poſſunt in ſuis diœceſibus tanquam ordinarij & delegati in vim Tridentini. n. 14. & 18.

Poteſtas ordinaria, & delegata poteſt exiſtere in eodem ſubiecto circa diuerſos reſpectus. 15. & 16. cum ſeq. & 29.

Dictio etiam, vnum caſum exprimit, & alium includit. n. 16.

Iuriſdictio ordinaria, & delegata non poteſt in ſimul exiſtere in vno, eodémque ſubiecto. n. 17. Sed contraria ſententia eſt verior. n. 18.

Epiſcopus quando in ſimul procedit, tanquam ſedis Apoſtolicæ Delegatus, non poteſt cogi, vt declaret, qua poteſtate vti velit n. 19.

Ordinarij iudices qui propriè dicantur. n. 20.

Cancellarius propria Iuriſdictione vtitur per forum in Aragoniam. 20. & 26.

Iudex ordinarius definitur, vt ſit ille, qui ratione ſui officij iuredicundo præeſt Iuriſdictioni, ipſámque ex ſua poteſtate exercet. n. 21.

Cancellarius licèt ſit iudex ordinarius, accedit etiam ad Delegatum. n. 22.

Cancellarius habet vniuerſalem cognitionem quarumcumque contentionum, quæ in Regno Aragonia ſuſcitantur. n. 23. & 25. & ſeq.

Conſeruatores iudices ſunt delegati, & differunt à Cancellario Competentiarum Regni Aragonum. n. 24.

Conſeruatores ſolum poſſunt cognoſcere de manifeſtis iniuriis, & violentiis, & eſt iudex deputatus limitatè ad quinquennium. n. 25.

Contentio ſi ſuſcitetur in Aragonia, non poteſt recurri niſi ad Arbitros, & Cancellarium. n. 27.

Conſeruatores quotidie remouentur, vel mutantur. n. 28.

HÆc quæſtio faciliter reſolui poteſt, cùm expreſsè diſponatur in 1
foro 1. *De las Competencias*, quòd ſi duo primi Arbitri nominati per partes, vel curias cõtendentes inter ſe, non cõueniant, tunc deuoluatur cognitio ad Cancellarium, & facta per ipſos declaratione reſpectiuè ab eis in ſuo caſu, teneantur partes obedire. Et ſi poſt deuolutionem ad Cancellarium, quia primi Arbitri non ſe conuenerunt, nec ipſe declarauerit intra terminum ab ipſo foro ſtatutum, tunc pro Eccleſia declarata remanet eodem

 prorſus

2 prorſus modo, ac ſi Cancellarius pronunciaſſet pro illa. Et conſequenter dicendum eſt, Cancellarium eſſe tertium Arbitrum medium inter duos primos, à lege nominatum, vt euitetur damnum, ne propter tertij defectum contentio indeciſa remaneret; vt patet ex his quæ docent noſter Portoles *in ſcholiis ad d. forum 1. in principio n.34.* verſ. *dicha contencion*, & plures referens Ramirez *de lege Regia §.1.n.5.& 6.cum ſeq.*

3 Quod non ſolùm eſt verum quoad noſtrum Regnum Aragoniæ, ſed etiam quoad alia Coronæ; nam ad effectum Competentiarum ſe gubernant eodem prorſus modo in vim concordiæ Reginæ Eleonoris,& Cardinalis de Comenge;ſicut & Noſtrates,vt habetur in Pragmat. Regni Sardiniæ *tom. 2. tit. 51. n. 12.* ibi *Quod ſi dicta perſona infra &c. dictum dubium non potuerint, vel noluerint decidere, tertium eligere teneantur, qui cum ambobus,vel altero eorum infra menſem dictum dubium decidant. &c.*

4 Vnde cùm tam ex dicto foro, quàm ex dicta concordia,primi Arbitri tertium non eligant, ſed ab ipſa lege Cancellarius nominatus exiſtat,fatendum eſt,ipſum eſſe tertium Arbitrum legalem ad dirimendas contentiones Iudicum, vel perſonarum;& in ſpecie ita concludunt Ferrer *p.3.obſeruat. cap. 184. n.3.* Ripol. *cap.1.variar.num. 139.* & de Regal.*cap. 11. n. 6. cum ſeq.* Caſanate in illa celebri allegatione *por D. Pedro Gago de Caſtro contra Iuan Baptiſta Eſpinola* fudament.1. verſ. *deſpues de los Fueros, pag.* 3. ibi *deſde eſſe año para quantas competencias ſe han ofrecido, y ofreceran eſta nombrado el Chanceller de Competencias por Tercero perpetuo, para decidirlas en caſo que los Arbitros no ſe concuerden &c.* & dicemus infrà *quaſtione 66.* vbi verba noſtri fori referemus.

5 Et exinde cùm Cancellarius ſit Arbiter electus ex neceſſitate ſtatuti,ſiue legis, eſt inſtar iudicis, & vocatur iudex delegatus magis quàm Arbiter (vt dicemus infra) licèt ſtrictè hoc nomine Cancellarij appelletur argumento *tex. in l.* Apertiſſimè *cod.de iudiciis*,& tradit Seſſe *deciſ. 113. à n.53.* vbi rationem aſſignat, & ibidem latè agit de hoc articulo,optimè Tondutius Sanlegerius *in tract. de prauentione iudiciali p. 2. cap. 2. num. 12.*
6 per hæc verba. *Quæ tamen Regula dicta authentica locum non habet, quando agitur de Compromiſſo, inducto per ſtatutum; partes ad illius celebrationem adſtringens; Nam huius generis Compromiſſarij ſunt adinſtar iudicum*, Tuſcus littera A. concluſ. 453. n. 11. *& vocantur Arbitri iuris,& ſunt veri iudices, vt* per Marautam in ſpecul. diſtinct. 14. num. 3. Veralum deciſ. 166. n. 3. p. 1. Blanc. de compromiſ. q. 6. n. 1. & ſeq. *vbi diſputat, an iſti referendi ſint potiùs ad iudices ordinarios, quàm ad delegatos. Tandémque exiſtimat* in verſ. *Ego in tanta difficultate* &c. *illos potiùs accedere ad iudices ordinarios,quàm delegatos,quãuis illos potiùs accedere ad delegatos exiſtimet* Camillus Borrellus in ſumma omnium deciſionum p. 1. cap. 63. num. 40. Hæc Tondurius.

Cui iunge D. Laurentium Matthæu 7
de Regimine vrbis, & Regni Valentiæ *tom. 2. cap. 7. §. 1. num. 119.* vbi etiam exiſtimat, tales Arbitros, eſſe & magis accedere ad iudices delegatos;ex quibus colligitur,prædictos Arbitros in ſuo caſu, & ſimiliter Cancellarium in ſuo,eſſe iudices.

Dubium tamen ſolum poteſt oriri;an 8
ſint ordinarij, vel delegati, provt ex verbis proximè allegatis Tondutij reſultat, nam variant Doctores. Et exiſtimo cum Camillo Borrello *vbi proximè* & D. Laurentio Matthæu *ibidem*, Seſſe *deciſ. 113.n.53. & 54. cum ſeq.* Cancer *lib. 1. variar.cap.21.n.3.* Potiùs accedere ad Indices delegatos, quàm ad ordinarios; quod intelligere, & explicare intendas, provt dicemus infrà in præſenti quæſtione:de quo videre poteris D. Franciſ. Salgodo *de Regia protec. parte 3. cap.13. à n.25. cum ſequen.* Prætereà officium habens annexam iuriſdictionem ordinariam morte D. Regis concedentis non ſpirat. *l. Mancipiu*, *§. impubes ff. de inſtit. act. cap.fin. §. officium de officio delegati cap.2.eodem tit. in 6.* & in numeros referens tradit Cortiada *in ſua praxi content. tom.1. deciſ.10. à n.84.cum ſeq.* ergo cùm officium Cancellarij non ſpiret morte Domini Regis ipſum nominantis accedit ad Iudicem ordinarium.

Et ratio deſumi poteſt ex eo, quòd 9
cùm hæc Iuriſdictio Arbitris,& Cancellario ſit attributa ratione officij, non verò perſonarum aut territorij, exinde dicenda eſt delegata talis Iuriſdictio,non verò ordinaria, & patet ex his quæ latè dixi in meo Paſtor. Regular. *p. 2. q. 26. num. 9.*

Inſuper nam prædicti ſunt reputati 10
per forum, & concordiam Reginæ ad cognoſcendum inter certas perſonas, & de certis cauſis, hoc eſt, inter Iudices
conten

Digitized by Google

contendentes de ſua iuriſdictione, vel
inter perſonas prætendentes exemptio-
nem ab illo iudice, coram quo conuen-
ti fuerunt & ſolùm de illo articulo, &
nō de meritis cauſæ cognoſcere poſſunt;
vt dicemus infrà *q.67.* ergo non ordina-
rij, ſed delegati appellandi ſunt, vt cum
Cochier *de Iuriſdictione ordinaria in
exemptos, tom.2.p.2.q.16. dixi in meo Pa-
ſtor. Regular. p.1. clauſ.*10. *à num.* 25. *cum
ſeq.* loquendo de conſeruatoribus; ſed
hæc ſententia explananda eſt iuxta di-
cenda in calce huius quæſtionis.

11 Enim verò ad hoc vt Iudex ordina-
rius dici poſſit, neceſſariò habere debet
vniuerſalitatem cauſarum territorij, &
perſonarum ſine reſtrictione, & limita-
tione ad has, vel illas cauſas, vel ad hunc,
vel illum locum; vt patet *ex cap.* 1. &
toto titulo de officio ordinarij in decretalibus,
& *in* 6. & latè probat Fragoſo *de Regimi-
ne Chriſtiana Republica p.1.lib.4.diſp.*10.
*num.*129. & copiosè dixi *in d.meo Paſtor.
Regul.d.clauſ.*10. *num.*26. Ergo cùm Ar-
bitri, & Cancellarius limitatè cognoſcant
de competentiis tantùm Iuriſdictionis, &
inter certas perſonas, non ordinarij, ſed
delegati computandi ſunt, de quo dice-
mus infra q.63.

12 Et licèt hæc ita ſe habeant, opponi
poteſt, quod annotaui in meo Paſtoral.
Regul. p.3. vot.8. n. 18. per hæc verba,
*vnde cum Cancellarius ſit propriè, & verè
Iudex ordinarius reſpectu cauſarum, quæ
ad eius cognitionem pertinent, cum omnia
requiſita, & qualitates neceſſaria veri Iu-
dicis ordinarij in ipſo verificentur, &c.* Ex
quibus verbis videtur, quod contradici-
mur.

13 Sed reuerà nullam diſſonantiam, vel
contradictionem reperies (candide Le-
ctor) ſi aduertas, quod communiter tra-
dunt Doctores, referentes requiſita ad
hoc, vt quis Ordinarius dicatur: Nam
circa diuerſos reſpectus poteſt quis eſſe,
& appellari in ſimul ordinarius, & de-
14 legatus, vt paſſim in Iure, & in Triden-
tino conceditur Epiſcopis, vt tanquam
delegati in ſua diœceſi, in qua ſunt Or-
dinarij, cognoſcant, & diſponant plures
cauſas, provt in multis locis reperitur
ſeſ. 5. *cap.* 2. & *ſeſ.* 6. *cap.*2. *cum duobus
ſequentibus de reformat.* & in aliis pluri-
bus congeſtis à Barboſa *in Paſtorali p.* 3.
*allegat.*92. *n.*1. *& ſeq.* vbi copiosè agit
de hoc articulo.

15 Nec habet repugnantiam, quòd vtra-
que poteſtas circa diuerſos reſpectus in
eodem ſubiecto reperiatur; vt accuratè
probat Barboſa vbi proximè *n.*12. *provt
ſequitur.*

Vel rurſus in tali conceſſione adiici- 16
tur particula, *etiam*, veluti cum dicitur,
Etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatus,
vel, *etiam auctoritate noſtra*, vt *ſeſ.* 6. *de
reformat. cap.* 6. & *ſeſ.* 22. *de reformat.
cap.*10. Tunc vtramque poteſtatem or-
dinariam, ſcilicet, & delegatam Epiſco-
pus habere dicitur, iuxta naturam dictio-
nis, *Etiam*, quæ vnum caſum exprimit,
& alium includit gloſ. verbo, *Eccleſia*,
iuncto textu in Clementina ſecunda de
hæreticis, cum citatis à me ipſo in tra-
ctatu de dictionibus vſu frequentibus 17
*clauſ.*113. quamuis enim videatur, hoc
non poſſe ſubſiſtere, cum duæ iuriſdi-
ctiones ordinaria, & delegata non ſint
compatibiles, neque concurrant in vna,
eadémque perſona, vt cenſuit Butrius *in
cap. cùm ex officij ſub n.*8. verſ. *Non puto
de præſcriptionibus*; tamen contraria 18
ſententia Innocentij *ibidem ſub num.* 2.
& eſt verior, & magis communis, vt ex
multis teſtatur Lotterius *de re benef.
lib.1.q.25.n.*93. Et ſic licebit Epiſcopis
vtraque poteſtate procedere, vt benè do-
cent *Innocen. in cap. cum ex officij num.* 3.
de præſcrip. vbi Abb. *à num.* 8. & Felin.
*n.*22. Molin. *de primogeniis lib.*2. *cap.*10.
*num.*74. & 75. Sanchez *in praecepta Deca-
logi tom.2.lib.7.cap.29.num* 181. vbi etiam
ait, quòd poterit eligere alterutra po- 19
teſtate procedere. Nec propterea cogi
poterit Epiſcopus ad declarandum, qua
poteſtate velit procedere. Innocentius
in dict. cap. cum ex officij num. 3. Anchar.
*num.*12. Felin. *num.* 23. *ad fin.* & Abb.
ſub n. 18. *verſ. ex hoc.* Lotterius *d.q.*25.
*n.*94. hanc diſtinctionem meam in hoc
loco citato refert; & ſequitur Salgado
de ſupplicat. ad ſanctiſſimum p. 2. *cap.*25.
*num.*16. cum ſeq. Hæc Barb.

Vndè cum largè Ordinarij appellen- 20
tur, qui licèt extra ordinem, (id eſt con-
tra ius ordinarium) deputantur, & con-
ſtituuntur; ſunt tamen ordinarij, ſi pro-
pria, & non externa, aut mutuata iuriſ-
dictione eam exerceant, vt in l. *more ma-
iorum ibi: Qui eam ſuo iure eſſe* &c. *ff. de
Iuriſdictione omnium Iudicum*; ſed Can-
cellarij Iuriſdictio licèt videatur depu-
tari contra ius ordinarium, tamen reſpe-
ctu contentionum habet propriam Iu-
riſdictionem, à lege attributam, & in
ſe intrinſecè imbibitam; ergo quoad
hanc partem.

Ordinarius dici poteſt. Tum & etiam, 21
quia Iudex ordinarius diffinitur, & eſt,
qui

21 qui ratione ſui officij iuredicundo præeſt iuriſdictioni, ipſámque exercet ex ſua poteſtate, attributa à lege, vel canone; non verò ex alieno beneficio, ſed ex proprio Marte illa vtendo, vt in ſe imbibita præſidendo, pronunciando, & declarandu ex propria ſua Iuriſdictiune, vt latè calamo comprobat prædictas concluſiones Barboſa *in Collect. ad Rubricam tituli de officio, & poteſtate Iudicis ordinarij, in decretalibus per totam.*

22 Ex quibus colligitur, quòd attendendo ad ſupradicta, quando dixi *in d. vot.* 8. *num.* 18. quòd Cancellarius erat Iudex ordinarius, cum particulari nota addidi illam clauſulam (Reſpectu Cauſarum quæ ad eius cognitionem pertinent &c.) nam in eu manifeſtè verificantur requiſita, quæ in ipſo ſunt neceſſaria, vt Iudex ordinarius nominetur, & reputetur quoad eam partem; vt patet ex dictis ſuprà *num.* 11. quæ conueniunt Cancellario, licèt quoad aliam, videlicet, quòd non ſit deſtinatus ad vniuerſalitatem cauſarum &c. Delegatus poſſit iudicari, provt dixi *in d. meo Paſtor. Regul. p.* 1. *clauſ.* 10. *n.* 26. cum Fragoſo de Regimine Chriſtianæ Reipublicæ *lib.*4. *diſp.* 10. *n.*129. & quoad hanc partem dicimus in præſenti, eſſe ſeu accedere ad Delegatos, & iuxta prædictum intellectum accipere debes quod dicemus, *infrà q.* 26. *n finali* & *q.*63.

23 Et ſi benè notas, ferè omnia quæ dixi ſuprà; reperies adæquatè in Cancellario, videlicet, vniuerſalitatem cauſarum totius Territorij Regni Aragonum, prouenientium ex contentionibus, non limitatè ad hunc, vel illum locum, ſed ad vniuerſas Ciuitates, villas, & oppida, in quocumque genere contentionum, & perſonarum, tam naturalium, quàm exterarum, habentium cauſas ex quibus efformare queant contentiones; ergo quoad hanc partem ad Iudicem ordinarium accedit.

24 Nec contra proximè dicta opponi poteſt, quod dixi in dicta clauſ. 10. *à n.* 9. *vſque ad* 25. videlicet, Conſeruatores eſſe delegatos, quia ſolùm procedere poſſunt in manifeſtis iniuriis, & notoriis violentiis, & ſic cùm non habeant vniuerſalitatem cauſarum, non poſſunt dici ordinarij, ſed Delegati, quod idem in præſenti concludendum videtur, nam Cancellarius ſolùm cognoſcere poteſt de contentione, non verò de cauſa principali, vt diximus ſuprà, ergo pariformiter de vtroque philoſophandum eſt.

Sed facilè reſpondetur, nam longa 25
exiſtit differentia inter Cancellarium, & Conſeruatorem; iſte namque ſolùm conſtituitur Iudex reſpectu perſonarum, quibus manifeſta violentia, & notoria iniuria infertur, non verò reſpectu territorij, quod præcisè requiritur; Tum & etiam quia eſt Iudex limitatus ad quiuquennium, & ipſius nominatio fieri debet cum multis, & diuerſis circũſtantiis, diſpoſitis & ſtaturis in Bulla nouiori Sanct. Mem. Gregorij X V. de qua latè egi *in d. meo Paſtor. Regul. p.*1.

At verò Cancellarius eſt Iudex lega- 26
lis *in d. foro* 1. cognitus, & electus ſine limitatione, aut reſtrictione ad cognoſcendum de quibuſcumque contentionibus occurrentibus, & quæ occurrere poſſunt in toto Regno, quod eſt ipſius proprium territorium; nec indiget alia circunſtantia, niſi de nominatione D.N.
Regis cum ſolemnitatibus alibi dictis, 27
nec remouetur, ſed eſt perpetuum munus ad terminos, & iuxta dicenda infrà *in quæſtione ſequenti*, taliter quòd ad alium Iudicem pro declaratione contentionis
adiri vel eligi non liceat, niſi ad ipſum, ſi 28
Arbitri nō conueniant; quod in Conſeruatoribus nullatenus fit, nam quotidie remouentur, vel mutantur, ſaltem poſt quinquennium. Et finaliter alias plures differentias in Cancellario conſiderare poſſemus, quæ in Conſeruatoribus non reperiuntur; concludimus ergo, quòd pariformiter in eo obſeruatur quidquid in aliis prouiſionibus Iudicum Togatorum, vel aliorū officiorum noſtri Regni; ergo longa reperitur differentia, nec de vno caſu ad alium fieri poteſt illatio.

Ex quibus concludendum eſt, Can- 29
cellarium eſſe ordinarium reſpectu cauſarũm, quæ ad ipſum pertinent declarandæ, & in hunc ſenſum intelligenda ſunt, quæ diximus *in d. voto* 8. *n* 18. & accedere ad Iudicem delegatum quoad aliam partem, erectionis, & conſtitutionis officij, nec eſſe diſſonum, cùm vtrumque exiſtere poſſit intra id, quod docuit Barboſa *vbi ſuprà in d. allegat.* 91. *num.* 11. & 12. in verbis ſuperiùs relatis *num.* 16. & *ſequenti*, & videre poteris quæ dicemus *infrà quæſt.*63. Et ex hoc etiam reſultat quædam non leuis excellentia, & prærogatiua muneris Cancellariorum, videlicet habere qualitatem & comprehenſionem Iudicis ordinarij & delegati.

QVÆSTIO

QVÆSTIO VII.

Cancellarius Competentiarum à quo nominari debeat; & an eius munus ſit perpetuum.

SVMMARIVM.

Cancellarium Competentiarum in Regnis Corona Aragonum nominat, & eligit D. N. Rex Hiſpania. n. 1. & ſeq.

Cancellarius in Aragonia ſemper eſt perſona in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, qua nominatur à D. N. Rege. n. 4.

Contentio Iuriſdictionis, inter iudices exorta, terminanda eſt per Arbitros, quibus terminus praefigi debet, intra quem declarare teneantur. n. 5.

Munus Cancellarij Competentiarum in Regnis Aragonia, an ſit perpetuum, anceps eſt quaeſtio. n. 6. & ſeq.

Rex noſter Hiſpania concedit munera, & officia ad meram, & liberam voluntatem ſuam. n. 6. & 7.

Munus Cancellarij non eſt perpetuum n. 7. & ſeq. *Sed contra. n.* 9. & ſeq. *intellige* vt 12. & ſeq.

Actus tunc dicitur perpetuus, quando non limitatur ad certum tempus, vel voluntatis ſpatium. n. 8.

Officium Cancellarij eſſe perpetuum probatur. n. 9. *Diſtingue prout. n.* 12. & ſeq.

Patronus licèt habeat facultatem nominandi, vel praeſentandi, non tamen contraueniendi voluntati, & diſpoſitioni fundatoris. n. 10.

Conditiones appoſita in fundatione, & dotatione officij, vel beneficij, praeciſè ſunt ſeruanda. n. 11.

Opinio diſtinguens, & conciliens contrarietates, ſequi debet, tanquam ſecurior. n. 12.

Munus Cancellarij Competentiarum in Aragonia per ſe ſumptum, & in abſtracto eſt perpetuum, nec aliter cauſa Competentiarum terminari poſſunt, niſi per illum. 12. & 15.

Cancellarij perſona, nominata à D. N. Rege pro decidendis Contentionibus Iuriſdictionis ſumpta in concreto, non eſt perpetua. 13. & ſeq.

Clientela vel ſubiiectio, facta à particulari alicui potentiori, ex ſe non inducit ſeruilem ſubiiectionem, vt contra ſubiectum procedere valeat, ſecus ſi fiat Regi, vel ſuprema Majeſtati. n. 13.

Protectio Regum ex ſe inducit ſubiectionem in eo, qui illam implorauit. n. 14.

Patronus habet ius praeſentandi in habitu, & in actu quando Eccleſia, vel beneficium vacat. n. 15.

Cancellarius ſi ſit abſens à ciuitate, in qua Regia Audientia celebratur, ſi ſe offerat cõtentio Iuriſdictionis, tunc Locum-tenens Generalis nominare debet alium, qui cum eadem qualitate, & ſolemnitatibus, illam decidat. 16. & 17.

Conceſſiones Apoſtolica, Regibus, & ſupremis principibus attributa, potentiores, ſunt quàm facta inferioribus. n. 18.

Patronatus ius, quod Reges habent, potentius eſt, quàm quod obtinent inferiores. n. 18.

Potentius ius dicitur habere, qui ad nutum ſua voluntatis poteſt remouere aliquem ab officio, quàm ſi perpetuò haberet manus ligatas. n. 19.

Rex poteſt remouere ab officio, quem nominauit ad illud, iuſta ſubſiſtente cauſa. num. 20.

Princeps ſupremus, vel alius inferior, ad quem pertinet prouiſio officij, vel beneficij, aut commenda ad nutum ſua voluntatis, an poſſint ſine cauſa legitima remouere prouiſos. n. 21.

Remouere poteſt Princeps ſupremus prouiſum ab eo in officio, modificando ſuam conceſſionem, ad reductionem legis, & aequitatis iuſtitia. n. 22. *Sed plures contra ſentiunt. n.* 23. & ſeq. *intellige*, vt 24. & ſeq.

Cauſa grauiſſima, & legitima requiritur, vt prouiſus ad officium, vel beneficium remoueatur, non ſolùm in inferioribus, ſed etiam in ſupremis Principibus. n. 23.

Supremus Princeps ſine vrgentiſſima, & legitima cauſa, aut propter delictum, non debet remouere ab officio, vel beneficio prouiſum ab eo, etiamſi ſit ad beneplacitum. n. 24. & 25.

Officiales creati à ſuperiore ad beneplacitum Principis cenſentur perpetui, nec poſſunt remoueri ſine culpa, aut ſaltem ſine cauſa. n. 26. *intellige*, vt 28.

Officiales creati à Principe etiam ad beneplacitum, ſi remouendi ſint ab Officiis, audiri debent, ſeque poſſunt iuuari remedio Iuris poſſeſſorio. n. 28. & 29.

CAncellarium Competentiarum nominandum eſſe per D. Regem ſatis expreſsè patet ex verbis Fori 1. ſub tit. *De las competencias* ibi. *Y en caſo que los* 1

dichos

dichos Arbitros dentro de los dichos cinco dias no ſe Concordaren, el Canceller Eccleſiaſtico, nombradero por ſu Mageſtad. &c.

2 Quod etiam patet ex Bulla Pij V. quam ad litteram refert noſter Seſſe *deciſ.113. in fine. pag. Mihi* 47. vbi in verſ. *in quem dicti Arbitri &c.* ita ait. *in quem dicti Arbitri, intra dictos quinque dies non concordarent, tunc Cancellarius nominatus, per Regem Aragonum, &c.*

3 Hócque pariformiter etiam dicencendum eſt, quoad alia Regna Coronæ, vt colligitur ex Breui Gregorij XIII. ſub dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 15. Decembris 1574. Pontificatus ſui anno tertio. Quod quidem refert etiam ad litteram ipſe Seſſe *tom.2. in d. deciſ.113. in fine poſt n. 200. pag.* 49. ibi. *Arbitrorum ſic electorum ſi in ſimul conuenirent, ordinationi omnino, abſque alio recurſu omnes parerent; in euentum autem, quod ijdem Arbitri vna ſimul decidendis intra eoſdem quinque dies diuerſa ſentirent, tunc Cancellarius Eccleſiaſticus, per Regem Aragonum pro tempore exiſtentem, in quolibet ex dictis Regnis, & dominiis, nominatus, &c.* de quo videre poteris D. Vico ad Pragmat. Sardiniæ, *tom.2. tit.51. à n. 41. cum ſeq.* vbi etiam

4 aliqua explanat conducentia ad intelligentiam prædictarum Bullarum; & in ſpecie ita probat Accatius Ripol de Regaliis *cap.11. n.8.* ibi. *Quod ſi intra dictos quinque dies non concordarent, cauſa deuoluitur ad Cancellarium, perſonam in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutam, per D. Regem nominatum &c.* Ex quibus non eſt aliquod dubium, quin nominatio Cancellarij pertineat priuatiuè D.N. Regi in omnibus Regnis Coronæ.

5 Et hanc diſpoſitionem eſſe ſatis Iuri conſonam probari poteſt ex his, quæ diximus *ſuprà q.3.* de quo conſulere poteris etiam Sigiſmundum Scacciam *de Iudiciis lib. 1. cap.* 101. *à n.23. cùm ſeq.* Cardinalem Tuſcum *littera* S. verbo, *Suſpectus, concluſ.* 911. Farinatium *in fragmentis criminalibus p.* 2. verbo *Index à n.*915. & alij; ex quorum dictis colligitur, quòd quando ad decidendam contentionem eliguntur Arbitri, præfigitur eis terminus, intra quem præcisè declarare teneantur, vt expreſsè docent Scaccia *in d. cap.* 101. *n.*28. & Farin. in dicto verbo, *Index, n.*920. & ideò prædicta procedere de plano non eſt ambigendum.

6 Maior autem difficultas ſuſcitari poteſt de ſecunda parte dubij, videlicet, an prædictum munus ſit perpetuum; enim verò in Priuilegio mihi cõceſſo à Magno Philippo IV. Rege noſtro Hiſpaniarum, quando ex ſua mera Gratia, & liberalitate (licèt non ex meis meritis) fui promotus ad munus Cancellatij; in Priuilegio mihi attributo in oppido Matriti 20. Septembris 1649. & ad me tranſmiſſo ita habetur. *Tibi duximus prouidendum, provt tenore præſentis de noſtra certa ſcientia, Regiàque auctoritate, & conſulto, prædictum Cancellarij officium Regni Aragonum, illiúſque Regimen, & adminiſtrationem tibi dicto Doctori Didaco Antonio Frances de Vrrutigoyti, noſtra mera, & libera voluntate durante, concedimus, committimus, &c.*

Et paulò inferiùs ita repetit. *Quatenus te D. Doctorem Didacum Antonium Frances de Vrrutigoyti, & alium neminem, pro Cancellario prædicto in Præfato Aragonum Regno (dicta noſtra mera & libera voluntate durante) habeant, teneant &c.* Quæ quidem 7
clauſulæ in omnibus nominationibus Cancellariorum appoſitæ reperiuntur (provt ab aliis accepi) ſempérque, & continuatè de vniformi ſtylo fuit aſſuetum apponi, & ex eis videtur dicendum, munus Cancellarij non eſſe perpetuum.

Quod quidem ſuaderi poteſt ex eo, 8
quia tunc dicitur, & cenſetur actus perpetuus, quando non reſtringitur, aut limitatur ad certum temporis, aut voluntatis ſparium, Leg. *Iuriſperitus*, & ibi Bartholus *ff. de excuſationibus Tutorum cap. ſi gratioſe de reſcriptis in 6.* cum aliis adductis per Barbo. *in tract. de dictionibus vſufrequent. dict.*254. *n.*8. Sed conceſſio D. N. Regis eſt durante ſua mera, & libera voluntate, ergo munus Cancellarij non poteſt dici perpetuum, & pro hac opinione induci poſſunt, quæ diximus *ſuprà q.4. n.6.* & ſeq.

Pro contraria, autem, videlicet, quòd 9
ſit perpetuum ponderari poſſunt verba ſuperiùs relata *ex d. for.* 1. ibi. *El Canceller. Eccleſiaſtico nombradero por ſu Mageſtad, &c.* & alia in dictis Breuibus Pij, & Gregorij ibi. *Tunc Cancellarius Eccleſiaſticus, per Regem Aragonum pro tempore exiſtentem in quolibet ex dictis Regnis, & dominationibus nominatus, &c.*

Ex quibus colligi videtur, quòd poſt 10
factam nominationem Cancellarij per D.N. Regem, perpetuò illud munus in illo permanere debeat, & ſolùm D. N. Regi attribui nominationem, adinſtar Patroni, qui licèt habeat facultatem præſentandi, & nominandi, non poteſt in modo, & in forma immutare diſpoſitionem

tionem Teſtatoris, vel fundatoris iuxta decreta Tridentini *ſeſ.22.cap.4.ad finem,* & *ſeſ.25.cap.5. de reformat.* & cum Gutierrez, aliiſque tradit Valançuela *tom.2. conſ.*103.*n.*37. ſed præciſè, & inexcuſabiliter conditiones appoſitæ in fundatione ſunt adimplendæ, & ſeruandæ *cap. illud*, vbi gloſa, & D. D. de iure patronatus, & cum pluribus docet Viuianus *in praxi Iurispatronatus lib.*2.*c.*8. *n.*10. Vnde cum nominatio Cancellarij concedatur D. Regi per indulta Apoſtolica, & in ſimul per diſpoſitionem *d. Fori* 1. videtur dicendum, non poſſe (ſaluâ ſuâ Clementiâ) modum, & formam variare, ſed imò, quòd poſt factam nominationem, erit talis nominatus, perpetuò adſcriptus muneri Cancellarij, & conſequenter erit perpetuum. Verùm fundamentis hinc inde, pro vtraque opinione ponderatis, exiſtimo (ſaluo meliori iudicio) hanc quæſtionem diſtinctionis fœdere componendam; nam vt tradunt Soccinus iunior *conſ.*28.& 121. *ad finem, lib.*2. Pariſius *conſ.* 106.*n.*45. *lib.*1. Decius *conſ.9.n.3.lib.*3. quos refert, & ſequitur Fontanella *de pactis, tom.*2. *clauſ.* 5.*gloſ.*8. *n.* 34. *pag. mihi* 181. quibus iunge Surdum *conſ.* 58. *n.* 5. opinio quæ conciliat dubia & opiniones, contrarietatem continentes, cum diſtinctione ſit ſecurior, amplectenda, & ſequenda, & dicemus *infra q.* 100. *n.* 12. & in hac conſideratione licèt non inuenerim hanc quæſtionem ab alio extenſam, diſtinguendum eſt, contemplando officium Cancellarij de per ſe, & in abſtracto, & tunc non dubito eſſe perpetuum, taliter quòd ſemper in Regnis Aragonum tale munus Cancellarij perpetuò vigere debeat, per quod toties quoties contentio Iuriſdictionis ſuſcitetur inter curias, vel partes, decidi, & terminari debeat per Cancellarium, nominatum per D. N. Regem; nec per aliam viam, aut modum ſopiri queat, ſeruatis tamen terminis, & ſolemnitatibus relatis *ſuprà q.*1. & 2.

11

12

13 At verò quòd talis Cancellarius, nominatus à D. Rege ſit perpetuus, non colligitur ex eo, nam poterit D. Rex alium nominare, ſi ipſi ex iuſta cauſa (prout decet, & dicemus *infrà*) voluerit ipſum remouere; & colligi poteſt ex contextura verborum prædicti fori, & decretorum Apoſtolicorùm ibi. *Nombradero por ſu Mageſtad &c.* quæ ex ſe, & rigoroſè non inducunt reſtrictionem, ſed imò comprehenſionem, & extenſionem, non ad vnam, vel alteram nominationem faciendam per obitum, vel aliam ſimilem vacationem, ſed ad eam, quæ ex voluntate deliberata pendeat.

Nam cùm Forus, & indulta Apoſtolica concedant D. Regi Nominationem, exinde videntur concedere non ſolùm illam, aut protectionem, ſed etiam Iuriſdictionem, & ius nominandi ad libitum, quandoquidem expreſsè non reſtrinxerunt, argumento ſumpto de commendis, vel clientelis factis ab aliquibus Potentioribus, & Magiſtratibus, quæ ex ſe ſolis non inducunt ſubiectionem, vel ſummiſſionem, vt contra ipſos procedere valeant; hoc namque ſolùm conſiderari poteſt, & eſt reſeruatum Regibus, & ſupremis Principibus, quorum ſola protectio importat, & inducit quandam Iuriſdictionem, licèt non abſolutam, vt probat tex. *in cap. ad Audientiam, de appellationibus*, vbi communiter D. D. & accuratè more ſolito expendit D. Ioannes de Solorzano *tom.* 2. *de Indiar. Gubernatione cap.*2. *n.*19. 14 15

Et exinde cùm talis conceſſio fuerit facta D. Regi, ſiue conſideremus ipſam, vt protectionem, velut ius radicatum in ipſa ſua ſuprema Maieſtate, ſemper nominatio admittenda eſt tanquam Iuriſdictio Regalis, & vt talis libera, & non reſtricta. Et ad intentum, pro corroboratione, ponderari poteſt diſpoſitio tex. *in cap. illud de Iurepatronatus*; ex quo probatur, quòd Patronus habet in habitu ius præſentandi ad beneficium, non tamen in actu, niſi quando Eccleſia vacat, vt docet Viuianus, alios referens, in Praxi Iuris Patronatus *lib.*5.*cap.*5.*n.*2. Ergo in noſtro caſu ſi nominatio D. Regi ſolùm fuiſſet conceſſa, quando accederet vacatio de iure, vel de facto, non erat opus vti illo verbo generali. *El Chanceller Eccleſiaſtico nombradero por ſu Mageſtad &c.* Quod quidem aliquid amplius attribuere debet, videlicet, quòd non ſit in habitu, ſed in actu beneplaciti. 16

Et quodammodo inſinuare videntur vltima verba prædicti fori ibi: *Y en caſo que el dicho Chanceller no ſera nombrado por ſu Mageſtad, o, ſiendo nombrado no ſera preſente en la Ciudad, donde ſe terna la Audiencia, el Lugarteniente general, ſiendo preſente en el Reyno de Aragon, o, en auſencia de aquel, el Regente el officio de la General Gouernacion ſean tenidos de nombrar vna perſona Eccleſiaſt ca, en lugar del Canceller, para el Conocimiento de la* 17

dicha contencion tan ſolamente, *&c.* Ex quibus verbis infertur, quòd munus Cancellarij ſemper eſt perpetuum, cum forus noluerit per alium medium terminari Competentias, niſi media perſona Eccleſiaſtica, & per illius abſentiam cum eiſdem ſolemniiatibus, & requiſitis in ipſo principali Cancellario; & exinde colligitur, non dari reſtrictiunem quoad nominationem perſonę indiuidualiter in ipſo principali, cùm admittat forus, quòd per eius abſentiam nominet. Locumtenens generalis, & eo abſente, Regens generalem Gubernationem, alium in locum Cancellarij abſentis, vt latè dicemus infrà in quæſtione ſequenti quòd neutiquam fieri deberet, ſi perpetuò & inſeparabiliter in eius perſona officium eſſet radicatum.

18 Prætereà conſiderari poteſt, quòd conceſſiones Apoſtolicæ, Regibus attributæ potentiores, & efficaciores ſunt, quàm illæ, quæ inferioribus conceduntur, vt loquendo de Patronatibus Regum latè tradit Solorzano *in d.to.2. de Indiar. Gubernat. lib.3.cap.3.n.12.& 13.* vbi plura ad intentum congerit, & conſequenter videtur dicendum, verbum illud, *Nombradero por ſu Mageſtad*, non eſſe teſtringendum ad nominationem ſemel faciendam, donec Cancellarius cedat, vel decedat, ſed fore extendendum ad id, ad quod inducat potentius ius, & maiorem auctoritatem.

19 Et negari non poteſt, quòd potentius ius, & maior auctoritas erit, vt D. Rex nominet Cancellarium durante ſua mera, & libera voluntate, quàm quòd facta ſemel nominatione, nequeat nominatum reuocare.

20 Ex quibus concludendum videtur (ſaluo meliori Iudicio) officium Cancellarij in abſtracto eſſe perpetuum, nec poſſe reuocari, bene tamen in concreto, videlicet, de perſona nominata à D. Rege, poſſéque, iuſta ſubſiſtente cauſa, ipſum remouere, licèt fateamur nunquam fuiſſe reuocatum, quamuis in omnibus priuilegiis, & nominationibus prædicta clauſula fuerit appoſita, prout & etiam de ſtylo, in cæteris Magiſtratibus togatis, vel non togatis, & in aliis officiis, & muneribus in hoc noſtro Regno etiam apponitur, hæc tamen nec immutantur, nec ſolet D. Rex nominatum ab eo remouere.

21 Fortaſſe propter illam tam laborioſam, támque ventilatam quæſtionem, quæ torquet ingenia Doctorum, *an ſcilicet, poſſint Principes ſupremi, vel inferiores, ad quos pertinet prouiſio officiorum, vel beneficiorum, ſeu Commendarum, aut aliorum munerum, ad ipſorum nutum concedendorum, cum cauſa, vel ſine ea remouere prouiſos.*

22 Alij namque dixerunt, id fieri poſſe, præcipuè in regibus, & ſupremis Principibus, modificando, vel reuocando ſuam conceſſionem ad reductionem legis, & æquitatis Iuſtitiæ; ſuámque ſententiam probant ex l. *Neratius ff. de de regul.iuris* & *ex. l. qui Agros, Cod. de omni Agro deſerto lib.* 11. & tradunt Molina alios referens *lib. 4. de Hiſpanorum primogeniis cap. 3.n.10.& 17.* Palatius Rubius *in Rubrica §. 69.n. 15.* Arias Pinellus *in l.1.Cod. de bonis maternis 3.p. illat. 16. n. 2. in fine*, Mariſol. *lib. 2. Variar.cap.30.n..in fine*, & alij plures per ipſos relati, de quo articulo innumeros referentem licèt non diſputando vide Cortia *in praxi conten. to.1. deciſ.10.n.87.*
23 ſed contra illos inſurgunt plerique ſummæ auctoritatis, reſoluentes non licere ſupremo principi, & conſequenter nec inferiori, ſine vrgentiſſima, & legitima cauſa, iuri conformi, in partem, vel in totum, in præiudicium, & dedecus poſſeſſorum eos amouere ab officiis, Burgos de Paz (qui plura cumulat) *conſ.14. & 25.* Ioan. Garcia *de donatione remuneratoria ferè per totam*; pręcipuè *n.8. & de nobilitate gloſ. 3. §. 1.n. 17.* optimè Rebellus *de obligat. Iuſtitia pag.* 222. Camil. Bottel. *de præſtantia Regis Catholici cap. 64. n.64.* Doctiſſimus Valanzuel. *Conſ. 2. n.68.* & copioſè *conſ. 99. à n. 29.* Vbi plura enumerat de donatis à D. Rege non tollendis, & pro hac opinione ferè innumeri allegari poſſent.

24 Tertia tandem ſententia fuit aliquorum diſtinguentium prædictas contrarias, & diſſidentes opiniones, vt cum Couat. *lib. 3.Variar.reſol. cap.6.n.10.verſ. quod verò obiter*, Molina *in d. lib. 4. de Hiſpanorum primogeniis cap. 3.n.17.* tradit noſter Fontancl. *de pactis to. 1. gloſ. 5. n.21.*

25 Rationes autem ex quibus mouentur prædicti Doctores, ad tuendas, & defendendas ſuas opiniones videre poteris apud ipſos, cùm non ſit hoc proprium noſtri inſtituti; conſulere tamen poteris D. Ioannem de Solorzano, qui accuratè (more ſolito) conciſè, doctè, & eruditè in vnum congerit quidquid ad hunc articulum conducere poteſt, videlicet, *tom. 2. de Indiar. Gubernatio-*

ne

ne lib. 2. *cap.* 27. & in Polit. *lib.* 3. *capite* 29. Vbi copioſiſſimè agit de feudis Beneficiis, officiis, muneribus, & aliis omnibus conducentibus, & reſpicientibus quidquid ad hanc partem excogitari poteſt.

26 Qui in *d. cap.* 27. poſtquam propoſuit fundamenta primæ opinionis, poſtmodum *num.* 46. *& in dicto cap.* 29. *Politica in verſ. Pero aunque lo que aſſi he dicho, y conſiderado pag.* 456. Concludit, ſine vrgentiſſima, & legitima cauſa nullatenus licere ſupremo principi in totum, vel in partem reuocare, vel reformare conceſſiones in præiudicium poſſeſſorum, & licèt *ibidem in d. num.* 46. loquatur de Commendis; at idem iudicium efformari videtur de aliis officiis, & beneficiis, quandoquidem in corroborationem ſuæ opinionis ſumit argumentum de illis.

27 Cui iunge Baptiſtam Fragoſo *de Regimine Chriſtiana Reipublica pag.* 1. *lib.* 3. *diſp.* 5. §. 4. *num.* 42. *tom.* 1. Vbi poſtquam propoſuit dubium; *an Princeps poſsit auferre officia, ſubditis conceſſa*, reſoluit, ſine cauſa nullatenus fieri debere, hócque ex variis auctoriratibus, & validiſſimis argumentis defendit; poſtmodum verò *in verſ. idem procedit*, ita ait. *Idem procedit, in Officialibus, creatis ad beneplacitum Principis, quia cenſentur perpetui*, Bartol. *in l. Iuriſperitos ff. de excuſationibus Tutorum, gloſ.* Verbo, *electionem*, in Clementina, *etſi principalis de reſcriptis, lib.* 6. *l. Præſidis ff. ſi certum petatur, vbi officiales creati ad voluntatem creantis, iudicantur perpetui, nec poſſunt reuocari ſine culpa, vel ſaltem ſine cauſa*, Gullielmus Benedictus *in cap.* Rayntcius *de teſtamentis n.* 36. in verbo, *duas habens filias*, & Caſaneus *in Cathalogo Gloria Mundi p.* 7. *Conſid.* 33. *verſ. olim verò* & *dicens, officiales creatos quandiu Regi placuerit non poſſe reuocari. Quod ſi remoueantur ob delictum, priusquàm ejiciantur, debent audiri, & poſſunt iuuari remedio iuris Ordinario poſſeſſorio ſecundum caput, ex tenore de reſtitutione ſpoliatorum. Ex quo vides non eſſe remouendos, ſine cauſa, cum debeant audiri.* Hæc Fragoſo, qui latè, & copioſè proſequitur hunc articulum.

28 Cuius verba libuit tranſcribere, nam videntur aliquatenus contradicere, & opponi reſolutioni à nobis ſuperiùs traditæ, *num.* 12. *& ſeq.* quatenus reſolutum reliquimus, officium Cancellarij in concreto non eſſe perpetuum propter clauſulam, *Ex noſtra mera, & & libera voluntate*, &c.

29 Sed re vera non contradicunt noſtræ ſententiæ; aliud eſt namque, quòd de facto fiat; aliud verò, quòd ſine ſcrupulo, & grauamine conſcientiæ exequatur; in primo enim caſu tenebit reuocatio in concreto, ſed cum detrimento, & grauamine animæ, ſi fiat ſine cauſa legitima, & in hunc ſenſum Conciliari poſſunt verba Fragoſi, videlicet, noſtram ſententiam intelligi quando de facto fieret reuocatio, quæ etiam de facto teneret, conſiderata illa excelſa Maieſtate, quam in ſe continent ſupremì Principes, non verò ſecundùm iuris rigorem, & forum conſcientiæ, in quo non admittitur remotio officij ſine legitima, vel vrgentiſſima cauſa, vel propter delictum; & hanc eſſe mentem Fragoſi, & aliorum ſatis liquet ex ipſorum verbis, nam in principio non dixerunt, quòd officia erant perpetua, ſed quòd cenſebantur perpetua; quod verbum, *cenſentur*, influit vt ſine cauſa, vel delicto cenſeantur perpetua. Pergit prætereà ibi; *officiales creati ad voluntatem creantis iudicantur perpetui*, &c. Ecce verbum illud, *Iudicantur*, hoc eſt, quòd perpetua iudicentur officia, ſi non ſubſit cauſa legitima, vel delictum, propter quod dignus ſit remotione; ex quibus colligi poteſt, aliquam contradictionem non reperiri, cum noſtra reſolutione ſuperiùs tradita.

30 Et pro coronide quoad hunc articulum, reſpectu noſtri Regni Aragonum videre poteris Seſſe *tom.* 1. *deciſ.* 79. *à num.* 39. & *ſeq.* vbi ab eo in medium deducta conducunt ad enucleationem præſentis quæſtionis, & hæc de præſenti dicta ſufficiant, vt ad alias, quæ nos clamitant, tranſitum facere poſſimus.

QVÆSTIO VIII.

Cancellarius vbi reſidere debeat?

SVMMARIVM.

Cancellarius tenetur reſidere, vbi commoratur Locumtenens Generalis, & Regia Audientia exiſtit. n. 1. & ſeq. *quod extende etiã ad Regnum Sardiniæ. n.*2.

Regia Audientia vbi celebretur, eſt locus vbi Cancellarius debent declarare contentiones. n. 2.

Locus vbi celebratur Regia Audientia, & commoratur Locumtenens Generalis, an copulatiuè requiratur, vt ibidem exiſtat Cancellarius, ad contentiones declarandas. num. 3. *& aliqui voluerunt quod ſic. n.* 4. *ſed contrarium eſt verius. n.* 5. & ſeq.

Reſidentia Cancellarij pro decidendis contentionibus ſufficit, quòd fiat in loco vbi Regia Audientia celebratur, nec opus eſt alio requiſito. n. 5.& 12.& 21.

Verba intelligi debent quatenus eorum propria ſignificatio admittit. n. 6. *quod extende ad quamcumque materiam, etiam odioſam. n.* 7.

Verba quantumuis præciſa reſtringenda ſunt ſecundùm ſubiectam materiam. num. 8.

Audientiæ ſeculares (regulariter loquendo) ſunt principale obiectum in contentionibus Iuriſdictionis, quoad Iudices Eccleſiaſticos. n. 9.

Duo Iudices Togati ex Regiis Audientiis in Aragonia nominandi ſunt per Cancellarium, vt in declaratione Competentiarum ei conſulant. n. 9. *non ex forma forali, ſed ex antiqua conſuetudine. num.* 13. *Nominatio Cancellarij Regni Aragonum in omnem euentum pertinet ad D. N. Regem. n.* 10.

Cancellarij officium fuit introductum in Aragonia propter bonum publicum, ne partes dilationibus grauarentur. n. 11.

Illatio fieri non debet à diuerſis caſibus, ſed à conſimilibus. n. 14.

Verbum, Audientia, *diuerſificatur à verbo*, Curia. *n.* 15.

Audientia eſt locus, vbi lites, & cauſæ terminantur per Iudices ad id deſtinatos. num. 16.

Auditores seu vulgò (Oidores) *dicuntur, qui ſunt deſtinati ad lites, & cauſas decidendas. n.* 17.

Curia strictè dicitur locus, ſeu Ciuitas vbi ſupremus Princeps commoratur. n. 18.

*Curia in Hiſpania dicitur propriè, vbi D. N. Rex Catholicus manſionem facit. n.*19.

Curia lato modo dici poteſt Palatium, vel Domus, vbi ſubſellia Iudiciorum, vel ipſa Iudicia celebrantur. n. 18.

Vſus loquendi Ciuitatis, Regni, vel Prouinciæ efficit, vt verba intelligi debeant prout ibidem ſonant. n. 20.

HÆc quæſtio expreſsè deciditur in Foro l. ſub tit. *de las Competencias* 1
ibi: *Y en caſo que el dicho Canciller no ſera nombrado por ſu Mageſtad, o, ſiendo nombrado, no ſera preſente en la Ciudad donde ſe terna la Audiencia: El Lugarteniente General ſiendo preſente en el Reyno de Aragon, o, en auſencia de aquel El Regente el officio de la General Gouernacion ſean tenidos de nombrar vna perſona Eccleſiaſtica, pueſta en dignidad, en lugar del dicho Canciller, &c.*

Ex quibus verbis liquidò patet, quòd vbi reſideat Locumtenens Generalis, 2
& Regia Audientia erit locus, vbi Cancellarius reſidere teneatur, vt poſſit contentiones declarare, & in terminis ita decidit Ferrer *p.* 3. *obſeruat. cap.* 89. & 90. & clarè colligitur æqualiter obſeruari in Regno Sardiniæ, vt patet in Pragmat. illius Regni *tom.* 1. *tit.* 5. *cap.* 1. & *tom.* 2. *tit.* 51. *num.* 21. & ſimiliter ex Priuilegio conceſſo brachio ſeculari per S. mem. Regis Alfonſi IV. die 11. Nouembris de anno 1418. ibi: *Si præſens fuerit in Curia, &c.* & iterum reperitur confirmatum *ibid. n.* 28. per Regẽ Ferdinad. brachio Eccleſiaſtico ibi: *Y ſi à caſo el Canciller ſe hallare auſente de do ſe celebrare la Audiencia, &c.*

Et ex his teſtimoniis liquidò patet, locum reſidentiæ Cancellarij præcisè 3
debere eſſe, vbi Regia Audientia celebratur, & exiſtit Locumtenens Generalis. Sed ſubdubitari poteſt, an vtrumque copulatiuè requiratur? Videlicet, quòd in ſimul exiſtant Locumtenens Generalis D. N. Regis, & in eius abſentia Locumtenens Generalis Gubernationis cum Audientia, taliter quòd ſi altera pars deficiat, nequeat Cancellarius contentiones motas, vel mouendas pronunciare.

Et Ferrer *in dicta obſeruat.* 90. tenet, vtrumque requiri, & mouetur ex quo- 4
dam exemplari de anno 1558. quo tempore Barcinone (quæ eſt caput Regni

Digitized by Google

Regni Cathaloniæ, & locus deſtinatus pro Audientia) graſſabatur peſtis, & cùm Locumtenens Generalis ex eo ſe tranſtuliſſet in villam *de Perpiñan*; Conſiliarij autem, & Doctores Audientiæ in alium diuerſum locum; Cancellariúſque etiam in alium diſtinctum ab illis; exortum fuit dubium; an poſſet ipſe contentiones tunc exortas decidere, & poſteà fuit declaratum per Doctores Regiæ Audientiæ nullatenus ei licere, quia omnes prædicti in eodem loco non commorabantur.

5 Sed re vera in hoc articulo exiſtimo, non eſſe neceſſarium in hoc noſtro Regno quòd vtrumque copulatiuè reperiatur, ſed ſufficere quòd reſidentia Cãcellarij fiat in loco, vbi Audientia celebratur, taliter quòd etſi ſit abſens Locumtenens Generalis, non ex eo impediri poſſit Cancellario, quominus ipſe cognoſcere, & decidere valeat contentiones, quæ ſe offerant, durante abſentia Locumtenentis, dummodò ſit in loco vbi Audientia celebratur.

6 Et moueor ex eo, quòd prædictus Forus id expreſsè diſpoſuit ibi. *No ſera preſente en la Ciudad donde ſe terna la Audiencia, &c.* Ergo hoc ſolùm requiſitũ pro forma neceſſaria poſtulat, vtendo verbo illo, *Audiencia*, quod intelligi debet quatenus eius propria ſignificatio admittit argumento *tex. in l. cum lege ff. de Teſtamentis*, & *in l. 1. §. quod autem ff. de Aleatoribus cap. ad Audientiam, 12. de decimis* Card. Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 8. tit. 18. n. 35.* Rota
7 Recentiorum *tom. 1. p. 1. deciſ. 352. n. 1.* vbi in quacumque etiam materia, quantumvis odioſa proprietas verbi attendi debet; ſed proprietas verbi *in d. For. 1.* quoad noſtrum intentum ſit, vt Cancellarius reſideat in loco, ſeu Ciuitate vbi habeatur, & celebretur Audientia; ergo hoc ſolum, & non aliud eſt requiſitum, & ſufficiet.

8 Inſuper quia, vt ait Flores de Mena *quaſt. variar. q. 24. n. 33.* Verba, quomodocumque præciſa, reſtringenda ſunt ſecundùm ſubiectam materiam, ſed materia principalis contentionum (regulariter loquendo quoad Iuriſdictionem ſæcularem) ſunt Audientiæ in quibus cõſiſtunt duæ illæ noſtri Regni, videlicet, altera ciuilis, quæ eſt Superior, & altera criminalis, & in ſimul Iuſtitiæ Arago-
9 num; Ergo verbum illud Fori ſcilicet, *Audientia*, reſtringi debet ad eam tantũ ex ſubiectamateria contentionum, cùm de eis originem ſumat principale obiectum, tam Tribunalium ſupremorum, quàm Inferiorum; maximè, nam ex illis, duo Miniſtri ſeculares Togati ex Audientiis Ciuili, aut Criminali, ad libitum Cancellarij nominandi ſunt ab eo, ex antiqua conſuetudine ad conſulendum illum circa quamlibet contentionem exortam, & ab ipſo terminandam, vt diximus ſuprà *q. 1. n. 10.* Et non etiã abs re coniecturare, diſpoſuiſſe forum, quod reſidentia Cancellarij fieret in loco Audientiæ propter cauſam proximè dictam, licèt non exprimat, nec pro forma forali inueniamus, nominationẽ horum conſulentium eſſe præciſam, ſed (vt diximus) ex antiqua conſuetudine, extendere tamen poſſumus hoc motiuum, quamvis non ex viſceribus Fori, benè tamen ex aliqua legitima, & rationabili congruentia.

Tract. de Competentiis,

Nec contradicit quòd d. Forus diſ- 10
ponat; *quòd Locumtenens Generalis, & in eius abſentia Locumtenens Generalem Gubernationem, quilibet reſpectiuè in ſuo caſu, ſi non ſit præſens Cancellarius, teneantur nominare alium, &c.* quia potiùs ex hoc ſumi poteſt argumentum, ſeu fundamentum pro noſtra ſententia; nam in illis ſolùm ſtatuit, quòd nominent ſubſtitutum, nec eſt mirum, nam cum in omnem euentum nominatio Cancellarij pertineat ad D. N. Regem (vt latè diximus *ſuprà in quaſtione antecedenti*) præciſè pro illo tunc ad eum 11
pertinebit, ad quem Regia Iuriſdictio eſt delegata; & ex eo voluit Forus, quòd ſtatim alius ſubſtituatur, qui contentionem decidat, ne partes grauentur ex dilationibus, & ex his quæ ex litibus quotidie videmus oriri: Cùmque hoc medium fuerit introductum ad eum effectum, vt patet ex his, quæ diximus *ſuprà q. 2. n. 20.* & ſeq. attendens ad hoc ſolum prædicta diſpoſitio foralis decreuit, vt Locumtenens Generalis propter abſentiam Cancellarij nominaret alium in Ciuitate, vbi exiſteret, attamen declaratio fieret vbi Audientia celebraretur, ne dilationem haberet ex aliquibus accidentibus, quæ occurrere poſſent, ſi eſſet in alio loco, vbi Audiẽtia non exiſteret. Ex quibus exiſtimo, locũ 12
declarationis Competentiarum præciſè debere eſſe, vbi Regia Audientia gubernatur, & celebratur, nec opus eſſe, vt ibidẽ exiſtat Locumtenens Generalis, vel tenens Generalem Gubernationem.

Nec obſtat doctrina Michaëlis 13

Ferrer *ſuprà* tradita, nam ipſe loquitur ſecundùm pragmaticam Regis Alfonſi, vigentem in illo Regno, quæ intitulatur *Los Capitols vulgarment dit de ſan Cugat cap. 2. fol.* 152. Et habetur etiam in noua compilat. *ſub tit. de content. Iuriſdict. in volum. Prag.* iuxta quam Doctores Regiæ Audientiæ illius Regni moti fuerunt ad ita pronunciandum, vt patet ex contextura, & fundamentis ab ipſo Ferrer ponderatis.

14 Præterquàm quòd in caſu, in quo loquitur Ferrer, reperiebatur quædam ſingularis ſpecialitas,quæ in aliis non ita inuenitur, vt colligitur ex clauſulis, & ponderationibus ipſius Ferrer *in d. obſeru.* 90. *in verſ. & licèt forſan*, & conſequenter de illis ad alios non poteſt fieri illatio, quæ à diuerſis non admittitur *l. inter ſtipulantem* §.*Sacram ibi*. Sed hæc diſſimilia ſunt, & *ff. de verborum obligationibus l. Papinianus exuli*, vbi Bartolus *ff. de Minoribus cum vulgatis*, Gratianus *tom.* 3. *diſceptationum foren. cap.* 516. *num.* 6. & *cap.* 524. *num.* 58. & alij plures.

15 Præteà quia ipſe Ferrer ſpecialiter diſtinguit inter Curiam, & Audientiam ibi. *Qua quidem Pragmatica loquitur, quando Cancellarius eſt abſens à Curia (non dico Audientia, ſed Curia) qua Curia eſt, vbi eſt Dominus Rex, ſeu eius Locumtenens Generalis, &c.* Ergo ex mente illius potiùs aſſentit noſtræ ſententiæ, quàm contradicit; nam prædictus noſter Forus non vtitur verbo, *Curia*, ſed verbo, *Audientia*; Ergo de hac, & non de illa intelligendus eſt.

16 Maximè ſi conſideremus proprietatem amborum verborum: Nam Audientia eſt,vbi cauſæ, & lites terminantur per Iudices, & Magiſtratus, ad tale miniſterium obeundum deſtinatos, declarando ius pertinens litigantibus ſecundùm rectam Iuſtitiam, iuxta illud Ciceronis de ſentent. qui ita ait: *Facit ſibi Audientium deſerti ſenis oratio, &c.* Cùm enim ibidem cauſæ audiantur, exinde nomen Audientiæ ſortitum eſt, & ex eodem Fonte nominantur Auditores Rotæ, & cæteri Togati Iudices cauſam decidentes, vulgò appellantur, *Oidores*.

17 Curia verò ſtrictè dicitur locus, ſeu Ciuitas vbi ſupremus Princeps commoratur, vt ex communi vſu loquendi, & experientia patet, & ita vniuerſaliter dicimus, *Curiam Romanam Pontificis eſſe Romam*, & Hiſpaniæ *Mutritum*, & ſic de Imperatore, aliiſque excelſis Principibus; vbi frequentia hominum diuerſarum, & omnium nationum verſatur, & reperitur, & ſupremus Princeps reſidet pro vniuerſali gubernatione Regnorum, & Prouinciarum eidem ſubiectarum; & colligi poteſt ex *l. vnica Cod. ſi Curialis relicta Ciuitate rus habitare maluerit lib.* 10.

Et licèt non me lateat, etiam Curiam ſumi pro Palatiis, & Domibus vbi ſubſellia Iudiciorum, vel ipſa Iudicia celebrantur, vt latè probat Laurentius Beierlinck *in ſuo magno Theatro tom.* 2. verbo, *Curia*, verſ. *Curia extructa* pag. *mihi* 638. vel etiam ſumitur pro loco, in quo Conſilium publicum habetur, prout in *l.Nulli* 3. *ff. de Decurionibus l.* 2. §. *poſteà aucta ff. de Origine Iuris.* 18

Attamen vſus Hiſpaniæ admiſit (& apud omnes eſt in confeſſo) Curiam propriè dici, vbi noſtri Catholici Reges commorantur, ſumendo nomen ab ipſa proprietate, & hoc quod vulgare adagium Hiſpanum canit, videlicet, *Alli eſta la corte donde eſta el Rey.* 19

Ex quibus deducitur,quòd cùm vſus loquendi efficiat, vt verba diſpoſitionum, vel cuiuſlibet actus debeant intelligi, & admitti ſecundùm communem vſum loquendi Ciuitatis, vel Prouinciæ, vbi proferuntur iuxta *tex. in l. cum de lanienis* §. *optimum ff.de fundo inſtructo*, cum aliis à me traditis *in meo Foro conſcientiæ, ſiue Paſtorali interno p.* 3. *voto* 5. *n.* 11. cum Gonçales *ad Reg.* 8. *Cancellaria gloſ.* 11. *n.* 68. & Gloſ. 13. *n.* 62. ſequitur exinde differentia inter verbum, *Audientia*, & verbum, *Curia*, & per conſequens quod iuxta terminos *dicti For.* 1. locus vbi Cancellarius reſidere tenetur, vt per ſe valeat Competentias declarare,erit vbi Regia Audientia effectualiter celebretur, nec opus eſſe,vt Locumtenens Generalis ibidem exiſtat; & ſimiliter infertur Michaëlem Ferrer non contradicere, nam ipſemet ſe explanat dicendo, non loqui de Audientia, ſed de Curia, quæ in Regno Cathaloniæ diuerſificatur ad terminos Pragmaticæ Regis Alfonſi ibidem vigentis, & iuxta quam ſe gubernat, & ita concludendam eſſe hanc quæſtionem exiſtimo. 20 21

QVÆSTIO

QVÆSTIO IX.

Cancellarius ſi ſit mortuus, vel legitimè impeditus, cui pertineat nominatio in locum demortui, vel impediti, vt declaret competentias, quæ occurrere poſſunt, quoad vſque D. N. Rex nominet proprietarium?

SVMMARIVM.

Cancellarius ſi moriatur, vel alio legitimo impedimento detentus exiſtat, quis debeat nominare alium in locum eius, vt contentiones decidat. n. 1. & ſeq.

Cancellarius ſi ſit abſens ex loco vbi Audientia celebratur, aut moriatur, vel aliàs aliquo legitimo impedimento ſit irretitus, tunc Locumtenens Generalis, & eo abſente, gerens Generalem Gubernationem tenetur alium nominare, qui durante impedimento contentiones terminet. n. 3. & ſeq.

Ratio eadem vbi exiſtit, dicitur comprehenſiuè, & non extenſiuè, exiſtere eandem legem. n. 3.

Locumtenens Generalis, vel gerens Generalem Gubernationem, ſi non prouideant ſubſtitutum in locum Cancellarij impediti intra quatuor dies, ab eis currunt illi triginta, & quinque dati pro Foro ad terminandam contentionem, etſi non fiat, datur pro intimata, & declarata pro Eccleſia. n. 4. & 5.

Abſentia Cancellarij æquiparatur morti, vel alio impedimento ad effectum nominandi alium, qui contentiones decidat, durante impedimento. n. 5.

Subſtitutum in locum Cancellarij abſentis, vel mortui, aut alias legitimè impediti nominare debet Locumtenens Generalis, tam in Aragonia, quàm in aliis Regnis Coronæ. n. 9. & 10.

1 DIximus ſuprà q. 7. nominationem Cancellarij indiſtinctè pertinere ad D. N. Regem; verùm cùm accidere poſſit, illum decedere, vel alio legitimo impedimento eſſe irretitum, propter quod nequeat contentiones occurrentes decidere, & in ſimul; quòd non pateret promptus aditus ad D. N. Regem, exinde dubium inſurgit, ad quem nominatio illius, qui in ipſius locum ſubrogetur, donec durauerit impedimentum, tam mortis, quàm infirmitatis, vel alterius cuiuſlibet pertinere debeat, vſque dum D. Rex ſucceſſorem non prouideat.

Et quoad abſentiàm ex loco vbi Regia Audientia celebratur, diximus iam in quæſtione antecedenti pertinere ad Locumtenentem Generalem D.N.Regis, & eo abſente ad gerentem Generalem Gubernationem propter expreſſa verba fori primi ſub tit. *De Competencia de las Iuriſdiciones*, quæ ad litteram ibidem tranſcripſimus; Peguera *in ſua praxi cap.* 26. & omnes noſtri Practici, & licèt ſolùm loquatur forus in caſu abſentiæ, videtur dicendum, quod extendi debeat ad caſum mortis, infirmitatis, vel alterius legitimi impedimenti, propter quod nequeat Cancellarius per ſe contentiones declarare. Nam vbi eſt 3
eadem ratio, eandem legem exiſtere dicitur, non extenſiuè, ſed comprehenſiuè iuxta text. *in l. illud Cod. de Sacroſanct. Eccleſ. l. His ſolis: verſ. ſatis etiam cautè putamus Cod. de reuocandis donationibus l. Item veniunt §. ait Senatus ff. de petitione hæreditatis*, Gonçalez *ad Reg.* 8. §. 7. *Proœmij n.* 105. & alij plures relati per Guttierez *lib.* 3. *practic. q.* 17. *n.* 84. *cum ſeq.* quibus adde Laram *de Anniuerſarijs, & Capellaniis lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 24. Rebellum *de obligat. Inſtit. p.* 1. *lib.* 1. *q.* 6. *ſect.* 4. *n.* 20. & alios plures. Sed ratio abſentiæ Cancellarij eſt æqualis, & ferè eadem, ac ratio mortis, vel alterius legitimi impedimenti; ergo eadem diſpoſitio, ſiue lex conſiderari debet in quocumque impedimento legitimo Cancellarij, ac ſicut in abſentia.

Quod quidem expreſſum reperitur 4
in foro *Mucho daño reciben* 4. *ſub titulo De la Competencia de Iuriſdiciones*, qui ita ait: *Mucho daño reciben los litigantes, quando ſe forma competencia de Iuriſdicion, y no ay Canciller, que de aquella conozca por muerte, o, auſencia, o, otra vacacion de aquel. Por loqual ſu Alteza de voluntad de la corte eſtatuece, y ordena, que no hauiendo Canciller nombrado, o, aquel ſtando auſente de la Ciudad de Saragoça hecha intimacion de la dicha Competencia, el Lugarteniente General, o, Regente el offieio de la Gouernacion en ſu caſo preſentes en el Reyno, o, eſtando ſu Mageſtad, o, Alteza preſentes en el dicho Reyno, la dicha intimacion ſe haga al Regente la Cancel-*

leria,

leria , y al Abogada Fiſcal , los quales
Lugartenıente General y en ſu auſencia el
Regente el officio de la General Gouerna-
cion puedan nombrar Canciller para aquel-
la cauſa. Y ſi dentro de quatro dias no
proueyeren reſpectiuamente de Canciller,
que corran los treinta dias , y ſea hauı-
5 *da la competencia por intimada , &c.* Hæc
Forus. Et ex ipſius verbis ſatis proba-
tur , mortem , ſeu aliud quodlibet legi-
timum impedimentum operari eundem
effectum,quem cauſaret abſentia,quan-
do quidem in principio expreſsè enu-
merat , & æquiparat caſum abſentiæ
cum morte , aut alia quacumque vaca-
tione ; ergo non ſolùm comprehenſiuè
per dictum Forum primum , ſed clarè,
& manifeſtè *in d. Foro* 4. ſtatuitur vni-
formiter in prædictis caſibus nomina-
tionem pertinere ad Locumtenentem
Generalem D. N. Regis, & in eius ab-
ſentia ad Regentem Generalem Gu-
bernationem.
6 Et in ſpecie ita docet Noſter doctiſſi-
mus Hieronymus Portoles *in ſcholiis ad*
prædictum Forum 4. *pag.* 452. vbi *n.* 2.ita
ait. *Secundò , abſens Cancellarius dicitur,*
qui etſi præſens in Ciuitate ſit , aduerſa ta-
men valetudine detentus negotij deciſioni
intereſſe non poteſt , vt in ſimili eruditè pro-
bat Rebuffus tom. 3. tit. de recuſat. art. 11.
gloſ. vaica n. 12. fol. 159. Alexander in
7 *l. 1. n. 40. ff. de officio eius, &c.* Idemque
etiam nominatim declaratum fuit corã
Cancellario extraordinario in proceſſu
Martinæ *del Buſto* in Menſe Septembris
1582. &c. Ex quibus ſine hæſitatione
exiſtimo, nominationẽ Cancellarij ſub-
ſtituti fieri debere, prout diximus ſuprà,
quoties moriatur proprietarius, vel fue-
rit abſens , aut alio quolibet legitimo
impedimento detentus ; hócque incon-
cuſsè in noſtro Regno ita eſſe practi-
catum. Hic tamen obiter notandum eſt
quod in caſu propoſitæ quæſtionis Præ-
ſidentes Regiæ Audientiæ efficere poſ-
ſunt prædictam nominationẽ non tamẽ
Regentem Cancellariæ, vel Aſſeſſorem
Gubernationis; licèt aliàs in ſuis caſibus
præſideant vt accuratè docet Bardaxi
in Commentariis ad dictum Forum 4. *ſub*
tit. De la Competen. de Iuriſdic. fol. 319.
vbi rationem aſſignat, & latè agit de hoc
articulo, apud quem videre poteris.
8 Mecúmque ita fuit exequutum, nam
cùm in vltimis diebus Menſis Iulij de
anno 1649. deceſſiſſet DD. Antonius
Xauierre, Cancellarius in illo tunc pro-
prietarius , ſtatim die 3. Auguſti eiuſ-

dem anni Locumtenens Generalẽ Gubernationem in defectum Locumtenẽtis Generalis (quia tunc non aderat) me metipſum nominauit interim , & donec D. N. Rex promoueret proprietarium , eáque cum nominatione intimata, & admiſſa à Diputatis Regni exercui munus tanquam ſubſtitutus. Poſtmodum verò D. N. Rex fecit mihi gratiam ipſius muneris in proprietate, prout diximus *ſuprà q.* 7. & quia formula nominationis poteſt eſſe alicuius vtilitatis, vt de ſtylo conſtet, placuit eam inſerere , éſtque tenoris ſequentis.

In Dei nomine Amen, *ſea A todos manifieſto que en el año contado del naſcimiento de Nueſtro Señor Ieſu Chriſto Mil ſeyſcientos quarenta y nueue, dia es à ſauer, en tres de Agoſto, en la Ciudad de Saragoça. El Illuſtriſſimo Señor Don Pedro Pablo Zaputa Fernandez de Heredia , &c. Gouernador de Aragon , y Preſidente en la Real Audiencia de el. Attendido , y conſiderado , que el DD. Antonio Xauierre Arcidiano de Belchite en la Santa Metropolitona Igleſia de eſta Ciudad de Saragoça Canciller de las Competencias de Iuriſdicion , vltimamente nombrado por ſu Mageſtad , haya muerto , y dicho officio eſte vacante , y que durante el tiempo, que ſu Mageſtad no prouee el dicho officio en propriedad por los fueros y obſeruancias del preſente Reyno de Aragon , ſu Señoria como Preſidente que ha ſido , y es en la dicha Real Audiencia del dicho Reyno ha tenido , y tiene poder, y facultad de elegir, y nombrar en el interim , que ſu Mageſtad prouee vna perſona Eccleſiaſtica conſtituida en dignidad , que rija , y adminiſtre el dicho officia de Canciller. Que por tanta vſando ſu Señoria de la dicha facultad, & alias, en aquellas mejores via, moda , forma, y manera , que de fuero, & alias haZerlo puede, y debe nombrava , y eligia, como de hecho eligiò , y nombrò en, y para Canciller Foral de las Competencias de Iuriſdicion del preſente Reyno por muerte del dicho DD. Antonio Xauierre Al Illuſtre y muy Reuerenda DD. Diega Antonio Frances de Vrrutigoyti Arcipreſte de Daroca , Dignidad de la dicha Santa Igleſia Metropolitana de eſta Ciudad de Saragoça en el interim , que ſu Mageſtad no proueyere el dicho officio de Canciller, al qual para vſar , y exercer el dicho officio le diò , y aſſignò todo aquel poder , y facultad que podia , y deuia conforme los fueros , obſernancias , vſos , y coſtumbres del preſente Reyno ; Iuntamente con todos los honores,*

honores, preeminencias, poder, y facultad, drechos, ſalarios, prouentos, y emolumentos al dicho officio de Canciller tocantes, y pertenecientes en qualquiera manera. Preſente el dicho DD. Diego Antonio Frances de Vrrutigoytt, que acceptando la dicha nominacion de Iuez de Competencias de Iuriſdicion, por ſu Señoria hecha en ſu perſona, Iuro en ſu poder, y manos por Dios Sobre la Cruz, y ſanctos quatro Euangelios de hauerſe bien, y fielmente en el vſo, y exercicio del dicho officio de Canciller, de guardar los Fueros, obſeruancias, vſos, y coſtumbres del preſente Reyno de Aragon, que por el fuere tenido, y obligado de guardar, de las quales coſas y cada vna de ellas fue hecho, y teſtificado el preſente acto publico ſiendo à ello preſentes por teſtigos, &c.

Sig†no de mi N. Eſcribano principal de la eſcribania de la General Gouernacion, y publico Notario, y Secretario de ſu Señoria, que à lo ſobredicho preſente fui y en el Regiſtro de los actos communes continue, & Cerre, &c.

Quo inſtrumento ita confecto, & in publica forma extracto, recutritur, & intimatur conſiſtorio Diputatorum, eiúſque Notarius conficit inſtrumentum intimationis, & approbationis, & ex tunc remanet habilis Cancellarius ſubſtitutus ad pronunciandum quaſcumque contentiones motas, & mouendas donec proprietarius nominatus à D. Rege Iurauerit.

9 Hócque in Cathaloniæ Regno obſeruari inſinuare videtur Fetter *in ſuis obſeruationibus p. 3. obſeruat. 92. in verſ. & nouiſſimè in cauſa contentionis &c.* & *in verſ. veritas, & reſolutio, &c.* vbi propter notoriam ſuſpicionem Cancellarij, alium nominauit Locumtenens; Et in Regno Sardiniæ olim ad ipſos Arbitros non concordantes pertinebat nominatio tertij gerentis vicem Cancellarij, ſi, è vita decedebat, aut erat abſens, aut aliàs legitimè impeditus, vt habetur in concordatis illius Regni, & in ſuis Pragmaticis *tom. 2. tit. 51. num. 12. & num. 21.* ibi: *Cancellario autem abſente à dicta Curia Regia, las dichas dos perſonas infra tres dias, tertium eligere tenentur, &c.*

10 Attamen in dictis Pragmaticis *tom. 1. tit. 5. cap. 1. Pragmaticarum Regni*, ſtatuitur & decernitur, quòd nominatio Cancellarij in prædictis caſibus fiat eodem modo, ſicut in noſtro Regno per Locumtenentem Generalem D. N. Regis, & ante dictas Regias Pragmaticas fuit ſtabilitum per Sanct. mem. Regis Ferdinandi in Curiis habitis in Villa de Almanzana 23. Aprilis 1496. *capite 1.* & habetur *in præfatis Regiis Pragmaticis tom. 2. tit. 51. num. 28. circa finem.*

Ex quibus concludendum eſt, nominationem Cancellarij ſubſtituti propter mortem, abſentiam, vel aliud legitimum impedimentum Proprietarij pertinere ad Locumtenentem Generalem, & in eius defectu ad gerentem Generalem Gubernationem, &c. 11

QVÆSTIO X.

Si Cancellarius ſit abſens, aut legitimè impeditus, & ex eo alter ſit ſubſtitutus, pendentéque contentione ceſſet impedimentum, an proprietarius, vel ſubſtitutus teneatur cauſam decidere, & è conuerſo, an ſi proprietarius cœperit efformare proceſſum, & ei ſuperueniat aliquod impedimentum, tempus elapſum coram ipſo computari debeat ſubſtituto.

SVMMARIVM.

Cancellarius ſi ſit abſens, aut ex aliqua legitima cauſa impeditus, propter quam fuit datus ſubſtitutus, an ſi ceſſet impedimentum pendente contentione poſſit cauſam reaſſumere, & declarare, vel ſubſtitutus. n. 1. & reſoluitur affirmatiuè. n. 2. & ſeq.

Iuriſdictio conceſſa alicui propter impedimentum Iudicis proprietarij, ceſſat illa, ceſſante iſto. num. 4.

Iuriſdictio delegata extinguitur, quoties ceſſat cauſa, propter quam illa fuit attributa. num. 5.

Delegatus Papæ, poteſt delegare negotium ei commiſſum ex cauſa legitima, &

& ſi res ſit magni momenti, conſulendus eſt delegatus, & ſi ſit ita grauis, quod ſine ipſius proſentia determinari nequeot, non poterit ſobdelegare. n. 6. & 7.

Delegatus Papa impeditus poteſt ſubdelegare tauſam, ſibi commiſſam, ſi commode ipſam terminare non valeat. num. 7.

Delegatus Papa non poteſt ſubdelegare ardua negotij, nec ſententia prolationem, nam ſemper hoc exiſtit in ipſo ſubdelegante. n. 7.

Iudex, qui ſemel ſe excuſauit ab onere iudicandi, in cauſa ſibi commiſſa, poſteà poteſt illam acceptore. n. 8.

Commiſſionem datam Canonico, vel dignitati, qui illam aceeptauit, proſequi, & terminare poteſt, etiamſi in diſcurſu cauſa deſinat eſſe Canoicus, vel dignitas. n. 9.

Induſtria perſona, ſi ſit contemplata od aliquem actum faciendum, non poteſt delegari. n. 10. & 11.

Cancellarius proprietarius debet reaſſumere cauſam contentionis, cœptam à ſubſtituto in locum eius, propter ipſius legitimum impedimentum, in ſtatu in quo reperitur, computatis diebus tranſactis de momento ad momentum, à quo fuit intimata. 12.

Competentia ſi ſit formo corom Cancellorio, qui propter legitimum impedimentum non potuit eam terminare, & ex eo detur ſubſtitutus, tenetur iſte illam decidere intra tempus à Foro ſtatum, computatis diebus elapſis coram principali. n. 13.

1 EX dictis in quæſtione antecedenti inſurgit altera non contemnenda, ſed ſatis curioſa, & practicabilis; *an* ſcilicet, *ſi Cancellarius ſubſtitutus fuerit nominatus propter legitimum impedimentum proprietarij, hocque ceſſaſſet intra tempus datum à foro pro decidendis contentionibus, iſte vel ille cognoſcere, & terminare debeat cauſam.*

2 Qoam quæſtionem in terminis mouet noſter Hieronymus Portoles *in commentariis ad Forum, Mucho daño reciben. 4. ſub titul, de competencia de Iuriſdiciones fol.* 452. & *num.* 4. *circa finem* reſoluit, quod ceſſante impedimento abſentiæ, vel alterius, ſi redeat Cancellarius proprietarius, vel ſit liber ab illo, re integra, teneatur reaſſumere cauſam, vt ipſe illam decidat, & quòd extraordinarius ſubſtitutus debeat ſe abſtinere.

Et rationem aſſignat, videlicet quòd cùm ſubſtitutus, vel extraordinarius nominari poſſit à Locumtenenti Generali, vt diximus *ſupra in quaſtione antecedenti num.* 3. & ſeq. propter abſentiam, vel alium legitimum impedimentum, & non aliàs, aliter, nec alio modo, taliter quòd in dictis caſibus ſolùm; & præcisè aliquam prouiſionem expedire, aut aliquam Iuriſdictionem exercere valeat, cum non vltra, ſed intra tempus impedimenti ſubrogatio locum habeat; Conſequenter, ceſſante impedimento, ceſſare debet & etiam eius Iuriſdictio, quandoquidem ipſe aliàs nequeat cauſam terminare ob defectum Iuriſdictionis, quia non eſt radicata in ſua perſona eſſentialiter, ſed accidentaliter ad durationem impedimenti. 3

Cúmque cauſa ſit limitata, ſolùm poterit operari, & extendi ad caſum, ad quem eius effectus produci poteſt, *iuxta text. in l. in agris de acquirendo rerum dominio l. Cancellauerat ff. de his, qua in Teſtamento delentur cum vulgatis*, & exinde ad ordinarium pertinebit, qui tenebitur cauſam reaſſumere in ſtatu, & in terminis, in quibus reperitur, ad quod allegat Portoles Franc. *in cap. ſi Delegatus num.* 3. *de officio delegati in* 6. Bartol. *in l.* 1. *num.* 14. Alexandr. *num.* 64. *&* 65. *affirmans de communi*, Decium *num.* 77. *&* 79. *de officio eius, cui mandata eſt Iuriſdictio*, & ita fuiſſe Iudicatum per Cancellarium ordinarium in proceſſu Sanctij Coneſſa, & aliorum *in Scribania Ioannis Montañes* teſtatur ipſe Portoles. 5

Et pro eius ſententia præter ab ipſo ponderata conſiderari, & ponderari poteſt *text. in cap. ſi pro debilitate* 3. *de officio, & poteſtate Iudicis delegati* ibi: *ſi pro debilitate, vel pro alia quolibet cauſa, vel neceſſitate tractandis cauſis, qua tibi à Sede Apoſtolica committuntur, intereſſe non potes, liberum tibi ſit, perſonis diſcretis, & idoneis vices tuas committere: Ita tamen quod ſi res tanti eſt, te conſulere debeant. Niſi fortè cauſa ita graues ſint quod ſine præſentia tua non poſſint commodè terminari, &c.* 6

Patet igitur ex prædictis verbis, quòd delegatus Papæ impeditus ſubdelegare poteſt cauſam, quæ ab ipſo commodè terminari non poteſt, vt docent Meno- 7

chius

chius *de Arbitrariis lib.2. caſu 60. n. 20.* Barbo. *in Paſtor.p.3. allegat.84.n.11.* Et alij penes ipſos. Attamen prolatio ſententiæ, & arduorum conſultatio non transfertur in ſubdelegatum,ſed ſemper exiſtit in ipſo ſubdelegante,& in noſtro caſu pariformiter argui poteſt, quòd etſi propter abſentiam, vel aliud legitimum impedimentum Cancellarij, in eius locum alius fuerit nominatus, ex eo ab ipſo non abdicatur illa ſuprema, & intrinſeca Iuriſdictio acquiſita in vim nominationis de ipſo factæ per D. N. Regem, quæ intrinſecè in eo radicata exiſtit, & conſequenter, quoties ceſſauerit impedimentum, ad eum pertinebit cognitio contentionis coram ſubſtituto cœptæ, & in ea ſe intromittere, terminare,& decidere debebit intra terminum à Foro ſtatutum, vt dicemus *infrà*.

8 Secundò in corroborationem adduci poteſt, quòd aliàs declarauit Rota *in vna Leodien. canonicatus* 21. Iunij 1610. coram D. Damaſceno, & habetur *in Poſthumus* Farinatij *tom. 1. deciſ.292.n.1.* vbi fuit deciſum, quòd Iudex,qui ſemel ſe excuſauit ab onere iudicandi,in cauſa ſibi commiſſa, poſteà poteſt illam acceptare,ſi voluerit, & pœniteat: ibi non obſtat ſecundum, quia nullo iure cauetur, quod ille qui ſemel ſe excuſauerit, non puſſit iterum acceptare Iuriſdictionem &c. Ergo à fortiori in præſenti caſu dicendum videtur,quòd cùm Cancellarius nec poſſit, nec valeat ſine legitimo impedimento ſe excuſare, nec omittere declarationem quarumcumque contentionum occurrentium ex neceſſitate legis hoc vinculum operari debet maiorem latitudinem, vt ipſe in ſe reaſſumat cauſam, quam in Iudice delegato, qui propter ſuam voluntatem ſe excuſauit ab onere iudicandi,qui,eo non obſtante,poteſt commiſſionem acceptare: ergo non poteſt à ſubſtituto,nec ab alio quolibet impediri Cancellarius,ſed imò tenebitur, contentionem cœptam per ſubſtitutum declarare, ceſſante impedimento, & re integra reaſſumere,& ita in Cathalonia declaratum reperitur, vt latè concludit Mich.Ferrer.*p.3.obſer. c. 94. ferè per totum* & in ſpecie in verſiculo *adde pro materia pag. mihi 123.*

9 Sed contra prædicta opponi poteſt, quodſi Commiſſio fuerit conceſſa per ſedem Apoſtolicam Canonico, vel dignitari, poteſt proſequi, diffiniri,& tandem decidi per eum,etiamſi poſt acceptationem, in proſecutione,& pendentia cauſæ deſinat eſſe Canonicus, vel dignitas, vt plures referens tradit Barboſa *in tractatu de Canonicis, & dignitatibus cap. 19. num. 6. & 7. & in collect. ad tex. in cap.ſtatutum 11. de reſcriptis in 6. num 18. & 19.* & latè Marcheſanus *de Commiſſionibus p. 1. cap. 6. n. 66. pag. 253.* qui ibidem in ſequentibus numeris alios allegans limi- 10
tat hanc doctrinam, dum modò non ſit electa induſtria perſonæ, quia tunc ipſe per ſe, & non alius terminare poteſt cauſam: Quo ſuppoſito, ita argui poteſt:quotieſcumque nominatur perſona ſubſtituta propter impedimentum Cancellarij principalis eligitur, & conſideratur induſtria perſonæ ad talem Contentionem decidendam, cùm ad alium effectum nullatenus eſſet neceſſarium ipſum ſubſtituere:Ergo in quemcumque euentum per ipſum declarari debet, etiamſi ceſſet impedimentum principalis Cancellarij, quia eius induſtria videtur electa. Sed re vera iſta 11
Conſideratio non ſolùm impugnat prædictam reſolutionem, ſed potius eam eneruat; fatemur enim (prout eſt certum) quòd quoties in Commiſſione,vel delegatione, aut alia quacumque diſpoſitione eligitur induſtria perſonæ, non poteſt cauſa ab ipſo ſubdelegari,ſed tenetur per ſe eam terminare, quod quidem in præſenti colligitur, & potiùs applicatur Cancellario proprietario & non ſubſtituto: enim verò cum dicti fori 1. & 4. ſub titulo *de la Competencia de Iuriſdicion*, tam enixè reſpiciant, & toties nominent perſonam principalis Cancellarij, eam & ipſius induſtriam principaliter voluerunt, & elegerunt ad contentiones terminandas. Quamvis enim dictus forus *Mucho daño &c.* 4. diſponat,nominationem ſubſtituti,quoties principalis legitimè impeditus nequeat cauſam decidere, & terminare, hoc ita ſtabiliuit, propter celerem expeditionem cauſarum, non verò vt excluderet principalem Cancellarium, ſi ipſe re integra cauſam terminare poſſet, ex eo quia illius induſtria & ſufficientia(regulariter loquendo) aptior ſemper iudicari debet; quàm ſubſtituti, cuius perſona, ſufficientia, vel induſtria ſolùm fuit conſiderata, & electa propter impedimentum principalis ad illum caſum.

Ex quibus non eſt recedendum ab 12
opinione ſuprà tradita per noſtrum Hieronymum Portoles, videlicet, quòd proprietarius Cancellarius debet reaſſu-

mere

mete cauſam contentionis cœptam coram ſubſtituto, ipſamque decidete, & terminare intta tempus à foto ſtatutum, computatis diebus elapſis ante teaſſumptionem, taliter quòd cum illis adimpleatur numerus triginta, & quinque dierum, qui dantur pto concluſione, & declaratione contentionis, & ſi non fuerit declatata intta dictum terminum; pto Eccleſia pronunciata erit iuxta diſpoſitionem dicti fori 1.

13 Sicut & etiam idem obſeruandum eſt, ſi cœpta aliqua competentia coram Cancellario proprietario, eáque pendente, ſupetueniat, aliquod legitimum impedimentum, proptet quod excuſatus exiſteret, ne poſſet cauſam terminare, & ex eo ſubſtitutus nominatetur, ſi tunc iam eſſent elapſi v. g. decem, vel viginti, aut alij dies, iſti computandi ſunt etiam ſubſtituto, ſicut ſi cotam ipſo iam concutriſſent, vt punctim, & accuratè reſoluit Portoles *in ſcholiis ad d. Forum 4. à n. 5. vſque in finem*; qui latè agit de hoc articulo, & *n.* 7. concludit ex auctoritate doctiſſimorum Virotum ita in praxi in hoc noſtro tegno ſetuandum fore, quidquid de iute communi aliud ſuaderi poſſet pto reſolutione illius quæſtionis, in iute ſatis agitatæ, an ſcilicet, tempus prędeceſſori iudici elapſum computari debeat pro complemento deciſionis cauſæ; an verò teintegrari debeat? in qua communior opinio Doctorum ſit, quòd de iute communi admitti debeat reintegratio, at in noſtro regno non eſt recedendum ab opinione Hieronymi Portoles, & aliorum Doctorum ſuperiùs relata.

QVÆSTIO II.

Suſpicio an opponi poſſit Cancellario, & an dari poſſit, vt ſuſpectus à curiis, vel partibus contendentibus?

SVMMARIVM.

*Litigare coram iudice ſuſpecto durum valdè, & aſperum eſt n.*1.& 13.

Recuſare iudices, vt ſuſpectos, permiſſum eſt de iure, iuſta ſubſiſtente cauſa 2. & *num.*13.

*Cauſæ recuſandi iudices, vt ſuſpectos, varia ſunt.n.*2.

*Cauſa recuſandi iudices in Aragonia non extenduntur vltrà expreſſas in foris n.*3.

*Cancellarius competentiarum in Aragonia non poteſt recuſari, vt ſuſpectus, n.*4. *& ſeq. ſed contrarium eſt veriùs. n.*13. *& ſeq.*

*Cancellarij officium eſt excellens, & ferè ſemper conceditur perſonis illuſtribus in dignitate, literatura, & virtute. n.*4.

*Legum diſpoſitionibus quilibet ſe ſubjicere tenetur. n.*5.

*Cancellarius eſt tertius Arbiter legalis electus à partibus, mediante lege, & exinde videtur non poſſe ab eis, vt ſuſpectus recuſari. n.*5.

*Factum proprium nemo impugnare poteſt. n.*6. *intellige*, vt 33. & ſeq.

*Apprehenſionis reuocatio in Aragonia non debet admitti, ſi petatur ab eo, qui ipſam conſequutus fuit n.*7.

*Decretum iudicis ſi adiudicatur, pars non poteſt contradicere, nec ab eo reſilire. n.*8.

*Contentio iuriſdictionis non poteſt in Aragonia declarari niſi iuxta formam foralem n.*8.

*Curia tam Eccleſiaſtica, quàm ſeculares in Aragonia defendere debent, ne contentiones iuriſdictionis aliter declarentur, niſi medio Cancellario n.*9.

*Contradicere quis non debet, quod contra alios defendere tenetur n.*10.

*Perpetrare nemo debet illud, quod ſi alius faceret, ipſe prohibere teneretur. n.*11.

Conſors, qua rem alienauit, nequit ipſam retractare. 12. *intellige, vt. n.*37.

*Suſpectus ſi ſit Cancellarius, poteſt à partibus recuſari. n.*13.& ſeq.

*Lites omnes ſine ſuſpicione procedere congruum, & debitum eſt. n.*13.

*Excommunicatus non poteſt admitti in iudicio, dum in excommunicatione perſeuerat. n.*14.

*Suſpicionem contra iudicem poteſt excommunicatus opponere, licèt aliàs in iudicio admitti non debeat. n.*14.

*Ordinarius iudex ad Vniuerſitatem cauſarum recuſari poteſt, vt ſuſpectus de iure Canonico, quidquid ſit de iure ciuili. n.*15. *intellige, vt* 16.

*Delegati, etiam Principis, poſſunt, vt ſuſpecti, recuſari, iuſta ſubſiſtente cauſa, quod extende ad Cardinales, etiam ſi ſint Legati à latere. n.*17. vſque ad 22.

*Iudex conſtitutus in excelſa dignitate recuſari poteſt, vt ſuſpectus, niſi aliàs priuilegio ſpeciali ſit munitus. n.*18.

*Recuſari poſſunt Ciuitas, Collegium, aut communitas ex cauſa ſuſpicionis n.*19.

*Doctores vniuerſitatis pro examine ſcholaſtici doctorandi recuſari poſſunt, vt ſuſpecti n.*20.

Præſides,

Præſides, & Proreges recuſari poſſunt tanquam ſuſpecti.n.21.

Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Inquiſitores hæretica prauitatis recuſari valent, vt ſuſpecti.n.22.

Cancellarius nulla lege,vel Priuilegio munitus exiſtit,vt nequeat tanquam ſuſpectus recuſari.n.22.

Recuſatio Iudicis ex cauſa ſuſpicionis eſt Iuris naturalis, quia eſt defenſio.n.23.

Recuſatio Iudicis ſuſpecti eſt cauſa fauorabilis, & Princeps efficere non poteſt,vt ea non obſtante, cognoſcat de cauſa, qui legitimè eſt ſuſpectus.n.24.

Princeps efficere non poteſt, quòd Iudex legitimè recuſatus in vna cauſa, de ea cognoſcat.n.24.

Homo quilibet, licèt alias iuſtus, & rectus non excedit limites hominis,vt ei non tollatur naturalis affectus inclinans ad aliquid minus rectum.n.25.

Recuſatus ſi ſit Iudex ex eo præſumitur,quòd efficiet contra recuſantem quidquid operari potuerit.n.26.

Cancellarius potiùs accedit ad Delegatum, licèt plurimùm habeat ordinarij, & quomodocumque conſideretur recuſari poteſt, vt ſuſpectus.n.27.

Cancellarius poteſt, vt ſuſpectus recuſari, tam in Aragonia,quàm Cathalonia,& Sardinia; & ſi legitimè ſuſpectus reperiatur nominandus eſt alius, qui decidat illam contentionem n.28.29. & 36.

Cardinales ſunt ſublimiores,& excellentiores aliis, quibuſcumque iudicibus.n.30.

Iudex recuſari poteſt, vt ſuſpectus, ex iuſta cauſa, etiamſi ſit Arbiter Iuris ex neceſſitate legis, vel ſtatuti.n.31.

Arbitri Iuris, aut neceſſarij dicuntur, quorum electio à lege,ſeu ſtatuto proficiſcitur,& non à mera partiũ voluntate.n.32.

Factum proprium ad effectum,vt contra ipſum non poſſit quis venire, dici nequit, quod immediatè ipſe nõ fecit.n.34.& 37.

*Factum legis,vel ſtatuti aliquid diſponentis dici non poteſt factum immediatum partis.n.*34.& 37.

*Partes in Aragonia non poſſunt effugere Tribunal Cãcellarij pro declaratione Iuridica contentionis iuriſdictionũ.n.*35.& 39.

Diputati Regni Aragonũ, & Curia Iuſtitiæ ſunt defenſores,vt fori obſeruentur.n.36.

Prælatus alienans res, vel bona Eccleſiæ, vt eius adminiſtrator, poteſt retractare alienationem de re illius facta, ſecus ſi eam effecerit,nomine proprio, & ad ipſius vtilitatem.n.37.

Maritus vendens rem dotalem vxoris de per ſe, & nomine proprio, non poteſt venditionem retractare,ſecus ſi fiat nomine vxoris num.38.

Contentiones vt in Aragonum Regnis terminentur per Cancellarium non eſt ex facto partium contendentium de Iuriſdictione, ſed ex fori diſpoſitione.n.39.

Cancellarius ſi legitimè ſit ſuſpectus ſubrogandus eſt alius,qui cauſam decidat,ſicut ſit in aliis legitimis impedimentis.n.40.

VAldè durum, nimis aſperum,ſatiſque periculoſum,eſt coram Iudice ſuſpecto litigare, & habetur *in cap. quod periculoſum finali* 3.*q*.5. & latè ponderant Romanus *conſ*.521. incipiente *circa propoſitam n.6. verſ. aduertat &c.* Cardinalis Tuſcus litera S. *concluſ*.910. Seraphin *de priuil. Iuram.priuil.*7. *n.*1. & alij plures penes Barb. *in collect.ad tex. in lege,apertiſſimè* 16. *cod. de Iudiciis.* 1

Et exinde à Iure permiſſum eſt recuſare Iudices, iuſta ſubſiſtente cauſa,quæ variæ, & diuerſæ reperiuntur admiſſæ, eaſque latæ calamo congerunt Gratianus *tom.*1.*diſcep.foren.cap.*4. & copioſiſſimè Sebaſtianus Guarinus *de defenſione Rerum tom.*1.*defenſ.*1.*c.*21. vbi per totum agit de hoc articulo, & paſſim per Doctores plura adducuntur. 2

Et quoad noſtrum Regnum conſule noſtrum Seſſe *deciſ*.41. & *deciſ*.200. & latè 346. & 414.Suelues *in centur.*1.*conſ.*23.*per totum*: præcipuè *n.*6.& 7.vbi reſoluit,cauſas ſuſpicionum in Aragonia non extendi vltra expreſſas in noſtris Foris. 3

Ex quo non incongruè dubitari poteſt; *an Cancellarius recuſari poſſit, tanquam ſuſpectus*, & videtur dicendum nullatenus admitti debere. 4

Primò ex excellentia officij, quia, vt diximus *ſuprà q.*3.*n.*5. & *q.*4.*n.*15. ferè ſemper (me excepto) qui indignè per aliquos annos illud exercui (antequam ad epiſcopalem dignitatem fuiſſem promotus) conceditur perſonis illuſtribus in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis, literiſque,ac virtutibus præditis,ex quibus ſuſpicio ceſſat, vt ad aliud intentum tradit Gratianus *tom.*5.*diſcep.forenſ.cap.*875. *n.*28. ergo &c.

Secundò quia cùm Cancellarius ex diſpoſitione legis,(cui omnes ſubiiciuntur)ſit tertius Arbiter ex vi ipſius fori ab eiſdem partibus electus,ſaltem mediante lege,vt diximus *ſuprà q.*2.*n.*4. & ideò habet ſuam poteſtatẽ ab ipſa lege vt tradit Seſſe *deciſ.*113.*n.*55.*t.*2.conſequenter dicendum videtur recuſationem non eſſe admittendam, cùm nemo factum ſuum 5
impu 6

impugnare valeat l. *cum à Matre* vbi
communiter Doctores *cod. de rei vindica-
tione l poſt mortem ff. de adoptionibus, cap.
veniens de filiis Presbyterorum*, *cap. cum
ſuper de Conceſ. præbendæ*, cum aliis pluri-
bus allegatis à Barb. *in tract. axiom. vſu-
frequen. axiomate* 93. *n.* 23. exinde non
poterit pars, vel Curia, impugnare, vel
allegare ſuſpectum Cancellarium, quia
venirent contra factum proprium.

7 Hócque confirmari poteſt ex his,
quæ docet noſter Seſſe *deciſ.* 130. *n.* 69.
vbi probat, quod reuocatio apprehen-
ſionis petita à parte, quæ eam obtinuit,
reportauit, ac exequuta, vel proſequuta
8 fuit, non debet admitti; nam cùm ſit
decretum à ſe approbatum; non poteſt
ab eo reſilire; ergo ſimiliter in præſenti
dicendum videtur, quòd cùm Curia,
aut Tribunal, vel pars, quæ contentio-
nem efformauit, approbauerit Iudicium
Cancellarij, nam certò ſcit illam viam
effugere non poſſe, & quòd ſi primi Ar-
bitri non conueniant, præcisè ad Can-
cellarij determinationem deuoluendam
veniret, tacitè ſaltem imò expreſsè ſuam
declarationem approbat, & conſequen-
ter non poterit illi, vt ſuſpectum, re-
probare.

9 Præcipuè in Curiis contendentibus
quæ quidem defendere debent Cancel-
larium, ne ei contentionum declaratio
impediatur, cum talis praxis fuerit in-
troducta per Clericos, & Laïcos, vt do-
cet Seſſe *deciſ.* 11. *n.* 116. & inſpecto pri-
mo principio huius officij, & Tribunalis
pro eius efformatione principaliores par-
tes fuerunt ipſæ Curiæ, tum Eccleſiaſti-
cæ, quàm ſeculares, vt per hoc medium
euitarentur ſcandala, & violentiæ, quæ
quotidie experiebantur, vt multoties
diximus *in hoc tractatu*, & patet ex Foris
ſub titulo *De las Competencias*.

10 Et exinde ſequitur ad intentum do-
ctrina *tex. in l. frater à fratre de cond.* 1.
indebiti. Ex quo probatur, non eſſe per-
mittendum, vt quis contradicat factum,
quod aduersùs alios defendere tenetur,
& facit etiam *textus in l. Altius ff. de ſer-
uitutibus, & aqua*, vbi liquet, ex illius de-
11 ciſione, nullum perpetrare debere illud,
quod ſi alius faceret, ipſe prohibere de-
beret, vt docet Cæſar Argelus *de legiti-
mo Contradictore q.* 7. *art.* 6. *n.* 111. *&* 112.
Ergo cùm tã Curiæ, quàm partes, quan-
do recurrunt ad Tribunal Cancellarij,
formando Competentias Iuriſdictio-
num, teneantur defendere factum ab
ipſis electum, implorando declaratio-
nem Cancellarij, (vt diximus *in argu-
mento antecedenti*) cùm ex vi muneris
ſint reſtrictæ, vt coram eo actitentur, &
terminentur contentiones) nequibunt
illud contradicere ſub prætextu ſuſpi-
cionis, & conſequenter hæc opponi
non poterunt.

Vltimò pro hac ſententia ponderari 12
poteſt, quòd conſors, qui rem aliena-
uit, nequit ipſam retractare iuxta verio-
rem ſententiam, quam accuratè defen-
dit noſter Portoles *in tract. de conſortibus,
& Fideicommiſſo legali cap.* 22. vbi *à n.* 13.
vſque ad 18. *incluſiuè* varia argumenta
adducit, quæ conducunt ad intentum,
& corroborationem propoſiti argumen-
ti; ergo à fortiori in præſenti non pote-
runt partes ſub fucato colore ſuſpicio-
nis retractare Iudicium Cancellarij pro-
prietarij, quandoquidem ab eiſdem fuit
electum, & approbatum, eo ipſo, quòd,
Competentiam efformarunt, conue-
niendo in illum, tanquam in tertium à
lege ſtatutum ad eum effectum de con-
ſenſu ambarum partium contentionem
proſequendo vſque ad vltimum, vt de-
ciditur *in dicto Foro* 1. ſub titulo *De las
Competencias*. Et pro hac opinione iun-
gere poteris, quæ congerit Ferter (licèt
ipſe contrariam teneat) 3. *p. obſeruat. c.* 92.
in princ. verſ. *quoad primum dubium &c.* &
poſt hæc ſcripta D. Mich. Corti *in praxi
conten. p.* 1. *deciſ.* 18. *à n.* 1. *vſque ad* 10.

His tamen non obſtantibus, dicen- 13
dum eſt Cancellarium recuſari poſſe,
tanquam ſuſpectum; quia, vt ait Impe-
rator Iuſtinianus *in l. Apertiſſimè* 16. *cod.
de Iudiciis*, omnes lites ſine ſuſpicione
procedere debent ibi. *Tamen quia ſine
ſuſpicione omnes lites procedere nobis cordi
eſt &c.* & ratio deducitur ex eo, quòd di-
ximus *ſupra in initio*, quòd periculoſũ, &
ſatis durũ ſit corã ſuſpecto Iudice litigare.

Ad quod attendens Ius Canonicum 14
diſponit, quod etſi excommunicatus ſit
tam odioſus, & repulſus ab ipſo iure, vt
non debeat admitti in iudicio, dum in ex-
communicatione perſeuerat, eo tamen
non obſtante poteſt Iudicem, vt ſuſpe-
ctum recuſare, vt patet ex *tex. in c. cum
inter verſ. Inquiſitioni*; vbi communiter
Doctores, & ibidem Hoſtien. *n.* 6. *verſ. hic
manifeſtè &c.* extra de exceptionibus op-
timè Antonius Ricciulus *de iure perſo-
narum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium
lib.* 4. *cap.* 33. *num.* 13. ſequitur exinde,
non eſſe negandum partibus hoc ſo-
latium, contra Cancellarium ſuſpe-
ctum, quod ius Canonicum concedit
excom

excommunicato extra gremium Eccleſiæ exiſtenti.

16 Et licèt anceps ſit quæſtio, an Iudex Ordinarius ad Vniuerſitatem cauſarum recuſari valeat propter ſuſpicionem, vt tradunt Couarruuias *pract. quaſt.cap.* 26. *à num* 1. Ioan. Iacobus Laurent. *de Iudice ſuſpecto cap.* 5. *num.* 1. *cum ſeq.* & copioſiſſimè Farin. *in fragmentis crimin. p.* 2. *littera* I. *Verbo*, *Iudex*, *à num.* 731. Verior, & receptior ſententia eſt, non licere de iure ciuili illum recuſare, ſecus autem de iure Canonico *ex Tex. in capite cum ſpeciali* 61. *de appellat.* & ita concludunt Scaccia *in tract. de Iudiciis capite* 66. *numero* 13. Ioan. Iacobus Laurentius, vbi proximè *in d. cap.* 5. *num.* 34. qui de communi teſtaretur, & alij plures relati à Farin. *in. d. verbo Iudex numer.* 734. *& ſequent.* qui *num.* 736. cum pluribus reſoluit, quòd licèt de iure Ciuili talis Iudex Ordinarius recuſari nequeat, intelligi tamen debere, non vt in totum remoueatur, etiam de iure Canonico, ſed quod ad cauſæ deciſionem adiunctus ei attribuatur *per tex.in Authen. Si verò contigerit*, *Cod.de Iudiciis*, hócq; non obſtante, plures caſus congerunt Doctores *in d. l. Apertiſſimè Cod.de Iudiciis*, vt per Pacianum *de Probat.lib.*2.*c.*45.*à n.*37.cum ſeq. Deciſio Pedemontana 15.*n.* 8.*v.ſecundò limitatur*, Iacob.Laurent.*in d.cap.*5.*n.*11. in quibus etiam de iure ciuili poſſunt tales Iudices Ordinarij, vt ſuſpecti, recuſari, apud quos videre poteris.

17 In Iudicibus autem delegatis non eſt dubium, quin recuſari valeant, etiamſi ſint delegati Principis, vel alterius ſupremæ Maieſtatis, vt latiſſimè defendũt Gloſa, & communiter Doctores *in d. l. Apertiſſimè* verbo *Iudices*, *Cod.de Iudiciis per eum text.* & plures referens docet Farin. *in fragmentis crimin.p.*2.*littera* I. verbo *Iudex n.*731.*in principio*, qui *n.*726. cum Rolan. *Conſ.*19.*num.*17. *lib.*3. Pariſ. *Conſ.* 31.*n.*98.*lib.*1. Mandoſ. *in praxi commiſſionum in Octaua formula*, Verbo *Auditoris Camara*, & alijs. Extendit, vt locum etiam habeat in Cardinali, quamuis ſit Legatus à latere, & dicemus *infrà num.* 30.

18 Et exinde ſequitur, recuſari poſſe Iudicem, etiam conſtitutum in excelſa dignitate, niſi aliàs priuilegio ſpeciali ſit munitus, vt patet ex *d. l. Apertiſſimè Cod. de Iudiciis cap. licèt*, *de foro Competenti*, *cap. cum ſpeciali*, *cap. Secundò requiris de appellationibus*, *cap. legitima eodem titulo in 6. cap. ſuſpicionis*, *cap. cauſa qua*, *cap. inſinuante de officio delegati eodem libro*, *cap. cum inter*, *de exceptionibus Clementina Paſtoralis §. Piſana de re iudicato*, *cap. Iudex ab Apoſtolica de officio delegati in 6. cap. quòd ſuſpecti* 3.*quaſt.*5. Bobadi *in politica lib.* 3.*cap.*8. *n.* 121. *cum ſeq.* Cardinal. Tuſcus *to.* 7. *verbo ſuſpicio*, *concluſ.*907.*pracipuè n.*7.*&* 8. Et ex hoc fonte dimanat, vt etiam Concilium Prouinciale recuſari valeat, Tuſcus vbi proximè *n.*8. & alij plures; quod quidem S.Chryſoſtomus ita exequutus fuit, teſte Sozomeno, *lib.* 8. *Hiſtoria Eccleſiaſtica cap.*17.*ibi.* Chryſoſtomus ait, ſe non detrectare Iudicium, quia paratum eſſet, ſi priùs tamen accuſatores cognouerint, ei obiectum crimen expendere coram ampliori Synodo ſui defenſionem ſuſcipere; neque enim ſe tam ſtultum fore, vt iudices ferat ſuos, qui eſſent manifeſtè Hoſtes, &c Prout etiam teſtatur Boba. Vbi proximè *in d.cap.*8. *n.*122. Morta *in emporio iuris p.*1 *titulo* 2. *de Iuriſdictione omnium Iudicum q.* 11. Menoch *de arbitrariis caſu* 458.

Similiter Ciuitas, ſeu Collegium, vt ſuſpectum recuſari poteſt iuxta tex. *in cap. licèt ex ſuſcepto* 10. *de foro Competenti*, Clementina Paſtoralis *de re iudicata*, Menoch. *in d. caſu* 458. *n.* 10. Capicius *deciſ.* 138.*n.*6. Torreblanca *in tractat. de Magia lib.* 1. *de crimine punitorum cap.*26. *num.*10. Gail *Obſeru.*33.*num.* 3.*lib.*1. Scaccia *de appellationibus q.* 17. *num.* 16. Soarez de Paz *in Praxi tom.* 1. *p.*1. *tempore* 10. *num.*2. 19

Præterea & Doctores Vniuerſitatis pro examine ſcholaſtici doctorandi poſſunt ab eo, vt ſuſpecti, recuſari, vt docent Abbas *in cap causam*, *el ſegundo de Iudiciis*, Didacus Perez *in l.* 1. *tit.*5. *lib.* 3. *ordinamenti*, Corſetus in ſingular. verbo, *ſuſpicio* Rebuff. *in tract.de Priuilegiis Scholaſticorum priuil.*87. 20

Inſuper Præſides, & Proreges recuſari valent, vt ſuſpecti, *l. qui Iuriſdictioni praeſt ff. de Iuriſdictione omnium Iudicum l. Senatus Conſultus ff. de officio Praſidis*, Cardinalis Tuſcus *tom.*7 *Verbo ſuſpicio*, *concluſ.*907. *n.* 7. *&* 8. Menoch. *in d. caſ.* 458. *num.* 16. *& Conſ.* 44. *volum.*1. Imola *Conſ.* 91. Lancellot. *de attent.* 2. *p. cap.*6.*num.*6. Maſtrillo *deciſ.*151. *n.* 79. Caualcanus de Brachio Regio *p.*3.*n.*113. Paz *in praxi tom.* 1. *p.* 6. *cap.*1.*ex §. vnico*, Franciſcus del Caſtillo *deciſ. Sicilia* 53. *num.* 5. 21

Idémque Iudicium efformandum eſt, quoad Inquiſitores Hæreticæ prauita- 22

tis, Epiſcopus, Archiepiſcopos, Patri-
archas, & quod maximum, & ſupre-
mum eſt, etiam quoad Cardinales Le-
gatos à Latere, vt diximus ſupra *n.* 17.
Rolandus à Valle *conſ.* 19.*n.*17.*lib.*3 Pa-
riſius *Conſ.* 31. *n.* 38.*lib.* Iacob. de Lau-
rent. *de Iudice ſuſpecto cap.* 2. *à n.* 13.
Torreblanca *de Magia* 3.*p.cap.*26.*n.*15.
Eymericus *in Directorio Inquiſitorum* 3.*p.*
*de tranſactione Inquiſitorum.n.*2.*fol.*451.
vbi Peña *in Comment.* 3. Mamon *Conſ.* 3.
*num.*116. Si igitur omnes prædicti re-
cuſari poſſint, cur igitur non eſt di-
cendum de Cancellario? Cum nullo
Canone, lege, aut Priuilegio exceptus
reperiatur.

23 Ratio autem concludens prædicto-
rum ex eo deducitur, quia recuſatio
Iudicis, tanquam defenſio iudicatur,&
eſt iuris naturalis *cap. ſuſpecti* 3. *q.*5. *cap.*
cum inter, de exceptionibus, Marcheſanus,
de Commiſſionibus tom. 2. *p.* 2. § 2. *num.*
36. *pag.* 395. Graſis *de Exception. excep-*
tione 24 *num.* 3. & exinde eſt cauſa
fauorabilis. Rota *Diuerſ. p.* 1. *deciſ.* 93.
numer. 1. Couarr. *Pract. quaſt. cap.*26.
num.....

24 Hócque adeò eſt verum, quòd nec
Princeps poſſit efficere, vt non obſtan-
te ſuſpicione, legitimè poſita, Iudex ſuſ-
pectus parti poſſit cauſam pronunciare,
vt cordatè conſuluit Rolan. à Valle *Conſ.*
19.*n.*1.*vol.*3. Vbi cum cauſa fuiſſet com-
miſſa per Cæſaream Maieſtatem ſuo
Regio Conſilio, quod vt ſuſpectum fue-
rat recuſatum, concludit, recuſationem
fieri potuiſſe, quamuis commiſſio Cæſa-
rea eſſet interpoſita, & ad probationem
inducit argumentum proximè dictum.

25 Motiuum autem prædictæ rationis
deſumitur ex eo, quia quilibet Homo
(licèt aliàs iuſtus, & rectus) non excedit
limites hominis, & vt tali, non tollitur
effectus naturalis fortaſſe inclinans ad
colorandum cum aliquo fucato colore
quod aliàs colorare non debuiſſent, vt
docet Bellamera *in capite poſtremo n.* 1.
& 2. de recuſationibus Paris. *Conſ.* 31.*vol.*1.
Natta *Conſ.*74.*n.*9. *volum.* 1.

26 Et inſuper quia præſumitur, quòd re-
cuſatus Iudex efficiet contra recuſan-
tem quidquid operari potuerit, Gloſ. *in*
c. Iudex, Verbo, proponutur, de officio delegati
in G. Bartolus & alij *in l. quia poterat ff. ad*
S C. Trebellianum, Salicetus *in Authentica*
offeratur cod. de litis cōteſtatione, & in d. cap.
cum ſpeciali num. 155. ex quibus ſatis
probata, & concludens videtur prædi-
cta ſententia.

Et propiùs accedendo ad noſtrum 27
intentum, cum Cancellarius potius ac-
cedat ad Delegatum, quàm ad Ordina-
rium, licet plurimum habeat Ordinarij,
non tamen indiſtinctè, & abſolutè ex la-
tè deductis ſupra *q.* 6. Exinde ſequitur,
quòd quomodocumque ipſum conſide-
remus poterit, vt ſuſpectus recuſari; &
ita in ſpecie hanc opinionem defendunt
quoad Cancellarium Cathaloniæ, Mi-
chaël Ferrer. 3.*p. obſeru. cap.* 92. *verſ. in*
contrarium tamen, &c. ibidem varia exem-
plaria adducit in quibus ſuſpiciones cō-
tra illum fuerunt oppoſitæ, & admiſſæ
latéque reſpondet ad argumenta con-
traria ab ipſo relata in principio eiuſ-
dem capitis, tandémque concludit in-
concuſsè ita obſeruari in illo regno, cui
adde Ripol. *Variar. reſolut cap.*2.*num.*179.
cum ſequent. & poſt hæc ſcripta latiſſi-
mè Cortiada *tom.*1. *deciſ.*18. *à num.* 2. &
quoad Cancellarium Sardiniæ Regens 28
Vico ad Pragmaticas illius Regni *tom.*2.
cap. 5.*n.* 28. *in fine ad Marginem ibi* Can-
cellarius datus pro ſuſpecto erit nomi-
nandus alius, &c. Et in noſtro Regno
Aragonum de plano procedit, etſi cum
ego munus Cancellarij gerebam de an-
no 1653. in proceſſu Procuratoris fiſca-
lis Archiepiſcopatus Cæſarauguſtan. ſu-
per Competentia Iuriſdictionis; ſed quia
cauſæ & motiua non erant releuantia,
non fuit alius in mei locum ſubrogatus,
ſed ipſam Competentiam pronunciaui,
vt patet ex latè à me dictis in meo Pa-
ſtorali Regularium *p.* 3.*vol.*8. *à num.*2.*&*
ſeq. quibus adde Cortiadam *in dicta de-*
*ciſ.*18 *n.*10. Vbi me & alios plures alle-
gat ſequentes hanc opinionem.

Ex quibus non eſt ambigendum, li- 29
cere partibus recuſare Cancellarium, vt
ſuſpectum, &, ſi cauſæ, aut motiua fue-
rint legitima, teneri ſe abſtinere à decla-
ratione talis contentionis, & tunc ſer-
uandum erit pro decidenda, quod alius
in ipſius locum nominetur cum ſolem-
nitatibus, & circunſtantiis adductis ſu-
pra *in quaſt. antecedenti.*

Nec argumenta ſuperiùs allegata 30
pro contraria opinione vrgent; nam
ad primum de quo ſupra *num.* 4. reſ-
pondetur, quod etſi fateamur magnam
eſſe excellentiam officij Cancellarij, &
magnitudinem perſonarum illud regen-
tium; negari tamen non poteſt, longè
plus ſublimiores, & excellentiores eſſe
Cardinales, præcipuè Legatos à latere,
ſed iſti ex diſpoſitione iuris non ſunt
exempti, vt nequeant vt ſuſpecti recuſa-
ri,

ri, vt probauimus ſupra *num.* 17. *&* 22.
propter ſolatium, & bonum commune
litigantium, ne coram iudice ſuſpecto
cogantur contendere, vt diximus ſupra
num. 1. *&* 23. cum ſeq. Ergo à maiorita-
te rationis idem dicendum eſt in Can-
cellario, qui cum careat Priuilegio par-
ticulari, erit comprehenſus in diſpoſi-
tione iuris, ſicut & cæteri de quibus
ſupra.

31 Ad ſecundum, de quo ſupra *n.* 5. *&* 6.
dicendum eſt, quòd etſi Cancellarius
ſit Arbiter Iuris, non ex eo ſequitur,
quod vt talis, non poſſit, tanquam ſuſpe-
ctus recuſari; vt accuratè docet Farina.
in d. p. 2. *Fragmentorum criminalium in d.*
verbo, Index, n. 715. per hæc verba, Iudex
ex iuſta cauſa recuſari, poteſt, etiam
quod ſit Iudex Arbiter ſecundum Hen-
ric. Boïc *in cap. poſtremo num.* 6. *in fine*
verſ. Item quod hic dicitur de appellatio-
nibus, Iacob. Laurent. *in tract. de Iudice*
32 *ſuſpecto capite* 7. *num.* 12. &c. Generali-
ter autem ſcias, quod Arbitri Iuris,
aut neceſſarij dicuntur, quorum electio
non à mera partium voluntate, ſed à le-
ge, ſeu ſtatuti neceſſitate proficiſcitur,
&c. Hæc Farinacius, & de hoc articulo
videre poteris Don Ioan. Iacob. Lau-
rent. *in proximè dicto capite* 7. *num.* 11.
& 12. & 60.

33 Ex quibus deducitur, prædictum ar-
gumentum non procedere, enim verò,
etiamſi conſideremus Cancellarium, vt
Arbitrum Iuris (prout verè talis eſt) eo
tamen non obſtante, poteſt vt ſuſpectus
recuſari, & in prædicto caſu illa recu-
ſatio non conſideratur factum partis,
ad hoc vt ipſa nequeat tali facto pro-
prio contrauenire; tum quia (vt ſtatim
dicemus) nullum factum proprium par-
tis iudicari poteſt, in præſenti (quod
præcisè requiritur, vt non poſſit ipſum
impugnare) ſed potius dicitur factum
legis, ſeu fori, ita diſponentis modum
terminandi contentiones, cui non con-
tradicit, qui allegat ſuſpicionem, ſed
ſe ſubjicit, vt iuxta formam ab ipſa le-
ge ſtatutam fiat, quod autem ſit per
hunc, vel illum iudicem, nihil detra-
hit diſpoſitioni.

34 Et ex his patet reſponſum ad tertium
argumentum de quo ſupra *num.* 7. nam
nec propriè, nec impropriè dici po-
teſt factum partis (vt diximus, quod
quis immediatè non fecit, vt contra
illud venire nequeat, ſed hoc quidem
in noſtro regno adęquatè verificatur in
obtinente, reportante, & proſequente
appellitum appræhenſiunis, iſte nam-
que non poteſt contradicere, nec reſili-
re ab illius obtentione, ſi adſint alij op-
poſiti in proceſſu, imò nec petere, quod
non proſequatur, nec terminetur, niſi
de omnium vniformi conſenſu, vt cor-
datè reſoluit Seſſe *in d. decis.* 130. *n.* 69.
Et exinde ſequitur argumentum loqui
in diuerſo caſu, qui ad propoſitum adæ-
quari non poteſt, nam in primo eſt fa-
ctum legis, ita diſponentis, in ſecundo
verò eſt immediatè ipſius partis.

Nec prætereà vrget quartum, de quo 35
ſupra *n.* 8. nam, vt iam diximus, conten-
dentes de iuriſdictione opponendo ſuſ-
picionem contra Cancellarium non
impugnant Tribunal, nec modum
procedendi in eo vt ibidem non finia-
tur cauſa ad terminos fori, ſed ſolùm
implorant, ne fiat media illa perſona
ipſis ſuſpecta.

Secùs autem eſſet, ſi vellent effu- 36
gere illud medium, quia tunc ipſa Tri-
bunalia præcipuè Diputatorum regni,
& D. Iuſtitiæ Aragonum id defendere
tenerentur, cum principaliter ad ambo
conſiſtoria pertineat efficere, vt foro-
rum cuſtudia obſeruetur, (vt eſt no-
tum, & patet ex pluribus foris) & ideò
cum non ſequatur fractio eorum, ſed
imò magnum commodum, & ſolatium
partibus, ne cogantur litigare coram
Iudice ſuſpecto, potiùs videtur dicen-
dum incumbere prædictis Curiis defen-
dere, & patrocinare; quod ſi iuſta cau-
ſa ſuſpiciunis in Cancellario reperiatur,
ipſe teneatur ſe abſtinere, & quod pro
illa contentione decidenda alius in eius
locum ſubrogetur.

Tandem non obſtat æquiparatio ſu- 37
pra tradita *num.* 13. ex doctrina noſtri
Portoles de conſorte alienante rem do-
talem, vt non poſſit illam retractare,
nam prætcrquam quod patitur aliquam
difficultatem, licèt veriorem, & ſe-
quendam iudicem ſententiam Portoles
reſoluentis pro inualiditate retractatio-
nis ex variis rationibus, validiſſimiſque
fundamentis, reſpondendo latiſſimè, &
adæquatè contrariis, apud quem videre
poteris quidquid pertinet ad hunc arti-
culum, in quo pedem non figo, quia
propriè non eſt noſtri inſtituti. Atta-
men ad intentum noſtrum nullam vim
habet argumentũ; enim verò, vt Regula
quod quis facto proprio cõtrauenire ne-
queat, locum habeat; intelligi debet de
facto immediatè proprio, vt videmus in
Prelato alienante rem, vel bona Eccleſiæ

quia ſi id fiat nomine ipſius Eccleſiæ, & tanquam eius adminiſtrator bonorum, retractationi locus daretur, ſecus autem, ſi id efficeret nomine proprio ſuo, vel ad ipſius particulare commodum,vel priuatam vtilitatem; quia tunc retractatio non ſubſiſteret, ſed contractus firmus remaneret, vt accuratè reſoluunt Panormitanus in cap. cum veniſſent *n.* 14. cum gloſſa, de inſtitutionibus,Menochius *conſ.*89.*num.*13.*&* 42. *&* 89. *volum.*1. & alij plures relati per Portoles *in d. tract. de Conſortibus cap.*22. *num.*22.

39 Quod quidem comprobari poteſt & etiam exemplo mariti, qui ſi de perſe, & nomine proprio vendiderit rem dotalem vxoris ſuæ, nequibit illam venditionem retractare, quia tunc facto immediatè ſuo contrauenire non poteſt, ſecus autem, ſi venditio fuerit facta nomine Vxoris, quia cum ſit celebrata nomine alieno, reuocatio, & retractatio fieri valet, vt docent Alexander *conſ.* 109. *num.*4. *&* 7. *volum.* 4. Antonius Gomez *ad l.* 53. *Tauri num.* 53. Gutierrez *in tract. de iuramento confirmatorio p.* 1.*cap.* 1. *num.* 93. & plures referens Portules, vbi proximè *num.* 24. Ex quibus ad noſtrum in tantum deducitur, quod cum approbatio omnimoda perſonæ Cancellarij, & modus decidendi contentiones per eum;non ſit immediatus partis occurrentis ad eum,ſed ipſius fori, nullatenus dici poteſt illam contra factum proprium venire.

40 Maximè quia licèt ſit certum non poſſe partes effugere,vt per eam viam contentiones terminentur, non tamen cogit forus, vt præcisè per Cancellarium proprietarium, vel ſubſtitutum declarentur, ſi ex aliqua legitima cauſa eſſent ſuſpecti,& ex hoc ſequitur,non venire contra factum proprium, nam ſolùm impugnar,ne ille Iudex cauſam decidat,quia eſt ei ſuſpectus,quod quidem facilè ſupplere poteſt,ſicut & etiam ſuppletur in aliis legitimis impedimentis, ſubrogando alium in eius locum ſeruatis circunſtantiis, de quibus ſupra in quæſtione antecedenti,cùm cauſæ legitimæ,& iuridicæ ſuſpicionis inter impedimenta releuantia connumerari debeant ad effectum, vt alius nominetur in locum ſuſpecti ad decidendam illam contentionem. Notandum tamen eſt quod ſi ceſſaret cauſa ſuſpicionis ex eo quod nouus Cancellarius nominetur in proprietate propter aliquod incidẽs antequam tertius ſubrogatus pronunciet tunc, non iſtum, ſed illum pronunciare debere,& ita fuit declaratum in Catalonia teſte Ferrer. *part* 3. *obſer. cap.* 94.*pag. mihi* 112. vbi latè agit de hoc articulo.

Ex quibus concludendum eſt, Cancellarium poſſe recuſari vt ſuſpectum ex legitima cauſa, tam à curiis, quàm à Partibus particularibus contendentibus. Quomodo autem proponenda ſit talis ſuſpicio,& quæ cauſæ ſint releuantes ad eam admittendã, quiſque de ea cognoſcere debeat dicemus infra in quæſtione ſequenti, & remiſſiuè *quæſtione* 68.

QVÆSTIO XII.

Suſpicio ſi opponatur Cancellario,quis cognoſcere debeat de cauſis, quæque ſint releuantes, & coram quo proponendæ?

SVMMARIVM.

Cauſæ ſuſpicionum contra iudicem oppoſitæ, coram eo proponendæ ſunt. n. 1. *&* 5.

*Suſpiciones oppoſitæ contra iudicem cognoſcendæ ſunt per duos Arbitros de conſenſu partium, ab ipſis electos cum ipſo iudice, & ſi non concordauerit, vnuſquiſque ſuum Arbitrum nominabit. n.*2.

*Arbitri nominati ad cognoſcendum de cauſa ſuſpicionis contra iudicem oppoſitæ, ſi non conueniant, eligendus eſt tertius. n.*3.

*Suſpicio ſi ſit oppoſita contra iudicem,& partes inter ſe renuant nominare Arbitrum cogi poſſunt ab ipſo iudice, vt intra triduum nominet illam. num.*4.

*Suſpicionum cauſæ contra iudicem oppoſitæ de iure communi coram ipſo in ſcriptis proponendæ ſunt, & cognoſcendæ per Arbitros, an ſint, vel non legitimæ. n.*5.

Recuſatus ſi ſit iudex Ordinarius,& ſuſpectus, quis cognoſcere debeat de cauſis ſuſpicionum. n. 6. & ſeq.

*Iudex Ordinarius, ſiue ſuſpectus fuerit recuſatus, poterit de conſenſu actoris nominare delegatum,qui ſi non conſentiat, tunc iudex deputabit aliquem,qui partes compellat eligere iudices ad decidendam cauſam. n.*6.

*Suſpectus iudex,ſi fuerit recuſatus ad cauſam decidendam,poterit dare delegatum, partibus non ſuſpectum, qui illam determinet. n.*7.

Iudex ſuſpectus non poteſt per ſe delegare

tertio

tertio cognitionem cauſa in qua fuit recuſatus. n.8.

Recuſatio iudicis, vt ſuſpecti; generat in eo odium contra recuſantem, & exinde præſumitur non bono animo contra recuſantem procedere. n.9.

Iudex ſi ſit recuſatus recurrendum eſt ad proximum ſuperiorem. n.10.

Reus non debet fatigari laboribus, & expenſis per Iudices, vel per partes, vt ex eo liti cedat. n. 11.

Iniuxiis aditus patere non debet per Tribunalia Iudicum. n. 12.

Iudicio ſiſtere de iure non eſt permiſſum extra proprias Diœceſes, vltra duas diætas. num. 12.

Iudices ſoliciter procurare tenentur, ne lites longiùs differantur, ſed eas concordare ſine partium iniuria. n. 13.

Recuſans legitimum Iudicem, vt ſuſpectum, poterit remittere cauſam ad Superiorem. num. 14.

Suſpectus ſi ſit datus Iudex, ſi partes non conueniant in nominatione Arbitrorum, tunc recurrendum eſt ad Superiorem. num. 15.

Suſpicionum cauſa contra Iudices oppoſita diuerſimodè in Aragonia terminantur, quàm de iure communi, vel aliarum Prouinciarum, ſeu Regnorum. n. 16. & 19.

Cauſa ſuſpicionum contra Iudices oppoſita coram ipſis, & in ſcriptis proponenda ſunt. n. 17.

Cauſa ſuſpicionum in Aragonia, contra Iudicem oppoſita, non extenduntur vltra illas, quæ in foris ſunt expreſſa. n. 17.

Modus procedendi in cauſis ſuſpicionum contra iudicem oppoſitis, qualis debeat obſeruari. n. 18. & ſeq.

Iudices ipſi in Aragonia cognoſcunt de ſuſpicionibus, quæ contra eos opponuntur. num. 19.

Cauſa ſuſpicionum contra Iudices Regiæ Audientiæ Regni Aragonum diuerſimodè cognoſcuntur, ac in Curia Iuſtitiæ contra Locumtenentes. n. 21.

Praxis recuſandi Iudices, vt ſuſpectos, licèt in aliquo repugnet Iuri communi, obſeruatur tamen in Gallia, & Albernia. num. 22.

Cancellarius Competentiarum Regni Aragonum recuſari poteſt, vt ſuſpectus, ſed contra ipſum alia cauſa opponi non poſſunt vltra illas, quæ in Foris ſunt expreſſa. num. 23.

Cauſa recuſandi Iudicem in Aragonia, ſi non ſit expreſſa in Foris, non afficit illum. n. 24.

Cancellarius in Aragonia, ſi vt ſuſpectus fuerit recuſatus, ipſe cognoſcere debet de cauſa ſuſpicionis. n. 25. & ſeq. *vſque in finem.*

Dictiones, ſeu, vel, aut, *de ſui natura regulariter disiungunt. n. 26.*

Suſpicionum cauſas contra Iudices oppoſitas in Aragonia cognoſcunt non ſolùm conſiliarij Regis recuſati, ſed etiam alij Iudices ordinarij, qui ſunt itidem recuſati. num. 27. & 28.

Iudex dicitur propriè, qui iure, & auctoritate propria cognoſcit, & iudicat. n. 28.

Cancellarius Competentiarum in Aragonia verè, & propriè eſt Iudex. n. 29. & 34.

Verba legis, ſeu ſtatuti intelligenda, & accipienda ſunt in propria ſignificatione. num. 30.

Dictio, Ipſe, *eſt demonſtratiua, & reſtrictiua perſona, & perſonaliſſima. n. 31.*

Dictio, Idem, *repetit qualitates in præcedenti expreſſas. n. 32.*

Dictio, Debet, *importat iuſſum, & neceſſitatem parendi, præcipuè ſi in lege ſit appoſita. n. 33*

Cancellarius in Aragonia tenetur iudicare ſecundum Deum, & bonam conſcientiam, nec eſt adſtrictus ad apices Iuris.

1 AD intellectum dicendorum ſupponendum eſt, quod de iure communi cauſæ ſuſpicionum contra iudices oppoſitæ, proponendæ ſunt in ſcriptis, vel verbo coram ipſo Iudice, prætenſo ſuſpecto, vt expreſsè deciditur *in cap. cum ſpeciali* 61. Vbi communiter Doctores, *de appellationibus* ibi: coram eodem cauſam iuſtæ ſuſpicionis aſſignet, &c. & lati docent Ioan. Iacob. Laurent. *in tractatu de iudice ſuſpecto cap. 14. n. 22.* Cardinalis Tuſcus *littera S. verbo, ſuſpectus Iudex, concluſ. 911. n. 1.* & copinsè Farinac. *in fragment. criminalibus tom. 2. verbo, Iudex, n.* 217. Sigiſmund. Scaccia *in tract. de Iudiciis cap.* 101 *n.* 20. & alij plures penes ipſos.

2 Cognitio autem; & legitimatio cauſarum fieri debet per duos Arbitros, de communi conſenſu partium, vnà cum cum ipſo Iudice recuſato electos, & ſi de illis in ſimul concordare nequeant, vnuſquiſque ſuum Arbitrum nominabit, qui omnes de ſuſpicione cognoſcant.

3 At ſi illi non conueniant, eligendus erit tertius, qui adhærendo, alteri prædictorum duorum Arbitrorum declaret, an ſint, vel non legitimæ cauſæ ſuſpicionum oppoſitæ, vt patet *ex dict. cap. cum ſpeciali*, & ibi Gloſſa *in figura-*

tione caſus, *& in verbo*, *Tertium*, *&c.* & expreſsè concluditur *in cap. ſuſpicionis* 39. vbi communiter Doctores, & ibid. Gloſſa *verbo*, *aduocent*, *de officio*, *& poteſtate Iudicis delegati*, & tradunt Tuſcus *in d. verbo*, *ſuſpectus Iudex*, *in d. concluſ.* 911. *n.* 1. vbi in ſpecie in illa concluſione diſputat, coram quibus cauſa ſuſpicionis tractari debeat; Scaccia *vbi proximè à n.* 23. Farin. *in d. verbo*, *Iudex*, *à n.* 915. qui alios plures allegant, quibus iunge Tiraquellum *in l. ſi vnquam*, *verbo*, *ſuſceperit liberos*, *Cod. de reuocandis donationibus*.

4 Verùm ſi partes renuant nominationem Arbitrorum, cogi poſſunt ab ipſo Iudice, vt intra triduum eligant Arbitrum, vel Arbitros, qui eam cauſam decidant, vt expreſsè patet *ex text. in l. apertiſſimi* 16. *Cod. de Iudicis* ibi: *Iudice recuſato*, *partibus ad eligendos Arbitros venire*, *& ſub Audientia eorum ſua iura proponere*, *&c.* Et paulò inferiùs ibi: *Eodem ſcilicet*, *exequutore neceſſitatem partibus per ordinarium*, *& omne ciuile auxilium imponente*, *& Arbitros eligere*, *& ad eos venire*, *&c.* Et ita probant Scaccia, & Farin. vbi ſupra, Pater Molina *de iuſtitia*, *& iure tract.* 5. *diſp.* 23. *n.* ... Bonellus *lib.* 17. *comment. Iuris cap.* 25. *§. cauſam*, *cum ſeq.* Suarez de Paz. *in praxi in* 1. *p. tom.* 2. *cap.* 6. *n.* 9. *fol. mihi* 24. & ſeq. & alij plures.

5 Ex quibus ſatis liquet, quòd de iure communi cauſæ recuſationis Iudicum coram ipſis, & in ſcriptis proponendæ ſunt, & in ſimul quod deciſio an ſint releuantes, vel non, fieri debeat per Arbitros, modo ſupra dicto. Hæcque annotatio ſufficiat ad intentum noſtræ Quæſtionis, nam hæc materia eſt latiſſima, & apud Doctores copiusè, & lato calamo agitata, & extenſa; & videre poteris penes noſtrum Chryſoſtomum de Suelues *centuria* 1. *conſ.* 23. *n.* 1. vbi longam collectaneam Doctorum agentium de articulo ſuſpicionum Iudicum congerit, & penes Cortiadam *in ſua praxi conten. tom.* 1. *decif.* 18.

6 Sed accedendo iam propiùs ad intentum propoſitæ Quæſtionis inquirit Hoſtienſis *in ſumma poſt tit. de Appellationibus*, *in rubrica de accuſationibus*, *n.* 3. & proponit dubium; quis cognoſcat de cauſa, ſi ordinarius fuerit recuſatus, & ibidem quatuor opiniones refert; Prima tenet, quod ſi ordinarius recuſetur, debeat Delegatum nominare, ſi Actor conſentiat, aliàs Iudex deputabit aliquem, qui partes compellat eligere Iudices, & qui eam ſequuntur, argumentum ſumunt *ex cap. ſi quis contra Clericum* 4. *de foro Competenti*; ex quo colligitur, quòd ſi Epiſcopus fuerit, vt ſuſpectus recuſatus, poterit dare delegatum, partibus non ſuſpectum, qui cauſam terminet, & Gloſſa ibidem verbo; *exequutor*, latè agit de hac opinione, cui iunge Suarez de Paz. *in dicta* 1. *p.* 2. *tom. cap.* 6. *num.* 4. 7

8 Sed hanc opinionem non admittit Hoſtienſ. *ibidem in verſ. Sed certè eadem ratione*, *&c.* quia iniquum eſſet, quod in Iudicis poteſtate talis delegatio exiſteret, nam forſan prouocatus propter ſuſpicionem oppoſitam obeſſet parti, *argumento textus in cap. ſuſpicionis de officio delegati*, *& in l. ſi cui libertas ff. de conditionibus*, *& demonſtrat. & in l. ſi purè ſi data ff. de fideicommiſſariis libertatibus.* Enim verò accidere poſſet, quòd propter eam cauſam, pro modico remitteret ipſum recuſantem ad Superiorem, vel ad alium, ex quo cogeretur cauſam deſerere, Iurique ſuo cedere; hócque permittere nefas eſt. Et negari non poteſt (prout diximus *ſuprà in quæſtione antecedenti n.* 25. & 26) quòd legitimè præſumi poteſt, Iudicem recuſatum indignari, contra recuſantem, & exinde efficere quidquid contra illum operari valeret, quod quidem euitare rationi conſonum eſt. 9

10 Secunda opinio fuit eorum dicentium, quòd recurrendum ſit ad viciniorem Superiorem; & hoc colligere intendunt *ex cap. licet §. liceat*, *& §. finali de foro Competenti* ibi: *liceat tamen ipſis*, *qui ſub eiſdem Conſulibus taliter duxerint contendendum*, *ſi ſe in aliquo ſenſerint pragrauari*, *ad tuam* (*ſicut hactenùs ſeruatum eſt*) *vel ad noſtram*, *ſi maluerint Audientiam appellare*, *&c.*

11 Quam quidem opinionem repellit etiam Hoſtienſis *in verſ. dicere enim*, *&c.* ex eo, quia ſequeretur abſurdum, & maximum inconueniens, cum pars pro leui, & modica cauſa compelleretur adire Papam, vel alterum Superiorem, ex quo pauperior, & inferior pars laboribus, & expenſis vexaretur; & exinde cauſam desereret, cedendo iuri ſuo, in magnum damnum, & detrimentum proprium, quod probat Hoſtienſ. *ex cap. Nonnulli* 28. *de reſcriptis* ibi: *Nonnulli gratia Sedis Apoſtolicæ abutentes literas eius ad remotos Iudices impetrare nituntur*, *vt Reus fatigatus laboribus*, *& expenſis cedere*, *vel* 12

vel importunitatem Actores redimere compellantur. Cum autem per iudicium, inturiis aditus patere non debeat (quas iuris obſeruantia interdicit) ſtatuimus, ne quis vltra duas dictas, extra ſuam diaceſim per litteras Apoſtolicas ad Iudicium trahi poſſit, &c.

13 Ex quibus verbis ſatis liquet inconueniens, quod ſequeretur, ſi liceret parti remittere cauſas ſuſpicionum, ad ſupremum ſuperiorem, vt de illis cognuſcat, imò quilibet Iudex procurare ſolliciter tenetur, ne contentiones, & lites longiùs differantur, ſed potiùs ſi poterit ſine partium iniuria, & damno, totis viribus procurare, in concordiam redigere, illáſque ad eam inclinare *l.quidam ff. ſi certum petatur, cap. finem litibus de dolo, & contumacia*, cum aliis pluribus congeſtis per Barb. *in Paſtor. p. 3. alleg.79. à n.8.cum ſeq.* Ergo non eſt concedenda cauſa, vt per prædictum modum Iudices valeant cauſas prorogare.

14 Tertia opinio docet, in recuſatoris optione eſſe; vtrùm velit negotium ad ſuperiorem remittere, ſi legitimè probata fuerit cauſa, vel quòd de aſſenſu eius, qui fuit recuſatus ſi conuenerint, vt negotium principale, perſonæ idoneæ ipſis bene viſæ transferatur, vt illud decidat ad terminos textus *in d. cap. cum ſpeciali 61. verſ.cauſa verò*, &c. *de appellationibus* ibi. *At ipſa probata legitimè de recuſatoris aſſenſu, perſona idonea committet negotium recuſatus, vel ad ſuperiorem tranſmittat, vt in eo ipſe procedat, ſecundum quod fuerit procedendum*, &c. Et hanc opinionem probabilem eſſe tenet ibidem Hoſtien. Quam quidem inſinuare videntur Lancellot. *de attent. p. 2.cap.6.* & alij plures penes Suarez de Paz (qui eam ſequitur) *in praxi in 1.p.2.to. cap.6. n.14.* & 15.

15 Quarta opinio tradita ab ipſo Hoſtien. ferè in omnibus cuïncidit, cum proximè adducta: & tandem propalando ſuam ſententiam concludit, quod ſi de conſuetudine appareat, & partes in Arbitris concordare renuant, tunc debeat recurri ad ſuperiorem, vt diſponitur *in cap. licèt ex ſuſcepto 10. §. ſi verò de foro Competenti, & in d. cap.cum ſpeciali de appellationibus*, quam opinionem Hoſtienſis communiter ibidem ſequuntur Doctores, & patet ex traditis à Scaccia *in d. tract. de Iudiciis lib. 1. cap. 101. à num. 23. cum ſeq.* Farin. *in d. 2.p. Fragment.crimin.Verbo, Iudex, à n. 915.* & aliis pluribus, quos longum eſſet recenſere.

Quibus ſic breuiter explanatis, videndum eſt, an prædicta locum habere poſſint in Cancellario, legitimè recuſato vt ſuſpecto ex iuſta cauſa, & pro enodatione ſupponendum eſt, quod in Aragonia per noſtros foros quoad declarandas ſuſpiciones diuerſimodè prædicatur, quàm in iure communi, ſeu in aliis Prouinciis, vel regnis, licèt enim circa id quod ſuſpicio in ſcriptis, & coram ipſo Iudice recuſato, cauſæ proponi debeant, ſit iuri communi conformis praxis, deuiat tamen in Aragonia, vt ſolum afficiant cauſæ, & extendantur ad expreſſas in foris, & non vltrà, vt eùm Seſſe, & Sueſues diximus *ſuprà in quæſtione antecedenti n.3.* 16

Modus autem procedendi in noſtro regno diuerſus etiam in pluribus reperitur, qui quidem regulandus eſt ad meras fori vnici ſub titulo *De las ſoſpechas, que ſeran dadas contra los juezes, y Conſejeros* anni 1564. & habetur *in nouiori editione fol.* 210. ſed quia extra Regnum non facilè adinuenietur, libet ipſius verba tranſcribere, quæ talia ſunt. 17

Porque con fingidas ſoſpechas, no ſe dilate la deciſion, y determinacion de las cauſas, como por experiencia haſta aqui ſe ha viſto, en grande daño de los Regnicolas de eſte Reyno. Por tanto ſu Mageſtad de voluntad de la Corte, y quatro braços de aquella, eſtatuece, y ordena; que ſiempre que alguna delas partes litigantes recuſare algun juez, o, conſejero aſſi de la Audiencia Real, como de la Corte del Iuſticia de Aragon por cauſa de ſoſpecha de qualquiere eſpecie que ſea, que ſegun fuero darſe pueda: la parte que propuſiere la tal recuſacion haya de jurar, y jure, que la ſoſpecha que propone, la tiene por cierta, y verdadera, y no fingida, ni Cauteloſa, ni la propone con animo de dilatar la proſecucion, y definicion de la cauſa; Y ſi la parte recuſante dexare à juramento del juez, que haura recuſado: el tal juez, o, conſejero ſea tenido, y obligado dẽtro del tiempo de dos dias, deſpues que lo dexado à ſu juramento ſe le haura intimado, jurar y reſponder ſobre lo que à ſu jura ſe haura dexado; y dentro de tres dias deſpues de la dicha reſpueſta tẽgan obligacion los Collegas del tal juez. de declarar ſobre las dichas ſoſpechas ſi proceden, o, no proceden. E ſi la parte recuſante no quiſiere dexar à juramento del juez, que haura recuſado, las cauſas de ſoſpechas que contra el haura pueſto. Antes quiſiere probar aquellas, tenga obligacion de probar y publi

y publicar, y los juezes pronunciar ſobre las tales cauſas de ſoſpecha dentro del tiempo ya eſtatuido. Y que por los principales y fietos que en las cauſas y proceſos ſe oppoſara, no ſe puedan dar, ni alegar las meſmas ſoſpechas contra las meſmas perſonas. Hæc forus.

20 Adeſt & etiam circa eandem materiam alia municipalis diſpoſitio in obſeruantia. *Item nota 23. ſub titulo de probationibus faciendis cum Charta fol. 35. in vltima impreſſione*, quæ ita ait. *Item nota quod ſi Iudex, vt ſuſpectus, recuſetur ipſe idem poteſt, & debet cognoſcere de iſta cauſa ſuſpicionis, & ſuper ea pronunciare de conſuetudine: & ſi iurat non eſſe veras cauſas, poteſt cognoſcere, &c.* Vſque huc obſeruantia.

21 Ex quibus diſpoſitionibus apparet, ipſos Iudices recuſatos, vt ſuſpectos, cognoſcere cum aliis, de cauſis ſuſpicionum contra eos propoſitis, ſed hîc notandum eſt; quòd non æqua lance in Regiis Audientiis, ac in curia D. Iuſtitiæ Aragonum practicatur; enim verò in illis indiſtinctè, & vniformiter obſeruatur, quod *in dictis foro, & obſeruātia* ſtatuitur; at verò in Locumtenentibus Iuſtitiæ Aragonum, diuerſimodè ſtylatur, nam Locumtenens recuſatus nullatenus votat, nec cognoſcit de ſuſpicione contra eum appoſita, ſed ſolùm ſui Collegæ non recuſati, & hoc quia habemus expreſſam diſpoſitionem foralem *in foro*. Item, *por quanto podria acaëcer* 17. ſub titulo *Reparo del Conſejo del Iuſticia de Aragon*; & latè tradunt Portoles in verbo, *Iudex à num.* 41. præcipuè *n.* 43. *& ſequent.* Bardaxi *in Commentariis ad d. Forum* 17. *pag.* 455.

22 Et quamuis hoc, quod diximus de Regiis Audientiis, repugnet iuri communi, eo non obſtante in hoc noſtro Regno procedit de plano, & vniformi praxi, de qua teſtatur Riccius *in collect. deciſioni. part. 5. collect.* 1526. *in fine* quem refert. Barboſa *in collecta. ad tex. in cap. Paſtoralis de appellat. num.* 2. qui allegat noſtrum Seſſe *vbi ſuprà* quam in Gallia etiam obſeruari tradit Ioan. Conſtant. *ad leges Galliæ artic.* 10. *fol.* 34. & itidem in Albernia refert Aym. Publi. *in tit.* 5. *artic.* 13. *fol.* 13. quos cum aliis allegant Bardaxi, & Portoles *vbi ſuprà*, qui latè extendunt in quibus, prædicti fori deuient à iure communi, & in quibus conueniant de quo articulo videre poteris Seſſe *tom.* 1. *deciſ.* 41. vbi copioſè agit de hac materia.

Quibus ſic conſtitutis reſtringendo 23 iam reſolutionem ad meras propoſitæ quæſtionis, dicendum eſt, Cancellarium comprehenſum eſſe in dictis diſpoſitionibus foralibus: ita vt quod in aliis Iudicibus diſponitur, in eo etiam locum habeat; & inſuper quod, & ſi fateamur poſſe, vt ſuſpectum recuſari ex deductis *ſuprà in quæſtione antecedenti*; at ipſum non afficient aliæ cauſæ, niſi quæ alios Iudices noſtri Regni excluderent, & hæ ſunt tantùm, quæ in ipſis foris ſunt expreſſæ, vt diximus *ſuprà* 24 *num.* 17. & tradit Seſſe *deciſ.* 200. *num.* 1. & 2. cum ſeq. vbi *n.* 7. concludit, quòd in hoc Regno valet conſequentia, cauſa recuſandi Iudicem non reperitur expreſſa in foris; ergo non procedit, nec ex ea Iudex eſt recuſandus, &c. Idem Seſſe *deciſ.* 414. *n.* 1. & 29. & 33. quem refert, & ſequitur Sueſues *in ſua Centuria conſ.* 23. *n.* 6. & 7. Vbi duo exemplaria adducit in Regia Audientia de anno 1632. & 1634. ex quibus in ſimul dicendum eſt, quòd ipſe Cancellarius ſimiliter cognoſcere debeat de cauſis ſuſpicionum contra eum datis.

Moueórque ex eo, quòd in d. foro 25 vnico *de las ſoſpechas*, comprehenduntur, non ſolùm Conſiliarij, ſed etiam alij Iudices ibi. *El tal juez, ò Conſejero ſea tenido, y obligado, &c.* Ponderando illam dictionem, *o*, quæ correſpondet Latinis dictionibus, *aut, ſeu, vel*, quæ de ſui na- 26 tura regulariter diſiungunt, vt cum pluribus docet Barboſa *in tractatu de dictionibus vſu frequentibus dict.* 4. *n.* 1. & videtur de mente noſtri Portoles, qui in d. Verbo, *Iudex*, *n.* 42. ita ait. *Ex quibus* 27 *verbis inducitur, quod diſiunctiuè diſpoſitio foralis operatur æqualiter, tam in Regiis Conſiliariis quàm in aliis Iudicibus, &c.* Hæc Portoles, ex cuius doctrina ſequitur, quòd in Cancellario cùm ſit Iudex, locum etiam habet; verùm licèt illa dictio, *o*, non copularet in dicto foro ad- 28 huc Cancellarius comprehenſus remaneret, cùm adæquatè in eo verificetur illud verbum *Iudex* propriè namque Iudex dicitur, qui iure proprio, & auctoritate cognoſcit, decidit, & iudicat cauſas, vt patet ex Rubric. *de Iudiciis, & de rebus auctoritate Iudicis poſſiden.* & ex *l.* 1. *ff. de Iudiciis, &c.*

Vnde cum dicta obſeruantia, *item nota, quòd ſi Iudex, &c.* Abſolutè vtatur illo 29 verbo, *Iudex*, quis negare poteſt non verificari in Cancellario? cùm ipſe verè, & realiter ſit Iudex, qui auctoritate

propria

propria in vim muneris cognoſcendo, iudicando, & terminando cauſas procedit, & in noſtro Regno ferè apud omnes in vſu loquendi appellatur, *el juez de las Competencias.*

30 Et conſequenter cùm tam forus, quàm obſeruantia diſponant, quod Iudices ipſi cognoſcant de ſuſpicionibus, tanquam verba legis accipienda, & intelligenda ſunt in propria ſignificatione, quatenus verificari poſſunt in obiectum, ad quòd diriguntur, per ea, quæ docet Seſſe *in tract. de inhibit. cap.* 4. §. 5. *num.* 19. & conſequenter quoad Cancellarium, in quo potiori iure admittendum eſt; nam cum noſtri fori tantoperè deferant ſuæ conſcientiæ, vt ferre debeat ſententiam ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam, nec teneatur ſe adſtringere ad apices iuris, & ſolemnitates forales, ſed ſolùm attenta veritate, vt diximus *in noſtro Paſtorali Regulatium p.* 3. *vot.* 4. *num.* 6. & *vot.* 7. *num.* 13. & *vot.* 8. *num.* 17. Cur non idem dicere debemus quoad ſuſpiciones, ſicut in aliis Iudicibus, qui non habent tam laxas habenas ad pronunciandas cauſas? Et cum ei concedatur, quod principalius eſt, conſequenter concedi debet, quòd eſt minus.

31 Inſuper pro corroboratione ponderanda eſt illa clauſula in prædicta obſeruantia appoſita ibi. *Ipſe idem poteſt, & debet cognoſcere de iſta cauſa ſuſpicionis, & ſuper ea pronunciare, &c.* Nam illa dictio, *Ipſe* eſt demonſtratiua, & reſtrictiua perſonæ, & perſonaliſſima, vt declarat Barboſa *in tract. de dictionibus vſufreq. dict.* 177. *n.* 2. *vſque ad* 5.

32 Cui cum ſit adiuncta, & illa dictio, *Idem*, quæ repetit qualitates in præcedenti expreſſas, Barb. *vbi proximè dictio* 143. *n.* 1. Quibus, cum & etiam addatur illud verbum *debet* quòd importat iuſſum, & neceſſitatem parendi, præcipuè ſi ſit in lege appoſitum, vt per Cardin. Tuſcum *littera D. concluſ.* 32. *n.* 1. Barb. *vbi ſupradicti* 77. *n.* 2. & 9. *in*

33 *fine*; ſequitur, quòd ex dicta obſeruantia eum ad ipſummet Iudicem pertineat declaratio ſuſpicionum, & cùm proprietas verbi, *Iudex*, adæquatè in ipſo Cancellario verificetur, per ſe ipſum ſuſpicionem oppoſitam pronunciare debet.

34 Et quamuis apud noſtros practicos hanc quæſtionem in ſpecie agitatam non viderim, nec in Regeſtis Curiæ Cancellarij de temporibus præteritis acciderit, nec de hoc articulo aliquid in illis fuerit diſcuſſum, in quo ſummo conatu curaui elaborare; & cum meis têporibus caſus occurriſſet dum munus Cancellarij exercui, ex his motiuis, & alijs ſic fuit per me deciſum in Proceſſu Procuratoris fiſcalis Archiepiſcopatus Cæſarauguſtan. ſuper Competentia Iuriſdictionis de anno 1653. vt latè videre poteris *in meo Paſtorali Regul. part.* 3. *vot.* 8. *à n.* 2. *vſque ad* 19. vbi *n.* 18. *in verſ. nec. Mireris, &c.* adduco in argumentum noſtrum doctiſſimum Practicum Portoles, qui in dicto verbo, *Iudex, num.* 42. refert verba *ſuperiùs* tradita *n.* 27. quæ quidem, licèt ſpecificè non loquantur de Cancellario de eo tamen reſoluere etiam videntur.

Et tandem concludendo iam præſentem quæſtionem dico, quòd in hoc regno obſeruatur in praxi, quod ex dictis foralibus diſpoſitionibus dictum reliquimus, vt non ſolum Iudices Ordinarij de cauſis ſuſpicionum contra ipſos allegatis cognoſcant, ſed etiam quilibet Conſiliarius Regiæ Audientiæ ipſemet ſimul cum aliis Collegis ſuis de cauſis ſuſpicionis iudicat, in eáque ſuum votum præſtat, hócque in Cancellario, ſaluo meliori iudicio concludendum cenſeo, vt ipſemet per ſe ſolùm pronunciare debeat ſuſpiciones, quidquid de iure communi, vel alio municipali aliarum Prouinciarum, vel Regnorum dicendum foret de quo vide *infrà* quæ remiſſiuè dicemus *quæſtione* 68. 35

QVÆSTIO XIII.

An Cancellarius teneatur ſequi vota conſulentium, taliter quòd ipſe ſolus decidere nequeat, ſi conſulentes ei non adhæreant.

SVMMARIVM.

Cancellarius tenetur ſequi vota conſulentium n. 1. & ſeq. *ſed contrarium eſt verius, & tenendum* 6. & ſeq.

Cancellarius Iudicare tenetur ſecundum Deum, & bonam conſcientiam, & exinde ſequi debet, quod tutius, & ſecurius fuerit. n. 1. & 5. & 12.

Reſolutio ſanior, & ſecurior adeſt in Conſilio, & opinione plurium Doctorum. n. 2.

Opinio

*Opinio firmior, & ſecurior præſumitur illa, quæ à Collegio Doctorum reſoluitur. n.*3.

*Nemo debet eſſe ſapiens apud ſemetipſum num.*4.

Excuſationem habet, qui operatur, non ex ſe ſolo, ſed cum Conſilio aliorum prudentum. n. 4.

Collegium conſtituitur ex tribus. n. 4.

Conſilium ſi à pluribus præſtatur, præſumitur tutius, & ſecurius. n. 5.

*Princeps non poteſt errare in iure, ſi Conſilium quærat à pluribus iuriſperitis. n.*5.

*Cancellarius ſolus facit ſententiam, etiamſi quatuor conſulentes ei adhibiti ſint opinionis contrariæ. n.*7. & ſeq.

Adſtrictus ſi ſit aliquis, vt Conſilium petat ad faciendum actum, tenetur illud petere, ſed non ſequi. n. 8. & 14.

Conſilium adiunctorum nominatorum à Cancellario pro ei conſulendo in contentione, non infert neceſſitatem ſequendi illud, ſed ipſius declarationi ſtandum eſt iuxta communem praxim Regnorum Coronæ Araganum. n. 9. & ſeq

Opinio probabilior erit ab intrinſeco, etiamſi minori numero Doctorum ſit munita, ſi rationes, ex quibus fulcitur, conuincunt eum, qui ipſam ſequitur. n. 12. & 13.

*Iudex ſi ſequatur opinionem probabilem, relicta probabiliori, an ſit Reus animæ. n.*14.

*Obligatio petendi Conſilium ad aliquem actum, eſt magni momenti, & ponderis, & omitti non debet, licèt non ſit præciſum illud ſequi n.*14.

Cancellarius ferè ſemper adhæret votis maioris partis Conſulentium, licèt ab illis reſilire poſſit, ſi contrarium verius iudicauerit. n. 15.

*Iudicium eſt tutius, & ſecurius per Conſilium plurium. n.*16. intellige, vt 17. & ſequent.

Opinio ſecurior non eſt metienda ex maiori numero Doctorum, ſed ex rationibus. n. 17. & 18.

Votum, vel opinio vnius doctoris, ſi æqualibus, & efficacioribus fundamentis fulcitur, præferri debet, quamuis pro contraria ſint numero plures. n. 18.

1 HAnc quæſtionem lato calamo exagitat Ferrer. *p.*3. *obſeru. cap.* 87. *per totum*, vbi pro vtraque parte adducit fundamenta: & primò, quòd Cancellarius teneatur ſequi vota conſulentium, ſuaderi videtur ex eo, quòd cùm ille teneatur iudicium ferre ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam (vt multoties diximus in præſenti tractatu) exinde ſequitur, adſtrictum eſſe declarare
illud, quòd ſecurius eſt, ſed in conſi-
lio, & opinione plurium Doctorum re- 2
peritur reſolutio ſanior, & ſecurior *iux-
ta textum in cap. nouimus* 27. ibi *A plurı-
bus approbata, &c. de verborum ſignifica-
tione*; & patet ex his, quæ copioſè ad-
ducunt Eſcobar à Corro *in tract. de pu-
ritate ſanguinis p.*2. *quæſt.*9. §. 4. *n.*28. & no-
ſter Cenedo *in quæſtionibus Canonicis
quæſt.* 8. *num.*15. Vbi cum pluribus pro- 3
bat, quòd in conflictu opinionum præ-
ſumitur verior, & firmior, quæ conſu-
litur à quodam Collegio Doctorum; &
cùm in illis conſultoribus repræſente-
tur quodammodo Collegium, quòd-
quidem, vt tale, reputari poteſt, cum 4
tres tantùm illud conſtituant *iuxta tex-
tum in L. Neratius* 28. *ff. de verborum ſigni-
ficatione*; Ergo tenetur Cancellarius
pronunciare ſecundùm Conſilium, &
votum maioris partis conſulentium de
quo dicemus *infrà quæſt. ſequenti.*
Secundò; quia otioſum, & ſuper- 5
fluum eſſet nominare, & adducere Con-
ſiliarios, ſi Cancellarius indiſtinctè, &
de per ſe ſine illorum dependentia, &
ad nutum ſui priuati Iudicij pronuncia-
re poſſet; ex quo incideret in reprehen-
ſionem Diui Hieronymi *in Parabolis
cap.* 3. Cuius verba referuntur *in cap. Ne
iuſticiaris* 5. vbi gloſa *de conſtitutionibus*, de
quo Aloïſius Riccius *in Collectaneis deci-
ſionibus p.* 4. *Collect.* 977. Vbi poſtquam
dixit, quòd nemo debet eſſe ſapiens
apud ſemetipſum, ſtatim infert ex *de-
ciſ. Rubini* 99. quòd, vt quis excuſari va-
leat, ſemper conſulendi ſunt periti.
Tertiò; quia quando plures præſtant 6
Conſilium, tunc Iudicium tutius, & ſe-
curius eſt, *cap. Prudentiam de officio Dele-
gati*, Ancharranus *conſ.* 157. *incip. ſum-
mæ prudentia, &c.* quem refert. Cardin.
Tuſcus *tom.* 2. *lit. C. concluſ.* 764. *n.* 1.
vbi *n.*3. ita ait. *Et hac de cauſa propter mul-
titudinem ſapientium, qui adſtare ſolent Cæ-
ſari, & Principi, Princeps non errat in iure*,
Baldus, *Conſ.* 129. *incipien. factum propo-
nitur, &c. n.* 6. *verſ. circa quintum lib.* 2.
Caſtren. *Conſ.* 164. *incipien. in præſenti
cauſa & colum. antepenultima in fine verſ.
nec eſt tolerabile, lib.* 2. Ex qua doctrina
deducitur, quòd cum Cancellarius te-
neatur iudicare ſecundùm Deum, &
bonam conſcientiam, vt ei dici non poſ-
ſit, quòd errauit, tenebitur ſequi illud,
quod ex multorum ſapientum (hoc eſt
ex quatuor conſulentibus, vel maiori
parte) ei renunciatur, & de hoc plura
dicere poſſemus, quæ conſultò omit-
timus;

timus; nam huius quæſtionis reſolutio inoffenſo pede, & ſine aliquo dubio, aut contradictiune in omnibus Regnis Coronæ Aragonum obſeruatur; videre tamen poteris Ferrer. *in d.cap.*87. *à principio vſque ad num.* 6. vbi alia argumenta pro prædicta opinione proponit, quæ quidem nullatenus ſunt in conſiderationem, quoad noſtrum Regnum nec admitti debent, provt docet ipſe Ferrer.

7 Nam eſt certum, & indubitatum, quòd Cancellarius non tenetur precisè, nec alio modo ſequi iudicium, aut Conſilium omnium Conſultorum, vel maioris, vel minoris partis, ſed quòd ipſe ſolus facit ſententiam, ſi ſecundùm ſuam conſcientiam ſentiat, & pronunciet contrarium, quòd illi conſuluerunt; quia vt diximus *ſuprà q.* 1. *n.* 10. non ex forali diſpoſitione, ſed ex antiqua conſuetudine eſt introductum, quòd ille adhibeat tales quatuor Conſultores, ex eo tamen non infertur, quòd teneatur ſequi eorum vota, nam ipſe ſolus eſt Iudex, decidens cauſam, & ſententiam faciẽs reſpectu contentionũ Iuriſdictionis?

8 Verùm, etiam dato, quòd ex forma forali eſſet adſtrictus ad illorum nominationem tanquam Conſultorum, adhuc non conſtringebatur ad illorum vota ſequenda; nam eſt communis Doctorum opinio, quòd ſi alicui iubeatur, vt aliquid faciat cum Conſilio alterius, tenetur illud petere, non verò ſequi *l. cum Pater* §. *mando ff. de Legatis ſecundo, l.*23. Caſtellæ *tit.* 2. *part.* 5. Menoch *Conſ.* 69. *num.* 17. *&* 18. *volum.* 1. *num.* 1. Graci *regul.* 10. *n.* 1. & cum pluribus P. Sanchez *de Matrimonio lib.* 1. *ſub. tit. de Sponſalibus diſp.* 34. *n.* 24. quibus adde Ioan. Gutierrez *in tractat. de tutel. cap.* 8. *n.* 4. Latè Gonçalez *ad regul.* 8. *gloſſ.* 46. *n.* 36. *cum ſeq.* idem Menoch. *de præſumptionibus, lib.* 6. *præſump.* 34. *n.* 25. quibus adde Fragoſum *de regimine Chriſtianæ Reſp. to.* 1. *p.* 1. *lib.* 5. *diſp.* 4. *n.* 58. & alios plures penes ipſos: ergo ſolùm incumbet Cancellario petere, & requirere Conſilium, & ad ſatietatem audire conſulentes, & ex ipſorum votis ſeſe inſtruere, & ſatisfacere, non tamen ſequi, ſi aliter contrarium ſenſerit ſecundùm ſuum intellectum, & conſcientiam, & tunc ſine recurſu, & appellatione parendum eſt circa illud, quòd pronunciauerit, vt diximus *ſuprà q.* 1. *n.* 14. quia ipſe ſolus facit ſententiam; & multoties accidit in hoc noſtro Regno, meiſque temporibus in proceſſu Procuratoris Fiſcalis Eccleſiaſtici Epiſcopatus, & Diœceſis Turol. ſub die 14. Aprilis 1651. ſuper Competentia; cùm enim tres ex conſulentibus eſſent vnius vota, & opinionis, ego tamen, non obſtante, contrarium pronunciaui; quia iudicaui verius in puncto iuris, ex motiuis à me extenſis, & reperies *in meo Paſtorali Regularium p.* 3. *vot.* 3. & patet etiam ex pluribus cauſis idem eſſe ſeruatum *ex Regeſto officij Cancellarij*, vbi ſpecificè dicitur in qualibet cauſa, in qua pro tunc vertitur, quid quiſque ex Conſulentibus reſoluit.

Hæeque praxis ſine dubio in omnibus Regnis Coronæ Aragonum eſt admiſſa; nam in noſtro procedit de plano, vt iam diximus, & in Cathalonia teſtantur Ferrer. *in dicto p.* 3. *obſeruat. cap.* 87. *n.* 6. *verſ. prædictis tamen non obſtantibus*, & Fontanella *de pactis nuptialibus tom.* 2. *clauſ.* 5. *gloſſ.* 18 §. 14. *n.* 53. *in fine*, vbi poſtquam lato calamo diſſeruit de quadam Competentia, ita concludit. *Quæ hæc contentio fuit nobis multi, & magni laboris, qui partes Eccleſiæ defendebamus; taliter quòd duo ex tribus Senatoribus, per admodum R. Cancellarium applicati contra eam reſoluiſſent. Sed ille egregius vir maluit, provt potuit (vota enim Senatorum in contentionibus non ſunt deciſiua, ſed conſultiua) vnius tantùm, in caſu occurrenti, ſententiam ſequi pro Eccleſia, quàm duorum contra eam*, &c. 9

Et in Regno Valentiæ, idem aſſerit Leon *tom.* 1. *deciſ.* 20. *n.* 1. *in fine* ibi. *Et cum ob dictam diſcordiam cauſa eſſet deuoluta ad Regium Cancellarium, ad declarandum in d. cauſa contentionis, in qua interfuimus, &c. Solet enim ex duabus Aulis Regiæ Audientiæ Ciuilis conuocare vna vice Doctores vnius Aulæ, & alia vice Doctores alterius, & ſic alternatiuè, vt cum eorum Conſilio cauſam contentionis declaret, quamuis dictus Regius Cancellarius (qui eſt Eccleſiaſticus) habet tantùm votum deciſiuum; Regij verò Conſiliarij, ſiue Auditores, qui ei aſſiſtunt, tantùm conſultiuum, &c.* Hæc Leon. 10

Tandem reſpectu Sardiniæ idem ſtatutum reperitur ex Bulla Gregorij XIII. quæ habetur *in pragmaticis Regni tom.* 2. *tit.* 51. vbi *n.* 28. ita profert. *En caſo que por los dos dichos Arbitros no ſe declarare, ſenteciare, o, determinare, en tal caſo ſe haya de eſtar à lo que pareciere al dicho Canciller, y determinare ſegun Dios, y buena conſciencia, &c.* Ex quibus omnibus liquidò patet, quòd in omnibus Regnis Coronæ non tenetur Cancellarius ſequi 11

vota conſulentium, ſi ipſe ſecundùm
Deum, & bonam conſcientiam contra-
rium iudicet, & ſentiat, de quo videre
poteris Suchum *conſ. 10. num. 16.p.1.* &
conſ. 10.n.7 p.3.

12 Nec argumenta, quæ contra hanc cer-
tam reſolutionem opponi poſſent, ali-
quid vrgent, quibus latè ſatisfacit Ferr.
vbi ſuprà: Et ad adducta in principio,
quoad primum dicendum eſt, procedere
reſpectu Cancellarij, vt ipſe teneatur
pronunciare, & declarare, quòd tutius,
& æquius iudicauerit (iuxta dicenda *in
quæſtione ſequenti*) ex eo tamen non dedu-
citur, quòd ſi eùm opinione probabili
ſententiam ferat pro Eccleſia, etiamſi ſit
probabilior contraria ab extrinſeco
propter maiorem numerum Doctorum,
qui eam defendunt, vel & etiam ab in-
trinſeco propter fundamẽta, & rationes,
quibus fulcitur, ſi motiua opinionis mi-
nùs probabilis conuincant Cancella-
rium, tunc quoad ipſum probabilior erit
ab intrinſeco.

13 Et quidquid ſit de illa, ſatis diffuſa quę-
ſtione, *an Iudex ſequendo opinionem proba-
bilem, relictâ probabiliori ſit Reus animæ ſuæ*
(de quo articulo dicemus *infrà in quæſt.
ſequenti*) interim tamen plura reperies
penes Doctores, quos citant Ioan San-
ctius *in ſelectis moralibus diſp.* 44. & co-
pioſè Diana *to.2.reſol.moral. tract.* 13. *per
totum* præcipuè *reſol.* 3. vbi diſputat in
terminis Iudicis, & reſoluit cum pluri-
bus, quòd Iudex ſequendo opinionem
probabilem, relictâ probabiliori, ſatisfa-
cit ſuæ conſcientiæ, ſicut & etiam Can-
cellarius, quoties iudicauerit ſecundùm
rationes, quæ ei conuincunt, non adhæ-
rendo votis conſulentium; nam hanc
quæſtionem tractabimus ſtatim, licèt
conciſè *in quæſtione ſequenti* ſpecificè in
Cancellario.

14 Nec ſecundum, de quo *ſupra n* 2. ali-
quid probat; enim verò licèt magni ſit
ponderis Conſilium Collegij Doctorum
ad effectum rectæ adminiſtrationis Iu-
ſtitiæ; non ex eo infertur obligatio ſe-
quendi illud, ſi rationes contrariæ con-
uincant, vt accuratè tradit Gonçalez *ad
regul.8.gloſſ.46.n.36. & ſeq.* Cuius verba
libet tranſcribere, nam ex eis adæquatè
reſpondetur, & ita ait. *Nam obligatio re-
quirendi conſilium non eſt leuis, ſed magna
conſiderationis, & ſolemnitatis: quia quamuis
conſilium petens, non ſit regulariter obligatus
illud ſequi: tamen dictum conſilium poteſt eſſe
tanti ponderis, & efficacia, quòd poſſet trahe-
re petentem conſilium in ſententiam Conſul-
ti §. Item ſi vnus § finali, cum l. ſequenti, de
Arbitris, cap. Bona el primero de Electione
l.22. tit. 4. l. 17. tit. 22 partita 3. ita docuit
Bartolus in dicto §. ſi plures n. 13. in fine gloſſ.
verbo, ſiue diſcordet, in dicto cap. cùm olim de
Arbitris, Cardinalis in Clement. 1. n. 15 in fi-
ne de officio Delegati, Felin. in cap. ex parte
ſub. n. 1. poſt principium verſ. ad hoc reſpondet
&c.* & de hoc articulo plura videre pote-
ris penes ipsum Gonzalez. *ibidem. à n. 49.
cum ſeq.*

Ex quibus verbis manifeſtè patet reſ- 15
ponſum ad argumẽtum, de quo *ſupr. n. 2.*
& 3. ex eis namque colligitur, quòd non
otiosè ſit nominatio conſulentium, nam
licèt aliquando deuiet Cancellarius ab
eorum opinionibus ſemper eſt magni
momẽti eorum aſſiſtentia, & conſilium,
præcipuè quia ferè ſemper adhæret vo-
tis maioris partis conſulentium, vel ſal-
tem vbi duo ex quatuor conueniunt, li-
cèt in vno vel altero caſu ſingulari con-
trarium quandóque acciderit.

Nec denique obſtat tertium, de quo 16
ſuprà n.6. quia licèt fateamur, & negari
non poſſit, quòd per plurium conſilium,
Iudicium eſt tutius, & ſecurius, attamen
non eſt taliter alligatum ad id, quòd ſi
contrarium moueret, & conuinceret Iu-
dicem, quia iudicat magis conſonum ra-
tioni, & æquitati, contrarium cogi de-
beat ad deferendum Conſiliariis contra
proprium dictamen, licèt plures Docto-
res contrarium teneant; Quia ipſe pro- 17
nunciare debet, quòd rationabilius,
æquius, & magis iuri proximum iudica-
uerit, vt cum Neuizano *in Sylua lib. 6.
n. 7.* Menoch. *de præſumptionibus lib. 2. præ-
ſump. 71. n. 38.* Gail *lib. 1. obſeruationum,
obſeruat.* 153. *n. 9. & aliis* tradit Eſcobar à
Corro *de puritate ſanguinis p. 2. quæſt. 9.
§. 4. n. 28. circa medium*; quibus iunge
Parcjam *in tract. de Vniuerſa inſtrumento-
rum editione tom. 2. tit. 7. reſol. 10. n. 47.*
Hócque non eſt metiendum ex multi-
tudine, & maiori numero Doctorum,
ſed ex rationibus, & fundamẽtis, quibus
fulcitur opinio, vel conſilium, vt dice-
mus *infrà in quæſtione ſequenti*, & latè pro-
baui *in meo foro conſcientiæ*, ſiue *Paſtorali
interno p. 2. tract. 1. quæſt. 5. num.* 35. vbi
reſolutum reliquimus cum Man. Corat.
*in tractatu communium opinionum l. 2. tit. 8.
n* 6 & Barb. *in Collect. ad tex. in l. 1. cod. de
veteri iure enucleando. num.* 27. vbi *n.* 28.
plures allegat, tenentes, quòd omiſſâ
multorũ ſententiâ attendi debet opinio
vnius, quando iudicatur melior, verior,
& æquior, quibus iunge Eſcob. à Corro

in

in dicto trat. de puritate ſanguinis 2. *part.*
18 *quaeſtion.* 4. *artic.* 4. §. 1. *num.* 17. cuius pulchra verba ad intentum tranſcribere libet, & ita ait. *Ego verò nudis Doctorum auctoritatibus, ſi ratione non fuerunt munita adhaerere non ſoleo. Ratio me ad ſe trahit, non nuda dicta, & aſſertiones, vt docuit caeteris Iuſtinianus in. lib.* 1. §. *ſed neque* 6. *Cod. de veteri iure enucleando: Sed neque*, (inquit) *ex multitudine Auctorum, quòd melius, & iuſtius eſt iudicatote, cùm poſſit vnus forſan, & deterioris ſententia, multos & maiores aliqua in parte ſuperare, &c.* Hæc Eſcobar, qui in ſequentibus numeris plura congerit ad intentum, apud quem videre poteris, & quæ dicemus *in quaeſtione ſequenti.*

19 Ex quibus ſequitur, quòd ſi Cancellarium non conuincant fundamenta, vel motiua, quibus conſulentes ei ſua vota renunciant, ſed contrarium iudicet verius, ſequi debet illud, quòd magis ſuo ſenſui cohæret, & ſecundùm eum pronunciare debet, cuius declarationi ſtandum eſt, ad metas ſuæ conſcientiæ; & præſumendum, rationes ab eo eſſe benè ſpeculatas, & ponderatas, quæ animum ſuum mouebunt; non verò ex numero Doctorum, & ita docuit Ferrer. *vbi ſuprà in d. cap.* 87. *num.* 2. *verſ. pro dubio*, & *num.* 6. *verſ. praedictis tamen non obſtantibus; circa medium.* Ex quibus ſine dubio ita decidenda videtur præſens quæſtio; quam autem in conflictu opinionum teneatur ſequi Cancellarius, dicemus *in quaeſtione ſequenti.*

QVÆSTIO XIV.

In conflictu opinionum, quam teneatur ſequi Cancellarius?

SVMMARIVM.

Cancellarius in Aragonia ſi duae opiniones probabiles, & contrariae reperiantur, quam ſequi debeat? n. 1. & 11 cum ſeq.

Iudex in conflictu opinionum, quid agere debeat? n. 2.

Iudex an poſſit iudicare ſecundùm opinionem probabilem, relictâ probabiliori? num. 3.

Iudex tenetur iudicare iuxta probabiliorem opinionem, relictâ probabili. n. 4. Contrarium plures tuentur. *n.* 5. & ſeq.

Iudex poteſt ſequi opinionem probababilem relictâ probabiliori, etiam contra propriam opinionem, ſi probabilitas ſit contra ius, ſed non contra factum, num. 5. *intellige, vt* 6. & ſeq.

Iudices tenentur ſe inclinare in tutiorem partem; ſatisfacient tamen, ſi ſequantur opinionem probabilem. num. 6. *intellige, vt* 7.

Opinio Doctorum locum habet in incertis, & dubiis, non verò in certis. n. 7.

Probabilitas opinionis attendi non debet ex eo, quòd in aliquo libro ſit impreſſa, ſed in quantum rationes iuri fuerint conformes. num. 8.

Iudex non ſatisfacit ſuae conſcientiae, iudicando ex eo ſolo, quòd vnus, vel alter Auctor ita reſoluunt, ſi fundamenta non afferunt, relinquendo contrariam opinionem, rationibus fulcitam. n. 9.

Probabilitas maior, vel minor opinionis non eſt metienda ex maiori numero Doctorum eam tenentium, ſed ex rationibus, quibus fulcitur. n. 10.

Cancellarius in conflictu opinionum tenetur ſequi eam, quae facit pro Eccleſia, etiamſi, ambae ſint probabiles. num. 11. & ſeq.

Opinio ſi ſit hinc, & inde probabilis, illa amplectenda eſt, quae facit pro Eccleſia. n. 12.

Eccleſiae fauendum eſt in dubiis. n. 12. & ſeq.

Reo fauendum eſt in dubio n. 12.

Opinio communis non eſt attendenda; ſi altera contraria probabilis fauet Iuriſdictioni Eccleſiaſticae. n. 13.

Immunitas Eccleſiaſtica in materia exemptionis, vel religionis, potiùs amplianda, quàm reſtringenda eſt n. 14. & ſeq.

Opinio dubia, quae fauet Eccleſiae tenenda eſt, in iudicando, & conſulendo. n. 15.

Opinionum diuerſitas oritur ex dubio, vel re, quae ventilatur, non verò ſi res ſit certa, quia tunc ceſſat opinio. n. 16.

Cancellarius in conflictu opinionum ſemper tenetur ſequi eam, quae fouet Eccleſiam etiam ſi ſit minùs probabilis. n. 17. *intellige, vt* 21. & ſeq.

Epiſcopus ſi Reum confugientem ad Eccleſiam tradat Curiae ſeculari, caſu quo gaudere debet immunitate, praeter peccatum mortale ſacrilegij, & iniuſtitiae, & damnorum obligationem, incurret in irregularitatem, ſi Reus damnetur ad mortem. num 18.

Curia ſecularis nullam poteſtatem habet in Reum confugientem ad Eccleſiam, dum ibi exiſtit, niſi in caſibus in quibus, non gaudet immunitate. n. 19.

Iudex poteſt ſe tueri in iudicando, ſi

ſequatur opinionem probabilem, relictâ probabiliori. Sed in Cancellario locum non habet, nam ſemper tenetur ſequi illam, quæ fauet Eccleſiæ. n. 20. intellige vt 22. & ſeq.

Opinio probabilior in Tribunali Cancellarij quando duæ concurrunt contrariæ, illa erit, quæ fauet Eccleſia. n. 21. intellige, vt 22. & ſeq

Contentio ſi ſit formata, ex eo quòd Reus ex Eccleſia fuit extractus, ſi non conſtat de de delicto, quòd ipſum priuet immunitate, niſi ſem plenè, an debeat illâ priuari? n. 23. & ſeq.

Bono publico, & quieti Reipublicæ conſulendum eſt. n. 24.

Multa ſiunt in iure propter bonum commune, & quietem publicam, quæ aliàs fieri non debebant. n. 25.

Veritas cedit quandoque propter bonum, & quietem publicam, vt damna communia reparentur, licèt aliòs cedere non deberet. num. 26.

Iudex ſecularis an teneatur obedire præcepto Iudicis Eccleſiaſtici mandantis aliquid ſub pœna excommunicationis, ſi talis ſecularis habeat pro ſe opinionem probabilem; & an talis Eccleſiaſticus poſſit declarare illum incidiſſe in excommunicationem? num. 28.

1 IN quæſtione antecedenti reſolutum reliquimus, non teneri Cancellarium ſequi vota conſulentium, etiamſi omnes ſint concordes, ſi motiua, & rationes contrariæ ipſum conuincant; & exinde quòd eius declarationi ſtandum ſit, nam ipſe ſolus facit ſententiam, eiúſque declarationi ſtandum eſt; modò ſuccedit indagatio, quid ſequi teneatur in conflictu, opinionum?

2 Et omiſſa illa generali quæſtione, de qua latè noſter Cenedo *in quæſtionibus Canonicis quæſt.* 8. Ioan. Sanchez *in diſputationibus ſelectis, diſp.* 44. & latiſſimè Diana *tom. 2. reſol. Moral. tract.* 13. *ferè per totum*, & *to.4. tract. 4. reſol.* 4. & copiosè Thomas Sanchez *in præcepta decalogi*, ſiue *in opere Morali tom. 1. lib. 1. cum pluribus ſequent.* & alij, penes ipſus, quos longum eſſet recenſere; videlicet quam ſententiam ſequi debeat Iudex in conflictu opinionum, apud quos videre poteris.

3 Omiſſa etiam altera pro vtraque parte exagitata, & non minori impugnatione diſputata; *an* videlicet, *poſſit Iudex ſecundùm probabilem ſententiam iudicare, relicta probabiliori*, de qua Thomas Sanchez *in d. cap. 9. num.* 47. Filliucius *tom. 2. tract. 21. cap. 4. num.* 144. Malderi. *in 1. 2. D. Thom. q. 19. art. 5. diſp. 86. circa finem*, Portel *in addit. ad dubia regularia verbo, opinio eligenda, num.* 12. Laiman *in Theologia Morali lib. 1. tract. 1. cap. 5.*
§. 3. num. 16. & alij penes ipſos, qui 4
negant non licere Iudici amplecti opinionem probabilem, & relinquere probabiliorem, quam concluſionem variis rationibus, & diuerſis argumentis exornant, & defendunt.

Contrarium tamen plures tuentur, 5
quos congerunt Thomas Sanchez, *vbi proximè*, & Ioan. Sanchez vbi ſuprà *in dicta diſp. 44. n.* 50. Bonac. *in tract. de Legibus diſp. 2. quæſt. 4. punct. 9. num.* 5 & *verſiculo reſpondeo*, & *in tract. de reſtitut. diſp. 1. quæſt. 2. punct. 2. in §. incidenti num.* 3. & Diana *to. 2. reſol. Moral. tract. 13. de opinione probabili reſol. 13. vbi in ſpecie Iudicis in verſ. dico igitur*, docet poſſe Iudicem ſequi opinionem probabilem, reiecta probabiliori, etiam contra propriam opinionem, dummodò probabilitas ſit circa ius, non verò circa factum; nam ſi ſit contra hoc, tenebitur tunc iudicare quòd fuerit probabilius contra Vaſquez *in 2. p. tom. 1. diſp. 29. q. 5. n.* 213. & videtur ei adhærere Don Ioan. Eſcobar à Corro *in tract. de puritate ſanguinis p. 2. q. 9. §. 4. n.* 28. vbi poſtquam cum 6
multis Doctoribus dixit, quòd in rebus merè dubiis in rigore tenentur Iudices ſe inclinare ad iudicandum in tutiorem partem, non tamen ſi ſit dubium ratione opinionum oppoſitarum, nam ſi ambæ ſint probabiles, eligere poterit eam, quæ ipſi placuerit, ad cuius concluſionis corroborationem poſtquam plures Doctores allegat, ita ait.

Quamuis ego nullum inueniam diſeri- 7
men inter dubium ratione opinionum oppoſitarum, & inter dubium in rigore, cùm opinio in incertis, & dubiis locum habeat, non in certis, &c. & in fine dicti numeri 28. ita concludit, ipſe Eſcobar: *Fateor quidem cum Theologis relatis, ſufficere in foro animæ ſequi opinionem probabilem, licèt communis non ſit; in exteriori autem tutius iudico communem, & probabiliorem ſequi cum relatis Doctoribus, & congeſtis plena manu ab Oſualdo Illigero ad Donellum lib. 26. commentariorum capite 2. litera A pag. 1395. cum ſequent.* Hæc Eſcobar.

Cuius opinioni, & aliorũ eam tenentiũ 8
adhereo; aduertendo tamen non cenſeri opinionem probabilem ex eo quòd in

in aliquo libro impreſſa reperiatur, ſed probabilitas metienda eſt in tantum, in quantum rationes, & fundamenta ſint conformia legibus, & Canonibus, aut diſpoſitionibus rectè operandi, vt cordatè aduertit Petrus Marchant. *in Tribunali Sacramentorum tract.5. tit. 5. q.5.* quem refert, & ſequitur Diana *tom.9. reſol. moral. tract. 7. reſol. 60. verſ. ſed hoc diſplicet &c.*

Et conſequenter Iudex non ſatisfa-
9 ciet ſuæ conſcientiæ ex eo, quòd vnus, vel alter Auctor aliquam opinionem referat, vt Iudicium proferat, ſi talis Auctor deſtitutus rationibus, & argumentis in medium profert, quod typis mandauit, ſatisfaciet tamen, ſi rationes afferat, licèt non tam efficaces, & conuenientes.

10 Et notandum eſt, quòd maior vel minor probabilitas opinionis non eſt metienda, vel qualificanda ex maiori numero Doctorum, eam tenentium, ſed ex rationibus, & fundamentis, quibus fulcitur, vt aduertit Pareja *in tractatu de vniuerſa inſtrumentorum editione tom. 2. tit.7. reſol.10. n.47.* & dixi *ſuprà in quæſtione antecedenti n.* 12. & 13. & præcipuè 17. & *ſeq.* & latè *in meo foro conſcientiæ, ſiue Paſtorali interno p.2. q.1. num.* 34. & 35.

11 Quibus ſic breuiter enarratis, & enucleatis, pro præparatione ad intellectum præſentis dubij, nam longum volumen efficere poſſemus, ſi prædictum articulum extenſiuè enodare intentaremus, cùm copioſè multa hinc & inde ſint exarata, & diſcuſſa penes Doctores allegatos, & alios plures; quapropter reſtringendo hanc materiam ad metas propoſitæ quæſtionis, dicendum eſt, Cancellarium teneri in conflictu opinionum ad pronunciandum iuxta eam, quæ fauet Eccleſiæ, quando in occurrentia conten-
12 tionis reperiuntur, duæ opiniones, ambæ probabiles, ex Regula à Doctoribus communiter approbata, quòd in dubio fauendum ſit Eccleſiæ, vt optimè tradit Thomas Delbene *in tract. de immunitate, & Iuriſdictione Eccleſiæ tom.2. cap. 16. dubio 37. n.27.* cuius verba referam, cum ipſe faciat longam collectaneam Doctorum ſequentium hanc opinionem, & ita ait. *Quia quotieſcumque eſt opinio hinc, & inde probabilis, illa opinio amplectenda eſt, quæ facit pro Eccleſia, cùm in dubio fauendum ſit Eccleſiæ (vt omittam quòd in dubio fauendum ſit Reo) cap. finali de ſententia, & re iudicata l. ſunt perſonæ ff. de Religioſis, & ſumpt. funer. & docet Iaſon in l. Filiusfamilias §. Diui n.28. & in repetitione n. 110. ff. de legatis 1. Felinus in cap. 1. n.104. de conſtitut. Decianus lib. 3. conſ. 80. num. 72. Ondedeus lib.1. conſ. 3. num.24. Bellettus in diſquiſition. Clericorum p.1. tit.6. §.1. num.13. Mainardus de Priuilegiis Eccleſiæ p.2. artic.22. num.61. Riccius in praxi p.2. reſol.42. num. 2. Diana p. 1. tract.2. reſol.27. D. Ioan. Solorzano de Indiarum Iure tom.1. lib.2. cap.24. num. 39. Farin. in appendice de Immunitate cap. 8. num.123. in fine, Maranta p. 2. reſp. 36. num.11. & reſp. 51. n.12. Guiurba conſ.10. num. 25. in fine, Guazzinus defenſ. 20. num.20. & Sperellus deciſ.60. n.13.* Hæc Delbene; qui confirmat eandem ſententiam poſtmodum *in d. cap.16. dub.46.* & præter allegatos ab eo, iunge Valanzuelam *in defenſione Monitorij Pauli V. p.1. num.* 43. quem refert, & ſequitur Diana *tom.4. tract. 1. reſol. 12. in verſ.*
notandum in fine; & idem Diana *tom. 5.* 13
tract. 1. reſol. 23. in verſ. finali, ita concludit. *Et in conflictu opinionum illa ſequatur, quæ magis fauet Eccleſiæ, vt tradunt Doctores, quos citaui in parte 1. tr.2. reſol. 65.* Imò Antonius Souſa *in Bulla Cœnæ cap. 14. diſp. 76. num. 5. docuit, quòd opinio communis non eſt attendenda, quando altera contraria fauet Iuriſdictioni Eccleſiaſticæ.*

Vnde Sanchez *in opere morali tom. 1.* 14
lib.2. cap.4. dubio 15. num. 31. Baldellus *tom.1. lib 5. diſp. 39. num.* 1. & Suarez *contra Regem Angliæ lib.4. cap.34. num.4.* docuerunt, in hac materia obſeruandum, vt in fauorem Religionis, & conſequenter, in fauorem exemptionis, am-
plietur potiùs, quàm reſtringatur Eccle- 15
ſiaſtica immunitas. Et ideò Iaſon *in l. Filius Familias §. diui ff. de legatis 1. n.82.* aſſeruit, in dubiis opinionibus eam eſſe tenendam, quæ fauet Eccleſiæ *ex cap. finali de ſententia, & re iudicata*, & ex *l. ſunt perſonæ ff. de Religioſis, & ſump. funer.* & ita etiam docuit Sacra Rota *in vna veneta cenſus* anno 1606. quam penes me impreſſam habeo *fol. 25. &c.*

Ex quibus ſequitur, quòd cùm diuer- 16
ſitas opinionum oriatur ex dubio, quòd reſultat ex re, vel cauſa, quæ ventilatur, & diſputatur, vt cum Duareno, Donello, & Oſualdo Illigero docet Eſcobar à Corro *in d. p.2. quæſt. 8. §.4. n. 28. ibi*: Cum opinio locum habeat in incertis, & dubiis, non in certis, &c. Sequitur exinde illa communis concluſio, ab omnibus admiſſa, quòd in dubiis pro

Eccleſia iudicandum ſit, eíque fauen-
17 dum ; & conſequenter quòd Cancella-
rius in conflictu opinioüum tenebitur
ſequi illam, quæ facit pro Eccleſia, tan-
quam res orta ex dubio ; de quo conſu-
lere etiam poteris Thomam Delbene *in
tract. de immunitate tom.2.cap.16. dub. 37.
ſect. 1.n. 27.* & *dubio* 46. vbi plures al-
legat idem tenentes.

18 Et ex his motiuis, & aliis ita per me
fuit declaratum de menſe Aprilis 1651.
in Proceſſu Procuratoris Fiſcalis Eccle-
ſiaſtici Epiſcopatus, & Diœceſis Turo-
li ſuper Competentia Iuriſdictionis, &
habetur *in meo Paſtorali Regul p.3. vot.3.
num. 25. in fine*, & ſimiliter in alia con-
tentione de menſe Octobris 1653. in
Proceſſu Procuratoris Fiſcalis Archie-
piſcopatus Cæſarauguſt. ſuper Compe-
tentia Iuriſdictionis, quam etiam repe-
ries *in d. meo Paſtorali Regul. p.3. vot.*8. vbi
in num. 80 poſtquam prædictam reſolu-
tionem fui amplexus, ita Concludo. Et
quod magis eſt, dubitat Delbene *in d.
cap. 16. dubit.* 46. An in dubio, ſi deli-
ctum ſit ex exceptuatis, vel non, vt Reus
gaudeat immunitate, poſſit Iudex Ec-
cleſiaſticus iudicare, quòd non gaudeat,
& quòd illa priuari debeat, & poſt-
quam cum Farinacio, Maranta, Giuur-
ba, Sperello, & Guazzino reſpondet
negatiuè ; concludit *n.* 3. quòd ſi Epiſ-
19 copus Reum Curiæ ſeculari tradit, caſu
quo debet gaudere immunitate ; præ-
ter peccatum mortale ſacrilegij, ac in-
iuſtitiæ, & damnorum obligationem, in-
curret in irregularitatem, ſi Reus ad
mortem damnetur, & reddit rationem.
Quia in caſibus non exceptuatis nullam
poteſtatem in Reum habet, & conſe-
quenter ſi Curiæ ſeculari eum tradat
maximam iniuriam infert ipſi Reo, &
Eccleſiæ, contra virtutem Iuſtitiæ, &
Religionis ; & ad intentum allegat No-
uarium in ſumma Bullarij *titulo de im-
munitate num.*31. & de hoc articulo vi-
dere etiam poteris Ioan. Franciſ. Leo-
nem *in Theſauro fori Eccleſiaſtici parte* 1.
*cap.*14. *n.* 40.

20 Ex qua doctrina colligitur, quòd,
quamuis ſit receptum per plures Docto-
res, de quibus *ſuprà n.* 5. *& ſeq.* iudicem
ſequentem opinionem probabilem,
omiſſa probabiliori, tueri ſe poſſe in
vtroque foro ; at in Cancellario non au-
derem recedere à proximè dicta opi-
nione, videlicet quòd in contentioni-
bus ſi in cauſa, quæ controuertitur hinc,
& inde, adſint opiniones probabiles,
teneatur ſequi illam, quæ magis fauet 21
Eccleſiæ aliàs conſcientiam ſuam grauа-
bit, nam cum ipſe ſecundum illam, &
Deum iudicium ferre teneatur, & om-
nes Doctores Theologi, & Iuriſperiti
conueniant, quòd in dubio pro Eccle-
ſia pronunciandum ſit ; & vt diximus
ſuprà num. 7. Contrarietas opinionum
oritur ex dubio, conſequenter in qua-
cumque controuerſia contentionis, quæ
per opiniones probabiles inter ſe con-
trarias debeat terminari in Conſiſtorio
Cancellarij intrinſece in ſe habeat du-
bium ; ſequitur exinde, quòd quoad
Deum erit ſemper probabilior, quæ fa-
uet Eccleſiæ.

Hîc tamen annotare volui, quòd licèt 22
prædicta ita ſe habeant, poterit tamen
accidere caſus, vbi Cancellarius pro-
nunciare, & arbitrari valeat contra Ec-
cleſiam ſequendo opinionem probabi-
lem contrariam eidem Eccleſiæ, & hoc
erit, quando totaliter intereſt bono pu-
blico, & quieti Reipublicæ vniuerſali,
ad coërcenda delicta enormiſſima, &
frequentiſſima, quæ quotidie perpe-
trabantur ſub ſpe, quòd criminoſi fu-
giendo ad Eccleſiam liberarentur, quia
tunc penſatis circunſtantiis, & frequen-
tia delictorum, necnon audaciâ, & te-
meritate delinquentium, inquietantium
Rempublicam, & committentium tales
enormitates, quæ illam perturbarent,
tunc enim, ſi prædictæ circunſtantiæ
penes ſe verificentur, conſulendo ſuæ
conſcientiæ exiſtimo, rectè poſſe decla-
rare contentionem aduersùs eos, &
contra Eccleſiam, imò debere in tali
caſu admittere opinionem, quæ fauet
Curiæ ſeculari, procurando in decla-
ratione propalare motiuum, vt in om-
nem euentum præſeruata remaneat Ec-
cleſia, vt ceſſante illâ causâ, non faciat
conſequentiam in aliis contentionibus,
carentibus prædictis circunſtantiis.

Et moueor ad hanc limitationem ex 23
doctrina Iacobi Cancer *tom.2. variar. re-
ſolut. cap.*10. *à n.*124. qui *num.* 118. ante-
cedenti diſputat, an ſi in proceſſu con-
tentionis ſuper immunitate Eccleſiaſti-
ca conſtet tantùm ſemiplenè de delicto,
quòd priuat Reum immunitate Eccle-
ſiaſtica, veniat declaranda in fauo-
rem Curiæ ſecularis (de quo dubio, &
articulo videre poteris meum Paſtorale
Regular. *p.* 3. *voto* 6. *n.* 4. & copioſiùs
voto 7. *n.* 3. *cum ſeq.*) & poſtquam ipſe
Cancer allegauit noſtrum Portoles in
in commentariis ad titulum *De las Com-*

petencias

petenciæ de Iuriſdic. cum aliis partem affirmatiuam tenentibus; ipſe tamen Cancer contrarium conſuluit in quadam contentione Barcinone declarata per Cancellarium Cathaloniæ à qua poſteà ipſe receſſit, provt refert *ibidem* & ita concludit *n.* 125.

24 *Et in poſterum hanc vltimam opinionem (ſcilicet, quòd debeat declarari pro Curia ſeculari) ſeruandam fore per eundem D. Cancellarium, & Dominos de Senatu intellexi propter frequentiam criminum, quæ quotidie perpetrantur, vt ſic hominum exceſſus reprimantur, & ne ſub ſpe immunitatis Eccleſiaſticæ ad delinquendum ſint faciles, & licèt in puncto iuris prior opinio ſequenda videatur, & hactenus eam ſequutus ſim, tamen attenta hominum hodierna ſumma malitia, & frequentioribus delictis, vt publico bono conſulatur poſterior ſententia videtur tenenda ad not. per Bellugam in ſpeculo Princip. Rubrica* 11. *§. videndum num.* 10. *cum multis ſequent. &c.* Hæc Cancer.

25 Cuius doctrinam in prædicto caſu amplectendam iudico, cum multa fiant in iure propter bonum commune, & quietem publicam, quæ aliàs fieri non debebant, vt tradidi *in meo Paſtorali Regul. p.* 1. *clauſula* 5. *num.* 40. *in fine*, & *p.* 2. *q.* 3. *n.* 28. & vt nouiſſimè dixi etiam

26 *in meo tractatu de intruſione q.* 15. *num.* 25. cum Nauarro, & aliis; veritas quandóque cedit pro vitando ſcandalo, & pro reparandis inconuenientibus publicis, & propter eam cauſam multa conceduntur, quæ aliàs concedi nequirent, vt reparentur ſcandala; ita docet cum Menochio, Rebuffo, Lancelloto, & Flaminio Pariſio, Barboſa in Collectanea *ad textum in cap. qui ſcandalizauit de regulis iuris num.* 3. & copioſè dixi in proximè *dicto tractatu de intruſione q.* 84. *à num.* 4. *cum ſeq.* de quo videre poteris multa notatu digna, quæ congerit noſter Seſſe *deciſ.* 113. *à num.* 133. *cum ſeq. tom.* 2.

27 Ex quibus, ſaluo meliori Iudicio, exiſtimo poſſe Cancellarium contra Eccleſiam vti opinione probabili, relictâ probabiliori, in prædicto caſu; dummodò in ſua conſcientia intelligat, & cognoſcat eſſe ob bonum commune Reipublicæ, ad refrænandos criminoſos perturbantes quietem publicam, perpetrando diuerſa crimina atrocia, vt ſic coërceantur.

28 An autem Cancellarius teneatur declarare Iudicem ſecularem incidiſſe in excommunicationem, vel eſſe excommunicatum ob non paritionem Iudicis Eccleſiaſtici illum excommunicantis, ſi ille pro ſe habeat opinionem probabilem ad non parendum, ſed ad pronunciandum contra Iuriſdictionem Eccleſiaſticam, videre poteris Villabobos *in ſumma tom.* 1. *tract.* 16. *difficult.* 10. *n.* 7. & Dianam *tom.* 5. *reſolutionum Moralium tract.* 1. *Reſol.* 23. *circa medium verſ. Tandem quærendum eſt hic obiter, &c.*

QVÆSTIO XV.

An Cancellarius teneatur decidere dubium, non ſeruatis iuris regulis?

SVMMARIVM.

Cancellarius an decidere poſſit contentiones iuriſdictionum, non ſeruatis iuris regulis n. 2. *& ſeq. præcipuè à n.* 11.

Cancellarius in efformando proceſſu contentionis tenetur ſeruare formam, & ritum à foro præſcriptum. n. 3.

Statutum, ſiue lex præſcribens formam, vel modum conficiendi aliquem actum, non poteſt omitti. n. 4. & ſeq.

Forma, vel modus præſcriptus à lege, vel ſtatuto ad efficiendum aliquem actum, ſi conſeruat ordinatoria ad vnguem, adimpleri debet. n. 5.

Ordo prioris, vel poſterioris, ſi in lege, vel ſtatuto præſcribitur, cenſetur pro forma inductus n. 6.

Modus, vel forma ab ſtatuto inducta præcisè adimplenda eſt. n. 6.

Cancellarij arbitrio remittitur cognitio, quæ ex contentione Iuriſdictionis oriri poteſt ſeruatis tamen iuris regulis. n. 7.

Arbitrium regulandum eſt à iure, & ſecundum eius regulas. n. 7.

Commiſſio data ad aliquid faciendum per verba denotantia boni viri arbitrium operatur, vt in eius exequutione Commiſſarius teneatur obſeruare regulas iuris. n. 8.

Statutum, ſeu lex concedens iudicare ad arbitrium boni viri, attribuit facultatem temperandi rigorem iuris obſeruando tamen eius regulas. n 9.

Arbitrium boni viri extenditur ad faciendum id, quod quilibet valet fieri in ſuis propriis rebus. n. 10

Cancellarius pro decidenda contentione tenetur quoad ſe, & ſuam conſcientiam iudicare ſecundùm regulas iuris. num. 11.

E 4 &

& ſeq. intellige, vt 16. & ſequent.

Cancellarius pro decidendis contentionibus æqua lance procedere debet, ſicut cæteri Iudices, vt iuſtitiam attribuat ei, qui illam fouet. n. 12.

*Modus terminandi contentiones Iuriſdictionis in Aragonia admiſſus reperitur per vtrumque ſtatum Eccleſiaſticum, & ſecularem per viam contractus, & ideò ab eo non licèt reſilire. n.*13. & 15.

Statutum, ſeu lex tunc tranſeunt in contractum, quando ſtatuentes aliquid concedunt, & ex aduerſo ſtatuentibus aliquid datur, ſeu ad aliquid ſit obligatio, ita vt ab vtraque parte aliquid ſit adimplendum n. 14.

Forus 1. ſub titulo De las Competencias *in diſpoſitis in eo tranſiuit in contractum. n.* 15.

Sententia lata à Cancellario in declaratione contentionis non eſt appellabilis, ſed exequi debet ſine aliquo recurſu. n. 16.

Cancellarius pro decidendis contentionibus eſt Iudex publicus, & vt talis quoad ſe tenetur iudicare ſecundùm regulas iuris. num. 16.

Cancellarius pro eruenda veritate contentionis non eſt adſtrictus ad regulas iuris, ſed id efficere poteſt Iudicialiter, vel extra, attentâ veritate. n. 17. & ſeq.

*Iudices regulariter adſtringuntur ſententiam proferre ex allegatis, & probatis in proceſſu. n.*18. *quod fallit in Cancellario. n.*19. & ſeq.

Iudex habens facultatem iudicandi ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam, poterit id efficere ſola veritate attentâ. num. 20. *&* 21.

Iuris apices non tenetur obſeruare Iudex, cui à lege permittitur iudicare ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam. n. 21. & 22.

*Conſcientia definitur, vt ſit ſenſus animæ cognoſcens bonum & malum. n.*23.

*Conſcientia eſt Iudicium æquum menti conſonans complectens quoddam ius naturale temperans rigorem iuris. n.*24.

Conſcientia conſideratur, vt quidam vir bonus, qui ſecum in corde loquitur. n. 25.

*Iudicans ex conſcientia iudicare debet ex bono, & æquo. n.*26.

Praxis, qua Cancellarius poteſt ſe informare, & perquirere iudicialiter, vel extra eſt conformis menti S. Pontificis. n. 27. & 28.

*Cancellarius pro eruenda veritate contentionis, quàm pronuntiare debet, non eſt adſtrictus ad ſolemnitates, & apices iuris, licet in efformatione proceſſus teneatur obſeruare ritum à foro ſtatutum. num.*29.

*Farinacius reprobatur, qui contrarium noſtræ praxis Aragoniæ conſuluit pro decidendis contentionibus Iuriſdictionum, & conuincitur ex ſuamet doctrina. num.*30. & ſeq. præcipuè 33.

*Qualitates delictorum excludentes immunitatem Eccleſiæ, perquirenda ſunt ſummariè ſimpliciter, & extra iudicialiter quantùm ſufficiat pro ſatisfactione conſcientiæ. n.*30. & 31.

Legibus, & non exemplis iudicandum eſt. num. 32.

*Qualitates delictorum excludentes immunitatem, an concludenter probari debeant, vel ſufficiat præſumptiuè. n.*33. & 34.

CVm *in quæſtione* 13. iam fuerit re- 1
ſolutum, non teneri Cancellarium
ſequi vota conſulentium, & *in quæſtione*
antecedenti ſimiliter diximus, quid age-
re debeat io illo indiuiduali caſu, quan-
do pro contentiooe decidenda duæ re-
periantur opiniones probabiles, modò
ſuccedit inquirere; an decidere poſſit
contentionem, non ſeruatis iuris regu-
lis, aut terminis.

Pro cuius enodatione aduertendum 2
eſt (vt certa ab incertis ſeparemus)
quòd duo tempora coonſideranda ſunt;
primum, videlicet, à die quo coram
primis Arbitris formatui Competentia,
& ex eo, quòd inter ſe non conuene-
runt, deuoluitur ad Cancellarium, co-
ram quo proceſſus formatur per ſpa-
tium triginta dierum, & poſtmodum
intra alios quinque tenetur deliberare,
& proounciare iuxta diſpoſitiones fo-
rales noſtri Regni, vt diximus *ſuprà*
quæſt. 1. *num.* 9. *& ſeq. & quæſt.* 2. *num.* 4.
cum ſeq.

Et tunc diceodum eſt, quoad effor- 3
mationem proceſſus, teneri Cancella-
rium ſeruare formam, ritum, & termi-
nos à foro ſtatutos, vt dixi *in meo Paſto-*
rali Regul. p. 3. *voto* 1. *num.* 13. per hæc
verba. *Nam licèt poſſim iudicare ſecundùm*
Deum, & bonam conſcientiam, negari non
poteſt, quin tenear ſeruare formam, & ri-
tum à foro ſtatutum quoad efformationē pro-
ceſſus, & aliorum requiſitorum, quæ quidem
excidere nō poſſunt ex foro 1. De las Com-
petencias *ibi. La Ceſarea Mageſtad de vo-*
luntad de la Corte eſtatuece, y ordena, que ha-
uiendo contencion entre las dos Iuriſdiciones
Real, y Eccleſiaſtica ſe ays de guardar el
orden infra eſcrito, &c. Ergo ſi forus de-
terminat formam conficiendi proceſſum
ab ea reſilire nefas erit.

Ex

4 Ex quibus verbis dicti fori primi li-
quidò patet, quòd cùm ipſe forus præ-
ſcribat modum, & tempus procedendi
non poteſt omitti, vt aliàs dixit Rota *in
vna Romana hereditatis* 20. Nouembris
1591. coram D. Peña; & habetur *in
meis recollectis ipſius tom.* 1. *deciſ.* 185. *n.* 5.
ibi. Nam primum dicebatur, quòd cùm
dictum ſtatutum det modum proceden-
di; Ordinatoria concernere videtur
Baldus *in l.* 1. *n.* 8. *verſ. Item dicit gloſſa cod.
quæ ſit longa conſuetudo.*

5 Et conſequenter ſi illa forma fori non
ſeruaretur actus eſſet nullus; & inua-
lidus; nam talis forma ad vnguem adim-
pleri debet *l. Properandum*, & ibi gloſſa
verbo ſcripta, ff. qui, & à quibus, Peña *vbi
proximè deciſ.* 239. *num.* 6. *in fine*, & *de-
ciſ.* 327. *num.* 2. & magis in ſpecie *de-
ciſ.* 710. *num.* 7. vbi loquitur in ſtatuto,
ſiue lege requirente terminum triginta
dierum ad actum efficiendum, & *de-
ciſ.* 872. *n.* 2. *& in tom.* 2. *deciſ.* 1206. *n.* 11
& 12. *ibi.*

6 Nam regulariter cùm in lege, vel ſta-
ſtuto datur ordo prioris, vel poſterio-
ris tunc cenſetur inductus pro forma.
Fellinus *in cap. cum dilecta n.* 6. *de reſcrip-
tis*,, Pariſius *Conſilio* 19. *num.* 185. *lib.* 2.
& forma ab ſtatuto inducta præcisè eſt
adimplenda, Soccinus Iunior *conſ.* 73.
num. 15. *lib.* 2. *&c.* Idémque probat Du-
ran. *deciſ.* 121. *num.* 34. *& deciſ.* 155. *n.* 8.
Pareja *in ſua proxi de vniuerſo inſtrumen-
torum editione tom.* 1. *tit.* 1. *reſol.* 3. §. 1.
num. 11. *vſque ad* 14. & *tom.* 2. *tit.* 6. *re-
ſol.* 5. *num.* 14. & *reſol.* 6. *n.* 15. *&* 16. Ex
quibus, & aliis, quæ ad intentum ad-
ducere poſſemus liquidò patet teneri
Cancellarium quoad efformationem
proceſſus, & dies datos ad declarandam
contentionem ſeruare regulas ſpecificas
in d. foro 1.

7 Difficultas autem præcipuè verſatur
pro ſecundo tempore poſt concluſum
in cauſa ad effectum deciſionis Com-
petentiæ: enim verò cùm Cancellarius
poſſit iudicare ſecundùm Deum, & bo-
nam conſcientiam conſequenter cogni-
tio remittitur ad eius arbitrium, & ex
eo ſumitur argumentum, quòd tenea-
tur iudicare ſeruatis regulis iuris, cum
arbitrium regulari debeat à iure, & ſe-
cundùm ipſius diſpoſitiones cauſa ter-
minari. Bartulus *in l.* 1. *num.* 13. *&* 14. *de
Legatis* 2. Menochius *de Arbitrariis lib.* 1.
quaſt. 65. *&* 67. & pluries declarauit Ro-
ta *penes Ludouicum deciſ.* 189. *num.* 3. *&
deciſ.* 221. *&* 465. Peña *vbi ſuprà tom.* 1.
deciſ. 642. *num.* 2. *& deciſ.* 769. *n.* 2. Ro-
ta recentiorum *tom.* 2. *deciſ.* 326. *num.* 6.
& in aliis pluribus, & quoties aliquid
committitur per verba denotantia bo- 8
ni viri Arbitrium tenetur ille adimple-
re, & ſeruare omnes regulas iuris com-
munis, & inquirere diligenter naturam,
& qualitatem perſonarum, & negotij
commiſſi, vt docent Alexander *Conſ* 33.
n. 3. *lib.* 1. Soccinus Iunior *Conſ.* 49. *n.* 16.
lib. 2. Crabeta *conſ.* 612. *n.* 11 *& conſ.* 657.
n. 57. quos refert, & ſequitur Cardina-
nalis Tuſcus *tom.* 1. *littera A concluſio-
ne* 470. *num.* 2. *&* 3. Menochius *conſ.* 69.
num. 4. *&* 5. & in Iudice idem procedere
determinat Tuſcus *ibidem*, & ad inten-
tum allegat Apoſtil. ad Romanum *con-
ſil.* 376. *n.* 7. *verſ Ordinaria, &c.* Alexan-
drum *conſ.* 129. *n.* 2. *lib.* 2.

Ex quibus colligitur; quòd cùm Can- 9
cellarius teneatur iudicare ſecundùm
Deum, & bonam conſcientiam, ex eo
inducitur in eo boni viri Arbitrium, &
exinde, quòd teneatur ad obſeruantiam
regularum iuris, & ad ſummum ſolùm
poterit ex vi poteſtatis à foro ei attribu-
tæ relaxare aliquid rigoroſum. & redu- 10
cere, temperareque ad aliquam beni-
gnitatem non excedentem terminos, &
regulas iuris; vt pluribus relatis, tradit
Barboſa *in tractatu de Clauſulis vſu fre-
quentibus clauſ.* 10. *num.* 3. *&* 4. ita tamen,
quòd ſolùm extendatur ad id, ad quod
ipſe faceret, quòd ſibimet in ſuis pro-
priis rebus fieri vellet. Barboſa alios al-
legans *vbi proximè clauſ.* 11. *n.* 2. Ex qui-
bus videtur dicendum teneri Cancella-
rium decidere dubium contentionis ſe-
cundùm regulas, & apices iuris.

Ego verò hunc articulum diſtinctio- 11
nis fœdere reſoluendum puto, aut enim
loquimur, quando Cancellarius pro-
nunciat contentionem in fauorem, vel
contra aliquam ex partibus in vim pro-
ceſſus actitati, & tunc quoad ſe, & ſuam
conſcientiam exiſtimo teneri iudicare
ſecundùm regulas iuris, & iuxta eas de-
clarare, quòd ex illo reſultat, non ve-
rò ad libitum, vel arbitrium ſuæ volun-
tatis, vel affectionis, hoc eſt, quòd
debet commenſurare intra ſe, & quoad
ſe factum cum iure, attribuendo iuſti-
tiam illi, qui eam fouet.

Et moueor ex eo; quia (vt *alibi* dixi- 12
mus,) eſt verè Iudex creatus à lege ad
dirimendas contentiones, & vt talis ad
eum effectum, & quoad Iudicium pro-
ferendum ſeruare debet, quòd ex iure
reſultat, iuſtitiam miniſtrando ei, qui
illam

Digitized by Google

iliam defendit,quia in hoc quantum eſt in ſuo interiori iudicio eſturniando ad pronuntiandas ſententias æqua lance procedit cum cæteris aliis Iudicibus (licèt diuerſimodè in modo eruendæ veritatis, & inquirendæ cauſæ, (vt dicemus *infra*) & conſequenter, quo ad hanc partem quantùm eſt in ſe, & circa ſuam conſcientiam,tenebitur obſeruare regulas Iuris.

13 Quod quidem in eo fundari poteſt; quia cum dictus Forus 1. *de las Competencias* conditus fuerit per viam contractus inter Iudices exercentes Iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & ſecularem, iſtéque modus terminandi contentiones per vtrumque ſtatum Eccleſiaſticum, & ſecularem per tot tempora ſit admiſſus; vt latè ducet Seſſe *decıſ.* 113. *num.* 116. *tom.*2. ſequitur, quòd ſtatuentes, nullatenus voluerunt, vt Cancellarius in iudicio ferendo, quoad ſe, & ſuum forum conſcientiæ recederet à Iuris regulis, & pronuntiaret ad libitum ſui arbitrij; nam ſi id voluiſſent iam expreſſiſſent, ſicut expreſſerunt ſecundam partem, videlicet, vt pronunciaret ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam. Quæ verba non inducunt contrarium ſenſum prædictæ reſolutioni(vt ſtatim dicemus) cum igitur forus id non declarauerit, exinde reſilire non licebit ab ipſius diſpoſitione,tanquam facta in vim contractus vltrò, citróque obligatorij.

14 Quòd autem prædictus forus fuerit ſortitus naturam contractus probatur ex pulchra deciſione Rotæ coram Peña, & habetur *in dictis meis recollectis tom.* 1. *decıſ.*868. *num.*8. vbi ita ait. *Poſtremò addebatur, tunc ſtatutum tranſire in contractum,quando ſtatuentes aliquid concedunt, & ex aduerſo ſtatuentibus aliquid datur, ſeu ad aliquid ſit obligatio, ita vt ab vtraque parte aliquid ſit adimplendum;vt quando ſtatutum concedit immunitatem forenſibus euntibus ad habitandum in aliquo loco Bart. in l.quod ſemel num. 1. verſ.,ex quo habes ff. de decretis ab Ordinario faciendis &c.*

15 Ex qua doctrina non incongruè deduci poteſt, quòd prædictus forus tranſiuit in contractum, nam ſtatuentibus conceditur, vt per medium Cancellarij contentiones Iuriſdictionum terminentur ſine appellatione, & recurſu ad hoc, vt euitentur ſcandala, & iurgia, quæ inter Iudices Eccleſiaſticos,& ſeculares, & eorum iuriſdictiones quotidie experiebantur; vt diximus *ſuprà quaſt. prima, & ſecunda*, & in ſpecie dicemus *infrà quæſtione* 30.

16 Et ſimiliter conuenerunt inter ſe ambæ curiæ Eccleſiaſtica & ſecularis, ſeſéque ſubiecerunt, vt à ſententia, quam Cancellarius pronunciaret, non daretur appellatio, ſupplicatio, vel replicatio,vt dicemus *infrà q.*20.*n.*14 *& q.*30. & ſic ab vtraque parte fuit,conſtituta reciproca obligatio adimplendi, quod in dicto foro ſtatuebatur conſtituendo illum publicum iudicem, qui ſeruatâ formâ inibi præſcriptâ contentiones declararet; ergo vt iudex publicus, & generalis quantùm in ſe,& quoad ſe eſt, tenebitur prununciare ſecundùm regulas iuris ex vi legis; quæ tranſiuit in vim contractus ad effectum tribuendi iuſtitiam & ius illi qui legitimis fundamentis & Iuridicis fundamentis pro ſe illa tueatur, & conſequenter quoad efformandum iudicium intra ſe, & ſuam conſcientiam, & declarandum ius, non dubito, quin teneatur id efficere iuxta regulas Iuris, in cuius comprobationem faciunt, quæ accuratè docent in terminis Competentiæ Iuriſdictionis Farinacius *conſ.*168. *à num.* 39. *cum ſeq tom.* 2. & Portoles *in ſcholiis ad dictum Forum.*1. de las Competencias *num.*41. *in principio*

17 Aut verò conſideratur Cancellarius ſecundùm facultatem,& poteſtatem per dictum forum ei attributam ad inquirendas cauſas, & decidendas contentiones ibi. *Declarar la dicha contencion dentro del dicho tiempo ſegun Dios y buena conciencia adhereciendo à la parte,que le pareciere ſer mas juſto &c.* & quoad hoc nullatenus tenetur ſe adſtringere ad regulas,& apices iuris, ſed imò potiùs eis prætermiſſis, totis viribus procurare perquirere veritatem iudicialiter, vel extra iudicialiter, & ſecundùm illam iudicare.

18 Licèt enim regulariter iudices adſtringantur, ſententiam proferre ex his,quæ reſultant *ex allegatis,& probatis in proceſſu* vt concludunt communiter Doctores Ioannes Gutierez *lib.* 2. *Canonicarum quaſt. cap.* 29. Riccius *in Collectaneis deciſionib. Collect.* 717. *&* 1129. *&* 1948. Farinat. *de delictis, & pœnis quaſt* 21.*n.*163. *& ſeq.* Fragoſo *de regimine Chriſtianæ Reipublicæ part.* 1. *lib.*4.*diſp.*10.*num.*162. *cum ſeq.* & alij plures.

19 Attamen in Cancellario non habet locum,cum etiam extra proceſſum verbo, vel ſcriptò poſſit ſe informare, & inſtruere

inſtruere faciendo merita cauſæ, ex his,
quæ quomodolibet potuerit inquirere,
& probare ad efformandum iudicium
intra ſe, ſine regulis, & apicibus iuris,
vt accuratè docet noſter practicus Por-
toles *in Commentariis ad dictum forum* 1.
*de las Competencias, ad illa verba, ſegun
Dios, y buena conſciencia, in dicto n.* 41.
circa medium, qui ita ait. *Operantur tamen
hæc verba, quòd Iudex ex his, quæ ipſe vi-
dit, vel ex proceſſu audiuit, iudicare poteſt
putà, ſi forſan partem viua voce, ita confi-
tentem, audiuit, licèt eius confeſſio in proceſ-
ſu ſcripta non ſit, nam hoc caſu ſecundùm
confeſſionem à parte auditam, licèt in proceſ-
ſu non ſcriptam, Cancellarius per prædicta
verba iudicare poterit; ita* Afflictus, *deci-
ſione* 28. *num.* 5. *&* 6. Oſaſcus *deciſ.* 1.
num. 43. *&* 46. & Menochius *de Arbi-*
21 *trariis quæſt.* 24. *n.* 5. *& paulo inferiùs ita
proſequitur: Operantur etiam ſecundùm ali-
quorum opinionem, quòd is, cui ſecundum
ſuam conſcientiam iudicare permiſſum eſt,
poterit, vt Deus, ſola facti veritate inſpe-
cta iudicare, vti Decius aſſerit Conſ.* 163.
n. 25. *&* 26. Hæc Portoles.

22 Cui conſonat noſter Suelues *in ſemi-
centuria, conſ.* 10. *num.* 16. per hæc verba.
*Nam licèt regulariter ex allegatis, & pro-
batis iudicandum ſit, vt reſoluunt Couar-
ruuias, &c. Cancellarius tamen ſecundùm
Deum, & bonam conſcientiam iudicare de-
bet foro* 1. De las Competencias, *quo ca-
ſu ådinſtar Dei, ſola facti veritate attenta
proceditur, vt ibi Portoles obſeruat; quo ca-
ſu de iuris apicibus diſputare non debet, ſed
ſolùm veritas iuriſgentium inſpicienda,*
Baldus *in l.* 2. *in principio Cod. de fideicom-
miſſis. Omnis enim iudiciorum ſolemnitas
tunc relaxata cenſetur, Lanfranc. in Cle-
ment. ſæpe de verborum ſignificat. Verbo li-
bellus n.* 6. Maranta 4. *p. diſt.* 9. *n.* 32. No-
uar. *ad pragma. Regni Neapolitani Collect.*
175. *&c.* Vſque huc Suelues, cui iunge
Ibandum Bardaxi in ſuis Commentariis
ad titulum *de la Competencia de Iuriſdi-
cion n.* 16. *& ſeq. pag. mihi* 316. *in tertia
columna*, & latiſſimè, & accuratè Gratia-
num, *tom.* 2. *diſcep. foren. cap.* 322. *ferè
per totum.*

23 Ex quibus rectè infertur, quòd Can-
cellarius pro eruenda veritate, & vt iux-
ta eam pronunciet, non tenetur ſe ad-
ſtringere ad regulas, & apices iuris *in
foro polit.* Et licèt prædicti Doctores ra-
tionem non aſſignent, vel afferant, de-
ſumi poteſt ex eo, quia cùm forus re-
mittat declarationem contentionum ad
conſcientiam Cancellarij, exinde attri-
buit ei facultatem perquirendi factum,
prout valuerit, & potuerit iuxta ſuam
conſcientiam. Conſcientia namque dif-
finitur, & nihil aliud eſt, quàm *ſenſus* 24
animæ cognoſcentis bonum, & malum; &
ſimiliter dicitur *iudicium æquum menti
conſonans, quoddam naturale ius comple-
ctens, aliquo modo temperans rigorem, &
ſubtilitates iuris*; aut tandem eſt *quidam* 25
*vir bonus, qui in corde ſecum loquitur, &
conſulit*, vt cum pluribus ſingulariter tra-
dit Eſcobar à Corro *in tractatu de vtro-
que foro tom.* 1. *in initio num.* 53. & conſe-
quenter quando alicui confertur, vt iu-
dicet ſecundùm ſuam conſcientiam, ei
conceditur, vt ex bono, & æquo, iu-
dicium efformet, vt proſequitur Eſco-
bar vbi proximè *n.* 54. *ibi.*

Vnde, qui iudicat ex conſcientia, iu- 26
dicare debet ex bono, & æquo; vt de-
ducitur ex textu *in cap nouit.* 13. *de Iudi-
ciis*, & ex eo inferunt Baldus *in cap. cum
cauſam el ſegundo n.* 6. *de teſtibus* Guil-
lelmus Benedictus *in cap Raynuncius, ver-
bo, mortuo* 1. *n.* 249. Menochius *lib.* 1. *de
Arbitrariis. quæſt.* 49. *n.* 6. Parladorus *l.* 3.
quotidianarum, differentia 12. §. 1. *n.* 8.
vbi ad hoc adducit illud pſalmi 10: *iu-
ſtus Dominus, iuſtitiam dilexit, æquitatem
vidit vultus eius, &c.* Mantica 4. *de taci-
tis, & ambiguis tit.* 20. *ſub numero* 56.
& quibus iunge Gratianum *in dicto to.* 2.
diſceptationum forenſium cap. 322.

Hánceque praxim noſtri Regni, mo- 27
dúmque ſe informandi Cancellarium
ad metas prædictæ reſolutionis confor-
mem eſſe menti ſummorum Pontifi-
cum, ſatis liquet, ex quodam Breui ſan-
ctæ memoriæ Clementis VIII. conceſſo
Archiepiſcopo Panormitano quoad im-
munitatem Eccleſię circa certa crimina,
in quæ inciderant aliqui Rei criminoſi,
ex quorum qualitate prætendebatur
non poſſe delinquentes gaudere immu-
nitate ſub dat. Romæ 6. Februarij 1597.
Pontificatus ſui anno V. quod ad lite-
ram refert Marcus Antonius Genuenſis
in ſua praxi Archiep. cap. 94. vbi inter
alias clauſulas vna reperitur, quæ ad
ipſum Archiepiſcopum committit mo-
dum ſe informandi, & eſt tenoris ſe-
quentis. *Si tibi ſummariè, ſimpliciciter, ex-
tra iudicialiter, & quantum pro tua con-
ſcientia informatione ſufficere tibi vide-
bitur, &c.*

Ex quibus verbis Pontificis licèt ſint 28
pro illo caſu particulari; attamen ex eis
ſatis apertè remanet Canonizatus mo-
dus ſe informandi Cancellarium in hoc
noſtro

noſtro Regno, pro declarandis contentionibus ad effectum inueſtigandi delicta, & cognoſcendi, an cauſa ex qua orta fuit iuriſdictiunis contenrio ſit releuans, vt pro Curia Eccleſiaſtica, vel ſeculari pronuncietur; & ita copiosè concludunt P. Gambacurta *in tract. de immunitate lib. 6. cap. 15 & ſeq.* quem refert, & ſequitur Marius Guiurba *in ſuis conſiliis, & deciſionibus criminalibus tom. 1. conſ. 50. num. 10.* apud quos latè videre poteris; & in hoc noſtro Regno ſine dubio ita practicatur, vt patet ex pluribus exemplaribus, meiſque temporibus dum munus Cancellarij exercui, ita fuit obſeruatum in proceſſu Procuratoris Fiſcalis Regiæ Maieſtatis, necnon Procuratoris Arbitri Ceſarauguſtan. cuntra Ioannem del Oſtal ſuper Competentia Iuriſdictionis ſub die 2. Iulij 1650. & habetur *in meo Paſtorali Regul. p. 3. voto 1. num 9.* & ſimiliter in proceſſu Bartholomei Gonçalez, capti in Ciuitate Oſcenſi ſuper Competentia Iuriſdictionis ſub die 14. Aprilis 1651. & eam reperies *ibidem voto 4. n. 6.* & inſuper in proceſſu Procuratotis Fiſcalis Sedis Cæſarguſtanæ, & Emanuelis de Vera ſuper Competentia Iuriſdictionis ſub die 14. Iunij 1653. quam etiam reperies *in dicto meo Paſtorali voto 7. n. 13.* & prætereà idem fuit practicatũ in proceſſu Procuratoris Fiſcalis Archiepiſcopatus Cæſarauguſtani ſuper Competentia iuriſdictionis de anno 1653. vt videre poteris vbi *ſuprà voto 8. n. 17.* & in aliis pluribus exemplaribus, & ita circa hunc articulum non eſt ambigendum.

29 Iuxta quem intelligere debes, quòd diximus *ſuprà, quæſtione 1. num. 17. & 18. & quæſtione 2. num. 7. cum ſequent.* videlicet, quòd pro eruenda veritate, non ſit adſtrictus Cancellarius ad ſolemnitates, & apices iuris, licèt alias pro efformatione proceſſus ad vnguem teneatur ſeruare formam præſcriptam *in d. foro 1.* & ex hoc patet reſponſum ad ea quæ diximus *ſupra à num. 7. vſque ad 10.*

30 Et quamuis Farinacius *Conſilio 76. n. 1. & ſeq. & conſilio 168. à num. 4. & num. 15. vſque ad 20. incluſiuè tom. 1.* contrarium docuerit impugnando doctrinam noſtri doctiſſimi Portoles, & deciſiones præſentis Regni ſequentes eam; attamen additio ad ipſum Farinacium *in dicto Conſilio 168. num. 21. in fine littera A in verbo, irritantibus,* potiori iure ipſum conuincit fortiori motiuo per hæc verba. *In occurrenti ſimili caſu, & ſi Farinacius aliàs conſulitur, ita vt hic excellentiſſimus conſultor reſponderit, vt videre eſt in eius conſilio 76. num. 1. & ſequent. Sanctiſſimus tamen Clemens VIII. in vna Panormitana immunitatis Eccleſiaſticæ per particulare Breue Panormitano Archiepiſcopo reſcripſit, vt ſuper prædictis qualitatibus criminis excludentibus immunitatem Eccleſiaſticam ſe informaret ſummariè, ſimpliciter, extraiudicialiter, & quantum pro ſua conſcientia informatione ſufficere ſibi viſum fuerit; itaque in illo caſu Sanctiſſimus ille Pontifex verè annuit, non eſſe exquirendam plenam, & concludentem probationem dictarum qualitatum, vt videre eſt apud Montemaram in ſua practica Archipiſcopali cap. 94. folio mihi 511. &c.*

Ex quibus verbis patet, noſtram praxim non ſolùm corruptelam iudicandam fore, prout incongruè contra noſtrum Portoles: aſſerit Farinacius *in dicto Conſilio 168. numer. 20.* Sed imò potiùs appellandam eſſe laudabilem conſuetudinem, & diſpoſitionem, quæ tendit ad rem licitam, & honeſtam, ac ſummoperè neceſſariam; videlicet, pro eruenda veritate: & fouenda iuſtitia ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam, approbante noſtra lege municipali prædictum modum perquirendæ veritatis; & inſuper iuxta ideam & determinationem ſummorum Pontificum attribuentium Cancellario talem facultatem; vt alibi diximus *ſuprà quæſt. 2. num. 8. & 9.* 31

Et præterea conuinci debet Farinacius, vt non iudicaret pro corruptela prædictum modum, cum vltra dictam Panormitanam tot Doctores ex grauiſſimis, & iuridicis fundamentis eam ſequantur: ex quo immeritò, (ſed vt meliùs dicam) temerariè ipſe Farinacius *in dicto conſilio 168. num. 19.* dixit loquendo de deciſionibus, & exemplaribus allegatis à Doctoribus pro confirmatione praxis nuſtri Regni, & Luſitani, hanc clauſulam. *& verè ex prædictis liquet, eas deciſiones non eſſe iuri conſonas, & ideò non attendendas, cùm legibus, & non exemplis ſit iudicandum* l. *Nemo cod. de ſententiis, & interlocutionibus omnium iudicum, &c.* 32

Enim verò pro reconuentione Farinacij nolo quærere alium qui contra eum inſurgat, ſed ſemetipſum, qui *conſilio 211. num. 19. in tom. 3.* ita concludit. *Et licèt de præmiſſis qualitatibus ex-* 33

cludentibus

excludentibus Eccleſiis immunitatem credatur, concludenter conſtare ex proceſſu, negari tamen non poteſt, quin ex præmiſſis ſaltem de illis conſtet præſumptiuè, & hoc ſufficit; prout aliàs declarauit Clemens VIII. in illa Panormitana Homicidij in ſuo breui directo Archiepiſcopo Panormitano regiſtrato per Marc. Ant. Genuen. in ſua practica Archiepiſcopali folio mihi 510. *in quo dixit in hoc ſufficere ſummariam, ſimplicem, & extra iudicialem informationem pro conſcientia ipſius Archiepiſcopi &c.* Hæc Farinacius.

34 Ex quibus ſatis ipſemet conuincitur ex ſua doctrina, & miror quòd vir ille doctiſſimus *in d. Conſ.* 211. mentionem fecerit de prædicta Panormitana, & inſuper docuerit, quòd negari non poſſit ſufficere præſumptiuè conſtare de qualitate delicti pro conſcientia iudicis, quomodo non temperaſſet illam acrem cenſuram, quam protulerat *in dicto conſ.* 168. *num.* 19. *&* 28. de noſtris deciſionibus, & de doctrina noſtri Hieronymi Portoles circa prædictum articulum, cuius reſolutionem ipſe etiam amplectitur *in d. conſ.* 211. *numero* 19. ſequendo illam Panormitanam, quæ in omnibus coincidit cum noſtra praxi, & ſtylo curiæ Cancellarij ab omnibus noſtratibus, & Tribunalibus admiſſo, qui quidem inofenſo pede curtit & obſeruatur.

QVÆSTIO XVI.

Cancellarius intra quod tempus teneatur decidere Contentionem coram eo pendentem?

SVMMARIVM.

Cancellarius tenebatur olim in Aragonia pronunciare Competentiam intra triginta dies. n. 1. & ſeq. *& poſtmodum fuerunt additi alij quinque. n.* 3. & ſeq. *Sed in aliis Regnis Corona ſolùm ſunt triginta. n.*4. & ſeq.

Arbitri electi à partibus pro decidenda contentione tenentur illam declarare intra quinque dies, quibus elapſis, ſi ita non efficiant, deuoluitur ad Cancellarium. n. 2.

Dies dati Cancellario pro declaranda contentione currunt de momento ad momentam à die, & hora, qua illi inſtrumentaliter fuerit intimata. n. 5.

Ignoranti non currit tempus. n. 6.

Dies ſi ſpecificentur in aliqua diſpoſitione intra quos actus fieri debeant, currunt de momento ad momentum. n. 7.

Intimatio contentionis quando fit Cancellario, vt illam decidat facienda eſt inſtrumentaliter cum ſpecificatione diei, & hora. n. 7.

*Iudici ſi non fuit intimata ætas minor vnius ex litigantibus, ex eo operatur, quòd non ſequatur nullitas ſententiæ. n.*8.

*Cancellarius non poteſt abbreuiare, vel prorogare tempus triginta dierum pro efformando proceſſu. n.*9. *Bene tamen, illis concluſis, poterit declarare intra illos alios quinque datos ad pronunciandum. n.* 13. & 14.

Dictio, intra, *ex diametro opponitur dictioni* extra. *n.* 10.

Poteſtas declarandi, vel conficiendi aliquem actum intra determinatum tempus cenſetur denegatum ad aliud vltrà. n. 10.

Actus ſi fieri debet in tempore præfixo, ſi extrà illud exequatur, non valet. n. 11.

Hæres poſt delatam hæreditatem tenetur inchoare inuentarium intra triginta dies, & concludere poſt ſexaginta, nec iudex poteſt alterare, vel prorogare prædictum tempus. n. 12.

*Cancellarius in declaratione contentionis poteſt abbreuiare tempus quinque dierum, datorum ad eum effectum. n.*13.

Tempus appoſitum in aliqua diſpoſitione operatur in fauorem illius cuius contemplatione adiicitur. n. 14.

HVius quæſtionis reſolutio quoad noſtrum Regnum difficultate caret, tam ex forali expreſſa diſpoſitione, quàm ex inconcuſſa, & vniformi praxi, ſine dubio admiſſa, nam tempus aſſignatum in foro antiquo erat triginta dierum, vt patet ex dicto foro 1. *ſub titulo de Competentia Iuriſdictionis* ibi: *Dentro de trenta dias contaderos de el dia, que fueren cumplidos los cinco dias à los dichos Arbitros aſſignados ſea tenido, y obligado, oidas las partes intereſadas, y los Iuezes contendientes, ſi alguna coſa quiſieren deZir, ante el dicho Canceller, declarar la dicha contencion dentro el dicho tiempo &c.* & diximus *ſuprà quæſt.* 1. *n.* 9. & *quæſt.* 2. *n.* 5. 1

Quod ita reſoluunt Portoles *in commentariis ad d. forum* 1. *n.* 30. vbi plura ad intentum congerit; & ibidem Bardaxi *in com. ad tit.* de las Competentias *ad d. for.* 1. *n.* 15. vbi poſtquam dixit, quòd Arbitri 2

primi tenentur declarare contentionem intra illos quinque dies datos à foro ita concludit. *Idem dicas de triginta diebus datis Cancellario; nam licèt forus diſponat, quòd, elapſis quinque diebus, currant triginta dies Cancellario, intelligitur lapſis illis quinque diebus &c.* quòd etiam comprobant Ramirez *de lege Regia* §. 2. *n.* 7. Seſſe *decis.* 113. *in principio num.* 1. *verſ. qui Cancellarius &c.* & *in tractatu de inhibitionibus cap.* 9. §. 1. *num.* 28. *&* 32. Ludouicus Caſanate *in illa celebri, & latiſſima allegatione typis mandata per Don Pedro Gajo de Caſtro* & *in* 3. *fundamento folio* 13.

3 Sed eſt aduertendum; quòd in hoc noſtro Regno, licèt prædicti triginta dies fuiſſent Cancellario aſſignati pro toto termino conficiendi proceſſum, & declarandi contentionem, poſtmodum verò per forum vnicum editum Montiſſone de anno 1585. *ſub titulo de Cancellario Competentiarum*, fuerunt ſuperadditi alij quinque dies, & ita in vniuerſum ſunt triginta quinque, videlicet, triginta pro efformando proceſſu, & qninque pro deliberatione, & declaratione cauſæ; vt diximus *ſuprà in d. q.* 1. & *quæſt.* 2. & notant Portoles, Ramirez, Seſſe, & Caſanate *in locis proximè allegatis.*

Illúdque tempus triginta dierum in
4 Regnis Coronæ obſeruatum reperimus; nam in Cathalonia licèt antiquitùs diuerſimodè tempus eſſet aſſignatum, ad præſens tamen fixum eſt triginta dierum, vt copiosè tradunt Ferrer *p.* 3. *obſeruat. cap.* 172. *circa finem, verſ. poſteà verò in Curia Dertuſa &c.* Cancer *p.* 3. *variar. reſolut. cap.* 10. *num.* 17. vbi allegat Oliban *in vſat. alium namque de iure fiſci cap.* 11. & D. Ludonicus Peguera *in ſua practica cap.* 26. Ripol. *de regaliis, cap.* 11. *num.* 8. *& ſeq.* & pro Regno Valentiæ D. Laurentius Matthæu, & Sanz *in tract. de regimine vrbis, & Regni valentia tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *num.* 9. *&* 10. vbi alios allegat.

5 Et tandem quoad Sardiniam variè etiã, ſicut in Cathalonia fuit practicatum vſque ad annum 1510. nam tunc in Curiis Montiſſone habitis die 2. ſeptembris ampliatum fuit tempus decem dierum, quod tunc habebant ad triginta; vt patet ex pragmatica Regni *tom.* 2. *tit.* 51. *num.* 32. ibi. *No hauiendo eſtorue de alguna enfermedad aya de declarar el dicho Canceller dentro de trenta dias &c.* Quod quidem tempus poſtea fuit confirmatum per concordiam Reginæ Germanæ, vt habetur *in dictis pragmaticis numero* 35. de quo conſulere poteris Vicum *in Comentariis ad pragmati. Sardinia tom.* 2. *tit.* 51. vbi latè agit.

Et notandum eſt; quòd prædicti 6
dies non currunt niſi à die, & hora, qua inſtrumentaliter Cancellario fuerit intimata Competentia, de quo *infrà quæſtio.* 22. *numero* 6. & tunc computantur de momento ad momentum; quia cum ſpecificentur dies, intra quos declaratio fieri debeat, operatur, vt Computatio ſit facienda ab illo inſtanti, Gratianus *tom.* 1. *diſcept. forenſ. cap.* 161. *numero* 20. & exinde quando Cancellario intimatur competentia, notarius conficiens inſtrumentum apponit diem, & horam, quod fieri debet ex his, quæ docet idem Gratianus, *vbi ſuprà tom.* 4. *capite* 725. *numero* 13. vbi probat, quòd quando aliquid eſt faciendum, verbi gratia, intra octo dies, currunt de momento ad momentum, & conſequenter procedit eodem modo in vim prædicti fori. 1.

Quod quidem ita eſt verum, vt Com- 7
putatio dierum in noſtro Regno habeat tractum ſucceſſiuum ex hora intimationis, & non anteà, vt reſoluunt, Portoles, Bardaxi, & cæteri *ſuprà* allegati, quod fundatur in eo; nam ex tunc certioratur Cancellarius, & exinde currit tempus ex regula iuris *in l. quandiu cod. qui admitti ad bonorum poſſeſſionem* &c. Flaminius Pariſius *de reſignat. benef. lib.* 11. *quæſt.* 4. *num.* 38. *cum ſeq.* & tradunt communiter Doctores pro quo facit Gratianus *tom.* 5. *diſceptation. forenſium cap.* 950. *num.* 25. vbi cum multis probat, quodſi iudici non fuerit intimata minor ætas, vel alius defectus, ex eo eius ſententia annullari non poteſt, etianſi illam pronunciauerit cum tali defectu, nam requirebatur ipſius notificatio, & exinde ſimiliter dicendum eſt in Cancellario, quod ſi ad eum deueniat contentio propter diſcordiam duorum Arbitrorum à partibus electorum non currat tempus, donec ei inſtrumentaliter intimetur, & ita ſine dubio, & controuerſia practicatur.

Pro complemento huius quæſtionis 8
aduertendum eſt, quòd Cancellarius non poteſt in noſtro Regno abbreuiare, vel prorogare tempus triginta dierum

pro

pro efformatione proceſſus vt dicemus *infrà, q. 19. n. 6.* quantus pro declaratione in illis quinque ſuperadditis poſſit id efficere;ante complementum illorum vt notauimus *ſuprà quaſt. antecedenti n. 3. & 29.* & dicemus *infrà num.* 13. & in aliis Coronæ Regnis tenetur efformare proceſſum, & declarare contentionem intra prædictos triginta dies, aliàs pro Eccleſia declarata remanebit; vt clarè patet ex diſpoſitionibus foralibus, & concludunt vniformiter Doctores *ſuperiùs* allegati.

10 Ratio eſt, quia cum poteſtas declarandi contentionem ſit reſtricta ad certum tempus per illam dictionem, *intra* quæ ex diametro opponitur dictioni, *extra*, vt cum pluribus tradit Barboſa *de dictionibus vſufrequentibus, dictione* 174. *num.* 1. infertur exinde, quòd extra illud reſtricta cenſetur poteſtas ad dictum tempus, & conſequenter denegata ad aliud *l. ſi vnus* 28. *§. ſi cum Reo ff. de pactis*, Surdus *deciſ.* 203. *num.* 3. Tiraquellus *de retractu conuentionali §. 1. gloſſa* 2. *num.* 46. *& ſeq.* quos cum aliis refert, & ſequitur Gratianus *tom.* 4. *diſcept. forenſ. cap.* 755. *num.* 31. & de hoc etiam agemus *infrà quaſt.* 19. *num.* 6. *& ſeq.*

11 Tum & etiam, quia quoties actus fieri debet in tempore præfixo, non valet, ſi extra illud fiat *l. ſi pupilli* 6. *§. ſed ſi ego ff. de negotiis geſtis*, Rolandus *conſilio* 19. *num.* 12. *&* 13. *lib.* 1. Menochius *conſil.* 121. *num.* 34. *&* 35. *lib.* 2. Gratianus, *vbi proximè cap.* 710. *num.* 14. *&* 19. & exinde tempus à foro præfixum prorogari nequibit, nec Cancellarius diminuere, vel extendere, ex his, quæ aduertit Franciſcus Niger Ciriacus *tom.* 1. *controuerſiarum forenſium controuerſia*
12 127. *num.* 2. vbi poſtquam dixit quòd inter alias ſolemnitates ad conficiendum inuentarium per hæredem illa ſit principalis, quòd terminari debeat intra nonaginta dies poſt delatam hæreditatem iuxta textum *in l. finali §. ſin autem dubius* vbi communiter Doctores *Cod. de iure deliberandi*, & ibidem concludit cum pluribus, quod iudex alterare non poteſt tempus prorogando ipſum, aut limitando &c. Vbi latè proſequitur materiam huius articuli apud quem videre poteris; ergo idem dicendum eſt in Cancellario.

3 Et circa prædicta obſeruare poteris, quòd ſi Cancellarius poſtquam audiuit conſultores, qui ante concluſionem illorum quinque dierum datorum ad deliberandum; vota ſua, & opiniones propalarunt, & renunciarunt; velit eis non finitis declarare ſine incurſione nullitatis efficere poterit; nam cum natura temporis ſit operata in fauorem eius, cuius contemplatione adiicitur, vt docent Baldus, & Florianus *in l. ſi ita relictum §. Pegaſus ff. de legatis* 2. quos refert, & ſequitur Gratianus *tom.* 2. *diſceptationum forenſium capite* 359. *num.* 28. exinde oritur, quòd cum dicti quinque dies ſuperadditi *in d. foro vltimo* Montiſſone, ſint adaucti in fauorem Cancellarij, vt commodiùs poſſet cauſam inſpicere, & inquirere, & eruere veritatem, & tandem declarare; valebit abbreuiare quod in eius fauorem fuit conceſſum, & ita inconcuſsè practicatur, quotidiéque meis temporibus multoties accidiſſe atteſtor.

QVÆSTIO XVII.

Cancellarius an poſſit ſe intromittere, & cognoſcere de meritis cauſæ ſupra quam cadit contentio?

SVMMARIVM.

Cancellarius an cognoſcere poſſit de meritis cauſa, qua dedit motiuum contentioni. n. 1. & ſeq.

Cancellarius cognoſcere ſolùm poteſt de meritis contentionis, non verò litis, qua dedit anſam ad eam efformandam. n. 2. intellige vt 8. & ſeq.

Cancellarius declarare debet tantummodò circa competentiam Iuriſdictionis, non verò, qua ex partibus iuſtitiam foueat in cauſa principali. n. 2.

Cancellarius eſt Arbiter medius inter iudices contendentes de Iuriſdictione, & vltra id nequit ſe extendere. n. 3. intellige, vt 8. & ſeq.

Arbiter ſolùm cognoſcere poterit in his, qua ex compromiſſo reſultant. n. 4.

Arbitrium datum contra formam compromiſſi eſt inualidum. n. 5.

Cancellarius in Regnis Aragonum ſpecificè eſt deputatus ad dirimendas contentiones Iuriſdictionis, & exinde non poterit cognoſcere de meritis cauſæ ſuprà

quam illa cadit, num. 6. intellige, vt 8. & ſeq.

*Arbitri tam iuris, quàm electi à partibus non poſſunt cognoſcere de meritis cauſa, ſed de his tantùm, qua ex lege, vel compromiſſo illis attribuuntur. n.*7.

*Cancellarius incidenter cognoſcere poteſt de meritis cauſa, qua anſam dedit, vt competentia formaretur. num.*8.

*Fines mandati non excedit, qui fecit illud ſine quo principale explicari, & exequi non poteſt. n.*9.

*Cancellarius omnibus modis, & viis tenetur perquirere, & eruere veritatem ad declarandam contentionem. n.*10.

Attendenda non ſunt, qua incidenter, & in conſequentiam veniunt. 10.

*Quaſtio ſtatus ſi ventiletur, eique ſit admixta quaſtio bonorum, poterit Iudex cognoſcere de ambabus. n.*11.

*Iudex poteſt cognoſcere de incidentibus cauſa, licèt alias de illis poteſtate careat, nec quoad ea directè pronunciare valeat, tanquam incompetens. num.*12.

Matrimonij cauſam ſi cognoſcit Iudex poterit etiam pronunciare circa dotem. numer. 13.

Iudex poteſt procedere ad declaranda incidentia cauſa, quando ſunt connexa, licèt aliàs cognitio principalis ſit interdicta. num. 14.

*Iudex incompetens poteſt cognoſcere de cauſa incidenti, ſecus verò ſi ſit incapax. numer.*15.

*Iudex Competens in iudicio praparato, eſt Iudex Competens in Iudicio praparante. num.*15.

*Cancellarius non eſt incapax cognitionis cauſarum ſecularium. n.*16. & 18.

*Iudex Eccleſiaſticus eſt incompetens ad cognoſcendum de cauſis ſecularium non verò incapax. n.*16.

*Laici in pluribus caſibus ſunt directè ſubiecti Iudicibus Eccleſiaſticis. n.*17.

*Cancellarius non eſt incapax cognoſcendi contra laicos de incidentibus, & emergentibus, ſi caſus ad contentionem conducant. n.*18.

*Iudex ſi aliàs ſit incompetens, fit competens per prorogationem partium. n.*19.

Iuriſdictio Cancellarij fuit admiſſa, & approbata in Curiis per quatuor Brachia, qua eas conſtituunt, ſe priuatiuè ſubiiciendo illius declarationi pro terminandis contentionibus Iuriſdictionum. numero 20.

*Iudex laicus an incidenter cognoſcere poſſit de cauſis Clericorum, vel rebus ſpiritualibus, numero.*21. & ſequent.

*Iudex laicus, ad repellendam vim, an per viam protectionis cognoſcere incidenter poſſit de cauſis Clericorum, vel rebus ſpiritualibus.*21. & ſeq.

Iudex laicus, quòd incidenter cognoſcere poſſit de rebus ſpiritualibus, plures defendunt, licèt contrarium tueantur alij numero, & authoritate non inferiores. num. 22.

*Cancellarius pracisè cognoſcere debet de qualitatibus cauſa ſupra quam cadit contentio. n.*23.

*Cauſa principalis influit, vt Iudex cognoſcere poſſit de conſequentibus, & dependentibus ab illa. n.*24.

HAnc quæſtionem in terminis mo- 1
nent noſter Portoles *in Commentariis ad forum* 1. *ſub titulo* de las Competencias de Iuriſdicion *num.* 34. vbi latè agit de hoc articulo, & poſt eum Fontanella *tom.* 2. *decision.* 318. *numero* 4. *&* 11. & magis in ſpecie *deciſ.* 338. §. 12. *&* 22. D. Laurentius Matthæu *de regimine vrbis, & Regni Valentia tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *num.* 132. qui omnes concludunt nullatenus licere Cancellario ſe intro-
mittere, vel cognoſcere de meritis cau- 2
ſæ, ſupra quam exorta fuit contentio, ſed tantummodò declarare, cui pertineat cognitio illius cauſæ, quæ motiuum dedit Curiis, vel perſonis prætendentibus ad ſe pertinere, & conſequenter ſolùm cognoſcere poterit de meritis contentionis motæ, non autem declarare valebit circa litem, quæ dedit anſam, vt talis Competentia formare-
tur pronunciando, quænam ex parti- 3
bus iuſtitiam foueat; quia eius iuriſdictio ad id non prorogatur. Nam cùm Cancellarius ſit Arbiter medius, vt diximus *ſuprà quaſt.* 1. *num.* 2. *& quaſt.* 6. aliiſque locis; conſequenter nequibit ſe extendere vltra id, quod ipſi attribuitur ad eum effectum; vt patet *ex tex. in l.*
non diſtinguamus 32. §. *de officio Arbitri* 4
15. *ff. de receptis Arbitris* ibi. *De officio Arbitri tractantibus, ſciendum eſt omnem tractatum ex ipſo compromiſſo ſumendum, nec enim illi aliud licebit, quàm quod ibi, vt efficere poſſit cautum eſt, non enim quodlibet ſtatuere Arbiter poterit nec in qua re libet: niſi de qua re compromiſſum eſt &c.* Hæc Iuriſconſultus Paulus.

Idemque probari videtur *ex tex. in* 5
cap. Peruenit 3. *de Arbitris*, ex quo deducitur, quòd Arbitrium contra for-

mam

mam comptomiſſi nullatenus tenet, & ita in ſpecie probat, & tradit cum pluribus Franciſcus Niger Ciriacus *tom. 2. controuerſiarum forenſium Controuer.* 350. *num.* 7. *&* 9. vbi ad intentum allegat Rolandum *Conſilio* 88. *num.* 37. *volumine* 4. Surdum *Conſilio* 334. *num.* 8. Riminaldum Iuniorem *Conſilio* 273. *n.* 16. & alios plures.

6 Ex quorum deciſione inducitur ad noſtrum intentum; quòd cum in Regnis Coronæ Aragonum per noſtros foros Cancellarius ſit ſpecificè deputatus ad dirimendas contentiones iuriſdictionum, ad eas tantùm ipſius cognitio prorogatur; non verò ad merita principalis cauſæ, quæ quidem reſeruata remanent, vt de illis cognoſcat curia, in cuius fauorem Competentia declaretur; vt latè reſoluit Portoles vbi proximè *num.* 35. qui cum Franco *in cap. ab Arbitris num.* 1. concludit; prædictam reſolutionem ha-
7 bere locum non ſulum in Arbitris electis à partibus, ſed etiam in Arbitris iuris, & conſequenter in Cancellario, apud quem videre poteris; nam latè agit de hoc articulo, & copioſè Fontanella *in dicta deciſione* 338. §. 12. & expreſsè patet *in Conſtitutione Cathaloniæ volumine* 2. *tit. de Contentione iuriſdictionum*, & ex verbis claris concordiæ Reginæ Eleonoriæ, & ideò omnes conueniunt in prædicta concluſione.

8 Sed ſubdubitari poteſt, quod etſi fateamur Cancellarium non poſſe ſe directè intromittere in meritis cauſæ principalis, an incidenter, & indirectè in concernentibus ad declarationem competentiæ id efficere valeat. Et videtur dicendum ipſi, id licere non vt per eius declarationem proceſſus, qui cauſam dedit contentioni abſolutè regulari debeat, taliter, quòd terminatus iudicetur; bene tamen, vt ex illa cognitione incidenti, quam Cancellarius perquiſiuit, cauſa contentionis per eum terminanda maiorem in ſe iuſtificationem contineat propter declarationem illius incidentis, factam à Cancellario, vt cauſa principalis, faciliùs, & clariùs exequi poſſit.

9 Et ratio eſt, quia quis non excedit fines ſibi mandatos, & præfinitos, ſi illos fecit ſine quibus principale commodè explicari, & exequi non poteſt. *l. quid tamen* §. *ſi arbiter, de receptis arbitris*, & notat gloſſa *in d. l. non diſtinguemus* 32. §. *de officio* 15. *verbo, cautum eſt eodem titulo*, & etiam ibidem alia gloſſa marginalis *littera G. verſ. fines ſibi*, & ergo ſi incidens cognitio quoad merita cauſæ denegaretur totaliter Cancellario, nequiret explicare, & exequi quod principaliter eſſet neceſſarium ad pronunciationem contentiouis, & daretur repugnantia cum dicto foro 1. ſub titulo *de las competencias* qui quidem voluit, vt Cancellarius omnibus modis iudicialiter, vel extra iudicialiter verbo, vel ſcripto etiam ad aurem perquireret veritatem; ex qua perquiſitione declarat, & iudicat, quod iuſtum, & æquum reſoluerit ſecundum Deum, & bonam conſcientiam.

Et exindè præciſè in conſequentiam conceditur, vt incidenter de meritis cauſæ cognoſcat; ex quo nulla iniuria irrogatur partibus, nec aliquam detractionem ſentiunt curiæ contendentes ex regula iuris, quòd non ſunt attendenda, quæ incidenter, & in conſequentiam veniunt *l.* 1. *ff. de authoritate Tutorum l. is qui ff. de liberali cauſa. l. ſi quis nec cauſam*, vbi latè Iaſon *à n.* 3. *vſque ad* 23. *ff. ſi certum petatur*, cum aliis pluribus adductis per Gonçales, qui alios allegat ad regulam octauam Cancellariæ, *gloſſa* 45. §. 1. *n.* 35. Ergo quamuis dicamus Cancellario directè eſſe interdictum, ne cognoſcat de meritis cauſę nullatenus ei denegandum eſt, quod incidenter ad bonum illius exitum conducere poteſt, iuxta textum *in lege quoties* 3. *Cod. de iudiciis* per hæc verba. 10

Quoties quæſtio ſtatus bonorum diſceptationi concurrit nihil prohibet, quominus apud eum quoque, qui alioquin ſuper cauſa ſtatus cognoſcere non poſſit diſceptatio terminetur &c. 11

Idémque patet *ex l.* 1. cum duabus ſequentibus *Cod. de Ordine iudiciorum*, ex quibus expreſsè colligitur, quòd Iudex poteſt cognoſcere de incidentibus cauſæ, licèt aliàs de illis careat poteſtate, nec quoad ea tanquam incompetens pronunciare valeat. 12

Quod etiam probatur ex textu *in cap. de prudentia* 3. *de donationibus inter virum, & vxorem* per hæc verba. *De prudentia veſtra miramur, quod cum verbis cauſam Matrimonij, quæ vertebatur inter N. & M. commiſiſſemus terminandam, & vos conſanguinitatem inter eos inuenientes ſententiam diuortij tuliſſetis de dote, quam mulier à viro repetebat quidquam ſtatuere diſtuliſtis: quia igitur vos, qui matrimonio principaliter cognouiſtis, & de dote (quæ eſt cauſa incidens) acceſſoriè cognoſcere valuiſtis, & ſententialiter deffinire.* Et de quo videre 13

incidenter cognoſcere poſſit de cauſis Clericorum, vel rebus ſpiritualibus ſaltem per viam protectionis ad repellendam vim cohoneſtando illud propter antiquam conſuetudinem, & ex aliis pluribus fundamentis pro vtraque parte ponderatis ſummo conatu, & excogitatis non minori ſtudio, vt videre poteris penes Peñam *in meis recollectis decisionibus ipſius tom.1.deciſ.480.per totam*, & penes Dianam *tom.6.tract. 1. reſol.29.* & *tom.7.reſol.* 18. & innumeros referens Salgado *de Regia protectione part. 1. cap.1.in principio n.16.& 17.& præludio 3. num.* 217.*pagina mihi* 35. Torreblanca *in tractat. de Magia lib.3.cap.26.num.9. & ſeq.* quibus iunge Doctiſſimum D. Ioannem de Solorçano *tom. 2. de Indiarum Gubernot. lib. 2.cap.28. num.23.* & *lib. 3. cop.3.num.34. & 35.* Et ex noſtris Aragonenſibus latiſſimè Cenedo *in ſuis quæſt. Canonicis quæſt.45.per totam.* Seſſe *de inhibitionibus cap. 8.§.3.à n.10.& 15. cum ſequent.* & remiſſiuè Portoles *in ſcholiis ad Molinum in §.ſeu verbo Apprahenſio el ſegundo num. 97.& ſeq.* Cancer *lib. 3. variarum cap. 14. de immunitate num.7.* D.Franciſcus Leo *tom. 2. lib. 2. deciſ. 208.per totam*; vbi prædicti doctores plures alios allegant, diſputantes latiſſimè prædictum dubium, eíſque addere potes Barboſam *in Paſtorali*, qui diffusè agit de materia *p. 3.allegat. 84.à num. 16. cum ſeq.*

22 Ex quorum dictis colligo ad noſtrum intentum (nam de veritate huius articuli modò non diſputo, cùm non ſit proprium noſtri inſtituti,& copiosè penes prædictos Doctores ſit exagitatus, & nouiſſimè plura cumulans notatu digna idem Barboſa *in tract. de vniuerſo iure Eccleſiaſtico lib.1.cap.39.à num.160. cum ſeq.vſque in finem*: vbi copioſiſſimè cumulat,& refert conſuetudines,& ſtylum Prouinciarum, & Regnorum in quibus talis praxis obſeruatur, quam neruosè impugnat, & contradicit: infero ergo, quòd cùm Iudex Laïcus ſit omninò incapax, & prohibitus, ac totaliter remotus, vt directè,& immediatè cognoſcat de rebus ſpiritualibus iuxta textum *in cap.2. de Iudiciis*, vbi Decius *num.24.* Ripa *num.* 13. Vantius *de nullitatibus titulo ex defectu iuriſdictionis num.* 54.*cum ſeq.* Couarruuias *de Sponſalibus cap.8.§.3.num 4.& § 12.num.3.*
23 & tradunt communiter Doctores, eo tamen non obſtante, concludunt tot numero, vt deducitur ex proximè allegatis, qui defendunt, quòd incidenter poterit Iudex ſecularis cognoſcere de rebus ſpiritualibus, ſaltem per viam protectionis ad repellendam vim, quòd quidem abſolutè loquendo non caret inſpectione,& ſpeculatione:ergo à fortiori idem admittendum eſt in Cancellario, qui non habet incapacitatem, nec prohibitionem, aut reſiſtentiam iuris, vt id efficere valeat ad bonum exitum contentionis.

Præcipuè ſi attendamus, quòd ex vi 24
ſuæ propriæ iuriſdictionis præcisè cognoſcere debet de qualitate cauſæ ſupra quam cadit contentio, quomodo ergo qualitatem indicare poterit, qualíſque illa ſit, ſi non guſtauerit, nec egerit de principali cauſa, & exinde cum ei attribuatur poteſtas ad inquirendum de qualitatibus, tanquam conſequentibus ab ipſa cauſa principali, ſaltem incidenter, hæc cognoſcenda eſt; nam ad illas peruenire nequit, quin priùs de hac liqueat. *L. ad rem mobilem l. ad Legatum ff.de procuratoribus l.1.§.1.ff. ſi vſusfructus petatur l. 2. ff.de Iuriſdictione omnium Iudicum, cum aliis*, & docent Antonius Gomez *tom.1. Variarum reſolutionum cap. 3.num.23.verſ. quarto facit, &c.* Cardinalis Tuſcus *tom.2.littera C.concluſione* 757. Eſcobar *de ratiociniis cap. 25.num.* 11. & dixi *in meo tract.de intruſione cap.17.n.* 12.

Ex quibus concludendum eſt poſſe Cancellarium, (imò teneri,) pro eruenda veritate, & pro vera,& iurìdica declaratione contentionis cognoſcere incidenter de cauſa principali, quæ anſam dedit ad illam efformandam, & poſt hæc ſcripta idem docet, & pro omnibus Regnis Coronæ concludit Cortiada *in ſua praxi contention. deciſ.74. à num.75.vſque* 78.

QVÆSTIO XVIII.

Cancellarius ſi intra triginta dies dubium contentionis non declamauerit, quid agi debeat?

SVMMARIVM.

Cancellarius tenetur declarare contentionem intra triginta quinque dies. num.1.

Modus terminandi contentiones Iuriſdictionum in Aragonia fuit ſtatutus, ad euitanda ſcandala, & fraudes. n.1.

dicta reſolutio ad propoſitam quæſtionem, cum ex ipſo facto legis, contentio remaneat declarata in fauorem Eccleſiæ ſine Cancellarij, aut alterius cuiuſque miniſterio; nam cum dictus forus vtatur illa dictione, *ipſo facto*, reſpiciendo tempus præteritum, & præſens intra quod contentio declaranda veniat, importat idem, quod Cano latæ ſententiæ; vt docent Soccinus iunior *conſilio* 68. *num.* 37. *&* 38. *lib.* 3. quem refert, & ſequitur Cardinalis Tuſcus *tom.* 2. *practicarum concluſionum littera D. concluſione* 302. *num.* 3. Barboſa *de dictionibus vſufrequentibus dictione* 178. *num.* 1. vbi plures allegat.

4 Sequitur exinde, quòd non eſt opus aliqua declaratione, aut aliquo alterius facto, quoties ſine prnunciatione Cancellarij tempus Competentiæ fuerit concluſum; quia ipſo facto in fauorem Eccleſiaſticæ Iuriſdictionis remanet, ſopita, & tunc ſecularis ſilere tenetur ſine appellatione, & recurſu; vt dicemus *infra quæſtione* 30. *num.* 10. *& ſeq. & num.* 34.

5 Hæcque reſolutio vniformiter, & communiter practicatur apud omnia Regna Coronæ, & in noſtro ita docent Portoles *in ſcholiis ad d. forum* 1. *num.* 57. Ramirez *de lege Regia* §. 2. *num.* 8. Seſſe *in tract. de inhibitionibus cap.* 9. §. 1. *n.* 28. Bardaxi *in Commentariis ad forum quartum* de la competencia de Iuriſdicion *in fine pag.* 319. vbi ſic concludit. *Ita quod ſi intra dictos triginta dies cauſa competentia non terminatur per dictum Cancellarium, erit habita, pro terminata in fauorem Eccleſia; vt dicitur in foro* 1. *ſuprà aliter enim ſi id non intelligatur de vento ſeruiret forus iſte &c.*

6 Ex cuius doctrina colligere debes, quòd ſicut in caſu, in quo Cancellarius non declarauerit Competentiam intra prædictum tempus, remanet pro Eccleſia, provt etiam diximus *ſuprà quæſt.* 6. *num.* 2. ſic ſimiliter, & eodem modo, ſi deficiat Cancellarius, vel alio legitimo impedimento ſit detentus, ne contentionem terminare valeat iuxta ea, quæ diximus *ſuprà quæſt.* 9. *&* 10. & locum tenens Generalis, vel Regens generalem gubernationem reſpectiuè in ſuis caſibus, & occurrat aliqua competentia in illo tunc, quando Cancellarius eſt impeditus, & factâ illis intimatione ipſius renuant, vel nolint intra quatuor dies, computandos à die intimationis, nominare ſubſtitutum, qui emergentem contentionem terminet, habetur pro legitimè intimata vniformiter, ac ſi effecta fuiſſet ipſimet Cancellario ad effectum, vt tranſactis illis diebus foralibus, habeatur pro declarata in fauorem Eccleſiæ; aliàs (vt ait Bardaxi vbi proximè) inutilis, otioſa, & de vento eſſet diſpoſitio illius fori quarti.

7 Nec conſequeretur finis ob quem iſte modus terminandi contentiones fuit introductus, qui quidem in omnibus Regnis Coronæ pariformiter practicatur, ſicut & in hoc noſtro, provt in Cathalonia obſeruant Ferrer *parte* 3. *obſeruationum cap.* 172. *verſ. poſtea verò in dictis capitulis, circa medium, folio* 153. *columna* 3. Fontanella, qui alios allegat *tom.* 1. *de pactis nuptialibus clauſula* 4. *gloſſa* 13. *p.* 3. *num.* 5. *fol.* 338. Peguera *in praxi criminali cap.* 26. *num.* 7. *verſ. vlteriùs ad rectè formandum &c.* & in Regno valentiæ plures referens D. Laurentins Matthæu de Regimine Regni, & ciuitatis Valentiæ *tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *num.* 10. Et pro Sardinia Regens Vico ad Pragmat. Regni *tom.* 2. *tit.* 51.

8 Et cauſa propter quam ita fuit diſpoſitum, vt in prædicto caſu pro Eccleſiaſtica, & non ſeculari Iuriſdictione, declarata remaneret contentio, deſumi poteſt ex eo; quia Eccleſiaſtica iuriſdictio iudicatur præeminentior propter cauſam Religionis, quæ animos inclinat ad eam præferendam, venerandam, & anteponendam, de quo vide Seſſe, qui multa cumulat, & plures allegat *deciſ.* 113. *num.* 47. *tom.* 2. *& de inhibitionibus cap.* 9. §. 1. *num.* 8. *cum ſequen.* & copioſè Ramirez *de lege Regia* §. 2. *à num.* 17. *& ſeq.* & exinde æquiparatur; *Soli*, tanquam luminari Maiori; ſecularis verò *Lunæ*, tanqnam luminari Minori; vt habetur, *in cap. ſoliti* 6. §. *præterea de maioritate, & obedientia*, & accuratè aduertit Ramirez vbi *ſuprà d.* §. 2. *n.* 2.

10 Et meritò; nam Eccleſia dicitur in ſacra ſcriptura myſticum Corpùs Chriſti Roma. 12. 5. 1. Corinth. 10. 17. 12. 27. Eph. 1. *verſ.* 22. *&* 23. *&* 4. *verſ.* 4 12. 16. & in aliis pluribus locis, quæ cum ab eodem Chriſto ſit mundata quodammodo dicitur plenitudo ipſius, Epheſ. 1. 23. éſtque ſponſa Dei, *Pſal.* 45. *verſ.* 11. 12. Ezechi. 16. 8. Os. 2. 19. Matthæi 16. 15. 2. éſtque ſuper ipſum Chriſtum fundata Pſal. 118. 12. Matthæi 16. 18. & 21. 42. Lucæ 20. 17. Nihil ergo mirum eſt, quòd noſtri maiores hanc prærogatiuam attribuere voluerunt; & de hoc

articulo

Digitized by Google

articulo plura congerere poſſemus,quæ apud Sanctos Patres,& Sacram Scripturam diſperſa reperiuntur, eáque conſultò omittimus, cùm nemo hanc reuerentiam, hócque obſequium denegare valeat, vt fas eſt.

11 Et exinde docuit Maranta *de ordine iudiciorum p. 4.tit. iudicium ſeculare, & Eccleſiaſticum diſt.* 11. *num.* 19. *&* 20. quòd quando Clericus, & laïcus ſunt exequutores teſtamentarij poteſt Eccleſiaſticus iudex compellere laïcum, tanquam adiunctum, vt in ſuo tribunali compareat, ad quod allegat Barbaciam *in rubrica de officio delegati, columna* 2. quem ſequitur Iaſon *in lege ſi emancipati columna 4.in principio cod. de Collationibus.* Et conſequenter hanc prærogatiuam, tam iuri, & rationi conſonam voluerunt
noſtri fori Eccleſiæ concedere, atten-
12 dentes ad id, quod Reges, & Principes
ſupremi in obſequium Religionis varia priuilegia,& exemptiones conceſſerunt Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis ad effectum, vt anteponerentur laïcis, & eximerentur ab illorum omnimoda dependentia, & Iuriſdictione quoad perſonas, eámque à ſolis Eccleſiaſticis iudicibus mutuarent;vt colligitur ex gloſſa in Authent. *Item nulla communitas, verbo, ab Eccleſia, Cod. de Epiſcopis, & Clericis*; & latè docet Portoles ibi *ſuprà num.* 57.*&* 58. alia motiua adducens.

13 Quibus magis in ſpecie ponderari poteſt quod tradit Ludouicus Romanus *conſ.* 265.*num.*2. vbi quærit,apud quem peti debeat reductio, ſeu appellatio, & ita concludit. *Quoniam aduertendum eſt, quòd cum laïcus, vel clericus adinuicem litigant, vel compromittunt ad conſiderandum, ad quem appellari debeat, vel reductio peti, non debet litigantium perſona conſiderari, ſed iudices, aut Arbitratoris iudicantis, ſeu laudantis; quoniam ſi iudex, aut Arbitrator fuerit ſecularis perſona, appellari debet ad iudicem ſecularem, aut reductio peti; ſi verò Eccleſiaſtica appellabitur, ſeu reductio petetur ad iudicem Eccleſiaſti-*
14 *cum. Si verò ius dicentes, ſeu Arbitratores fuerint mixta perſona, quia vnus Clericus, alter laïcus ex eo, quia clericatus dignior trahit ad ſe laïcum,minùs dignum, petetur reductio ad Eccleſiaſticum iudicem.* Hæc Romanus; vbi *in additione littera F.* multa cumulantur; quam ſententiam docent etiam Bartolus, & Iaſon, quos refert, & ſequitur Maranta vbi *ſuprà in d.p.4.ſub titulo, Iudicium ſeculare, & Eccleſiaſticum* 11. *diſtinct quaſt.* 14. *&* 15.*n.* 19.*&* 20. optimè Gratian. *tom.* 1. *diſcepta. foren. cap.* 100. *n.* 51. ibi *provt dicimus de cauſa commiſſa clerico, & laico, à quorum ſententia, ſi contingat, appellari, adeundus erit iudex Eccleſiaſticus, tanquam dignior &c.* vſque huc Gratianus, qui *num.* 52. cum Mandoſio diſtinguit in arbitratore pro reductione, vel in iudice quoad appellationem apud quem videre poteris.

Ex quorum doctrina infero ad noſtrum intentum, quod ſi quando iudices, vel Arbitri ſunt mixtæ perſonæ appellatio, ſeu reductio ab illorum ſententia debet fieri ad Eccleſiaſticum, tanquam digniorem; eodem prorſus modo in præſenti, quando contentio non fuit declarata intra tempus pro Eccleſiaſtica Iuriſdictione declarata cenſeatur, enim vero cùm noſtri fori tam enixè attenderunt, ne contentiones Iuriſdictionum indeciſæ remanerent, ad euitanda damna, & obuianda ſcandala, quæ experiebantur, (vt diximus *ſuprà quaſt.* 1.*&* 3.) præuenerunt, quòd tranſacto tempore deſtinato ad eum effectum in caſu non declarationis; deciſa remaneret pro Iuriſdictione Eccleſiaſtica ob motiuum proximè relatum, cui etiam fauet, quod diximus de appellatione, vel reductione habente mixturam Eccleſiaſtici, & ſecularis, ita vt prior anteponi debeat poſteriori, 15

Hócque roborari poteſt *ex cap. Romana §. debet, de appellationibus*, ex quo probatur, quòd in cauſis, in quibus Epiſcopi habent Iuriſdictionem temporalem, ex illorum ſententiis appellandum eſt ad Archiepiſcopum, etiam ſi ſint in cauſis prophanis, vel cauſæ, vel perſonæ ſint ſeculares; non verò ad tribunalia ſecularia, dummodò tamen ſpeciale ius aliud non inducat, provt latè etiam reſoluit Suarez de Paz *in praxi* 5. *p. tomi ſecundi cap. vnico num.* 4. *circa medium, verſ. inſuper ab Epiſcopis habentibus ciuilem* &c. 16

Quod quidem fit ex eo, quia licèt Epiſcopus habens temporalem Iuriſdictionem ſit Dominus temporalis, attamen excellentia dignitatis Eccleſiaſticæ trahit ad ſe illam ſecularem, quæ iudicatus minùs excellens, & exinde cùm appellatio fieri debeat ad ſuperiorem, ideò *in dicto textu* diſponitur, quòd fiat ad Archiepiſcopum; non verò ad iudicem ſecularem, ex quo non in noſtro caſu deducere poſſumus, quòd cùm in hoc Regno competentia ſemper terminari 17

nari debeat ex motiuis ſuprà relatis, vel propter expreſſam Cancellarij declarationem, vel tacitam propter tempus finitum, in quo caſu neutra partium pro ſe reportat ſententiam: in tali dubio fauor Eccleſiæ, tanquam excellentioris præualere debuit, vt pro ea terminata cenſeatur, quia ipſius iuriſdictio maiori dignitate fulget *cap. ſi Iudex laicus, de ſententia excommunicationis in ſexto*; latè Seſſe *deciſ.* 113 *n.* 47. optimè, & pulchrè Fontanella *de pactis nuptialibus t.* 1. *clauſula* 4. *gloſſ.* 12. *à num.* 85. *cum ſeq.* vbi accuratè cum pluribus reſoluit, quòd quoties res eſt dubia in cauſis Eccleſiæ, declaratio ſemper fieri debeat in fauorem ipſius quem omnino videbis ad intentum.

18 Tandem hic aduertere libet, optimum, & ſalubre conſilium eſſe, vt quoties aliqua contentio ſit dubia, & intricata taliter, quòd adæquatè veritas perquiri nequeat, aut diſputationes iuris, vel facti turbidæ reperiantur, tunc optimè Cancellarius efficiet, ſi declarationem contentionis non pronunciet; ex quo pro illo tunc Eccleſia victoriam reportabit, & donec poſteà ſimilis caſus accidere poſſit maturo conſilio, & ſerio ſtudio præueniri valebit; cum quo ſatisfit, ne aliqua ex iuriſdictionibus damnum, ſeu detrimentum ſentiat, cum expreſſa Cancellarij ſententia non ſit prolata, ex qua adduci poſſit pro deciſione, & exemplari; & motiuum dedit mihi ad hoc aduertendum, quòd accuratè

19 proponit Fontanella *tom.* 2. *de pactis nuptialibus clauſula* 7. *gloſſ.* 2. *parte* 10. *num.* 59. vbi refert, quòd cùm certa contentio ſe offerret in quodam articulo ſatis dubio, *an* ſcilicet, *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcens de cauſa diuortij, & ſeparationis Matrimonij, poſſet etiam cognoſcere de reſtitutione dotis?* & poſtquam pro vtraque parte fundamenta propoſuit *à num.* 55. *vſque ad* 58. *incluſiuè*, tandem ita concludit. *Satius duxerunt cauſam non declarare, qui eſt Ordinarius procedendi modus in hoc tribunali in cauſis difficilibus, non declarare intra tempus, ne trahatur in conſequentiam; quod pro hac, vel illa opinione fuerit declaratum. Verum eſt, quòd pro Eccleſia ſtat victoria, cùm cauſa non declaratur iuxta iura noſtræ Patriæ; remanet ergo adhuc cuique locus in tali negotio ſpeculandi, &c.* Hæc Fontanella. Cui in hoc articulo deferendum cenſeo, & concludendum, quòd non eſt opus aliquo miniſterio, vel facto quoties contentio non fuerit per Cancellarium intra tempus deciſa; nam tunc ex ipſo foro remanet declarata pro Eccleſia, eiúſque Iuriſdictione.

QVÆSTIO XIX.

Cancellarius an poſſit prorogare dies datos à foro ad decidendum dubium contentionis?

SVMMARIVM.

Cancellarius an poſſit prorogare tempus praſcriptum à foro pro decidenda contentione. num. 1.

Cancellarius in Cathalonia, Valentia, & Sardinia iuſtâ ſubſiſtente cauſâ, poteſt prorogare tempus datum pro decidenda contentione num. 2. & ſeq. *ſecùs tamen in Aragonia. n.* 6. & ſeq.

Impedito non currit tempus. n. 2.

Cancellarius in Sardinia, ſi ſit infirmus, poterit prorogare tempus triginta dierum, intra quos aliàs tenetur pronunciare. n. 3.

Impedimentum infirmitatis æquiparatur aliis quibuſcumque impedimentis. n. 4.

Infirmitas excuſat, & præſeruat à quocumque actu præiudiciali. n. 5.

Infirmitas eſt cauſa neceſſaria præcauendi quemcunque actum præiudicialem. n. 5.

Tempus datum Cancellario ad decidendam contentionem eſt numericè præfixum taliter, quòd non admittat prorogationem. num. 6. *&* 11.

Verba, infra octo dies ab hodie, *includunt tempus de momento ad momentum. n.* 7.

Adimplens extra diem conuentum eſt in mora, & cenſetur renunciare iuri ſibi competenti. num. 8.

Iudex qui cognoſcit ſola veritate inſpecta, non debet prorogare deciſionem eius. n. 9.

Cancellarius ſi ſit impeditus, ne poſſit declarare contentionem intra tempus à foro ſtatutum, ſubrogandus eſt alius intra quatuor dies, qui cauſam decidat. n. 9.

Expreſſum in aliqua lege, vel ſtatuto facit ceſſare tacitum. n. 10.

Tempus datum Cancellario ad decidendam contentionem, ſi ſine declaratione ſit tranſactum ipſo facto, remanet illa pro Eccleſia. n. 11. *&* 12.

Locumtenens Generalis, vel Gerens generalem gubernationem, ſi intra quatuor dies non ſubrogauerit alium in locum Cancellarij impediti, tráſactis diebus foralib. remanet pro Eccleſia cōtētio declarata. n. 13.

Stylus

Stylus Vnius Curiæ non poteſt induci ad ſtylum alterius, quæ ſit difformis, & vſu ibidem receptus. n. 14.

1 TEmpus datum Cancellario, ad terminandas contentiones in Aragonia, multoties diximus eſſe triginta, & quinque dierum; vt patet ex annotatis *ſupra quæſt.* 16 *n.* 1. *& ſeq.* & *in quæſt. antecedenti n.* 1. *& ſeq.* aliiſque in pluribus; modò ſuo ordine ſequitur inquirendum; *an Cancellarius poſſit prorogare prædictum tempus?* Et videtur dicendum poſſe id efficere, iuſta ſubſiſtente cauſa infirmitatis, vel alterius legitimi impedimenti.

2 Nam certum eſt, quòd impedito non currit tempus *l.* 1. *§. finali Cod. de Annali exceptione cap. quia diuerſitatem*, vbi communiter Doctores *de Conceſſione præbendæ cap. finali de electione*; & plures referens Barboſa *in tractat. de Axiomatibus iuris vſu frequentibus, axiomate* 116. & conſequenter, quòd ſi ex aliqua legitima cauſa, vel impedimento non valeat contentionem declarare, licèt aliàs ſine illo efficere nequeat, eo tamen ſubſiſtente, poterit tempus prorogare.

3 Quæ quidem reſolutio confirmari poteſt ex quadam diſpoſitione Regis Ferdinandi in Curiis habitis Montiſſone pro Regno Sardiniæ ſub die 2. Septembris 1510. *cap.* 16. & habetur, *in ipſius Pragmaticis tom.* 3. *tit.* 51. *n.* 32. vbi ſtatuitur, quòd Cancellarius decidat dubium intra triginta dies. *No haviendo eſtorno de alguna enfermedad*, *&c.* & ita docet Regens Vico ad proximè dictam Pragmaticam in margine, & pro Regno Cathaloniæ videtur inſinuare Peguera *in ſua praxi crimin. cap.* 26. *n.* 7. *verſ. vlterius &c. circa medium*: in alio ſubuerſiculo *Niſi forſan Curia Eccleſiaſtica*, *&c.* Ergo exiſtente infirmo Cancellario dabitur
4 prorogatio temporis ad decidendam contentionem; ſed impedimentum infirmitatis æquiparatur, & pari paſſu procedit cum aliis quibuſcumque impedimentis, vt aduertunt Abbas *in cap. querelam columna* 1. *ad medium verſ. ſed tu breuiter, &c. num.* 4. *de procuratoribus, & columna vltima ad finem num.* 10. Caldes *de reſtitutione in integrum verbo, per quod priſtinum &c. num.* 56. quos refert, & ſequitur Gratianus *tom.* 1. *diſcept. forenſium cap.* 19. *num.* 22. & *cap.* 18. *num.* 14. *&* 15. vbi plura adducit, quæ in præſenti ponderari poſſunt: Ergo quoties Cancellarius habuerit aliquod impedimentum poterit tempus prorogare.

Præcipuè ſi ſit infirmitatis, quæ excuſat, & præſeruat à quocumque actu præiudiciali, Franciſcus Niger Ciriacus *lib.* 1. *Controuerſ. forenſium controuerſia* 57. *num.* 32. taliter vt nedum ſit cauſa excuſationis, ſed & etiam neceſſaria. Berous *Conſilio* 18. *num.* 78. *columna* 3. Thomas Actius *in tractatu de infirmit. cap.* 8. & ferè per totum, quos refert, & ſequitur Ciriacus, vbi proximè *controuerſia* 150. *num.* 45. & conſequenter, ſi adſit impedimentum, inducens cauſam propter quam Cancellarius non poſſit per ſe declarare, fas erit ei prorogare terminum. 5

His tamen non obſtantibus, in hoc noſtro Regno contrarium dicendum, & obſeruandum iudico ſecundùm noſtras diſpoſitiones forales, & praxim admiſſam, quidquid in Cathalonia & Sardinia, & aliis obſeruetur ad tradita per Vicum & Pegueram *vbi ſuprà*, & per Don Laurentium Marthæum *de Regimine Regni, & Ciuitatis Valentiæ tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *num.* 129. *&* 130. & latiſſimè Cortiada *in praxi conten. tom.* 1. *deciſ.* 21. *ferè per totam* præcipuè *n.* 23. & Moueor ex his quæ diximus *ſuprà quæſt.* 16. *num.* 9. *& ſeq.* vbi latè probauimus; quòd cùm tempus à foro conſtitutum, vt Cancellarius declaret, ſit numericè præfixum, & determinatum per dictionem, *intra*, ex eo nun admittitur prorogatio, vt extra 6
illud exequi poſſit, aut vt ad eum effectum in longius protrahatur. Illud enim verbum, *intra*, vel *infra*, includit tempus de momento ad momentum, vt docet Gratianus *tom.* 4. *diſceptationum foren. cap.* 725. *num.* 13. *&* 14. Cuius verba cum valdè ad intentum conducant referre libet, quæ talia ſunt. 7

Maximè, quia promiſſio ratificationis de qua ſtipulator ſibi prouidit erat facienda intra octo dies ab hodie; quæ verba includunt tempus de momento ad momentum, Baldus *Conſilio* 457. Reuerendus Pater *n.* 3. *l.* 3. Tiraquellus *de retractu*, Lignagier §. 1. *gloſſa* 11. *num.* 36. Rota diuerſorum *deciſione* 75. *lib.* 2. *Vnde erat. opus oſtendere iſtam facultatem in termino conuento, cum extra illum adimplens ſit in Mora, &c.* Hæc Gratianus ex cuius doctrina colligitur, quòd cùm per forum ſit ſtabilitum, vt intra vel infra triginta, & quinque dies contentio dirimatur, includunt tempus de momento ad momentum, vt dicemus *infrà quæſt.* 58. Ergo non poterit dari prorogatio: enim verò cùm Tribunal Cancellarij procedat ſola veritate attenta, 8

tenta,non debet,nec eſt æquum, vt pro-
rogatio admittatur,vt aliàs docuit Fran-
ciſcus Niger Ciriacus *tom. 1. Controuerſi.
foren. controuerſia* 10. *numero* 59. maxi-
mè ſtante diſpoſitione forali ſtatim pon-
deranda.

9 Præcipuè cùm iam ſit ſtatutum per
noſtros foros ; quòd ſi Cancellarius ſit
impeditus,vel aliqua infirmitate deten-
tus , & ex eo non poſſit contentionem
declarare,quòd tunc Locumtenens Ge-
neralis,vel Gerens generalem guberna-
tionem reſpectiuè in ſuis caſibus tenean-
tur ſubrogare alium pro Cancellario
proprietario , qui durante eius impedi-
mento cauſas contentionum decidat ; vt
patet ex latè deductis *ſuprà quæſt.9.& qu.
10.* Ergo clarè patet ex hoc, quòd Can-
cellario fuit abdicata poteſtas prorogan-
di tempus;cum forus ſtabiliat , quòd in-
tra quatuor dies præcipuè prædicti do-
mini teneantur , nominare ſubſtitutum,
iuxta ea quæ diximus *in q.anteced.n.6.* &
conſequenter voluit,vt non daretur pro-
rogatio.

10 Et cùm hoc ſit expreſſum in foro facit
ceſſare tacitum ex regula *tex.in l. cùm ex
filio impuberi ff.de vulgari,& pupilari ſubſti-
tutione l. Maritus Cod.de procuratoribus*,&
tradunt Caſaneus *in conſuetudinibus Bur-
gun.rubrica* 13.§.1.*n.*5. *in principio* Surdus
conſilio 57. *n.* 22. latè Cardinalis Tuſcus
to.3. practicarum concl. littera E concluſione
656.& alij plures,& conſequenter nulla
facultas prorogationis temporis admitti
debet ; quod ſatis clarè colligitur ex his,
11 quæ annotauimus *ſupr.n.7.& in d. qu.16.*
vbi diximus tempus declarandi conten-
tionem eſſe præciſum , curreréque de
momento ad momentum;& exinde non
licere illud abbreuiare , aut in longius
prorogare.

14 Præterea,quia manifeſtè conſtat,quòd
ſi Cancellarius intra illos triginta quin-
que dies datos ad efformandum proceſ-
ſum,& decidendam contentionem, non
pronunciauerit;tunc habetur declarata
pro Eccleſia;vt patet ex deductis *in qu.
antec.* Si igitur forus præuenit hunc ca-
ſum , rectè colligitur voluiſſe expreſsè
claudere hos, & nullatenus permittere,
quòd vltra prædictos dies prorogetur
cauſa,aliàs ſi prorogatio admittetetur,il-
lo fauore,& prærogatiua,quàm fori no-
ſtri attribuere voluerunt , Eccleſiæ, de
fraudata remaneret per hanc viam,quod
13 non eſt dicendum. Ex quibus conclu-
dendum videtur, nullatenus in noſtro
Regno eſſe petmiſſum Cancellatio pro-
rogare dies datos à foro ad decidendum
dubium contentionis,etiamſi aliàs legi-
timè ſit impeditus.

Nec obſtant quæ contra prædictam
reſolutionem abduximus *ſuprà n.2.* nam
ad primum reſpondetur, quòd licèt fa-
teamur impedito non currere tempus ;
attamen in noſtro caſu prædicta regula
nullatenus verificari poteſt , cùm vllo
tempore dici poſſit Cancellariũ eſſe im-
peditum : enim verò ſi aliquod impe-
dimentum habeat , tunc ſtatim (id eſt
intra quatuor dies) ſubrogandus , &
nominandus eſt alius , qui durante im-
pedimento cauſam, vel cauſas decidat
vt annotauimus *ſuprà in dicta quæſtione 9.
& 10.* Ergo prædicta regula non po-
teſt adaptari quoad Cancellarium ,
cum munus ſemper debeat eſſe expedi-
tum , vt per ſe , vel ſubſtitutum nomi-
natum intra dictos triginta quinque dies
contentionem pronunciare teneatur, &
ſi non ita fecerit, ipſo facto remanet pro
Eccleſia , tam ſi ipſe non declarauerit,
quàm ſi Locumtenens Generalis , vel
Gerens generalem gubernationem reſ-
pectiuè alium non ſubrogauerint intra
illos quatuor dies computandos à noti-
tia impedimenti Cancellarij, vt aduertit
Bardaxi *in Commentariis ad forum quar-
tum ſub titulo, de las Competencias de Iuriſ-
dicion in fine pag.* 319.*col.2.* & ſæpe dixi-
mus, & conſequenter non contradicit
prædictæ reſolutioni.

Sicut nec ſimiliter obſtat ſecunda 14
conſideratio adducta *ſupr.n.3.* licèt enim
in Sardinia,vel aliis Regnis talis proroga-
tio admittatur,& ſtylus ita obſeruet ; at
in noſtro Regno ſtantibus *ſuprà* ponde-
ratis fundamentis ex mente noſtrorum
fororum , & ex his,quæ noſtri Practici
aduertunt,non poteſt deduci argumen-
tum ex praxi vnius Regni ad praxim al-
terius;cùm de ſtylo vnius Curiæ ad aliã
inferri non liceat , ſi ſit difformis, vt do-
cent Baldus *in l.certum n.* 11. *Cod. Vnde
legitimi*, Aufrerius *ad deciſ. Toloſan.* 15.
& ita declarauit Rota *in vna Caſalen.
beneficiorum* 29. *Ianuarij* 1590. *Coram
D. Peña*, & habetur *in meis recollectis
ipſius tomo* 1. *deciſione* 78. *numero* 5. *& pe-
nes ſanct. Memo. Ludouiſ. ſeu Gregorij XV.
deciſione* 352. *numero* 8. vbi *annotatio
numero* 11. aliàs allegat , & exinde ad
prædictum effectum non debet fieri il-
latio de ſtylo, & praxi aliorum Regno-
rum Coronæ ad noſtrum;in quo ſemper
attenditur, ne contentiones prorogen-
tur vltra tempus à foris præſcriptum,

præueniendo caſus in quibus aliqua di latio contingere poſſit, vt diximus *ſupra n.7. & ſeq.* & ſic Cancellarius intra prædictum tempus inueſtigate debet veritatem, & tutus erit, vt aliàs cecinit Ouid. 1. *Triſt.* 1.

Iudicis officium eſt, vt res, ita tempora rerum.

Quærere, quaſito tempore tutus eris.

QVÆSTIO XX.

Cancellarius vbi decidere debeat dubium contentionis?

SVMMARIVM.

Tribunal dicitur locus vbi cauſa deciduntur. n.1.

Tribunal diffinitur, vt ſit locus ſublimis, & editus in quo conſidentes Magiſtratus ius dicunt. n.2.

Locus, vbi Magiſtratus ſedent pro cauſis decidendis, appellatur Tribunal. n.2.

Locus, vbi Iudices ius dicunt, debet eſſe certus, & deſtinatus cum hora, & tempore, vt partes ad illum accedere poſſint pro conſequenda Iuſtitia. n.3.

Tribunal Cancellarij exiſtit ipſius domus propria. n.4 & ſeq.

Conſultores nominati à Cancellario ad conſulendam contentionem accedere debent ad ipſius domum vbi Tribunal conſtituitur ad horam eis deſtinatam. n.5. Quod extende *ad Aduocatos, & Procuratores etiam Fiſcales D. N. Regis. n.6.*

Cancellarij officium eſt excellens, & continet in ſe praclaras prarogatiuas. n.7.

Conſiliarij nominati à Cancellario pro ambabus Iuriſdictionibus ad decidendum contentionem ferè ſemper ſunt doctiores, & digniores, qui reperiuntur. n.7.

Pratorij munus apud Romanos fuit aſtimabile, & venerabile, ex eo quòd Tribunal habebat in interiori atrio domus ſua. num. 8.

Cancellarij munus aliquo modo mutuat de prarogatiuis, & excellentiis, quibus Prator Romanus vtebatur. n. 9.

Negotia maiora per Iudices maiores terminari debent, & minora per minores. n.10.

Iuriſdictionem habere, eſt valde aſtimabile. num.11.

Cauſa contentionum, qua in Tribunali Cancellarij ventilantur, indicanda ſunt pro cauſis magni ponderis. n.11.

Iudices, & ſeniores Iſraël referebant cauſas ad Sacerdotes, vt quibus cum Deo, Iuſtitia fonte, res eſſet. numero 12.

Cancellarius eſt Arbiter iuris, & declarat ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam, non ſe adſtringendo ad apices Iuris. numer. 13.

Cancellarius aquiparatur Principi ſupremo in eo, quòd ab eius ſententia non admittatur appellatio, ſed ſolum Deum habeat vltorem. n.14.

Maioritas iuriſdictionis arguit maioritatem dignitatis, & praeminentia ei debita. n.15.

Iudex debet ferre ſententias in loco maiorum ſuorum, vbi ita obſeruabant. n. 16.

PRo verà reſolutione huius quæſtio- 1
nis ſupponendum eſt, locum, vbi
cauſæ decidantur, appellari Tribunal, ſi-
ue ius; vt patet ex *l. ius pluribus modis. §.*
alia ſignificatione finali ff. de Iuſtitia, &
iure, quæ ita air. *Alia ſignificatione ius di-*
citur locus, in qua ius redditur: appellatio-
ne collatâ ab eo quòd fit in eo, vbi fit. Quem
locum determinare hoc modo poſſumus, vbi-
cumque prator ſalvâ maieſtate Imperij ſui,
ſaluoque more maiorum ius dicere conſti-
tuit, is locus rectè ius appellatur, &c. vbi
plura adducit Albericus, & diſputat; an,
& quomodo ſit de ſubſtantia iudicio-
rum, vt fiant in loco vbi conſuetum eſt
iura reddi.

Et S. Iſidorus diffinit; vt ſit locus ſubli- 2
mis, & editus, in quo conſidentes Magi-
ſtratus ius dicunt. Et Magiſtratus ius di-
centes ſedebant in loco ad eum effe-
ctum deſtinato; vt aduertit gloſſa *in c.1.*
verbo, Iudex, de ſententia, & re iudicata;
& exinde Iuriſconſulti vtūtur hac peri-
phraſi, qui Tribunali præeſt, vel qui pro
Tribunali cognoſcit, vt habetur *in l. 1. in*
fine ff. de Iudiciis, & *in l. 2. ff. de re iudicata.*

Vnde cùm illi ſuper omnes, & de ma- 3
ximis iudicent, vt habetur *in cap. alio-*
rum 9. q. 3. congruum, & neceſſarium eſt
vt fiat in loco certo, & deſtinato ad eum
effectum cum hora, & tempore oppor-
tuno, vt litigantes quærere poſſint Iuſti- 4
tiam, illiſque per Iudices miniſtrari,
de quo plura penes D D. reperies: ſed
ad noſtrum intentum ſufficiat tetigiſſe
prædicta, vt intelligamus præciſum, &
neceſſarium eſſe Cancellarium habere
locum diſtinctum Tribunalis, vbi ius
dicat, decidendo contentiones, & ex
eo inquirere, vbi exiſtere debeat.

Et dicendum eſt, locum Tribunalis 5
Cancellarij fore efformandum in pro-
pria domo ſuæ habitationis ad quam ac-
cedere tenentur quatuor Conſultores ad
arbitrium

arbitrinm ſuæ voluntatis per ipſum nominati ad horam eis deſtinatam; vt annotauimus *ſuprà quæſt. 1. n. 11. & ſeq.* & *q. 8. num. 9. &* 13. vbi etiam diximus modum, & formam ſedendi, & aſſiſtendi, & ita in ſpecie docent Ferrer. *p. 3. obſeru. cap. 172. in fine, verſ. adde quòd nouiſſimè, &c.* ibi. *Quòd Cancellarius cauſas contentionum declarare debet in eius domo, & in eadem Curia, &c.* idem probat noſter Ramirez *de lege Regia* §. 2. *num.* 7. Suchus *conſ.* 41. *num.* 12. *lib.* 2. & in Curiis habitis Barcinone de anno 1554. per S. M. Philippi II. reperitur expreſsè ita ſtatutum, vt habetur *in pragmat. Sardiniæ to. 2. tit.* 51. *num.* 41. vbi ita legitur: *Place à ſu Mageſtad que ſe haga la declaracion en caſa del Canceller, &c.*

6 Ex quibus non eſt ambigendum, aut dubitandum, quin locus ad declarandam contentionem debeat eſſe domus propria Cancellarij: vbi terminari, & decidi debeat accedendo ad illam, tam Conſultores, quàm Aduocati, & Procuratores, etiam Fiſcales D. N. Regis, & alij, qui ad prædictum effectum dependeant, vel ſint neceſſarij; & in hoc noſtro Regno ſine aliquo dubio, contradictione, vel reſiſtentia practicatur, & obſeruatur non ſolùm in Conſultoribus pro Eccleſia deputatis, ſed etiam ab aliis electis ex Dominis Togaris, ex Regiis Audientiis huius Regni per ipſum Cancellarium ſelectis, vt experientiâ, & praxi vniformi patet; & diximus *ſupra quæſtione* 1. *n.* 10. *& ſeq.*

7 Ex quibus oritur non leuis excellentia officij Cancellarij præter ponderatas *ſuprà quæſt.* 4 *num.* 15. *& quæſt.* 11. *num.* 4. & in aliis pluribus; cùm videamus ab eius ſola declaratione, non ſolùm pendere, ad quam ex iuriſdictionibus Eccleſiaſticâ, videlicet, vel ſeculari pertineat illud ius, quod contenditur, ſed etiam, quòd id fiat in ſua propria domo, aſſiſtendo ei quatuor viri Illuſtres tanquam Aſſeſſores, & Conſiliarij, ſed non vltra, & ferè ſemper eliguntur, qui doctiores, & digniores iudicantur, & reperiuntur, non tamen ſe aſtringendo ad ſequendum eorum vota, & opiniones, vt latè diximus *ſupra quæſtione* 13. & 14.

8 Quod quidem quantam magnitudinem in ſe contineat nemo eſt, qui non videat cùm ſcriptum reperiamus, quòd illud ſupremum munus Prætorij apud Romanos tam æſtimabile, & venerabile ſumpſit illam excellentiam, noménque accepit, & ita fuit appellatum, quia in interiori atrio domus ſuæ Tribunal reſidebat Teſte Laurentio Beierlinch *in* 9 *Magno Theatro vitæ humanæ tom.* 7. *verbo Tribunal in fine pag.* 208. & conſequenter videtur dicendum in hac parte Cancellarij munus mutuare excellentiam, & magnitudinem Prætoris Romani vel ſaltem ſuam domum fulgere nobilitate præturiâ.

Vnde cùm minora per minores Iudices, & maiora per maiores debeant diffiniri iuxta illud, quòd conſuluit Ietro (Moiſi *Exod.* 13.) ſequitur quod cùm in Tribunali Cancellarij omnes cauſæ, quæ ventilantur ſint ex maioribus, tum propter cauſas, quæ ventilantur; tum quia contendentes ſint partes formales ipſi Iudices Eccleſiaſtici, & ſeculares prætendentes ad ſe Iuriſdictiones pertinere, quod quidem iudicatur, & verè eſt eſtimabilius alio quovis iure, vel intereſſe, hócque declarat Cancellarius ſupra illos Iudices cum tali prærogatiua, vt non detur appellatio, ſeu recurſus ab eius ſententia; meritò igitur cenſendus eſt Iudex maior, & vt talis conſonum eſt rationi, vt in ſua propria domo exiſtat locus Tribunalis in quo contentiones terminentur. 10 11

Et conſiderari poteſt, quòd Iudices & Seniores Iſraël grauiores cauſas referebant ad Sacerdotes, vt quibus cum Deo iuſtitiæ fonte, res eſſet; vt habetur *Deut.* 18. & ideò quodammodo philoſophari licèt ad intentum, quòd noſtri maiores voluerunt conſtituere hoc Tribunal non ſolùm quoties lis verteretur inter Iuriſdictiones, vt conſuleretur Cancellarius; ſed imò quòd eius declarationi tanquam factæ per verum oraculum cognitorem iuriſdictionum ſtandum eſſet, & ſine appellatione, & recurſu ipſius deciſioni obedirent; vt diximus *ſupra*, & latiùs *infra quæſt.* 61. Quid igitur mirum eſſe poteſt, vt officium Cancellarij prædictâ tali prærogatiuâ honoretur? 12

Maximè, quia vt ſæpè diximus *ſuprà q.* 12. *n.* 33 *& q.* 13. *n.* 1. *&* 5. *&* 12. eſt Arbiter iuris, & tenetur iudicare ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam; nec pro eruẽda veritate adſtrictus exiſtit ad apices, & ſolemnitates iuris, imò, & ab ipſo perquiſita, factáque declaratione, prolatáque ſententia nullus datur recurſus, vt annotauimus *ſuprà quæſtione* 13. *num.* 7. *& quæſt.* 15. *num.* 16. Exinde ob collatum ei Arbitrium æquiparatur Principi ſupremo qui non poteſt 13

Tract. de Competentiis.

réprehendi, nec ab eius ſententia ſupplicatio admitti *l. 1. Cod. de officio Præfect. Prætor. l. 1. ff. à quibus appellari non liceat*, & cum Deciano *conſil. 47. in princ. libri primi*, & Menochius *Conſ.* 318. *num.* 51. *lib.* 9. aliàs docuit Gratian. *tom. 1. diſcept. foren. capite* 146. *numero* 26. de quo videre poteris Crauetam *conſ.* 198. *num.* 7. *volum.* 2.

15 Ex quo oritur alia non inferior huiuſmodi muneris magnitudo, & manifeſtatur quantum ei deferri debeat, vt concedatur illa præeminentia conſtituendi, & efformandi Tribunal in propria domo, & conſequenter excelſitas maior reſpectu aliorum Iudicum, & cùm maioritas iuriſdictionis arguat, etiam maioritatem dignitatis eidem debitæ; vt plures referens docet Gratianus *vbi proximè cap.* 111. *num.* 76. *& ſequen.* conſequenter cum Iuriſdictio Cancellarij reſpectu contentionum ſit ſupra iuriſdictiones Iudicum Eccleſiaſticorum, & ſecularium, cùm ille terminet ſine appellatione, aut recurſu, aut alia qualibet ſupplicatione (vt iam diximus) ad quem pertineat illa iuriſdictio, quæ

16 contenditur: Ergo maior iudicandus erit, & conſequenter tribuendo ei dictum obſequium, ſequendo quod noſtri maiores obſeruare voluerunt, videlicet, quòd in domo ſua propria ſententias proferret; licèt enim verò per forum non ſit expreſſum, attamen contrarium nunquam fuit viſum, aut auditum, & in ea forma omnes anteceſſores Cancellarij ita practicârunt: & exinde locum habet, quòd ex Bartolo *l. fin. ff. de Iuſtitia, & iure per eum tex.* tradit Gratian. *tom. 4. diſcep. foren cap.* 655. *n.* 10. *&* 11. quòd Iudex debet ferre ſententias in loco maiorum ſuorum, vbi id efficere ſolebant: quapropter cùm maiores Cancellarij id effecerint in propria ſua domo, & vſque ad præſens ſine contradictione, aut aliquo dubio, vel impedimento exiſtit ipſius Tribunal ad eum effectum deſtinatum in hoc noſtro Regno, non eſt ambigendum de reſolutione certa *ſuperius* aſſignata de qua aliqua dicemus. *infrà q. 62.*

QVÆSTIO XXI.

Cancellarius an credere poſſit Teſtibus receptis ſine partis citatione?

SVMMARIVM.

Teſtium receptio facta contra non citatum eſt nulla. n. 1. & ſeq.

Pars citari debet in receptione teſtium. n. 1. & ſeq.

Cancellarius non debet adhibere fidem teſtibus examinatis ſine partis citatione. num. 3. & 9. *intellige*, vt 14. & 17. cum ſeq.

Iudex, etiam ſi procedat ſolâ facti veritate attentâ; non debet adhibere fidem teſtibus examinatis ſine partis citatione. n. 4. & ſeq.

Sed contra n. 10. & ſeq.

Citatio ad videndum iurare teſtes eſt neceſſaria, etiam ſi extraordinariè, & in cauſa ſummaria examimentur. n. 5. & ſeq.

Teſtes repetendi ſunt cum citatione partis, etiamſi procedatur ſolâ veritate inſpectâ, aut in caſibus in quibus proceditur argumentis, & præſumptionibus. numero 6. & 7.

Citatio ad videndum iurare teſtes non poteſt omitti, etiam in cauſa commiſſa cum clauſula, omni ſolemnitate omiſſa, *num.* 8. & 9.

Citatio ad videndum iurare Teſtes non poteſt omitti, etiam per Principem, illiſque fides non adhibetur, quamvis coram Papa examinentur. n. 8. & 9.

Iudex procedens cum poteſtate, prout ſibi videbitur opportunum, pro eruenda veritate ſecundùm eius conſcientiam, non poteſt examinare Teſtes ſine partis citatione. n. 8. & 9.

Teſtes omni exceptione maiores examinati coram Rege, vel alia grauiſſima perſona fidem faciunt, etiamſi minùs legitimè fuerint examinati. n. 10.

Teſtes minùs ſolemniter examinatus facit aliquale indicium. n. 11.

Teſtis depoſitio, ſi ſit veriſimilis, valet etiam parte non citata, ſi fiat apud bonos, & & graues viros, qui procedunt ſolâ facti veritate attentâ. n. 12. & ſeq.

Iudex, qui procedit ſolâ facti veritate inſpectâ, poteſt etiam credere Teſtibus receptis ſine partis citatione. n. 13.

Iuriſperitus non debet hærere in reſponſo, &

delibe

deliberatione caſus occurrentis, etiam quod neminem reperiat, qui in ſpecie illum decidat. n.15.

Iudicibus ſpectat iudicare, & vnicuique ius ſuum attribuere ſecundum regulas iuris. n.15.

Opinio, qua diſtinguendo conciliat contrarias ſententias, amplectenda, & ſequenda eſt, nam diſtinguens ſe approximat veritati. num.16.

Cancellarius fidem adhibere non debet Teſtibus examinatis in proceſſu ſine partis citatione, quoad effectus reſultantes in foro poli. ex ipſo proceſſu, ſecus extra eum n.17. & 19. intellige, vt 20. & ſeq.

Teſtis ſi examinetur cum partis citatione meliùs eruitur veritas facti ſine illius nocumento. n.18.

Pars cur citari debeat ad examen teſtium. num.18.

Cancellarius pro eruenda veritate ad decidendam contentionem admittere tenetur quamcunque probationem iudicialem, vel extra iudicialem etiam ad aurem. num.20.

Iudex procedens ſecundùm facti veritatem ad eam eruendā habet largas habenas. 21.

Cancellarius poteſt extra proceſſum inquirere veritatem per Teſtium depoſitionem ſine partis citatione, illiſque fidem adhibere. n.22. & 30.

Teſtes examinati ſine partis citatione fidem faciunt, ſi ſtylus ita admittit, etiam in criminalibus. n.23.

Citatio ad examen Teſtium tolli poteſt, ex ſtatuto, vel conſuetudine, cum in illa principaliter non conſiſtat partis defenſio. num.24. & 26.

Teſtes recepti in Generali Inquiſitione cōtra hæreticos repeti debent in particulari coram duabus perſonis religioſis, ſi non ſit ſtylus contrarius. n.25.

Iudicium, ſine cauſa initium ſumere debet à citatione, aliàs erit nulla, nec contrarium induci poteſt ex ſtylo. n.27. intellige, vt 28.

Defenſio partis principaliter non conſiſtit in eo, quòd examen Teſtium fiat cum illorum citatione. n.29.

Cancellarius ad declarandam contentionem tenetur facere merita non ſolùm ex his, quæ reſultant ex proceſſu, ſed etiam ex aliis, quæ extraindicialiter (etiam ad aurem) perquirere poterit. n.30.

1 PRo intellectu dicendorum ſupponendum eſt, quòd Teſtium receptio facta contra non citatum eſt nulla; quia de iure in illorum receptione citanda

eſt pars *l. ſi quando* 19. vbi communiter DD. *Cod. de Teſtibus*: ibi *Teſtes accipere, & alterutra parte præſente, quæ eos introducit Teſtimonia eorum capere, &c.* Idémque probatur *ex capit. in nomine, in fine, eodem titulo*, ibi: *Ecce admonendus eſt*
2 *ſemper aduerſarius: vt ad audiendos Teſtes veniat: quod quia hic omiſſum eſt, neceſſarium eſt, vt quòd contra legem factum eſt non habeat firmitatem, &c.* quam generalem concluſionem ab omnibus Tribunalibus receptam eſſe, ſatis liquet; & pluries declarauit Rota, vt habetur *in meis recollectis Peñæ tom.* 1. *deciſ.* 38. *num.*2. & *deciſ.* 50. *numero* 10. & *deciſ.* 257. *num.*11. & *deciſ.* 746. *n.* 1. & 2. & *in tom.* 2. *deciſ.* 972. *num.* 2. & *deciſ.* 1156. *num.* 10. & *in aliis pluribus*, Ludouic. ſeu Gregorius XV. *deciſ.* 268. *num.* 2. Caualerius *deciſ.* 275. *num.* 1. & *in Poſthum. Farin. part.* 1. *deciſ.* 530. *num.* 2. & innumeros referens tradit Idem Farin. *in praxi criminali, tomo* 2. *titul. de oppoſitione contra examen Teſtium, quæſtione* 72. *à numero* 1. *cum ſequentibus.*

3 Ex quibus dicendum videtur, nullatenus poſſe Cancellarium credere Teſtibus ab ipſo receptis, & examinatis ſine partis citatione, cum in eo inconuenientia, quæ ius conſiderauit, experiri valeant, ad quæ euitanda ipſum ius decreuit, vt de Teſtibus receptis, & examinatis ſine partis citatione conſideratio aliqua non fiat declarando, quòd talis defectus ſit notoria, & ineuitabilis nullitas, & conſequenter, quòd aliqua fides ipſis non adhibeatur.

4 Et ex hoc motiuo docuit Oſaſcus *deciſ. Pedemontana* 79. *num.*9. & 18. prædictam concluſionem locum habere in cauſis, in quibus Iudex procedere debet, & poteſt ſolā facti veritate attentā, cúmque ſequitur Ioan. Fran. Hondedeus *conſ.* 101. *volumine* 1. qui cum *n.*5. *& ſeq.*
5 dixiſſet neceſſariam eſſe partis citationem ad videndum inducere, & iurare Teſtes, etiamſi extraordinariè, & in cauſa ſummaria examinarentur *num.*10. ita concludit Riminal. Iunior ac deciſ. Pedemontana 79. *num.* 19. dicunt idem procedere, etiamſi in cauſa ſola facti veritate inſpecta procedi poſſet iuxta opinionem Bartholi *in extrauaganti ad reprimenda in verbo Figura colum. fin. verſ. ſed an præſente parte, &c.* & ibi Riminal. *num.* 102. *de communi teſtatur, &c.*

Quibusadhæret Farin. vbi proximè *in d. tit. de oppoſitione contra examen Teſtium*, qui cum prædictam concluſionem propoſuerit, poſtmodum in tertia ampliatione ipſam extendit ad plures caſus, *& num.* 17. ita ait. *Et idem in cauſis in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta voluit Oſaſc. &c.* & affert concordantes, reprobato Decio contrarium tenente *Conſil.*54.*col.* 2. & eſt communis, quamuis contrarium affirmare auſus fuerit Burſat. *Conſ.*355.*n* 29.*lib.* 4. *&c.*

7 Et ponderari poteſt ad intentum quod notat additio nouiſſima ad Iuli. Clarum in impreſſis Genouæ de anno 1636. *libr.* 5. §. *fin. quaeſt.* 45. *in verbo, caeterum littera X. verſ. adde, quod teſtes num.* 34 *&* 35. *pag.* 213. per hæc verba *Item adde, quod teſtes ſunt repetendi, parte citata etiam, quòd procederetur ſola facti veritate inſpecta, vel eſſemus in caſibus in quibus proceditur argumentis, & præſumptionibus, vt in deciſione Pedemontana* 79. *numero* 19. *& etiam vbi cauſa committatur, omni iuris ſolemnitate omiſſa, nec poſſet omitti Citatio etiam per*
8 *Principem ſecundum Abbatem Conſilio* 46. *volumine* 2 *nec Teſti examinato Coram Papa creditur ſine Citatione partis* Grammaticus *deciſione* 103. *numero* 233. *vel etiam in cauſa Homicidij de nocte commiſſi, quæ fuiſſet commiſſa cum ampla auctoritate procedendi, inquirendi, Carcerandi, & torquendi pro inueniendis, & puniendis delinquentibus, prout ſibi videbitur oportunum arbitrio ſuo, & ſecundum eius conſcientiam, vt per Simonem de Pretis conſ.*202.*n.*7. *&c.*

9 Ex quibus videtur; quòd ſi Teſtibus examinatis coram Papa, Principe, vel alia ſuprema dignitate, aut coram Iudice habente poteſtatem procedendi omiſsâ omni iuris ſolemnitate, & ſolâ veritate inſpectâ, ſeu cum delegatione ampliſſimæ poteſtatis, prout ſibi videbitur opportunum arbitrio ſuo, & ſecundùm eius conſcientiam, fides non adhibetur, ſi fiat ſine partis citatione; conſequenter concludendum videtur, quòd nec debet nec poterit Cancellarius credere Teſtibus receptis ſine partis citatione.

10 His tamen non obſtantibus contrarium probat, & deduci poteſt ex adductis à Franc. Burſato *Conſ.* 345.*n.* 29. *volumine* 4. per hæc verba. *Tertiò adhuc dico omnia contenta in dictis declarationibus, & atteſtationibus diuerſorum perſonarum de quibus in facto, etſi ſine partis citatione emiſſis, probare quando ſunt Teſtes omni exceptione maiores, graues viri, & coram Rege producti, qui ideò fidem plenum facere ſolent, etiamſi illegitimè examinati, etiam coram grauibus perſonis*, Crauetta *conſ.*198. *in fine, & maximè cum proceditur de facto, ſola veritate inſpecta in Audientia Cathol.* M.Marſilius *ſingul.*434. *vel vbi de cauſa abſque aliqua iuris ſolemnitate, vt in præſenti, cognoſcitur*, Rimaldus *conſ.*75.*n.* 3. *volumine* 1. *&c.*

Ad id adducitur Crauet. *conſ.* 198. 11
num. 11. vbi ita ſcribit. Et Teſtis minùs ſolemniter examinatus facit aliquale indicium, Alexan. *conſ.*147.*col.*1.*l.*6. Soccin. *conſ.*267. *colum* 6. *& conſ.*291. *col.* 10. *lib.*2. Aret. *conſ.* 164. ſicut Ioannes, *colum.*2.*verſ. Praeterea Teſtis, &c.* dicit, *quòd talis Teſtis debet concludere apud graues viros, qui iudicant ſola veritate inſpecta, &c.*

Prætereà ad intentum ponderari po- 12
teſt, quòd docuit Farin. vbi *ſuprà in d. quaeſt.*72. qui in decima quarta limitatione prædictæ concluſionis pro prima opinione adductæ concludit *n.* 70. *limitat.* 14. quando Teſtis depoſitio eſſet veriſimilis, quia tunc valet parte non citata apud bonos, & graues viros, qui inſpecta ſola facti veritate procedunt, Decius *conſ.*54.*num.*2.*verſ. poſtremò ſuperiùs lib.*2. Marſ. *ſingulari* 343. *in fine verſ. ſed vltra, &c.* poſt. Bal. Francum Aret. Iaſon. Decian. *in locis per eum citatis, &c.*

Et magis in ſpecie pro hac ſecunda 13
opinione concludere videtur Franciſcus Niger Ciriacus *contr. foren. controuer.* 40. vbi cum Ruginel. *pract. quaeſt. cap.*1.*n.*122. & Alciato *conſ.*211.*in fine lib.*9. aliàs eſt, conſilium 786. ita *n.*7. prædictus Ciriac. concludit: *imò Iudex, qui procedit, ſola facti veritate inſpecta, poteſt etiam credere Teſtibus receptis ſine citatione partis, &c.*

Hæc ſunt, quæ pro ambabus opinio- 14
nibus prædicti DD. reliquerunt ſcripta, quorum verba ad litteram ponere decreui, vt diſtrictio, à nobis *infrà* adhibenda, meliùs ad ſcopum propoſitæ quæſtionis clarior appareat reſpectu Cancellarij; & vt ex aliis fundamentis ponderandis veritas eluſceſcat. Vnde (amātiſſimè Lector) hæc cognoſcere potui ad ſumendā reſolutionem. Verùm cùm pro vtraque parte viri doctiſſimi, & tanti pōderis tam contrarij inter ſe reperiantur, nec apud noſtros Practicos, aut exteros aliorū Regnorum Coronæ, vbi vigent Tribunalia Cancellariorum, eiſdem ferè modis, & obſeruationibus ſicut in noſtro, vt diximus

mus *ſup. q. 1. n. 16.* & in aliis pluribus non ſit aliquid obſeruatum, aut dictum circa hunc articulum, ſumma cum ratione attenta mea imbecillitate, poſſem vtiq; memetipſum retrahere ad imponendā manum, & declarandum, quid reſolui valeat; fretus tamen auctoritate eorum, quæ in ſimili caſu diximus *in noſtro Paſtoral. Regul. p. 3. vot. 8. num.* 22. audebo propalare, quod meo paruo iudicio ſpeculari potui, & , vt exequi valeam, liceat tranſcribere, quę ibidem *in d. voto* 8. dicta reliqui, vt ſi fortaſſe, ille meus liber ad manus lectoris non peruenerit, id legere valeat, cum ſummoperè meum animum eneruare valeat in hoc conflictu.

15 Cum enim ſe offerret caſus ille ſatis rarus, & extraordinarius in illa contentione occurrens, nec ab aliquo diſcurſus, aut excogitatus reperiretur, nec ab aliquo præuentus, aut deciſus, cōpulſus fui ratione muneris Cancellarij (quod tunc exercebam) non ſolùm meum iudicium interponere, & declarare; ſed & etiam propalare motiua, quæ me inducebant ad illam pronunciandam in fauorem Eccleſiæ de quo *infra q. 98.* & ita ſe habet. Quare cum caſus præſens ingenia torſerit (non enim reperitur in terminis, & in indiuiduo, neque diſputatus, neque deciſus) ideò præciſè recurrendum eſt ad ea, quæ ſunt magis conformia iuri, & foris noſtri Regni, & maiorem connexionem, & ſimilitudinem cum noſtro caſu habent iuxta doctrinam Decij *in cap. cum in cunctis in principio num. 32. de electione*, quem ſequitur Sotterius *de re beneſi. lib. 1.* in apparatu vbi docet Iuriſperitum non debere hærere in reſponſo, & deliberatione, etiam quod neminem reperiat, qui in ſpecie decidat caſum, cum ipſe poſſit ex ſe reſoluere, aliàs excluderetur hæc qualitas ab ipſis Iuris luminibus, qui ſunt propriiſſimè Iudices, ad quos ſpectat iudicare, & Ius ſuum ſecundum regulas Iuris vnicuique tribuere & cui adſtipulatur Portellus *de dubiis regularibus verbo*, *Profeſſio* Hermaphodrite, *in addit. in vltimo quæſito num.* 13. vbi cum quidam caſus nouus ab eo eſſet decidendus, ita concludit cum Comitolo *in prima parte de contract. in communi c. 10. per totum. Cùm igitur noui caſus ſint iudicandi, vel ex ipſa æquitate, quæ ſupplet, vel moderatur legis, teſte Comitolo, vel ſint decidendi ex deciſione caſuum ſimilium credo &c.*

Vnde in conflictu ad decidendam hanc quæſtionem, diſtinctione vtendum eſſe arbitror; nam, vt ait Surdus alios allegans *conſ. 58. num. 1.* opinio, quæ diſtinctionis fœdere concordat contrarias ſententias DD. amplectenda, & ſequenda eſt, quia diſtinguens ſe approximat veritati; vt tradit Fontanella *de pactis nuptialibus tom. 2. clauſ. 5. gloſa 8. p. 9. num. 34.* & latiùs dixi *in meo tractatu de intruſione quæſt. 9. num. 12.* ideò in præſenti duo tempora conſiderare debemus. 16

Primum, quod reſultat, vel reſultare 17 poteſt ex proceſſu iam facto, vel faciendo pro decidenda ipſa contentione, vt de per ſe ſolo merita efficiat quoad effectus Iuris, & vt Arbitri nominari pro conſulendo Cancellario iudicium efforment, & renuntient, quid de Iure, & de foro reſultet; & tunc teſtes examinatos ſine partis citatione ad eum effectum fidem non facere, clarè deducitur ex *dicta lege ſi quando cod. de Teſtibus*, & in *d. cap. in Nomine eodem titulo*, eſtque omnium Doctorum concors reſolutio; & conſequenter in illo articulo reſultante ex ipſo proceſſu facto coram Cancellario non eſſe adhibendam fidem teſtibus examinatis ſine partis citatione dicendum eſt, ſi ſolum & ſtrictè habenda foret ratio ad proceſſum, etiam dato, quòd Cancellarius procedat ſolâ veritate inſpectâ, & in hunc ſenſum intelligendi, & interpretandi ſunt Doctores *ſuprà* allegati pro prima opinione.

Et ratio eſt; quia ſi teſtis examinetur 18 cum partis citatione, veritas facti reſultans ex ipſo proceſſu meliùs, & exactiùs erui valet ſine aliquo nocumento partis; & exinde ſententia cum maiori ipſius iuſtificatione, & ſatisfactione proferetur; ſi enim pars fuerit citata poterit opponere talem exceptionem teſti, per quam omnino illius teſtimonium debilitetur, taliter, quòd de ea ratio fieri non debeat in proceſſu, vt deducitur ex *cap. ex parte 7.* & *ex cap. teſtimonium 54. de Teſtibus*; & tradit Rebuffus *in tractatu de reprobat. & ſaluat. teſtium num. 12. & alij plures*; Ergo in præſenti concludendum videtur, quòd ſi loquamur quoad proceſſum contentionis, quem tenetur Cancellarius efformare ſeruato ritu, & formâ per noſtros foros præſcripta, vt diximus *ſuprà quæſt. 15. num. 3.* non eſt dubitandum, quin ſi Teſtes ſint examinati ſine partis citatione fides eis non

adhibeatur in illo actu exteriori fori
Poli; & in hunc ſenſum Doctores pro
prima ſententia adducti ad noſttum in-
tentum interpretandi ſunt.

19 At verò ſi loquamur inſpiciendo ſe-
cundùm tempus, videlicet, extra pro-
ceſſum pro eruenda veritate in vim fa-
20 cultatis ab ipſo foro attributæ Cancella-
rio nullatenus eſt adſtrictus ad ſolemni-
tates iuris, & ad id, quod ab ipſo iure
ſtatuitur, videlicet, quòd ad receptio-
nem teſtium pars citetur, vt apertè col-
ligitur ex his, quæ latè diximus *ſuprà
quaſt.* 15. *à num.* 19. *cum ſeq.* ſed imò ad-
mittere tenetur, & ſolicitè procurare
quamcunque probationem iudicialem,
vel extraiudicialem etiam ad aurem,
vt annotauimus *ſuprà quaſt.* 2. *num.* 8. *&
ſeq.* & *quaſt.* 17. *num.* 10. quia iudicat
ſecundùm Deum, & bonam conſcien-
tiam, vt patet ex dictis *ſuprà in quaſt.
antecedenti n.* 13. & *in aliis pluribus.*

21 Vnde teſultat, quod ſi quando iudex
procedere debet ſecundùm facti verita-
tẽ habet largas habenas, pro illa eruen-
da, vt pulchrè cum pluribus aduertit
copioſè Valançuela *tom.* 1. *conſ.* 11. *n.* 56.
& 57. quantò magis id dicere debemus
in Cancellario, cui noſtri fori tam am-
plam, & laxam poteſtatem attribue-
runt, vt colligi poteſt ex *foro* 1. & ſe-
quenti ſub tit. *de la Competencia de Iuriſ-
dicion*, & ex his, quæ in quæſtionibus
antecedentibus reſoluta reliquimus, &
conſequenter dicendum eſt poſſe Can-
cellarium extra proceſſum inquirere
veritatem per teſtium depoſitionem ſi-
ne partis citatione, illíſque fidem ad-
hibere, & in hunc ſenſum quoad no-
ſtram quæſtionem conciliari poteſt ſe-
cunda opinio *ſuperiùs* adducta.

22 Quæ reſolutio inconcuſsè ita in Tri-
bunali Cancellarij practicatut, de quo in
noſtro Regno dubium aliquod non exi-
ſtit, & exinde quando per fundamen-
ta tam ſolida hæc ſecunda pars con-
cludenter non conuinceret, poſſet &
etiam ex Stylo fulciri: nam ex doctiſ-
ſimorum Doctorum opinione Teſtes
examinati ſine pattis citatione fidem
23 faciunt, ſi ſtylus ita admittit; vt docent
Alexander *conſ.* 65. *columna* 2. *num.* 9. *&
ſeq. lib.* 1. quem refert, & ſequitur De-
cius *in cap.* 2. *num.* 57. de teſtibus Mars.
in l. de vnoquoque num. 101. *ff. de re indi-*
24 *cata*, Blanch. *de iudiciis num.* 22. *& ſequen.*
vbi extendit etiam in criminalibus Boſſ.
in tit. de oppoſitione contra teſtes num. 35.
in tit. de iudiciis num. 23. Hondedeus *in
d. conſ.* 101. *num.* 19. *& ſeq. tom.* 1. optimè
Menoch. *conſil.* 366. *num.* 35. *tom.* 4.
ibi: *Reſpondetur primò conſuetudine, &
ſtatuto tolli poſſe citationem in qua non con-
ſiſtit principaliter partis defenſio, vt in
examine teſtium &c.* & ad intentum præ-
ter Decium allegat Gabrielem, &
Grammaticum.

Quod quidem pro S. Tribunali In- 25
quiſitionis reſoluit etiam Arnaldus Al-
uertinus *in tractatu de agnoſcendis aſſer-
tionibus Catholicis, & hareticis quaſt.* 34.
vbi poſtquam *num.* 18. dixit, quòd *teſtes
recepti in generali Inquiſitione contra ha-
reticos repeti debeant in particulari coram
duabus perſonis Religioſis &c.* poſteà *n.* 19.
ſubdit. *Fateor tamen, quod ſi de ſtylo curia
eſſet, quòd teſtes recepti in Generali In-
quiſitione facerent fidem in ſpeciali, ſeu
particulari contra aliquem ſine noua pro-
ductione ſeu examinatione, talis ſtylus
eſſet ſeruandus: facit l. finalis cod. de iniu-
riis, & ſcribit* Alexander *in conſ.* 65.
habita ſuper contentis, columna fin. lib. 1. 26
quod eſt repetitum conſ. 41. *lib.* 2. *quia con-
ſuetudo poteſt derogare, quoad hoc, ſolemni-
tati citationis, vt dicit* Baldus *in Authen-
tica ſi quis in aliquo, columna fin. verſ.
primò quaritur cod. de edendo &c.*

Et licèt non me lateat aliquos docto- 27
res contrarium docere, vt videre licet
per Mars. *conſ.* 8. *num.* 27. *& ſeq.* &
addit. ad Decium *in d. cap.* 2. *de teſtibus
num.* 57. *littera C.* & aliquos alios; atta-
men opinionem Decij, & eum ſequen-
tium veriorem iudico: licèt enim ſit 28
apud omnes in confeſſo, quòd iudi-
cium, & cauſa, quæ non ſumant ori-
ginem, & initium à citatione ſint nulla,
irrita, & inualida; vt diximus *ſuprà q.* 5.
num. 1. *&* 2. & quòd ſtylus non poteſt
tollere hoc requiſitum à iute naturali
deſcendens, verùm in his quæ reſul-
tant poſtquam pars fuit citata, & cer-
tiorata non poteſt conſiderari inconue-
niens, quod inducitur in conteſtatione
cauſæ, & iudicij, vt ſtylus non poſſit in-
troducere, quòd citatio non ſit neceſſa-
ria in actibus ſequentibus.

Et præcipuè in examine teſtium in 29
quo regulariter loquendo principalitet,
& vnicè non conſiſtat partis defenſio,
vt fiat, vel non, cum partis citatione;
quamvis aliàs aliquale commodum ſen-
tire poſſit, ſed hoc non eſt motiuum
efficax; vt propter illud vniformis ſty-
lus non debeat admitti; ſed imò eua-
cuari, & exinde in noſtro caſu, ita re-
ſoluendum eſt, in quo dictum ſufficiat
quoad

quoad hunc articulum, cum cætera ad ipſum pertinentia mutuare valeas ex doctoribus pro vtraque opinione *ſuprà* allegatis.

30 Ex quibus deducitur, quòd tam ex natura Iuriſdictionis attributæ Cancellario, quàm ex inconcuſſa praxi, & ſtylo præſentis Regni concludi poteſt, quòd circa ritum proceſſus ſit neceſſaria citatio partis ad receptionem, & examinationem teſtium taliter, quòd ſi ex eo ſolo, & non aliàs, aut aliunde contentio foret dubitanda, non debeat fides adhiberi teſtibus examinatis ſine partis citatione; verùm cùm Cancellarius non ſolùm poſſit, ſed imò debeat facere merita ad ſententiam, non tantùm ex his, quæ ex proceſſu reſultant, ſed & etiam ex illis, quæ Iudicialiter, vel extraiudicialiter (quamvis ſit ad aurem, vt diximus) perquirere omnibus modis, tam factum, quàm ius pro eruenda veritate non ſe adſtringendo ad apices iuris, vt annotauimus *in quæſt. antecedenti num.* 13. & in aliis pluribus; conſequenter reſoluendum eſt poſſe fidem adhibere teſtibus examinatis ſine partis citatione & extra proceſſum, ſeruando tamen in aliis, quæ ſecundùm ſuam conſcientiam ſeruare iudicauerit; veluti, quòd iurent teſtes de veritate dicenda, & alia ſimilia; & ita practicaui ex maiorum, & anteceſſorum meorum obſeruantia in proceſſu Procuratoris Fiſcalis ſedis Cæſarauguſtanæ, & Emanuelis de Vera ſub die 14. Iunij 1653. in quadam contentione coram me vertente, in qua, cùm poſt publicationem in cauſa intra illos quinque dies, qui de foro dantur ad pronunciandum, cùm ex illo proceſſu ſolùm reſultarent aliqua indicia ad probandum delictum, quod dicto Vera imputabatur, eáque non ſufficientia ad declarandam contentionem contra Reum, in illo tunc ſuperuenit quidam teſtis de auditu ab ipſo delinquente, qui ei confeſſus fuerat ſe delictum perpetraſſe, cum quo pro parte Iuriſdictionis Regiæ coram me fuit præſentatus, & admiſſus, ſimúlque præſtito iuramento depoſuit coram me ſine partis citatione ſequendo ſtylum, tum & etiam, quia tempus vrgebat, quia ſolùm deficiebat ſpatium vnius diei, & dimidij illorum quinque pro vltimo complemento, & declaratione datorum; & cum ex talis teſtis depoſitione concludenter conſtaret cum omnibus circunſtantiis de dicta confeſſione voluntaria rei aſſerentis prodicionaliter perpetraſſe delictum ad maiorem ſatisfactionem diſpoſui communicare prædictam diſpoſitionem Procuratoris dicti Vera, qui comparuit opponendo ex eo, quia talis teſtis fuit productus, & examinatus poſt concluſum in cauſa, & tranſacto tempore ad probandum, & publicandum; ſed quod fuiſſet examinatus, & receptus ſine partis citatione nullum verbum fuit habitum tanquam res certa, & nota in praxi, quòd in Tribunali Cancellarij non erat neceſſaria illa citatio, & quòd eius omiſſio aliquam nullitatem, ſeu exceptionem contra depoſitionem inducebat, ſicut nec quòd fuiſſet examinatus poſt concluſionem, & publicationem in cauſa cum vt diximus, non ſit adſtrictus ad apices Iuris, quæ omnia lato calamo videre poteris *in meo Paſtoral. Regul, p. 3. voto 7. num. 11. & 12.* & noſtrum doctiſſimum Suelues *in prima ſemicenturia conſ. 10. num. 15. & ſeq.* Ex quibus iudicio ita reſoluendam fore prædictam quæſtionem ſaluo meliori &c.

QVÆSTIO XXII.

Dies, dati per Forum Cancellario pro decidenda contentione, quando currere incipiant.

SVMMARIVM.

Dies, dati per forum Cancellario ad decidendam contentionem, currunt à die, & hora, quibus ei intimatur. n. 1.

Dies, dati Cancellario ad decidendam contentionem, currunt de momento ad momentum. n. 1. & ſeq.

Dies quinque, dati à Foro Arbitris primis ad terminandam contentionem, currunt de momento ad momentum ab hora intimationis eis facta. n. 3.

Intimatio Competentia declaranda per Cancellarium fieri debet cum inſtrumento. num. 4.

Contentio Iuriſdictionis cenſetur firmata poſt expeditionem litterarum, & intimationem factam Arbitris. n. 5.

Dies triginta, & quinque ſunt iuxta nouiorem diſpoſitionem, qui dantur Cancellario ad terminandam contentionem, & currunt ab hora, in qua ei inſtrumentaliter

liter intimatur, etſi non declarauerit, remanet pro Eccleſia. n.6.

Intimatio contentionis facienda Cancellario debet confici inſtrumentaliter per Notarium actuarium Competentiæ tunc vertentis. num.7.

Notarius actuarius proceſſus Competentiæ tenetur in eo relationem facere inſtrumentalem, quòd tali die, & hora intimauit Competentiam Cancellario n.7.

Intimatio inſtrumentalis eſt neceſſaria, vt qui aliquid facere tenetur ſit adſtrictus, & obligatus ad factum, & vt ei nocere poſſit. n.8.

Praxis intimandi contentiones Cancellario, quas declarare debet. n.9. & 10.

1 DE materia huius quæſtionis diximus *ſuprà in quæſt. 16. n. 5. & ſeq.* vbi videre poteris, ne id repetamus, quod iam *ibidem* annotatum reliquimus; & ex *ibidem* dictis patet manifeſtè in præſenti reſolutio certa, videlicèt, quòd dies, dati per noſtros foros Cancellario currunt, & computantur ab
2 hora, imò à momento, quo deuolutio contentionis inſtrumentaliter Cancellario intimatur, quòd primi Arbitri reſpectiuè nominati ab ambabus Iuriſdictionibus Eccleſiaſtica, & ſeculari inter ſe non conuenerunt, & ita in ſpecie reſoluit Ibandus Bardaxi *in commentariis*
3 *ad forum 1. ſub tit. de la Competencia de Iuriſdicion* vbi *num.* 15. *pag.* 316. poſtquam cum pluribus reſoluit, quòd *quinque dies, dati primis Arbitris ad decidendam contentionem, currunt à die intimationis illis facta*, poſteà ſubdit; *idem dicas de triginta diebus datis Cancellario; nam licèt forus diſponat, quòd, lapſis quinque diebus, currant triginta dies Cancellario, intelligitur lapſis quinque diebus, & facta intimatione per ſuprà dictas doctrinas*
4 *&c.* Cui adſtipulatur Portoles *in ſcholiis ad d. for. 1. num 30. pag.* 434. vbi ita ait. *Hæc verba, quæ voluit, Cancellarium teneri intra triginta dies Competentiam pronunciare, intelligenda ſunt procedere ſi ipſi Cancellario Competentia ipſa cum inſtrumento intimata fuerit: alioquin ſi ei intimata non ſit tempus horum triginta dierum non currit &c.*

5 Idem tenet Seſſe *deciſ.* 113. *num. 1. in fine* ibi. *Qui Cancellarius per dictum forum tenebatur pronunciare intra triginta dies à tempore intimationis ei facta &c.* quod etiam ipſe Seſſe aduertit *in tract. de inhibitionibus cap.9. §. 1. num.* 28. & de tempore quinque dierum arbitris conceſſo: vide Cortiadam *deciſ.16. n.86. & ſeq.* vbi me cum aliis allegat quoad noſtrum Regnum, & in Cathalonia 6
etiam videre poteris Cortiadam *deciſ.17. à num.*33. vbi mentionem facit de prædicta praxi noſtri Regni, & diximus *quæſt.5. num.4. & 8. & quæſt.16.* vbi adduximus fundamenta, cur non currat tempus Cancellario ante intimationem literarum, ibi videre poteris.

Notandum tamen eſt, quòd licèt 7
Noſtri Practici referant, & dicant, quòd poſt intimationem factam Cancellario currant triginta dies pro decidenda contentione, loquuntur iuxta diſpoſitionem antiquiorem fori primi *ſub titulo de las Competencias*; ſed cum ex nouiori Foro vnico *ſub titulo de Cancellario Competentiarum* anni 1585. Montiſſone edito, & habetur in vltima impreſſione de anno 1624. fol. 220. ſuperadditi fuerunt alij quinque dies; vt ſæpè diximus *ſuprà quæſt.1. num.9. & ſeq.* & *quæſt. 2. num.6.* & *in d. quæſt.16. num.3. & ſeq.* ſequitur exinde, quòd poſt factam intimationem Cancellario, current ei illi triginta dies, pro efformando proceſſu, & alij quinque ſimiliter ad eum deliberandum, & pronunciandum, ita vt in totum ſint triginta, & quinque à die intimationis, intra quos ſi non declarauerit, remanet pro Eccleſia, vt iam annotauimus *ſuprà quæſt.18. num.2. & ſeq.*

Aduertere tamen poteris, quòd præ- 8
dicta intimatio iuxta ſtylum, & praxim fieri debet per notarium actuarium proceſſus Competentiæ tunc vertentis, qui quidem variatur (nam non ſolet eſſe vnus, & idem, cum per vnam eandémque ſcribaniam non ſemper contentiones exarentur) & talis notarius in eodem proceſſu mediante inſtrumento publico relationem efficit ſpecificè enunciando in eo, quod tali die, & hora intimauit Cancellario Competentiam, eidem deuolutam ob diſcordiam priorum Arbitrorum; & exinde fuiſſe deuolutam, & ita vniformiter practicari vidi, & obſeruat etiam Portoles *ad d. forum 1. num. 31.* & Bardaxi *ibidem n.15. verſ. ſed qualiter facienda & pag.316. colum. 3.*

Et talis praxis intimandi eſt ſatis con- 9
formis tam iuri Canonico, quàm ciuili; vt colligitur ex Clementina *Cauſa* 3. *in fine de electione*, & *ex l. Nomen* 4. vbi gloſſa *verbo certior cod. quæ res pignori obligari poſſunt l. ſi quis inficiatus* 13. *ff. depoſiti*; & ex aliis pluribus ex quibus deducitur, quòd

quod ſi alicui ſit cerriorandum aliquid, quod facere renetur ex aliquo actu iam facto, vel præcedenti fieri deber præcisè per originalem, vel authenticum documentum; aliàs talis intimatio erit inefficax, & nulla, vt docent Bartol. *in l. non ſolum §. morte ff. de noui operis nuntiat.* Quem refert, & ſequitur Ludouicus Romanus *conſ. 336. num. 6. vol. 1.* vbi additio *littera D.* allegat Hippol. & Aflict. quibus iunge Nar. *conſ. 348. nu-*
10 *mero 3.* & ideò concludendum eſt, non currere tempus datum Cancellario ad decidendam contentionem, niſi à die, & hora, quibus per Notarium actuarium cauſæ deuolutio inſtrumentaliter ei fuerit intimata ob diſcordantiam priorum Arbitrorum; & cum prædicta intimatione, & exhibitione proceſſus Arbitrorum in capite noui proceſſus actitandi corā Cancellario incipi debet.

11 Et vidi etiam practicari, quod *in libro regiſtri* exiſtenti in manibus, & poſſe ipſius Cancellarij, vbi annotantur deciſiones, & reſolutiones cum motiuis Conſulentium extenſis, & adhuc ipſiuſmet Cancellarij (vt meo tempore ſemper obſeruaui) ſolet idem Notarius actuarius ex ſua manu in initio ſcribere, & annotare intimationem factam Cancellario; vt ibidem faciliùs conſtet de tempore, intra quod declarari debeat; fateor tamen hoc non eſſe de ſubſtantia præciſa cum ſufficiat id in proceſſu fieri, in quo neceſſarium eſſe requiſitum non eſt ambigendum; congruum tamen eſſe iudico, vt & etiam in Regeſto annotetur, vt faciliùs partes & ipſe Cancellarius aduertere poſſint tempus declarationis, quod eſt ſtrictiſſimis limitibus computandum.

QVÆSTIO XXIII.

Arbitri ad decidendam contentionem an debeant eſſe diſtincti, vel ſufficiat, quòd ambæ curiæ in vnum conueniant?

SVMMARIVM.

Arbitri ad decidendam contentionem debent eſſe duo, nec partes poſſunt in vnum conuenire. n. 1. contra n. 6. & ſeq. *intellige, vt n. 17.*

Verbum, Alter, *ex ſua natura eſt relatiuum, & diſtributiuum circa duos diuerſos. n. 2.*

Iuriſdictio Arbitrorum nominatorum pro decidenda contentione Iuriſdictionis eſt ſimultanea, & æqualis amborum. n. 3. intellige, vt n. 18. & 19.

Iudex datus vniuerſaliter, & cumulatiuè cum alio nequit ſolus pronunciare, ſed ſimul cum alio. n. 4. intellige, vt n. 18. & 19.

Arbitri tres, vel plures ſi fuerint electi à partibus non datur inter ipſos locus præuentioni, ſed omnes ſimul laudum ferre debent. n. 5.

Curiæ, vel iudices contendentes de Iuriſdictione poſſunt conuenire in vnum Arbitrum, qui cauſam terminet. n. 6. & 19.

Nominatio Arbitrorum pro Contentione decidenda, quod fiat per ipſas curias, contendentes, reſpicit ipſarum fauorem. n. 7.

Declaratio contentionis Iuriſdictionis inter iudices exorta faciliùs fit per vnum, quàm per plures Arbitros. n. 8.

Quilibet in re ſua eſt moderator, & Arbiter. num. 8.

Pactum de retrouendendo cedi poteſt. n. 9.

Caſus omiſſus legis vel ſtatuti regulari poteſt, non præciſè ſecundum expreſſum, ſed iuxta id, quod ex illo reſultat. n. 10.

Iudex Ordinarius regulariter non poteſt eſſe, Arbiter, ſed partes poſſunt inter ſe conuenire de ſtando ipſius delarationi. n. 11. & 12.

Modus terminandi contentiones Iuriſdictionum in Aragonia ſemper præ oculis habuit, vt quanto citius haberent finem. num. 13.

Lites Celeriùs per compromiſſum terminantur. n. 13.

Priuilegiatus ſi cum alio, vel aliis non priuilegiatis poſſideat patrimonium gaudent omnes æqualiter priuilegio. n. 14.

Opinio eſt actus intellectus declinantis in vnam partem contradictionis cum formidine alterius. n. 15.

Nemo tenetur aliorum opiniones ſequi, & propriam deſerere. n. 16.

Arbitri duo debent eſſe pro terminanda, contentione Iuriſdictionis ſi alias partes contendentes nolint in vnum conuenire. n. 17. & 19.

Quod in alicuius fauorem introductum eſt, non debet in eius damnum retorqueri. num. 19.

HÆc quæſtio ſatis difficilis apparet, 1
tum ex fundamentis, quę pro vtraque parte infrà ponderabimus, tum & etiam

etiam propter auctoritatem Doctorum inter ſe non conuenientium. Et primò videtur dicendum prædictos Arbitros debere eſſe diſtinctos, nec curias poſſe in vnum conuenire; nam *in foro 1. ſub titulo della Competencia de Iuriſdicion*, ita legitur, & habetur ibi. *Nombrando en las dichas letras reſponſiuas otro Arbitro para el conocimiento de la dicha contencion' &c.*

2 Vnde cum forus vtatur illo verbo, & dictione *Otro*, quod latino ſermoni correſpondet verbo, *Alteri*, quod ex ſui natura, & proprio ſignificatu eſt relatiuum, & diſtributiuum circa duos diuerſos, vt *in l. non vnquam ff. de iudiciis l. qui duos ff. de rebus dubiis*, cum aliis pluribus relatis, & allegatis per Barboſam *in tract. de dictionibus vſu frequentibus dictione* 27. *num.* 1. ſequitur ex inde; quòd cum forus vtatur illa phraſi, *Otro Arbitro*, ipſius diſpoſitio tendit, non ad eundem, ſed ad diuerſum, hoc eſt, quod Eccleſiaſticus nominet ſuum Arbitrum, & ſecularis alterum non tamen ambo eundem.

3 Secundò probatur ex decretis Pij V. & Gregorij XIII. in ſuis diplomatibus relatis per noſtrum Seſſe *deciſ.* 113. *in fine num.* 200. & per Don Laurentium Matthæu *tom.*2. *de Regimine Regni, & Ciuitatis Valentia cap.*7. §.1. *à num.* 25. *& ſeq.* vbi diſponitur, quòd vnus Arbiter nequeat procedere ſine altero, nam amborum, & non vnius tantùm eſt Iuriſdictio; & ita tradit Ripol *in additionibus ad praxim* Ludouici Peguera *rubrica* 11. *à num.*13. ergo ad vnum reduci non poteſt.

4 Tertiò conſiderari poteſt pro hac ſententia, quod Iuriſdictio prædictis Arbitris conceſſa videtur, tam ex foris, quàm ex prædictis Breuibus Apoſtolicis non priuatiuè ad alterum, ſed cumulatiuè, & correſpondenter, & exinde vnus ſine altero pronunciare nequit ad textum *in l. Imperator l. Magiſtratus ff. ad municipalem*, & ita docet Cancer *tom.*3. *variarum reſol. cap.*12. *num.* 275. vbi loquendo de Iudicibus Tabulæ Cathaloniæ, ita concludit. *Si quidem dicti tres Iudices Tabula iudicant, vt vniuerſi, & ſic vnus ſine altero iudicare non poteſt, &c.*

5 Et magis in ſpecie Franciſcus de Tondut. *in Tractatu de preuentione iudicialı p.* 2. *cap.* 4. vbi *num.* 1. reſoluit; *quòd ſi plures Arbitri fuerint à partibus electi, veluti numero tres, aut quatuor non datur inter ipſos locus preuentioni, quia omnes in ſimul laudum ferre debent &c.* Ergo ſic ſimiliter in præſenti dicendum videtur, quòd cum ex dicto foro 1. Arbitri duo ſint nominandi ab ipſis Curiis, ſeu Iudicibus contendentibus de iuriſdictione nequibunt iſti in vnum ſolum conuenire; ex quibus ita reſoluit, & concludit Laurentius Matthæu *in d. tom.* 2. *de Regimine Regni, & Ciuitatis Valentia cap.* 7. §. 1. *num.*120. vbi teſtatur ita fuiſſe pronunciatum per Cancellarium illius Regni ſub die 27. Martij 1563. & ſimiliter in præſenti noſtro Regno aſſerit Portoles, in loco ſtatim infrà citando audiuiſſe à nonnullis doctis viris affirmantibus, quod alij Iuriſperiti reſoluerant, non ſufficere, quod vna, eadémque perſona ab ambobus Iudicibus, vel Tribunalibus contendentibus in Arbitrum eligeretur.

Et quamuis ipſe Portoles ita referat 6
in ſcholiis ad d. forum 1. *num.*22. attamen poſtquam prædictam ſententiam renunciauit, ſic concludit. *Sed contrarium quod neceſſarium non ſit duos Arbitros eligi, ſed ſuffitere ſi vterque Iudex eandem perſonam in Arbitrum eligat, tenet gloſſa in cap. ſecundò requiris*, & ibi, Præpoſitus *num.*15. *de appellat.* & Bellamera *in cap. Paſtoralis ante num.*1. *in verbo, Arbitros, de reſcriptis quorum opinionem ſemper veriorem eſſe exiſtimauimus &c.* Hæc Portoles qui ſe refert ad rationes, quas Doctores pro ſe allegati adducunt, quas quidem cum omni diligentia, & conatu videre, & perquirere conatus fui & profectò poſtquam perlegi iterum, atque iterum Præpoſitum, & Bellameram, ad quos ſe remittit Portoles in locis proximè per eum citatis non inueni aliquid, quod inducat ad intentum; nec ex eis ratio colligi poteſt, quæ inducat aliquod fundamentum pro opinione ſuprà adducta; ſed cum eam veriſſimam iudicem, in medium proponere conabor fundamenta, & rationes, quæ excogitaui, & me inducunt ad eam ſequendam.

Et primò ponderari poteſt gloſſa *in* 7
dicto cap. ſecundo requiris in verbo, in aliquos, quæ ita ait, *id eſt Arbitrum, vel Arbitros, &c.* & ex ea rectè colligitur, quòd liceat illis in vnum conuenire, nec opus eſſe, vt ſint duo; nam ait gloſſa *Arbitrum, vel Arbitros*; & licet nec ipſa, gloſſa rationem aſſignet conſiderari poteſt, quòd cum nominatio duorum Arbitrorum ſit diſpoſita in fauorem am-

barum

barum Iuriſdictionum, vt quælibet ipſarum haberet pro ſe vnum qui pro ea arbitrium procuraret, & ſimiliter, qui cum ſingulari ſtudio, & affectione cauſam actitaret, non videtur contrarium, quod renunciando priuilegio, in vnum conueniant, præcipuè cum bono publico aliquod detrimentum non ſequatur; vt ad oculum patet imò videtur medium magis efficax ad feliciorem, & breuiorem exitum pronunciationis, vt per vnum (qui faciliùs ſe reſoluet) & non per plures; & conſequenter ſuccedet regula, quòd in re propria quilibet eſt moderator, & Arbiter *l. in re mandota 21. cod. Mandati*; & tradunt communiter Doctores.

9 Vnde cum per noſtros foros nihil expreſsè in contrarium diſpoſitum reperiatur, non eſt æquum, vt interdici debeat, quod aliàs non eſt prohibitum per legem, videlicet, quòd ambæ Iuriſdictiones in vnum non conueniant, argumento ſumpto ex his, quæ aliàs dixit Rota *in vna Romana retrouenditionis* 20. Maij 1614. coram Domaſceno; & habetur *tom. 2. recentiorum* Farinarij *deciſ.* 547. *num.* 3. vbi cum diſputaretur; an pactum de retrouendendo cedi valeat; & poſtquam declaratum fuit cedi poſſe *num.* 3. ita concludit- *Vnde cùm in propoſito caſu nihil reperiatur iure cautum, non videtur, quòd propter imaginariam æquitatem ſit hic nouus laqueus iniiciendus rebus priuatorum, cum potius æquitas ſuadeat, quod quis ſit iurium ſuorum moderator, & arbiter d. l. in re mandata &c.*

10 Ex quibus argui poteſt; quod licèt forus vtatur illa dictione, *otro Arbitro*, ex hoc non ſequitur, quòd id requirat pro forma neceſſaria reſtringendo facultatem ad eam, ſi alias ipſæ partes velint in vnum arbitrum conuenire, ſed tantùm diſpoſitiuè, & non præciſè decernit, quod fieri debeat provt ibi dicitur, in cæteris autem quoad illam partem, ſicut in caſu omiſſo remanendo ad nutum, & voluntatem intereſſe habentium.

11 Secundò ponderari poteſt, quod tradit Marcus Antonins Patauinus *in tract. de compromiſſis faciendis inter coniunctos quæſt. 2. num. 41. verſ. iudex ordinarius*; vbi loquitur de Arbitris eligendis ex diſpoſitione ſtatuti, (ſicut in præſenti) & ibidem diſputat, an iudex ordinarius poſſit eſſe Arbiter, & poſtquam conſtituit regulam generalem, quod nullatenus arbiter eſſe valeat, illam tamen variis in caſibus limitat; & *num. 46. in quinta limitatione*, ita ait. *Limita, & intellige, quòd quamvis non poſſent compromittere in iudicem; tanquam in arbitrum, tamen poſſunt partes per conuentionem ſe obligare, ad ſtandum ſententia iudicis, quæ obligatio habebit vim renuntiationis, appellationis l. tale pactum §. qui prouocauit ff. de pactis l. finali cod. de temporibus appellationum l. ſi conuenerit ff. de re iudicata; tenent* Antonius de Butrio, & Imola *in cap. Quinta vallis, de Iureiurando, in decima differentia*, Alexander *in d. §. & poſt operis columna prima num. 6, &c.*

12 Ex cuius doctrina infero, quod etiamſi ex ſtatuto Arbitri nominandi forent, & per conuentionem venirent in eum, qui aliàs Arbiter exiſtere nequibat cum de iure ciuili iudex ordinarius Arbiter eſſe non poſſit: vt reſoluunt Patauinus *vbi proximè*, & Gratianus *tom. 1. diſceptationum forenſium cap. 66. num. 1. & ſeq. & tom. 2. cap. 238. à num. 42. cum ſeq.* & communiter Doctores, eo tamen non obſtante, ſuſtinebitur, & valebit ſententia quoad eundem effectum, quem operaretur declaratio alterius Arbitri ab ipſis partibus nominati; & hoc in vim conuentionis inter ipſas initæ: à fortiori igitur in noſtro caſu dicendum venit, quod ſi pronunciatio fiat per medium vnius Arbitri, vel amborum forma fori ſeruata reperitur, nec aliquod oritur inconueniens, quod per vnum de conſenſu & voluntate partium fiat, ſequitur exinde admittendam eſſe hanc opinionem.

13 Maximè, quia (vt ſæpè diximus) iſte modus terminandi contentiones ſemper reſpexit, vt differentiæ Iuriſdictionum citiùs terminarentur propter vtilitatem reſultantem partibus, ne cauſæ in longiùs protraherentur, & per hoc medium, quod eſt inſtar compromiſſi (cuius natura eſt, vt lites extinguantur) & in ſpecie tradit Iaſon *in l. præſcriptione, columna 4. num. 21. verſ. iſtam communem concluſionem Cod. ſi contra ius, vel vtilitatem publicam*, quem refert, & ſequitur Gratianus *in d. tom. 1. diſcept. forenſium c 99. n. 17.)* celeriùs cauſa terminabitur, & partes habebunt cognitionē iuſtitiæ quæ eis aſſiſtit, & hoc breuiori declaratione, cum ſolùm dependeat ex deliberatione vnius Arbitri per ambas partes nominati ſine dependētia alterius; quæ efficere ſolet, vt non conueniant, & exinde, quòd ad Cancellarium deuol-

uatur,& exinde quod per triginta quin-
que dies differatur,quod quàm damno-
ſum ſit nemo eſt, qui non videat; ergo
per vtilitatem partium, & bonum com-
mune admittendum eſt poſſe Curias,
vel Iudices in vnum conuenire.

14 Tertiò ponderari poteſt, quod quan-
do duo, vel patrimonium communiter
poſſident quorum alter eſt priuilegiatus
operatur, vt etiam ipſius Conſortes eo-
dem priuilegio gaudeant; vt cum Lu-
douico de Ludouiſiis, & Marſilio ob-
ſeruat Gratianus *in d. cap.* 238. *num.* 46.
ſed priuilegium nominandi arbitrum
non ſolùm eſt conceſſum vni ex Iudi-
cibus, vel Curiis contendentibus, ſed
ambobus reſpectiuè; ergo bene ſequi-
tur, vt tale priuilegium communicatum
exiſtat ad effectum, vt per eam conne-
xionem alter in alterum poſſint in vnum
conuenire, neque eſſe adſtrictos, vt in
diuerſos fiat.

15 Hæc, & alia pro hac ſecunda opi-
nione ponderati poſſunt, & licèt pro
prima Doctores ſupra allegati grauiſſi-
mi exiſtant, ſintque magni ponderis,
taliter, quòd animum meum mouere
poſſent ad ſequendum ipſorum reſolu-
tionem; verum licebit mihi hanc ſe-
cundam opinionem ſequi fretus doctri-
na diui Thomæ 2.2. *quæſt.* 1. *art.* 4. vbi
diffinit opinionem, videlicet quòd ſit
actus intellectus declinantis in vnam
partem contradictionis cum formidine
alterius; & conſequenter eùm meus,
licet paruus, intellectus magis ſe incli-
net huic ſecundæ ſententiæ, & funda-
menta pro ea ponderata magis me con-
uincant, non debeo ab ea recedere, vt
accuratè aduertit Ioannes Sanchez *in*
16 *ſuis ſelectis, & practicis diſputationibus*
in 33. *diſputatione num.* 46. & eſt notum
apud omnes, & admiſſum, quod nemo
tenetur aliorum opiniones ſequi,& pro-
priam deſerere; ex quibus adhæreo li-
benter reſolutioni, & opinioni noſtri
doctiſſimi practici Portoles;tum propter
ipſius auctoritatem,tum& etiam propter
rationes *ſuperiùs* ponderatas, & addu-
ctas, licèt alias (vt iam diximus) Præ-
poſitus, & Bellamera, ad quos ſe refert
Portoles, non adducant aliquas, quæ
ad intentum conducere valeant, ſed
illæ, quas excogitauimus (de quibus
ſuprà à num. 7. *vſque huc*) magnam
vim faciunt, vt pedem figam in hac
ſententia concludendo, quod ad de-
cidendam contentionem Iuriſdictio-
nis ſufficiat ambas Curias, vel Iudices
in vnum Arbitrum conuenire.

Nec argumenta contraria conuincunt, 17
aut faciunt fundamentum releuans ad
dubitandam noſtram ſententiam, nam
ad primum (de quo *ſuprà n.* 2.) Reſpon-
detur,quòd licèt aliàs ſit verum verbum
illud,ſeu dictionem,*Otro*, eſſe relatiuam,
& diſtributiuam circa duos diuerſos;ex
eo tamen non infertur, quod *in d. foro*
inducat formam præciſam, & ſolemni-
tatem inexcuſabilem,vt fieri non debeat
ſi per aliud medium ſuauius,& partibus
magis accommodatum de earum con-
ſenſu, ſatisfaciat illius diſputationi ſine
omiſſione aliorum requiſitorum princi-
palium, taliter quòd dictus forus ſolùm
decreuit modum cum quo contentiones
deciderentur recurrendo ad id, quod
æquum videbatur, videlicet,quod quæ-
libet Iuriſdictio contendens de per ſe,&
pro ſui defenſione, & declaratione reſ-
pectiuè ſuum Arbitrum nominaret,qui
cauſam cum altero etiam ab alio nomi-
nato terminarent,ſed ex eo non excluſit,
quod ſi ambo in vnum conuenire vellent
id efficere nequirent, vt ex contextura
textus *fori apertè* colligitur;cuius diſpoſi-
tio regulariter locum habet,ſi partes ali-
ter non conueniant modo *ſuprà* dicto.

Nec ſimiliter obſtat ſecundum (de 18
quo *ſuprà num.* 3.) quia licèt ex decretis
Apoſtolicis conceſſis ad effectum, de-
clarationis Competentiarum expreſsè
reſultet, quod vnus Arbiter non poſſit
procedere ſine altero; nam amborum,
& non vnius tantum eſt Iuriſdictio, id
tamen intelligendum eſt, quoties deue-
nietur(prout frequēter imò ferè ſemper
fit) ad caſum nominandi illos duos Ar-
bitros reſpectiuè per Curias, qui caſus
eſt in quo Breuia Apoſtolica, & diſpo-
ſitiones forales loquuntur; non tamen
ex eo ſequitur, quod ſi partes conten-
dentes vellent ſe conuenire in decla-
ratione vnius per ipſas electi,non liceat
ipſis id efficere.

Et ex hòc reſultat reſponſum ad ter- 19
tium quia, licèt ſit verum, Iuriſdictio-
nem attributam ambobus Arbitris non
eſſe priuatiuam vnius ad alterum, ſed
imò cumulatiuam;attamen id intelligere
debes in euentum, in quem deuenitur
ad nominationem duorum Arbitrorum,
ſed hoc non excludit, quod ſi partes de
communi conſenſu,velint in vnum con-
formari, non ei attribuatur omnimoda
cognitio,aliàs ſequeretur,quod in ipſorū
Iudicum damnum retorqueretur, quod
in eorum fauorem diſponebatur,contra
regulam

regulam textus *in l. nulla Iuris ratio* 24. *ff. de legibus l. quod fauore, cod. eodem tit. cum vulgatis*, cum aliàs ſecluſo foro, ſi Iudices contenderent, conuenire poſſent per ſuam voluntatem, vt declarationi vnius ſtarent; vt patet ex his, *quæ diximus ſuprà quæſt. 2. num. 16. & 17.* Ergo ſi forus voluit Curiis, & Iudicibus contendentibus fauere aſſignando eis modum nominandi Arbitros, noluit eis reſtringere facultatem, quam aliàs iam habebant, videlicet, quod ſi in vnum placeret eis concordare non eſſet interdictum aut prohibitum.

Ex quibus concludo non eſſe opus, quod Arbitri ad decidendam contentionem Iuriſdictionum præcisè debeant eſſe duo diſtincti, ſed quod ſufficiet ambas partes in vnum conuenire pro decidenda contentione tunc vertenti, cuius declarationi parendum eſt.

QVÆSTIO XXIV.

Arbitri eligendi à Iudicibus, vel Curiis contendentibus, an debeant eſſe graduati in Theologia, vel Iure?

SVMMARIVM.

Arbitri nominati, pro decidenda contentione Iuriſdictionis, an debeant eſſe licentiati, vel Doctores. n. 1. & ſeq.

Iudices, & Aduocati Cauſarum in Aragonia debeat eſſe graduati. num. 2. & ſeq.

Arbitri nominati pro decidenda contentione Iuriſdictionis agunt de re grauiſſima. num. 3.

Iudex contendens pro defendenda ſua Iuriſdictione agit de re grauiſſima. num. 3. *&* 4.

Iudices in Aragonia antiquitùs poterant iudicaturam exercere, etiamſi non eſſent graduati, ſed poſtmodum contrarium fuit diſpoſitum. num. 5. & ſeq.

Caſus omiſſus legis, vel ſtatuti firmat regulam in contrarium. n. 7.

Arbitri nominandi pro decidenda contentione Iuriſdictionum poſſunt eſſe non graduati. n 6. & 7. & 20.

Curia contendentes pro decidenda contentione Iuriſdictionis poſſunt nominare in Arbitros, quos reſpectiuè voluerint ad nutum ſuæ voluntatis. n 8. & 18.

Aduocatus Fiſcalis D. N. Regis regulariter eſt Arbiter pro Iuriſdictione Regia, quoties Curiæ de ea contendunt. num. 8. *&* 9.

Iudex Eccleſiaſticus poteſt nominare in Arbitrum ad decidendam contentionem Iuriſdictionis, quem ipſe voluerit. n. 9. *&* 10.

Quod Lex non dicit, aut requirit ab homine non debet imponi, aut præſumi. num. 10.

Lex exprimens vnum, & aliud omittens ſolùm obligat, quoad expreſſum. n. 11. *&* 19.

Doctoratus, vel licentiati gradum ſi quis obtineat, præſumitur ſcientificus, & literatus. n. 12. *&* 18.

Aſſeſſoris officium poteſt quis exercere, licèt non ſit Doctor, aut licentiatus, ſi aliter à lege, vel ſtatuto talis qualitas non requiratur. n. 13.

Iudex, qui tenetur aſſumere Aſſeſſorem, non adſtringitur, vt nominet Doctorem, aut licentiatum. n. 13. & 14.

Litteratus ille dicitur, qui litteris præditus, vel ornatus, aut eruditus, & doctus exiſtit. num. 15. & 16.

Scientia, & litteratura non eſt vinculata gradui Doctoratus, vel licenciati. n. 17.

Bachalaureus quandoque in ſcientia longè excedere poteſt licentiatum, & Doctorem. n. 17.

Litteratura ſi in aliquo actu ſit neceſſaria, nihil ponit in eſſe, quod aliquis ſit Doctor, aut licentiatus, vt ex eo ſolo præferatur alteri magis literato. n. 17.

CVm per noſtros foros non reperiatur expreſſum, Arbitros nominandos per Curias, vel Iudices contendentes de Iuriſdictione præcisè debere exiſtere graduatos; ideò volui in præſenti inquirere, an opus ſit, vt gradum obtineant, taliter quòd ſi eo careant, detur nullitas in pronunciatione; & anſam huic quæſtioni mihi præbuit (quam à nemine non ſolùm deciſam, ſed nec diſputatam inueni) quòd per noſtros foros diſpoſitum reperio in foro vnico incipiente: *Aſſi miſmo*, ſub titulo, *que el Vicecanceller, y los otros Officiales y abogados ayan de ſer graduados en Vniuerſidad aprobada* edito in villa Montiſſonis de anno 1564. & habetur *in volumine fororum in nouiori impreſſione de anno* 1624. *pag.* 204. *col.* 4. cuius verba ita ſe habent. 1

Aſſi miſmo ſu Mageſtad de Voluntad 2

de la corte eſtatuece , y ordena , que el
Vicecanceller , regente la Cancelleria,
Aſſeſſor del Regente el officio de la general
gouernacion , los. Conſejeros de la Audien-
cia Real aſſi delo Ciuil,como de lo Criminal,
y los Lugareſtenientes del Iuſticia de Ara-
gon , y los Aſſeſſores del Calmedina de ça-
ragoça, y de los otros Ordinarios del Reyno,y
los Aduogados , que patrocinaran cauſas en
el dicho Reyno, ayan de ſer , y ſean gradua-
dos de Dotores , o, licenciados en leyes , o,
Canones en las vniuerſidades de Salamanca,
Lerida , Hueſca, y otras vniuerſidades apro-
badas &c.

3 Ex quibus verbis videtur dicendum,
quòd ſi non ſolùm in iudicibus , ſed
& etiam in Aduocatis pro cauſis patro-
cinandis requirit forus , vt non de-
beant admitti nec ſint habiles, ſi gradu
doctoratus, vel licentiati non fuerint
inſigniti ; à fortiori idem procedere de-
bet in Arbitris nominandis à curiis pro
terminanda contentione : nam cum illi
agant de re granißima , videlicet , de-
4 claranda Iuriſdictione ad quem perti-
neat, quæ inter grauiora connumeran-
tur ; æquum videtur, vt non ſolùm ſint
litterati ; ſed & etiam qualificati per ap-
probationem,& examen factum in vni-
uerſitate publica.

5 Verùm ſi attentè , & diligenter in-
ſpiciamus hunc articulum , potiùs ex
prædicto foro contrarium colligere va-
lemus ; ad quod probandum ſupponen-
dum eſt, quod fori Competentiarum
in quibus præſcribitur forma terminan-
di contentiones (de qua latè diximus
quaſt. 1. *&* 2.) editi fuerunt anno 1528.
vt patet *in foro* 1. ſub tit. *de las Compe-*
tencias,quo tempore vſque dum in dicta
villa Montiſſone prædictus forus vnicus
ſub titulo. *Que el Vicecanceller &c.* fuit
conditus , cucurrerunt triginta ſex
anni ; nam fuit decretus (vt iam dixi-
6 mus) anno 1564. in quo temporis de-
curſu , & anteà vſque ad illud poterant
Vicecancellarius , Regens Cancella-
riam , & alij nominati munera , & offi-
cia obtinere , & exercere etiamſi gra-
du doctoratus , vel licentiati non ha-
berent, vt patet ex finalibus verbis præ-
dicti fori vnici *ibi. Y eſto ſe entienda en los*
letrados , que de aqui adelante vendran à
la plaça &c. Ex quo infertur,quod eodem
prorſus modo , quod ſicut & illi iudi-
ces non erant adſtricti pro obtinendo
gradu , ſic ſimiliter nec Arbitri , aut
Cancellarius , quia cum in conſtitu-
tione , & formatione talis officij , &
in modo terminandi contentiones *in d.*
foro 1. *præſcripto* , nulla mentio , aut
obligatio talis qualitatis imponeretur ,
ſicut nec erat impoſita cæteris iudici-
bus , aut officialibus donec per dictum
forum vnicum fuit ſtabilitum ; conſe-
quenter in rigore, & ad ſummum in ea
qualitate æqua lance,currebant Arbitri,
& Cancellarius cum cæteris iudicibus ,
& miniſtris.

Poſtmodum ſuperuenit vltimus fo- 7
rus de anno 1564. in quo imponendo
grauamen gradus doctoratus, vel licen-
tiati expreſsè nominat Vicecancella-
rium aſſeſſorem &c. verùm de Arbi-
tris , & Cancellario nullam mentionem
facit, aut aliquod verbum profert ; ergo
iſti nullatenus comprehenſi reperiuntur
per regulam iuris , quod caſus exceptus
legis , ſtatuti , vel alterius diſpoſitionis
firmat illam in contrarium *l. Nam quod*
liquidè §. *fin. ff. de penu legata l. quæſitum*
§. *Idem reſpondit* vbi gloſſa *verbo* , *non*
poteſt ff. de fundo inſtructo , *cum Vulgatis* ,
& conſequenter non erit requiſitum
neceſſarium reſpectu Arbitrorum , &
Cancellarij , quòd ſint Doctores , vel
licentiati cùm per forum talis qualitas,
nec ante , nec poſt expreſſa repe-
riatur.

Tum & etiam , nam nominationem 8
Arbitrorum efficiunt ipſæ curiæ , vel
iudices contendentes ; & licèt, quoties
vertitur contentio Iuriſdictionis , te-
neantur nominare Arbitros ; non ta-
men ſunt adſtricti ad nominandum
hunc vel illum , ſed quem ipſi conten-
dentes voluerint ad nutum ſuæ volun-
tatis , vt accuratè aduertit Gratianus
tom. 2. *diſcepsationum forenſ. capite* 225.
num. 38. licèt regulariter pro Regia, & 9
ſeculari Iuriſdictione ſit Aduocatus Fi-
ſcalis D. N. Regis in cauſis & conten-
tionibus quæ in ciuitate Cæſarauguſtana
deciduntur, vt diximus *ſuprà quaſt.* 1. *n.* 7.
Sed hoc non eſt ex neceſſitate fori, ſed
ex congruentia , & conuenientia pro-
pter auctoritatem officij , & qualitatem
perſonæ ; attamen curiæ ſiue iudex Ec-
cleſiaſticus nominat, quem vult , vt ex
verbis prædicti fori primi , ſub titulo *de*
las Competencias, patet ibi. *Sea tenido en las*
primeras letras, que embiara à otro Iuez nom-
brar vn Arbitro : y el Iuez à qui en las letras
iran dirigidas , y fueren preſentadas den-
tro de tres dias del dia de la preſentacion de
aquellas contaderos , ſea tenido de re-
ſponder al Iuez , que le huuiere eſcrito ſo-
bre la dicha competencia nombrando
en

en las dichas letras reſponſiuas otro Arbitro para el conocimiento de la dicha contencion.

10 Ex quibus verbis ſatis liquet, nominationem Arbitrorum eſſe præciſam, non verò ſpecificè huius, vel alterius cum qualitate gradus; & cum lex id non dicat, neque requirat, non debet ab homine imponi, aut præſumi tale onus, vt notat Simon Baz, Barboſa *in libello, principia Iuris littera L. num. 28. in fine verſ. & quod lex non dicit &c.* Et ideò erit facultatiuum nominare graduatum, vel non graduatum.

11 Enim verò ſi noſtri maiores voluiſſent, quod eſſent cum illa qualitate, ſicut expreſſerunt in cæteris Iudicialibus, nominatim eos vocando, expreſſiſſent & etiam in Arbitris, & Cancellario iuxta textum *in l. ſi ſeruus §. Prætor ait verſ. non dixit ff. de acquirenda hæreditate*, cum aliis adductis per Tiraquellum *in l. ſi vnquam verbo, libertis, num. 3. cod. de reuocandis donationi.* Baz, Barboſa, *vbi proxime num. 32.* & exinde dicendum videtur, non eſſe nullam nominationem Arbitri carentis gradu doctoratus, vel licentiaturæ.

12 Et licet negari non poſſit, quòd gradus doctoris, vel licentiati inducant præſumptionem ſcientiæ, & litteraturæ; vt docet Iacobus Benuſius *de priuilegiis Iuriſconſultorum*; & nos annotauimus *in noſtro foro Conſcientiæ*, ſiue *Paſtorali interno, parte 3. voto 5. numero 21.* tamen vidimus, quòd ſi qualitas expreſſa doctoratus, vel licentiaturæ ex ſtatuto, vel lege non requiretur in Aſſeſſore iudicis, qui tenetur eum aſſumere ex diſpoſitione ipſius ſtatuti, vel legis, non erit adſtrictus talis Iudex ad eligendum doctorem, vel licentiatum, vt accuratè aduertit Loterius *de re beneficiaria lib. 3. q. 7. n. 69.* per hæc verba.

14 *Tametſi pro huiuſmodi officio Aſſeſſoris obeundo nullatenus ſit gradus hic doctoralis de iure neceſſarius, modò ſit peritus, & practicus, ſecundùm* Purpuratum *in l. 1. numero 72. ff. de officio Aſſeſſoris*, Franciſcus Franc. *de petit. feſtiui. lectio. lib. 1. capite 9. ſub. numero 5. ad finem verſ. ſa-*

15 *nè doctoratus Lauream. &c.* Ex qua doctrina argui poteſt à ſimili in noſtro caſu, quòd ſicut de iure non requiritur gradus in Aſſeſſore, ſi ex particulari lege, vel ſtatuto non ſit cautum, ſic ſimiliter dicendum in Arbitris, quòd non ſit neceſſaria illa qualitas cum fo-

rus in illis eam non exprimat, nec ſit in aliquo foro diſpoſitum in Arbitris, & Cancellario, ſicut & eſt in aliis Iudicibus nominatis, & ſpecificatis *in d. foro vnico.*

Et confirmatur ex his, quæ in Regno Sardiniæ expreſſum legitur in 16
illius Pragmaticis *tom. 2. tit. 51. numero 21. poſt medium*; quòd in Caſu dubij ſi hoc pro parte brachij Eccleſiaſtici fuerit probabile, vel non; debeant eligi intra quinque dies (*dos perſonas Letrados*) id eſt *duo literati*, qui teneantur decidere dubium, *an ſit probabile, vel non &c.* vnde cùm *ibidem* dicta Pragmatica vtatur illa dictione, *Literatos*, quæ ſignificat, & inducit idem ac qui *litteris præditus*, vel *ornatus*, *vel eruditus*, *& doctus*; vt ex Cicerone *in Verr. act. 3.* obſeruat Ambroſius Calepinus *in ſuo dictionario verbo litteratus*, & colligi etiam poteſt *ex l. finali eod. de teſtamentis* vnde di- 17
ctum verbum, *litteratos*, non ſe extendit *in d. Pragmatica* ad obligandum, vt ſint graduati, ſicut ex contextura patet: licèt enim fateamur illos Arbitros tractare, & decidere rem grauiſſimam, & magni momenti, & ex eo opus eſſe, vt ſint perſonæ non ſolùm litteratæ, ſed & etiam approbatæ cum examine in aliqua publica Vniuerſitate; attamen ſcientia, & litteratura non eſt preciſè vinculata gradui doctoratus, vel licenciaturæ; cum multoties videamus Bacalaureum imò, & qui adhuc non eſt; longè excedere doctorem, aut licentiatum eſſeque digniorem ac præferendum, ſi literatura ſolùm ſit attendenda, vt optimè aduertit. Larera *de Anniuerſariis, & Capellaniis lib. 3. capite 3. à numero 3. cum ſeq.* Loterius *de re beneficiaria lib. 3. quæſt. 7. à num. 41. cum pluribus ſeq.* & dixi *in meo Foro conſcientiæ*, ſiue *Paſtorali interno p. 3. voto. 5. num. 22.*

Et ideò quamvis pro graduato præ- 18
ſumendum ſit, ex eo tamen, obligationem inducere non debemus, quando ex lege, vel ſtatuto expreſſum non reperitur; & profectò ſi attentè conſideratur, otioſa videtur prædicta qualitas de per ſe ex eo, quia cum pendeat ex arbitrio, & voluntate Curiæ, vel iudicis contendentis nominare, in arbitrum ſuum, illum, aut illum, quem ipſe elegerit (vt diximus *ſuprà n. 8.*) pro defendenda, & tuenda iuſtitia, quam prætendit fouere pro ſua Iuriſdictione;

non eſt credibile velle committere rem tam æſtimabilem in eum, quem non credat, & exiſtimet eſſe doctiſſimum, litteratum, & cum aliis circunſtantiis præditum, taliter quòd, non indigeat, gradu ad effectum, vt eum maiori efficacia, & intelligentia adhæreat, & defendat Iuriſdictioni ipſius nominantis, quàm alius, qui doctor, vel licentiatus exiſtat, & cum iſte fauor, & facultas liberè ſit per forum conceſſa Curiæ contendenti ſine reſtrictione, aut limi-
19 tatione, & ſolum pro forma requirat, quòd nominetur arbiter indiſtinctè; nulla ratio viget, cur reſtringere debeamus ad id, quod non eſt expreſſum; nam ſi voluiſſet, ſicut expreſſit vnum, & etiam expreſſiſſet & aliud iuxta regulam *tex. in l. vnica §. ſin autem ad deficientis cod. de Caducis tollendis, l. ſi ſeruus. §. Prætor ait verſ. non dixit ff. de acquirenda hæreditate cum vulgatis.*

Ex quibus concludendum eſt, non eſſe neceſſarium, quòd Arbitri nominandi à Curiis contendentibus de Iuriſdictione ſint Doctores, aut licentiati, ſed ſuo ſufficere, quòd ſint litterati prout decet circa rem, quam agunt; & exinde videtur congruum, quod ſi nominatio facienda, fieri, & qualificari poſſit cum illo, qui ſimul eſt litteratus, & graduatus, exequi debeat, recipiendo ad grauitatem, & auctoritatem cauſarum in quibus verſantur.

QVÆSTIO XXV.

Arbitri nominandi à Curiis, vel Iudicibus pro decidenda contentione, an debeant eſſe Eccleſiaſtici?

SVMMARIVM.

Arbitri nominandi in Aragonia pro decidenda contentione Iuriſdictionis an debeant eſſe Eccleſiaſtici num.1. & 5. cum ſeq.

Laici de rebus ſpiritualibus, vel Perſonis eccleſiaſticis non poſſunt eſſe Arbitri. n.2.

Arbiter poteſt eſſe ſecularis pro re ſpirituali, ſi alius Eccleſiaſticus ſit ei adiunctus. n.3.

Arbiter in cauſa, quam pronunciat, tenet locum Iudicis. num.4.

Laicus eſt incapax cognitionis rei ſpiritualis. num.4.

Arbiter nominatus in Aragonia à Curia Eccleſiaſtica debet eſſe Eccleſiaſticus, licèt alter pro ſeculari ferè ſemper ſit Aduocatus Fiſcalis D. N. Regis num. 5. ſed contra num.6. & ſeq.

Arbitri nominati à Curiis Eccleſiaſtica, & ſeculari pro decidenda contentione Iuriſdictionis poſſunt eſſe Eccleſiaſtici, vel ſeculares num.6. & 7.

Laici poſſunt eſſe Arbitri in re ſpirituali de licentia Superioris, & quis iſte ſit. num.8. & 10.

Fori noſtri ſub rubrica, de Competentia Iuriſdictionis ſunt approbati, & confirmati per ſummos Pontifices. num.9.

Contentiones Iuriſdictionum inter Iudices Eccleſiaſticos, & ſeculares ſemper habent imbibitam in ſe aliquam ſpiritualitatem. num.10.

Expreſſum dicitur in lege, quod ſub generalitate in illa continetur. n.11.

IN quæſtione antecedenti diximus, 1
Arbitros nominatos à Curiis, vel Iudicibus pro terminandis Competentiis Iuriſdictionum, non eſſe opus graduatos exiſtere in doctoratu, vel licentiatura; modò ſuccedit inquirere; *an ſit neceſſarium, quòd Eccleſiaſtici ſint, & non laici*; & dubium infertur ex eo, quia 2
cum tales Arbitri cognoſcere debeant de re ſpirituali, vel ſaltem mixta; an ſcilicet, *illa Iuriſdictio, qua contenditur, pertineat ad Eccleſiaſticam*, vel *ſecularem.*: & inſuper cum vna perſona ex contendentibus ſit Eccleſiaſtica, conſequenter cognitio, & declaratio attribuenda eſt Eccleſiaſticis, excluſis ſecularibus; vt aduertit gloſa *in cap. legitima, verbo, forma Iuris, de appellationibus in ſexto*; & communiter Doctores *in cap. per tuas, de Arbitris* per eum textum, & plures referens noſter Cenedo *in Collectaneis ad decretales, Collectanea* 176. *num.*3. quibus iunge Stephanum Gratianum *tom.2. diſcept. forenſium cap.* 238. *à num.*44. *cum ſeq.* optimè, & latè Moneta *in tractatu de decimis cap.*8. *quæſt.*1. *num.*33. copioſè Farinatius *in praxi crimin. tom.*1. *lib.*1. *tit.*1. *quæſt.* 8. *num.* 24. 3
per totum: vel ſaltem vni Eccleſiaſtico, & alteri laïco, vt colligitur ex dicto *cap. per tuas de Arbitris*, & docent Felinus *in cap.* 2. *num.* 8. *de Iudiciis.* Hyppolytus *ſingulari* 180. Couarruuias *practicarum quæſt. cap.* 34. *num.*1. quos refert, & ſequitur Farinatius, vbi proximè *in d. num.*24. *verſ. limita ſecundò eandem &c.* & concludunt omnes Doctores ſuperiùs allegati.

Et

Et ratio deſumi poteſt ex eo, quia cùm Arbiter teneat locum iudicis, vt cum Ancarrano *Conſil.* 108. *n.* 8. *circa finem*, obſeruat Franciſcus Niger Cyriacus *tom.* 3. *controuerſiarum forenſium Controuerſia* 471. *num.* 18. *pag.* 254. ſequitur, quòd, cùm laicus ſit incapax cognitionis rei ſpiritualis *cap.* 2. *&* 3. *de iudiciis*, vbi communiter Doctores, conſequenter erit etiam incapax cognoſcendi, tanquam Arbiter, de quo latè videre, poteris Fragoſum *de regimine Christiana Reipublica tom.* 1. *p.* 1. *lib.* 5. *diſput.* 14. *à num.* 34. Hócque ex quadam honeſtate imbibita in ipſo actu iudicandi; vt optimè docent Felinus, Couarruuias, & Farinatius *in locis proximè allegatis*, quibus iunge noſtrum Cenedo, alios referens *in d. Collectanea* 116. *num.* 3.

5 Ex quibus videtur dicendum, quòd in propoſita quæſtione reſolui debeat, tales Arbitros debere eſſe Eccleſiaſticos, vel ſaltem nominatos à Curia, vel iudice Eccleſiaſtico contendenti; nam (vt ſæpè diximus (Arbiter nominatus pro Regia Iuriſdictione ferè ſemper eſt Aduocatus Fiſcalis D. N. Regis, qui eſt laïcus (& an hoc ſit ratione officij, vel alio titulo congruentiæ ex eo, quia regulariter eſt miniſter tantæ auctoritatis, & litteraturæ, de quo conſulere poteris Larream *deciſione* 31. Granatenſi. *num.* 20. *& ſeq.* Don Ioannem de Solorçano *tom.* 1. *de Indiarum guberna. lib.* 2. *cap.* 21. *à num.* 7. quos refert Don Laurentius Matthæu *de regimine Regni, & Ciuitatis Valentia tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *num.* 136.) Ergo ſaltem alter Arbitrorum debet eſſe Eccleſiaſticus, vt ſatisfiat diſpoſitionibus Canonicis, & reſolutionibus *ſuperiùs* traditis: & ita in Cathalonia obſeruari docet Fontanella *tomo* 1. *de pactis nuptialibus clauſula* 4. *gloſſa* 13. *p.* 3. *num.* 6. *circa medium*, ibi. *De conſuetudine tamen huius prouincia eligi ſolent Arbitri; vnus Eccleſiaſticus pro parte Curia Eccleſiaſtica, & alter ſecularis pro ſeculari &c.*

6 His quidem ſic ſe habentibus., accedendo propius ad praxim & ſtylum noſtri Regni dicendum eſt, non eſſe neceſſarium requiſitum, quod tales arbitri, vel alter eorum ſit Eccleſiaſticus, ſed fas eſſe cuilibet Curiarum contendentium eligere laïcum in arbitrum pro declaratione; & ita multoties vidi practicatum; & in ſpecie Reſoluit noſter Portoles *in ſcholiis ad Molinum tom.* 1. *in commentariis ad forum* 1. *ſub titu. de competentia, Iuriſdictionis* vbi *num.* 18. mouet hanc quæſtionem, & ita ait.

Sed dubium eſt, cum forus iſte non aperiat, qualis iſte arbiter eſſe debeat; an laïcus, ad dirimendam huiuſmodi controuerſiam nominari poſſit, etiam, ſi de re, & Iuriſdictione Eccleſiaſtica tractetur, & reſolutio ſit; quod licet in terminis iuris in re hac varia opiniones reperiantur & tamen in hoc Regno ex praxi, & vſu hactenus inconcuſſè obſeruato, inductum fuit, etiam laicos in arbitros huiuſmodi nominari, eorúmque ſententiam valere: Regulariter etiam pro parte officialium D. Regis Aduocatus Fiſcalis, qui merè laïcus eſſe ſolet, arbiter deſignari conſueuit. Quare in Regno nulli dubium eſt, etiam laïcos in huiuſmodi arbitros eligi poſſe &c. Hæc Portoles, cui videtur aſſentiri Don Laurentius Matthæu *in d. tom.* 2. *de regimine Regni Valentia cap.* 7. §. 1. *n.* 135. videndus Fontanella *deciſ.* 323. *& deciſ.* 324. *tom.* 2. 7

Et licèt prædicti, nullam rationem dictæ praxis adducant; ego quidem excogitaui, poſſe fulciri in eo, quod docet Mandoſius *ſuper regulam* 27. *de non iudicando iuxta formam ſuplicationis*, vbi *in quæſt.* 5. *num.* 11. concludit; *quod laïci poſſunt eſſe arbitri de licentia ſuperioris per textum in d. cap. per tuas*, & *gloſſam in cap. contingit circa medium de arbitris*; & *n.* 12. proſequitur ipſe Mandoſius, & ita ait. *Laicus poteſt eſſe arbiter authoritate Papæ ſuper re ſpirituali Geminianus &c.* Ad idem Gratianus *tom.* 2. *diſceptationum forenſium cap.* 238. *num.* 48. qui eodem modo concludit, & reſoluit ſufficere pro licentia ſuperioris, quòd adſit cunſenſus Epiſcopi, vel iudicis, ſiue ordinarij, vel delegati ad quem cauſæ ſpiritualis cognitio pertinet, & allegat ad propoſitum Innocentium *in cap. contingit de Arbitris*; & additio ad Guid Pap. *deciſ.* 69. *verbo Epiſcopi &c.* 8

Ex quorum doctrina infertur ad noſtrum intentũ, quod cùm prædicti noſtri fori, ipſorúmque praxis quoad terminandas contentiones ſit approbata, & confirmata per Romanos Pontifices, non ſolùm pet longiſſimi temporis præſcriptionem; habentem vim priuilegij, ſed etiam ex expreſſis conceſſionibus; vt eum pluribus tradunt Portoles *vbi ſuprà ad d. forum* 1. & Caſanate *in illa celebri allegatione por Don Pedro Gajo* & *fundamento* 1. *ferè per totum verſ. Tampoco puede hauer duda, pagina* 7. *& pag.* 9. *verſ. contra eſta coſtumbre &* Seſſe *in tractatu de inhibitionibus* 9

bitionibus cap. 8. §. 3.*num.* 163. & *cap.* 9. §. 1. *numero* 45. & latiſſimè *deciſione* 113. *à numero* 98. *cum pluribus ſequent.* & magis in ſpecie *numero.* 140. *&* 153. *&* 188. *&* 197. imò non ſolùm per præſumptum priuilegium ſit canonicata, ſed per expreſſum; vt patet ex Bulla Pij V. ſub dat. Romæ die 12. Maij anni 1571. quam refert Seſſe *in d. deciſ.* 113.*num* 200. ex qua colligitur, quòd cùm per dictum Pontificem fuiſſet commiſſa cauſa in vim appellationis Nunrio Apoſtolico, tunc in Hiſpaniarum Regnis exiſtenri, & Epiſcopi Hoſcen. ex quadam ſententia pronunciata per Cancellarium; Fiſcalis Regius, ſeu eius Procurator recurſum habuit ad prædictum Sanctiſſimum Dominum Nauado ritum, formam, & modum; & quidquid obſeruabatur in decidendis contentionibus iuxta ſtylum, & praxim noſtrorum fororum, quibus renuntiatis Domino Papæ, & ab eo cognitis, conceſſit prædictum Breue narrando, & ſpecificè enunciando omnia, quæ in obſeruantia, & vſu reperiebantur: Et ad præſens reperitur vſu receptum, & tandem ita concludit. *Huiuſmodi ſupplicationibus inclinati; Iudicibus præfatis, quibus cauſa ſupradicta commiſſa reperiuntur, per præſentes inhibemus, ne in illis quovis modo, directè, vel indirectè, ſeu quovis quæſito colore, etiamſi de illis iam cognoſcere inceperint, ſe intromittant, nec de illis cognoſcant. Nos enim cauſam, & cauſas (vt præfertur commiſſas iudicibus, quibus commiſſa recipiuntur; harum ſerie reuocamus, illámque & illas penitus extinguimus, & annullamus, deciſionémque, & declarationem per dictum Cancellarium (vt dicitur)* factas, *ac ſi præmiſſa non emanaſſent exequendas fore declaramus, non obſtantibus præmiſſis, & quibuſvis Apoſtolicis, ac Provincialibus, & Synodalibus Concilijs editis conſtitutionibus, & ordinationibus, ac quibuſcumque inhibitionibus, vtpotè primis litteris emanatis, ſeu emanandis cæteriſque contrariis quibuſcumque, &c.*

Quod quidem ſimiliter etiam conceſſit Gregorius XIII. ad inſtantiam Philipi Hiſpaniarum Regis in alio Breui pro Regno Sardiniæ ſub dat. Romæ die 15. Decembris anno 1574. quòd refert etiam ad litteram idem Seſſe *in d. num.* 200.

10 Ex quibus non datur locus dubio, vt ambigere poſſimus, quòd etiamſi duo prædicti arbitri nominentur, etiamſi laïci ſint poſſint declarare contentionem, cum ex prædictis Breuibus conſtet, Pontificem conceſſiſſe licentiam, & approbationem, vt contentio per arbitros terminetur, & cum Pontifices certò ſcirent in talibus contentionibus ſemper eſſe imbibitam rem ſpiritualem, cum illæ nunquam habeant locum, niſi quando diſputatur; an cognitio pertineat ad Curiam Eccleſiaſticam, vel ſecularē, & abſolutè Pontifices ſolùm declarent, vtque libet Curia de per ſe vnum arbitrum nominet ſine reſtitutione, vel limitatione; ſequitur exinde, quòd iam exiſtit licentia, & authoritas ſuperioris, quæ ſufficit, vt laïcus poſſit arbitrium ferre, etiam in re ſpirituali.

Nam cum *ibidem* tantùm dicatur, Arbiter, datur comprehenſio ad quemcumque, quia quòd ſub generalitate in lege continetur, dicitur eſſe expreſſum in ea *l. finali ff. quòd cam eo, &c.* Tiraquellus *de retractu Lignag.* §. 1. *gloſſa* 7. *n.* 101. *cum ſeq.* Et plures referens Farinatius *Conſilio* 30. *num.* 216. *circa medium verſ. Nam & illud, quod ſub generalitate, &c. tom.* 1. *Conſiliorum*: Et cum decretum Apoſtolicum ſolùm requirat, & dicat abſolutè, & generaliter, quòd Arbiter nominetur, videtur dicendum comprehendi licentiam ſuperioris in illa generalitate ad effectum, quòd Laïcus, vt Arbiter admittatur ad decidendas contentiones, non obſtante, quòd in eis aliqualiter agatur de rebus ſpiritualibus. 11

Ex his colligitur, quòd in noſtro Regno ambo arbitri poſſunt eſſe laïci, vt expreſsè tradit Portoles *vbi ſuprà*, & ſine dubio vniformiter obſeruatum, & practicatum videmus; quidquid ſit in Cathalonia, vbi de conſuetudine ſtylatur, quòd duo arbitri nominandi, eligi ſolent, vnus Eccleſiaſticus pro parte Curiæ Eccleſiaſticæ, & alter laïcus pro Curia ſeculari; vt teſtatur Fontanella *in d. tractatu de pactis nuptialibus tom.* 1. *Clauſula* 4. *gloſſa* 13. *parte* 3. *num.* 6. & latiſſimè *deciſ.* 323. *cum ſeq. tom.* 2. vbi diſputat, *an duo arbitri poſſint eſſe laïci*; attamen in hoc noſtro Regno (vt iam diximus) erit facultatiuum, cuilibet Curiæ, vel Iudicibus contendentibus eligere in arbirrum Eccleſiaſticum, vel ſecularem prout eiſdem placuerit. 12

QVÆSTIO XXVI.

Arbitri eligendi pro decidenda contentione an ſint Arbitri Iutis?

SVMMARIVM.

Arbitri nominandi à Curiis, contendentibus pro decidenda Competentia, ſunt Arbitri iuris. n. 1.

Arbitri iuris dicuntur illi, qui ex neceſſitate legis, vel ſtatuti eliguntur, & non ex mera partium voluntate. num.2.& 4. *& 9.*

Arbitri iuris dicuntur, qui dantur à Papa, ſicut & etiam, qui dantur à lege, vel ſtatuto. num.3.

*Nominatio arbitrorum in Aragonia, pro decidenda contentione, non pendet ex mera voluntate partium, ſed ex diſpoſitione fori. n.5.*intellige vt 6.

Arbitrorum nominatio, facienda per Curias contendentes de iuriſdictione, licèt ex neceſſitate fori fieri debeat, liberum tamen eſt eis nominare perſonam, quam voluerint.n.6.

Officium arbitri eſt ſtrictiſſimum, & taxatum ex propiis verbis compromiſſi. n.7.

Arbitri à lege, vel ſtatuto procedere debent in caſibus, in quibus ipſa lex, & ſtatutum diſponunt, etiam ſine partium voluntate aut miniſterio.n.7.& 8.

Arbitri iuris teneatur ſtrictiſſimè ſe gerere in declaratione, nec poſſunt ſe extendere ad aliquid arbitratoris.n.8.& *9.*

Fori Aragonum praſcribunt formam, tempus & ritum, quibus competentia iuriſdictionum inter Curias exorta terminari debeant. n.9.

Cancellarius & Arbitri pro decidenda contentione ſunt Iudices Ordinarij. n. 11.

1 ARbitros primos nominandos ad
decidendam contentionem iuriſ-
dictionis exortam inter Curias Eccleſia-
ſticam, & ſecularem eſſe Arbitros iuris
apertè deducitur ex his, quæ tradit
Maranta *in ſpeculo aureo, ſiue praxi Iudi-
ciorum, parte 4. diſtinct.14. num.3. verſ.ar-*
2 *biter iuris dicitur, &c.* Vbi cum pluribus
probat arbitros iuris dici illos, qui ex
neceſſitate legis, vel ſtatuti eliguntur,
non verò ex mera, & libera partium
3 voluntate, ſicut & etiam ſimiliter dicun-
tur arbitri iuris, qui dantur à Papa eodem prorſus modo, ac qui dantur à lege, vt patet *ex l. cum ſpecialis in fine Cod. de iudiciis cap. ab arbitris cap. ſi contra hunc de officio delegati in 6. cap. Paſtoralis de reſcriptis cap. cum ſpeciali cap. 2. requiris de appellationibus*, & in aliis pluribus, & docent Gratianus *tom. 1. diſceptationum foreaſ. cap. 66. num. 15. & 16.* qui alios allegat.

Et eſt communis omnium Doctorum 4
ſententia, quòd quoties ex neceſſitate
legis, vel ſtatuti, & non ex nutu, & li-
bera voluntate partium ſunt nominan-
di arbitri, & propriè vocantur, & ſunt
arbitri iuris; ita Decius, qui de com-
muni teſtatur, *in d. cap. paſtoralis de
reſcriptis num.4.* & *ibidem* Panormitanus
num. 1. Imola *num.* 9. Felinus *num.*10.
Soccinus *regula* 31. Fallentia 3. Conſe-
quènter cum nominatio arbitrorum, 5
quoad declarandas contentiones iuriſ-
dictionum in Aragonia, & in Regnis
Coronæ, non pendeat ex mera volun-
tate, & arbitrio partium, ſed ex neceſſi-
tate, & expreſſa volũtate fori 1. ſub titulo
de la Competencia de juriſdicion ibi, *Sea tenido en las primeras letras, que embiara à otro Iuez, à nombrar vn arbitro, y el Iuez à quien las letras eran dirigidas, y fueren preſentadas dentro de tres dias de el dia de la preſentacion de aquellas contaderos, ſea tenido de reſponder al Iuez que le huuiere eſcrito ſobre la dicha competencia nombrando en las dichas letras reſponſiuas otro arbitro para el conocimiento de la dicha contencion, los quales dos arbitros electos, &c.*

Infertur ex dictis verbis, & ſatis ap- 6
paret quòd licèt aliàs liberum ſit Curiis
contendentibus nominare hunc, vel
illum arbitrum; (vt diximus *ſupra q.24.
num.8. &* 18. non tamen poterunt effu-
gere nominationem arbitri ad effectum
declarandi contentionem, prout in di-
cto foro expreſsè cauetur, & exinde illi
erunt arbitri iuris

Et licèt officium arbitrorum ſit ſtri- 7
ctiſſimum, & taxatum ex propriis ver-
bis compromiſſi, vt cum Baldo, & Ri-
minaldo Iuniori *Conſ.* 273. *num.* 16. *&
conſilio* 281.*n.*58. *&* 59. obſeruat Fran-
ciſcus Niger Ciriacus *tom. 2. controuer-
ſiarum forenſium, controuerſia* 350. *num.* 8.
attamen in prædictis arbitris non eſt
opus, vt per partes conueniatur in com-
promittendo, nec etiam, quòd deuenia-
tur ad compellendum illas, vt per viam
arbitrorum, & ob non declarationem
ipſorum per Cancellarium cauſa termi-
netur, cum ex eodem ipſo foro iuxta
ſtylum,

ſtylum & formam, *ibidem* præſcriptam ſiñe miniſterio, voluntate, aut alia quavis diligentia fieri debeat ex quo, propriiſſimè appellaotur, & ſuot Arbitri iuris per ea, quæ tradit Marcus Antonius Patauinus *in ſuo tractatu de compromiſſis faciendis quæſt.* 1. §. *Arbitrum*, *&* *Arbitratorem num.* 29. Vbi reſoluit, quòd quando in lege, vel ſtatuto diſponitur, quòd per Arbitros termioetur cauſa præſcribendo formam procedendi, tunc tales Arbitri ſunt Arbitri tantùm iuris, nec poſſunt ſe extendere ad aliquid, quod ſapiat naturam Arbitratoris: & ad inteotum allegat Ancharranum *conſilio* 270. *incip. Pro declaratione &c.* & Guidonem Papæ *conſilio* 101. *incip. viſo compromiſſo &c.*

9 Vnde cum *in prædicto foro* 1. iam ſit diſpoſitum, quòd contentio Iuriſdictionis termioetur per Arbitros; quibus ipſemet forus induxit, & declarauit, ac præſcripſit ritum, formam; & tempus procedeodi non eſt ambigendum, ſed imò certiſſimè concludendum prædictos eſſe ſtrictiſſimè, & propriiſſimè Arbitros iuris, & vt tales non poſſe ſe extendere vltra metas prædicti fori, nec habere aliquam facultatem procedeodi,
10 vt Aibitratores, ſed teneri ſe adſtringere ad terminos Iuris, ſi deueniant ad declarationem, licèt, ſi aliàs inter ſe non conueniant, cauſa deuolui debeat ad Cancellarium, taoquam ad tertium Arbitrum ab ipſa noſtra lege electum; vt pluries diximus, & apparet ex verbis fori 1. *ſuprà* allegati, & patet etiam ex Pragmaticis Regni Sardiniæ *tit.* 5. *cap.* 1. vbi ita legitur: *Habiendoſe de declarar conforme à la Apoſtolica, y Real concordia las cauſas de contencion entre las Curias, Eccleſiaſtica, y Real por Arbitros, &c.*

Quod quidem eodem prorſus modo renuntiatur in aliis Regnis coronæ in diſpoſitionibus loquentibus de hoc articulo, ex quibus, & ex prædictis apparet eligendos eſſe prædictos Arbitros ex vi ſtatuti, ſiue legis, & cooſequenter dicendos, & nominandos eſſe Arbitros iuris, qui quidem io Aragonia, & in aliis Regnis coronæ declarant, & decidunt conteotiones Iuriſdictiooum inter curias, Eccleſiaſticam, & ſecularem ſeu ipſarumque iudices ſuſcitatas. Ex quibus etiam dicendum eſt tam Arbitros quàm Cancellarium eſſe iudices ordinarios quoad contentiones; nam quoties Iuriſdictio à lege attribuitur, iudex ordinarius appellatur & eſt l. *More ff. de iuriſd. om. Iudi.* Morla *tit.* 2. *in præmiſſis num.* 87. Maraota 4. *p. diſtinct.* 15. Petrus Grego. *partit. Iuris Cano. lib.* 5. *tit.* 1. *cap.* 3. *num.* 2. quos cum aliis refere & ſequitur Suelues *in* 1. *centur. conſil.* 99. *num.* 2. *verſ. His non aduerſantibus* &c. ergo cum prædicti Arbitri & Cancellarius à lege habeant ſuam Iuriſdictionem dicendum eſt fore ordinariam; quod iotellige iuxta ea quæ anootauimus *ſuprà quæſt.* 6. *à num.* 12. *cum ſeq.*

QVÆSTIO XXVII.

Arbitri ad decidendam contentionem in quo loco eligi debeant?

SVMMARIVM.

Arbitri nominandi pro decidenda contentione Iuriſdictionis vbi, & quo loco eligendi ſint. n. 1. *Cancellarius competentiarum in Aragonia eſt tertius Arbiter nominatus ab ipſo foro ad terminandas contentiones Iuriſdictionis. n.* 2.

Arbiter, & Arbitrator in multis differunt. num. 3.

Arbiter iudicare, & pronuntiare poterit, vbi voluerit, ſi ſit locus decens, non tamen in Eccleſia. n. 4. *intellige vt n.* 7. & 8.

Arbiter, qui verè eſt Arbiter, iudicat eodem prorsùs modo ſicut Iudex. n. 4.

Iudex, qui verè ſit iudex non poteſt in Eccleſia iudicare. n. 4.

Sententia data in Eccleſiam per iudicem laicum eſt nulla. n. 5.

Arbitrator poterit declarare Arbitrium, vbi voluerit etiam in Eccleſia. n. 6.

Arbitri in Aragonia pro decidenda contentione Iuriſdictionis ſunt veri Arbitri, nec habent aliquid Arbitratorum. n. 7.

Iudices Eccleſiaſtici, ſi tractent de re ſpirituali, vel Eccleſiaſtica, poterunt in Eccleſia ſententiam ferre. n. 8.

Arbitri pro decidenda contentione Iuriſdictionis nominandi ſunt in loco, vbi captus detentus reperitur. n. 9. *intellige vt* 10. & ſeq. vſque in finem.

Arbitri eligendi in Cathalonia pro decidenda contentione Iuriſdictionis nominari debent per ambas Curias capite Vicariæ ciuitatis, aut loci, in qua vel quo contentio fuerit formata. n. 11. *Quod extende*

extende ad Regnum Sardiniæ. n. 12. & quid ibidem obſeruetur in ciuitate, & curia Calaritana. n. 13.

1 IN quæſt. 20. *Superiùs* extenſa reſolutum reliquimus: quod ſemper Tribunal Caocellarij exiſtere debet in domo propriæ ſuæ habitatioois, & in præſenti inquirendum eſt, vbi & in quo loco eligi debeant Arbitri nominandi à curiis cootendentibus de Iuriſdictione ad effectum declarandi, ad quam ipſarum pertineat competentia.

2 Enim verò in Cancellario non habet dubium, vbi ſit locus ipſius nominationis; cum ex ipſo foro iam ſit expreſsè cognitus, & ſpecialiter nomioatus in euentum, in quem Arbitri inter ſe nun coouenianr, tunc etenim, ſi prædicti inter ſe oon conueniaot, ex legis, ſeu furi diſpoſitione ſioe aliquo partium miniſterio deuoluitur ad Cancellarium, tanquam tertium legalem Arbitrum; vt diximus *ſuprà quæſt. 6.* & io aliis pluribus, & exinde otioſum eſt quærere vbi Cancellarius nominari debeat, cùm io ipſo foro cogoitus reperiatur ad eum effectum per nominationem factam à D. Rege, vt patet ex annotatis *ſuprà quæſt. 7.*

3 Et pro enodatione propoſiti dubij aduerteodum eſt, quòd de iure communi conſtituenda ſit longa differentia inter Arbitrum, & Arbitratorem ad prædictum iotentum; nam Arbiter iudicare poteſt, vbi voluerit in loco decenti, & honeſto, apto tamen ad pronuotiaodum *l. ſi non dies §. ſi Arbiter ff. de receptis Arbitris*, & docent Nauarrus *lib. primo conſiliorum, ſub titulo, de officio iudicis ordinarij, conſilio 2. num. 2. in ſecunda editione.*

4 Verùm id in Eccleſia efficere nequit, ſicut nec iudex, qui verè ſit iudex, quia Arbiter, qui verè ſit Arbiter iudicat eadem prorſus ſimilitudine, & paritate, ſicut iudex; vt patet ex textu *in l. 1. ff. de Arbitris*, & *in cap. decet §. finali, de immunitate Eccleſiarum lib. 6. & in cap. cum Eccleſia, eodem titulo de immunitate Eccleſiarum, in decretalibus*, & diximus *ſuprà quæſt. 25. num. 4.* & aduertemus *infrà quæſt. 29. num. 9.*

5 Taliter, quòd ſi tales Arbitri in Eccleſia ſeotentiam proferant, erit nulla, vt tradit Barboſa *in tractatu de vniuerſo iure Eccleſiaſtico lib. 2. cap. 3. num. 10.* & latiſſimè *num. 12.* & exinde Arbiter in Eccleſia pronuntiare nequit de quo videre poteris P. Baptiſtam Fragoſum in loco ſtatim citando. *num. 36.*

6 Quod quidem ooo ita eſt reſtrictum in Arbitratore, iſte oamque benè poterit Arbitrium ſuæ determinationis propalare, & reouotiare in quolibet loco, etiamſi ſit in Eccleſia argumento textus *in l. finali cod. de feriis*, & ita docent Baptiſta de Sancto Blaſio *in titulo de Arbitris quæſt. 87. num. 50. verſ. ſeptuageſimo quinto &c.* quem tractatum reperies etiam *in tom. 3. tractatuum p. 1. pagina mihi 296.* & Camillum Borrelum *in ſumma de deciſionum tom. 1. tit. 63. à num. 378. cum ſequen.* quos refert, & ſequitur Fragoſus *de Regimne Chriſtianæ Reipublicæ tom. 1. p. 1. lib. 5. diſputat. 14. de Arbitris, & Arbitratoribus §. 11. num. 62.*

7 Vide cum tales Arbitri, pro decidenda conteotione, verè ſint Arbitri, nec habeant aliquid Arbitratorum; (vt diximus *in quæſtione Antecedenti à num. 5. vſque in finem*) ſequitur, quòd poteruot pronunciare in quolibet loco decenti, & apto ad eum effectum; & cum in talibus cootentionibus agatur de re ſpirituali poteſt extendi, vt id etiam efficere poſſiot in Eccleſia iuxta veriorem ſeotentiam de qua Barboſa, *vbi ſuprà d. tract. de vniuerſo iure Eccleſiaſtico lib. 2. cap. 3. num. 12. verſ. idem in puncto iuris videtur* &c.

8 Et cum illi tractent, & inquirant de re ſpirituali, vel ſaltem Eccleſiaſtica, hoc eſt, an iuriſdictio, quæ contenditur, pertineat ad iudicem Eccleſiaſticum, vel ſecularem; conſequenter poterunt id efficere in Eccleſia. Et de hoc articulo ſpecialiter agemus *infrà in q. 48.*

9 Ex quibus colligitur, vt dubitari poſſit; an idem procedat in quacunque nominatione facienda de Arbitris, vt ſcilicet, fieri valeat in quacunque parte, vel loco, attamen cum habeamus in ooſtro Regno diſpoſitionem foralem termioantem, & decidentem quæſtiooem; ipſius verba referre libet, quæ habentur in foro *Otroſi porque por auſencia &c.* & eſt finalis ſub titulo *de la competencia de las Iuriſdiciones*, & habetur in volumioe fororum *fol. 52. columna 4. in nouiori impreſſione*, quæ ita ſe habeot *Otroſi porque por auſencia de los Arbitros no ſe differezca la determinacion de la competencia, ſu Alteza de voluntad de la Corte declara que los Arbitros de la competencia ſe ayan de nombrar à donde el preſo eſtuuiere detenido &c.*

10 Patet igitur clarè ex prædictis verbis non

non eſſe permiſſam nominationem Arbitrorum, niſi in loca, vbi captus detentus exiſtat, ſed aduertere debes quòd noſter Portoles *in ſcholiis ad dictum forum finalem* accuratè notat, quòd licèt conciſè prædictus forus loquatur de loco, vbi captus in carceribus detruſus, ſeu detentus reperiatur, intelligitur tamen, quando captus detinetur ab illo Iudice, qui immediatè inhibuit, id eſt, qui litteras inhibitorias expediuit cum nominatione arbitri; non verò ſi perſona, quę cauſam dat contentioni à tali Iudice inhibente, non ſit detentus, tunc etenim arbitri nominandi ſunt, vbi cauſa tractatur, & ita praxi fuiſſe ſeruatum, teſtatur ipſe Portoles vbi proximè, referendo varia exemplaria, de quo videre poteris noſtrum. Seſſe *in tractatu de inhibitionibus cap.* 9. §. 1. vbi *à num.* 46. *vſque ad* 51. latè agit de hoc articulo, quibus iunge Ramirez *de lege Regia* §. 2. *num.* 4. *&* 5. vbi ita ait. *Alias poterit ſecularis per Eccleſiaſticum inhiberi, &, è, contra per ſecularem Eccleſiaſticus cum nominatione arbitri illius loci, in quo is, qui immunitatem Eccleſiæ prætendit, captus reperitur, &c.*

11 Idemque inſinuat Ferrer. *p.* 3. *obſeruationum cap.* 172. *in fine in verſ. adde quod, &c.* vbi probat, quod in Cathalonia per capitulum Curiæ anni 1564. folio 14. ſtatutum fuit, quod arbitri eligendi pro decidenda contentione iuriſdictionis nominari debeant per ambas Curias in capite Vicariæ Ciuitatis, aut loci in quo vel qua contentio fuerit formata, &c.

12 Tum & etiam D. Rex Philippus II. dum Princeps eſſet, & vices ſanctæ memoriæ Imperatoris Caroli V. eius patris gereret in Comitiis Cathaloniæ celebraris de anno 1554. *cap.* 22. *aliàs* 3. ſtatuit his verbis: *Porque la eleccion de los Arbitros de cauſas de contencion ſe haga bien, y las partes no ſean oprimidas de trabajos, y gaſtos por eſſo con aplauſo, y aprobacion, de todos; eſtatuimos, y ordenamos, que las dos cortes Eccleſiaſtica, y ſeglar ayan de nombrar dos Arbitros en la cabeza de la Veguerin de la Ciudad, o, Villa, en laqual ſe hauran formado la contencion.*

13 Quæ quidem diſpoſitio cum aliis decretis in proximè dictis Curiis communicata fuit pro Regno Sardiniæ; vt patet ex Pragmat. Reg. *tom.* 2. *tit.* 41. *num.* 39. *&* 43. *&* 44. & conſequenter idem videtur obſeruandum *ibidem*.

Et tamen aduertere volui circa hunc articulum, quòd in quibuſdam notis manuſcriptis in meo poſſe habitis reperi, videlicet, quòd in Ciuitate Calaritana prædicta contentio formatur coram Regia Audientia, & quòd ibidem nominandi ſunt Arbitri, vel Saſſari coram Gubernatore, & Aſſeſſoribus gubernationis, vbi etiam nominandi ſunt Arbitri.

Ex quibus concludendum eſt circa præſentem quæſtionem, quòd in hoc noſtro Regno Arbitri nominari debeant vbi captus detentus, & carceratus exiſtat, ſi à Iudice inhibente, & expediente litteras Competentiæ detineatur, at verò in aliis caſibus; nominatio Arbitrorum; fieri debet vbi cauſa tractatur, quæ contentioni anſam dedit; & in aliis Regnis Coronæ obſeruandum erit, quòd ex prædictis *ſuprà à n.* 11. *vſque ad preſens*, reſultat, & ex praxi, & ſtylo *ibidem* practicatur. 14

QVÆSTIO XXII.

Arbitri, pro decidenda contentione Iuriſdictionis, exorta inter Curias, intrà quod tempus eligi debeant?

SVMMARIVM.

Iudices duo delegati ſi contendant de iuriſdictione declarari debet per Arbitros. num. 1.

Iudices dignitate, & poteſtate pares non habent inter ſe imperium Superius, vt alter contra alterum procedere valeat. num. 2.

Iudices duo æquales in iuriſdictione, ſi de ea inter ſe contendant, compelli debent ad nominandos Arbitros, qui contentionem decidant. n. 3. & 9.

Contentio Iuriſdictionis, ſi in Aragonia oriatur inter Iudices æquales, terminanda eſt per Arbitros. n. 4. *&* 9.

Arbitrorum nominatio, pro decidenda contentione iurſdictionis inter duos Iudices, vel Curias contendentes exorta, fieri debet intra triduum in Regnis Corona Aragonum. n. 5. & ſeq.

Tempus trium dierum datum Iudicibus, vel Curiis contendentibus in Aragonia de iuriſdictione, qui à foro dantur pro nominatione Arbitrorum, qui controuerſiam decidant, currit de momento ad momentum. num. 7.

Caſus,

Caſus, in quibus Index non teneatur competentiam formare in Aragonia contra alium Iudicem pretendentem grauamen fieri, vide remiſſiuè. n.8.

Iudex in Aragonia, ſi renuat reſpondere litteris inhibitoriis alterius Iudicis prætendeatis grauamen ei inferre in Iuriſdictione, punitur; vt contentio declarata ſit in iſtius fauorem. n.9.

Praxis terminandi contentiones Iuriſdictionum inter Iudices, vel Curias exortas introducta fuit in Aragonia, ne partes ex dilationibus vexarentur; & exinde terminus ad nominandos Arbitros, qui cauſam decidant, præciſè erit triduum n.10. & ſeq.

1 IN Iure communi ſtatutum reperimus *in cap. Paſtoralis* 14. *de reſcriptis*, quod ſi duo Iudices delegati inter ſe contendant de Iuriſdictione, declarari debeat per Arbitros iuris, ad quem ipſorum pertineat cognitio; vt diximus *ſuprà q.2. n.*18. & *quæſt.3. num.* 5. *&* 6. & tradunt *ibidem* communiter DD. & Iaſon *in lege 2. n.27. ff. Si quis in Ius vocatus non ierit*, vbi Angelus *n.7. verſ. ſextò fallit.* & *verſ. octauò fallit*, Alexander *conſilio 1. n.13. volumine* 5. Aufrerius *in tractatu de recuſat. n.* 45. *verſ. quod ſi duo*; Quem tractatum reperies *tom.3. tractatuum p.1. fol.*355. & alij plures.

2 Rationem autem, cur talis contentio terminanda ſit per Arbitros, adducit Gaſpar Hortigas *in ſuo patrocinio progimnaſio Cæſarauguſtano p.3. n.*85. *p.*119. *in 3. columna*, quem ad intentum allegat Portoles *in ſcholiis ad forum* 1. ſub titulo *de lâs Competencias n.*7. videlicet, quia cùm ambo ſint pares dignitate, & miniſterio, ad quod deſtinantur, conſequenter alter contra alterum imperium habere nequit. *l. nam, & Magiſtratus ff. de receptis Arbitris l. ille à quo §. tempeſtiuum ff. ad Trebellianum c.1. de locato cap. Innotuit* 20. *§. quamvis de electione, cum aliis pluribus*, Surdus *conſilio* 47. *n.* 10 *& conſilio* 106. *n.*12. & *conſilio* 167. *num.*16. Scaccia *de appellationibus quæſt.2. numero* 10. Riccius *in collectaneis deciſionibus p.* 5. *collect.* 194. cum aliis adductis per Hortigas, vbi proximè, qui *à num.*86. cum ſeq. ex variis rationibus, & Argumentis comprobat prædictam reſolutionem.

3 Et ideò de iure communi compelluntur prædicti delegati ad nominandos Arbitros, qui illam diſcordiam componant declarando, ad quem dictorum Iudicum pertineat cognitio cauſæ, quæ ventilatur, & ad intentum cumulare poteris, quæ latè diximus *ſuprà quæſt. 2. num.*16. & 17. *& quæſt.* 12. *à num.* 4. & ſeq.

Talis ergo diſpoſitio iuris communis 4
locum ſibi vendicat, & praxi recepta repetitur in declarationibus faciendis in occurrentibus contentionibus Iuriſdictionum inter curias, & Iudices; prætendentes in Regnis Coronæ Aragonum, ad quemlibet ipſorum, vel ipſarum pertinere debeat: vt accuratè docent Portoles vbi *ſuprà* in ſcholiis *ad d. forum* 1. *num.*17. & Bardaxi *in commentariis ad eundem forum num.*15. *pag.*316. Ramirez *de lege Regia* §. 2. *num.* 4. vbi plures practicos aliorum Regnorum allegat.

Ex quibus deducitur, quòd cùm in 5
dicto *cap. Paſtoralis*, expreſsè non caueatur tempus, intra quod prædicti Arbitri nominari debeant; ideò in præſenti quæſtione id diſputare placuit, cuius reſolutio expreſſa videtur in *d. foro* 1. vbi ita deciditur ibi. *Que el Iuez, aſſi temporal, como Eccleſiaſtico, o. qualquiera de ellos, que pretendera la perſona, o, coſa ſobre que ſe litiga, o, ayaa competencia ſer de ſu Iuriſdicion, y el conocimiento de la cauſa pertenecera à el, y no al otro Iuez: ſea tenido en las primeras letras, que embiara à otro Iuez, nombrar vn Arbitro. Y el Iuez à quien las letras iran dirigidas, y fueren preſentadas dentro de tres dias, del dia de la preſentacion de aquellas contaderos, ſea tenido de reſponder al Iuez que le huuiere eſcrito ſobre la dicha Competencia nombrando en las dichas letras reſponſiuas otro Arbitro para el conocimiento de la dicha contencion,*

Et ferè ſimilis diſpoſitio reperitur in 6
foro: *Por no reſponder ſub* eodem titulo *de la competencia de Iuriſdicion*, qui ita ait. *Por no reſponder à las letras del Iuez, que forma la competencia dentro el tiempo del fuero, ſe han ſeguido inconuenientes, y daños à los de eſte Reyno: Por loqual ſu Alteza de voluntad de la corte declara, diſpone, y ordena, que ſi deſpues de preſentadas las letras del Iuez Eccleſiaſtico al Seglar, ò del ſeglar al Eccleſiaſtico qualquiere de ellos, que dexare de reſponder dentro el tiempo de los tres dias del termino foral en los caſos, que fuere obligado à reſponder &c.* & diximus *ſuprà quæſtione* 5. *num.* 5.

7 Ex quibus verbis apertè infertur, quòd tempus intra quod Arbitri nominari debeant pro decidenda contentione, erit triduum computandum à die, quo litteræ inhibitoriæ Iudicis formantis Competentiam fuerint intimatæ Iudici contra quem grauamen inſerri prætenditur, & ab illo tunc currunt de momento ad momentum illi tres dies dati ad reſpondendum cum nominatione Arbitri in caſibus, in quibus de foro, Competentia formari debet. Qui autem ſint hi caſus docet Bardaxi *in Commentariis ad dictum forum: Por no reſponder, num.*1. vſque *in finem folio* 318.

8 Vnde ſequitur, quòd dictum tempus trium dierum ita voluerunt noſtri maiores reſtringere pro nominatione Arbitrorum, vt pœnam impoſuerint Iudici, cui litteræ fuerint intimatæ, ſi modo præmiſſo intra dictum tempus renuant reſpondere iuxta ea, quæ diximus *ſuprà quæſt.*5. *num*.6. tunc enim Competentia habetur pro declarata contra Iudicem negligentem, vel renuentem reſpondere intra dictos tres dies cum nominatione Arbitri; & exinde fatendum eſt dictum triduum, & non vltra eſſe tempus, intra quod præcisè dicti Arbirri nominari debent; quæ ſententia colligitur ex his; quæ docent Portoles *in ſcholiis ad d. forum* 1. *num*.6. *&* 12. & *ibidem* Bardaxi *num*.15. *Ramirez de lege Regia* §. 2. *n*. 5. Seſſe *decis.* 113. *in principio num.* 1. *in* §. *in forma fori, in formando Competentiam &c.* eſtque communis, & praxis inconcuſſa noſtri Regni, deſumpta ex dictis foralibus diſpoſitionibus.

9 Quæ fundatur in ratione *ſuperiùs* tradita *n*. 3. quia cum ambæ curiæ Eccleſiaſtica, & ſecularis contendentes de Iuriſdictione reſpectiuè æquale imperium habeant; ideò non per ſe, ſed per Arbitros contentio ſopiri debet; & ſimiliter ne partes dilationibus vexentur, ille trium dierum terminus, breuis fuit præſcriptus, quia ſi Iudex taceret per tempus ei arbitrariũ fortaſsè in longum protraheret, differendo miniſtrare, Iuſtitiam grauando partes cum ſuis dilationibus, quod noſtri maiores euitare voluerunt per formationem huius viæ, & modi terminandi contentiones; vt diximus *ſuprà q.*23. *n*. 13. & ex eo magna cum ratione reſtrinxerunt tempus ad terminum exactiſſimum dictorum trium dierum.

10 Quod quidem approbatum, & canonizatum reperitur, non ſolùm ex dictis foralibus diſpoſitionibus, ſed etiam ex decretis Apoſtolicis, vt patet *ex Bulla* Pij V. quæ incipit: *Decet Romanum Pontificem &c.* ſub datum Romæ apud Sanctum Petrum die 12. Maij 1571. Pontificatus ſui anno 6. *vbi circa medium in verſ. quodque iuxta conſtitutiones &c.* poſtquam Pontifex enunciauit, & renunciauit motiuum, propter quod noſtri fori Competentiarum editi fuerunt, ita ait. *De ſalubri remedio prouidendo ſuper cõtentione fori ad euitandum controuerſias, quæ quotidiè oriebantur &c. dum de contentione Iuriſdictionis ageretur; Iudex alteri Iudici, cui inhiberet, Arbitrum vnum per ſuas litteras nominaret; Iudex verò, cui litteræ huiuſmodi diriguntur, & forent præſentatæ infra tres dies, à die præſentationis dictarum litterarum computandos, reſponderet Iudici inhibenti ſuper dicta Competentia, nominando in dictis literis reſponſiuis alterum Arbitrum dictæ Competentiæ, ipſique duo Arbitri intra quinque dies dictam Competentiam, & contentionem Iuriſdictionis declarare tenerentur &c.*

11 Et prædictum decretum fuit poſtmodum confirmatum ex alio Breui Gregorij XIII. incipiente *in tanta rerum mole &c.* ſub datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die 15. Decembris 1574. vbi poſtquam etiam refert cauſam efformandi modum declarandi contentiones Iuriſdictionis in Regnis Coronæ Aragonum ſtando in principio, proſequitur per hæc verba, *vt dum de contentione Iuriſdictionis inter Eccleſiaſticum, & ſecularem Iudicem, vtroque eum ad ſe ſpectare prætendente, ageretur,* Iudex, *qui alteri Iudici inhiberet, vnum Arbitrum per ſuas literas nominare teneretur; alter verò Iudex, cui litteræ huiuſmodi inhibitionis dirigerentur, & forent præſentatæ, intra tres dies, à die præſentationis earumdem litterarum computandos, etiam per literas reſpondendo, alterum Arbitrum pro cognitione Controuerſiæ huiuſmodi de Iuriſdictione eligeret, ipſique duo Arbitri ſic nominati, & electi deinde intra quinque dies dictam controuerſiam, vel contentionem Iuriſdictionis declarent. &c.*

Quæ quidem decreta Apoſtolica integrè, & ad litteram refert Seſſe *in d. decis.*113. *num*.22. & habentur etiam in *pragmaticis Sardiniæ tomo* 2. *tit*.51. *n*.13. *&* 46.

Ex quibus clarè patet, quòd tẽpus datum ad eligendos Arbitros ad decidendã contentionem Iuriſdictionis inter curias, vel Iudices exortam, erit triduum computandum à die, quo litteræ inhibitoriæ

Iudicis

Iudicis prætendentis grauamen fuerint intimatæ alteri Iudici grauanti, & hoc dubio carere affirmandum videtur: tùm ex dictis *ſuprà*, tum & etiam ex his, quæ reſultant ex adductis *ſuprà q. 1. & 2.*

QVÆSTIO XXIX.

Arbitri quid obſeruare debeant in declarando dubio Contentionis?

SVMMARIVM.

Cancellarius tenetur iudicare cauſas contentionum, ſola veritate attenta. n. 1.

Cancellarij Arbitrio remittitur cognitio contentionũ, cum non ſit adſtrictus ad apices Iuris, ſolúmque Deum habeat vltorem. n. 1.

Iudex, ſi habeat facultatem iudicandi ſecundùm bonam conſcientiam, quid operetur tale Arbitrium, ei conceſſum. n. 2.

Contentio Iuriſdictionis inter partes exorta, quando dicatur mota. n. 3.

Tempus quinque dierum, datum Arbitris ad declarandam contentionem, incipit currere ab hora intimationis litterarum illis facta. num. 4.

Arbitri nominati à curiis contendentibus, ad declarandam eam competentiam, procedunt æqua lance cum Cancellario, quoad declarationem faciendam ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam. n. 5. & 10.

Cancellarius eſt tertius Arbiter Iuris in euentum in quem primi Arbitri per Curias nominati, inter ſe non conueniant. num. 6. & 10. & 12.

Diſpoſitio vna, & eadem legis, vel ſtatuti non debet diuerſo Iure cenſeri. n. 7.

Iudicum eſt proprium munus vnicuique ius ſuum tribuere. n. 8.

Arbitri Iuris procedere debent in caſibus, in quibus ipſamet lex diſponit, ſine partis miniſterio, aut dependentia. n. 8. & 9.

Arbitri Iuris in caſibus, in quibus pronunciare debent, locum Iudicis tenent, nec habent aliquid Arbitratorum n. 9.

Dolus præſumitur in eo, qui non facit quod aliàs exequi tenetur. n. 11.

Arbitri pro decidenda contentione, ſi ſint ſatisfacti de Iuſtitia alicuius ex partibus contendentibus, tenentur illam pronunciare, nec poſſunt ſe abſtinere, ſub prætextu, quòd cauſa deuoluetur ad Cancellarium, qui Iuſtitiam attribuet, eam habenti. n. 13.

1 DIximus *ſuprà q. 2. n. 9. & 10. & q. 12. num. 33. & q. 13. n. 1. & 5. cum ſeq. &* Tract. de Competentiis, *q. 15. à n. 2. & q. 20. n. 13.* quòd Cancellarius tenetur Iudicare, ſola veritate attenta, taliter, quod non ſit adſtrictus ad apices, & ſolemnitates Iuris, ſed quòd ipſius Arbitrio remittitur cognitio, quæ ex contentione Iuriſdictionis oriri poteſt ſeruatis tamen regulis neceſſariis, ad inquirendam, & eruendam veritatem; vt patet ex dictis *ſuprà* in *d. q. 15. à n. 7. cum ſeq.* vbi etiam latè probauimus, quod tale Arbitrium operetur.

Similitérque in *q. 21. n. 20. cum ſeq.* 2
diximus, quòd tenetur àdmittere quamcumque probationem Iudicialem, vel extra Iudicialem, etiam ad aurem: an autem hoc, quod in Cancellario diſpoſitum, & exequutum reperimus, locum habeat in præſenti, inquirendum eſt, vt ex eo colligere poſſimus, quid Arbitri obſeruare teneantur, in declarando dubio contentionis.

Et omiſſis his, quæ iam reſoluta reli- 3
quimus in *q. 1.* & *q. 5. à n. 4.* & *ſeq.* quòd competentia Iuriſdictionis, inter partes exorta tunc dicitur mota, quando expediuntur literæ per Iudicem prætendentem grauamen, cum nominatione Arbitri, & poſt factam intimationem alteri Iudici contra quem diriguntur.

Et omiſſis aliis præparatoriis foralibus, 4
quæ ſeruanda ſunt, veluti tempus quinque dierum à ſoro datum Arbitris pro declaranda contentione, quod incipiant currere de momento ad momentum ab hora intimationis litterarum, inſtrumentaliter factæ Arbitris, in quibus ipſarum nominatio eiſdem certioratur, & renunciatur, vt diximus *ſuprà q. 22. à n. 3. & ſeq.* & *in quæſt. Antecedenti n. 7.* Et præterea, omiſſis aliis pluribus, quæ in quæſtionibus antecedentibus annotata reliquimus.

Dicendum eſt, tales Arbitros, quoad 5
actum declarationis contentionis Iuriſdictionis æqua lance procedere ſicut procedit Cancellarius, videlicet, quo ſe gerant ſola veritate attentâ, non ſe adſtringẽdo ad ſolemnitates, & apices iuris, ſed iudicando ſecundum Deum, & bonam conſcientiam iuxta id, quod iudicialiter, vel extra iudicialiter inquirere valuerunt &c.

Et ratio eſt; quia cùm Cancellarius ſit 6
tertius Arbiter in euentum, in quẽ primi Arbitri electi per Curias litigantes inter ſe non conueniant; vt diximus *ſuprà quæſt. 6. per totam* & *quæſt. 27. num. 2.* ſequitur exinde, quòd, cùm forus primus ſub titulo *de la Competencia, de Iu-*

riſdicion, diſponat, quòd prius cauſa ventiletur, tractetur, & tranſeat per cenſuram, & Iudicium illorum duorum Arbitrorum, vel vnius ipſorum, iuxta veriorem ſententiam, de qua diximus *ſuprà quæſt.*23, non debet fieri excluſio, vt Arbitri efficere nequeant, quod & ipſe Cancellarius reſpectiuè iuxta formam, & ritum in dicto foro primo præſcriptum.

7 Enimverò, cum illis diſpoſitio ſit vna, & eadem quoad prædictos Arbitros, & Cancellarium diuerſo Iure cenſeri non debent. *l. eum, qui ædes de vſucapionibus*, *cap. qui circa de priuilegiis*, *cap. cum intra* 30. *de decimis* Gonçales *ad regulam octauam Cancellariæ* §.6.*præmij num.* 64. *&* 69. Tiraquellus alios referens *in Tractatu de retracto lignag.* §. 1. *gloſſa* 18. *n.*23 *&* §. 8. *gloſſa* 5. *n.* 14. *ante finem*, & *de Nobilitate c.*28.*n.*11. *& ſeq.*

8 Conſequenter idem æqualiter Arbitri, & Cancellarius procedere, & obſeruare tenentur in fouenda, & adminiſtranda Iuſtiria partibus contendentibus, cùm Iudicum ſit proprium munus, vnicuique ius ſuum tribuere; vt diximus *ſuprà quæſt.*21. *num.* 15. *&* 16. & cum prædicti Arbirri ſint propriè Arbirri Iuris, vt probauimus *ſuprà quæſt.*26. *num.*1. *&* 5. qui quidem procedere tenentur in caſibus, in quibus ipſa lex, ſeu ſtatutum diſponit ſine partis miniſterio, ſeu dependentia, vt annotauimus *ſuprà in d. quæſt.* 26. *num.*7. *&* 8.

9 Ex quo ſequitur, quòd prædicti Arbitri in cauſa quam pronunciauerint, tenent locum Iudicis, & ex eo principaliter ſunt veri Arbirri Iuris, nec vt Arbitratores aliquid efficere valent; vt diximus *ſuprà quæſt.*25. *num.*4. *& quæſt.* 27. *num.*4. *&* 7. & dicemus ſtatim *in quæſtione ſequenti.*

10 Cùm enim ipſorum electio non pendeat à partium voluntate, ſed à fori diſpoſitione ex dictis *ſuprà quæſt.*11. *n.*32. & cùm hæc omnia reperiantur in Cancellario in caſu tantum, quo illi inter ſe non conuenerint; colligitur, quòd priùs tranſire debeat cauſa per Arbitros, antequam ad Cancellarium deuoluatur; optimo igitur Iure dicendum videtur, quòd Arbirri priùs obſeruare cenſentur id, quod poſtmodum ipſe Cancellarius, pro eruenda veritate; illáque ſolo attentâ ſecundùm Deum, & bonâ conſcientiâ, non ſe adſtringendo ad apices, & ſolemnitates Iuris iudicare iuxta notata *ſuprà q.*15.

11 Idque pro viribus effioere tenentur, vt doli præſumptio, quæ aliàs oriri poterat, excludatur, dolus námque præſumitur in eo, qui non facit, quod aliàs exequi tenetur *l. ſi Procuratorem*, §. *dolo ff. mandati* Menochius *de præſumptionibus lib.* 3. *præſumptione* 55. *num.* 3. *& lib.* 5. *præſumpt.* 3. *num.* 83. vbi alios allegat, & exinde ſi Arbitri remiſſi fuerint, præter grauamen conſcientiæ interioris, de dolo redargui poterunt.

Et ita concludendum eſt quoad effectum decidendi contentionem, tenentur 12 Arbitri obſeruare, quidquid Cancellarius aliàs efficere tenetur, vel poteſt ad terminos *prædicti fori* 1. *de las competencias*, & eorum quæ *in præſenti tractatu* copioſè *in quæſtionibus antecedentibus* reſoluta relinquimus.

Et profecto hîc aduertere volui, licèt 13 per tranſennam & remiſſiuè (liceat hoc mihi, candide lector, tuâ bonâ veniâ in medium proponere) quod aliquando vidi, videlicet, quòd, ſi aliqua contentio ad Arbitros deuenit multoties & difficulter inter ſe conueniunt, licèt aliàs ratio, & motiua ſint releuantia, vt pro hac vel illa parte declaretur, renuunt, & ſe excuſant à declaratione ambo Arbirri, vel alter illorum, ſub prætextu, quòd coram Cancellario maiore cum ſpatio, & maturitate articulus perquiri, & diſputari poterit, quod quidem fieri videtur contra Iuſtitiam, nam in ea deficient, ſi caſus occurrens ſit iuri, & veritati conſonus, cum obligatione reſtituendi parti fouenti iuſtitiam damna & intereſſe, quæ eidem ſequuntur ex omiſſione declarationis.

Enimverò ſi cognoſcant vnam ex 14 partibus rationem defendere, Iuſtitiámque ei aſſiſtere, neſcio quomodo iuſtificari poteſt, quòd ſub colore reportandi victoriam ex Cancellario remiſſio declarationis colorari valeat; nam ex illa dilatione; quæ ex tempore, quo deuoluitur vſque ad declarationem Cancellarij, experitur pars magnum damnum: nam præter expenſas proceſſus, & ſalarij conſulentium, ipſi Cancellario tranſiri debent præcisè tringinta quinque dies, quos nequit abbreuiare, vel prorogare, vt diximus *ſuprà quæſt.*16.*n.*13. *&* 14. *& quæſt.* 19.

Et conſequenter erit ſummoperè ad- 15 uertendum, ne ſub coloribus fucatis remittant declarationem; nam in tali caſu nemo excuſari poterit ab obligatione reſtituẽdi damna illata parti, & ad hæc annotanda me mouet, quod expertus fui in certa

certa contentione ſaris nororia ; in quâ fui nominatus Arbirer pro Iuriſdictione Eccleſiaſtica , & cùm de ea cum alrero confabularer , ſimúlque proponerem motiua ſatis notoria , vt decideretur, ingenuè dixir mihi ſe cognoſcere, partem habere Iuſtiriam , ſeſe mecum cunformare quoad intellectum , & tamen ex iuſtis cauſis ſe in declararione detineri; velléque ad Cancellarium tranſire, coram quo nullarenus porerat perire iuſtitia ; & ſic , quod decernebat ad illum deuolui, qui certiſſimè in fauorem illius partis declaraturus erar , provt ita accidit : nam tam conſulenres , quàm Cancellarius vnanimes , & conſurmes pro Eccleſia illam pronunciarunt , ſicut & alter Arbiter , & ego declarandam eſſe dictam contentionem iudicabamus: ſed ex eo , quòd pars victoriam reportauir, non ſariſſir damno , & detrimenro parri illato proprer deuolutionem , videlicer, dilationi temporis rriginta quinque dierum , ſolurionique expenſarum proceſsûs,& Salarij conſulentium,quod ex ſtylo ſolui vincens, rum & eriam moleſtiæ detentionis in carcere , illius cuius occaſione Compereuria formarur , & aliis ſimilibus ; quis igitur liberabit illum arbitrum , vel arbirros, quòrum vel cuius causà omittirur declarario contentionis, vt liber exiſtar ab obligarione reſtituendi intereſſe , & damna , quæ ſequuntur partibus ?

Er cùm videamus tam raras , & paucas eſſe conrentiones,quæ coram arbirris terminentur deuoluendo eas ad Cancellarium ; operæ pretium duxi hîc annorare , quòd fortaſſe ſuperfluum eſſe poteſt ; nam anſam dedit , quod *proximè* ſcripſi ; fateor námque ſemper omni cum rectitudine , exactione , & maturitare conrentiones actirari , rerminariſque tam coram arbitris , quàm coram Cancellario reſpectiuè in ſuis caſibus, licèt aliàs in aliquibus prædicti Arbirri excuſatiunem habere porerunt propter breue ſpatium quinque dierum , quod habenr pro efformando proceſſu , & decidenda cauſa,pro quibus præſumendum eſt,& ſic huic meæ animaduerſioni parce , nam illam zelo picraris bic annectere libuit ex motiuo *ſuprà* relato , quo caſu ſi exactè diſputari non poteſt, quia materia ſit offuſcara ; tunc iuſtiſſimè ad Cancellarium remitti debet ſe abſtinendo à declaratione.

QVÆSTIO XXX.

Appellatio , ſupplicatio , ſeù aliquis recùrſus an dentur à ſententia contentionis declaratæ per Arbitros , vel Cancellarium reſpectiuè.

SVMMARIVM.

Arbitri nominandi in Aragonia pro decidenda contentione iuriſdictionis inter Curias contendentes , ſunt Arbitri Iuris. num.1.

Arbitri nominati pro decidenda contentione iuriſdictionis ſi eam non declarent intra tempus eis præfixum , deuoluitur ad Cancellarium.n.2.

Appellatio an detur ex ſententia prolata ab arbitris, vel Cancellario in cauſis contentionum iuriſdictionis.n. 3. & 6. *præcipuè n.*10.& ſeq. vſque ad 34.

*Appellatio datur à ſententia Arbitrorum ex neceſſitate iuris, & non ex partium voluntate electorum, quæ fieri debet ad ſuperiorem Principem Eccleſiaſticum , vel ſecularem.n.*3.& 4. & 9.

*Arbitri iuris ſunt non tam Arbitri , quàm Iudices , & ideò ab eorum ſententia datur appellatio. n.*5.

Cancellarius, & Arbitri pro decidenda contentione iuriſdictionis tenent locum Iudicum, & tales nominari debent. n. 5.

*Appellatio admitti debet à ſententia Iudicis pronunciantis eam. n.*6.

*Arbitri electi ex neceſſitate legis , vel ſtatuti, Iudices delegati magis , quàm Arbitri appellantur, & ſunt. n.*7.

*Appellari licet à ſententia Iudicis delegati. n.*7.*Cancellarius , & Arbitri ſunt Iudices contentionum iuriſdictionis, non ex partium voluntate , ſed ex legis neceſſitate, & habent iuriſdictionem , & poteſtatem ab ipſa lege. n.*8.

*Arbitri ex neceſſitate legis ſunt veri Iudices, habentes iuriſdictionem reſpectu cauſarum, in quibus ius eos Arbitros nominat, ipſorúmque ſententiæ producunt omnes effectus actionis, vel exceptionis rei iudicatæ. n.*9.

*Appellatio non admittitur à ſententia Arbitrorum, vel Cancellarij in cauſis Cõpetentiæ iuriſdictionis prolatis.num.*10. & 33. & 34.

Appellatio , ſupplicatio , vel alius recurſus

non datur à declaratione factâ per Arbitros, aut Cancellarium in cauſis contentionum, tam ex diſpoſitione fori, quàm decretorum Apoſtolicorum. n. 10. & ſeq. & 33. vſque in finem.

Sententia Arbitrorum, vel Cancellarij in cauſis contentionum Iuriſdictionis in omnibus Regnis Coronæ Aragonum non debet ſuſpendi propter appellationem, quidquid ſit in aliis Arbitris ex neceſſitate Iuris deputatis. 13. & 14.

Appellatio fuit in iure introducta ad ſanandam, & reparandam iniuſtitiam Iudicis quam pars appellans prætendit ei fuiſſe illatam. n. 15.

Appellatio interponitur ad reintegrandum, & conſequendum, quod in priori iudicio incautè fuit omiſſum, aut oblitum. num. 15.

Cancellarius, & Arbitri pro decidenda contentione Iuriſdictionis ſunt Iudices deſtinati ad eum effectum per curias generales, vt ſine appellatione, aut alio recurſu ſtandum ſit illorum declarationibus. num. 16. & 22. cum ſeq.

Curiæ generales in Aragonia componuntur ex quatuor brachiis omnium ſtatuum, quæ obligant ad obſeruantiam eorum, quæ ibi reſoluuntur, ac ſi ſinguli ſuum aſſenſum præberent. n. 16. & ſeq.

Iniuſtitia aliqua, vel aliquid incautè, ſeu doloſè factum, non præſumitur in Arbitris, vel Cancellario declarantibus competentiam Iuriſdictionis. n. 17. & 18.

*Appellatio tolli poteſt ex ſtatuto, vel lege illam prohibente & an idem ſit per Principes ſupremos, vel per priuatos ipſi renunciando. n.*19.

*Cauſa iuſta denegandi appellationem per ſtatum, vel legem iudicatur, ſi fiat pro euitandis iurgiis, & ſcandalis, quæ oriri poſſunt ex proſequutione litium. num.*20. & 33.

*Lites & iurgia vitare intereſt reipublicæ, & bono vniuerſali. n.*21.

*Pactum, vel diſpoſitio priuatorum eſt inferior, & minoris efficaciæ, quàm determinatio legalis vel ſtatutaria. n.*22.

*Pacto priuatorum tolli poteſt appellatio. n.*22. & 23.

Apellatio quoad vtrumque effectum an detur à ſententia lata in fauorem creditoris pro exequutione facienda ex cauſa penſianum decurſarum ex cenſualibus. n. 24. & ſeq.

*Appellatio tollitur quoad vtrumque effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum quando prohibetur à lege facta à Principe cum conſenſu populi. n.*25. & ſeq.

*Appellationi ex partium conuentione, & pacto renunciari poteſt. n.*26. & ſeq.

Appellatio prohibita per legem, vel ſtatutum, ſeu actum curiæ cenſetur ſublata quoad vtrumque effectum. n. 27. & ſeq.

*Epiſcopi, & alij Prælati cum aliis deputatis ab Eccleſiis Cathedralibus, & collegiatis, & inſimul Nobiles, ac Fidalgui, nec non ſyndici Ciuitatum, & aliarum Vniuerſitatum, concurrunt in Aragonia in curiis, nomine totius Regni. n.*28. & ſeq.

*Appellatio denegata cenſetur à ſententia Iudicis habentis facultatem iudicandi ſecundum Deum, & bonam conſcientiam. n.*30. & ſeq.

Appellari non licet à ſententia Iudicis habentis Arbitrium ad pronunciandum ex verbis legis, attribuentis ei talem latitudinem, veluti: Prout ſibi iuſtum videbitur ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam &c. 31.

*Iudex habens Arbitrium à lege, ad decidendam cauſam, ſi eam pronunciet, non datur appellatio. n.*32. & ſeq.

Exceptio notoriæ nullitatis ſententiæ prolata, ab Arbitris, vel Cancellario in Aragonia, vel ſi malè iudicent, an admitti poſſint, vide remiſſiuè. n. 35.

MVltoties diximus *in hoc tractatu*, 1
quòd Arbitri nominati à curiis,
vel Iudicibus contendentibus, pro declaranda contentione Iuriſdictionis, ſunt
Arbitri Iuris, vt patet ex dictis *ſuprà
quæſt.* 26. *num.* 1. *& ſeq.* & *quæſt.* 27.
num. 7.

Similitérque annotauimus, quòd in 2
euentum, in quem iſti Arbitri non declarent, deuoluitur deciſio ex ipſo foro
ad Cancellarium, tanquam ad tertium
Arbitrum; vt diximus *ſuprà in dicta q.* 27.
num. 2. & *in quæſt. antecedenti n.* 6. *&* 10.
cum ſeq. Ex quibus, videtur dicendum,
locum dari appellationi à ſententia Arbitrorum, & Cancellarij.

Certum eſt enim, quòd à ſententia 3
Arbitrorum ex neceſſitate iuris, & non
ex partium voluntate, ſeu miniſterio
(prout ſunt Arbitri & Cancellarius)
ex dictis *ſuprà q.*16. *n.* 5. datur appellatio
ad ſuperiorem Principem, ſeu Regem;
vt docet Ruginellus *in tractatu de appellationibus* §. 2. *cap.* 2. *n.* 66. *pag. mihi* 60.
& in cauſis Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus appellatur ad Papam, vt *in cap. ab
Arbitris* 11. *de officio delegati in ſexto vbi
gloſſa verbo Appellandum*, & *alia gloſſa in
capite, ſuperioris cauſa, verbo, Ad quos, eodem
titulo*, *& ibidem* tradunt communiter
Doctores,

Doctores, & latè docent Scaccia *de appellationibus quaſt.* 7. *à num.* 109. *cum ſeq.* Gail *lib.* 1. *obſeruat.* 33. *num.* 18. Pacianus *de probationibus*, *lib.* 2. *cap.* 45. *num.* 25. quod idem probatur *ex lege cum ſpecialis, in fine cod. de iudiciis cap. Paſtoralis de reſcriptis.*

4 At licèt videantur loqui in recuſatione oppoſita contra Delegatum Papę; attamen eius diſpoſitio extenditur etiam contra ordinarium, & alios conſimiles caſus, *cap. cum ſpeciale*, *de appellationibus iuxta gloſſam in dicto cap. ab Arbitris verbo Iudicem*; & tradunt communiter DD. vt per Abbatem *in d. cap. Paſtoralis num.* 1. *de reſcriptis*, & *ibidem* Imola *num.* 9. Felinus, *num.* 10. Decius, qui de communi teſtatur, Socinus *regula* 31. *Fallentia* 3. & alij plures.

5 Ratio autem deſumi poteſt ex eo, quia, vt diximus *ſupra quaſt. antecedenti num.* 8. *& ſeq.* tales Arbitri, & Cancellarius tenent locum Iudicis, &, vt tales (provt ſunt) nominari debent, non tam Arbitri, quàm Iudices, vt docet Portoles *in ſcholiis ad d. forum primum ſub titulo: de las Competencias de Iuriſdicion num.* 25. *in fine, & num.* 26. *cum ſeq.* vbi copiosè agit de hoc articulo, & Seſſe *deciſ.* 113. *à num.* 53. *cum ſeq.* qui alios allegant, & plura cumulant, & in hanc partem inclinat Salgado *de Regia protectione parte* 3. *cap.* 13. *à n.* 25. *vſque ad* 281 quem omnino ad intentum videre poteris.

6 Cùm ergo à ſententia Iudicum liceat appellare, vt eſt notum, conſequenter & etiam à ſententia Arbitrorum, & Cancellarij, tanquam Iudicum legalium, quod quidem iuxta regulas, & diſpoſitiones Iuris communis inoffenſo pede currere ſatis infertur ex his, quæ tradunt DD. *circa hunc articulum*, & copioſiſſimè noſter Portoles *in ſcholiis ad d. forum primum à num.* 25. *& ſeq.*

7 Quorum ſententia fulciri etiam poteſt ex eo, quòd Arbitri ex neceſſitate Iuris, vel ſtatuti electi, magis Iudices delegati, quàm Arbitri appellantur, & ſunt, vt patet ex *lege apertiſſimè*, & ibi Bartholus *cod. de Iudiciis*, & ex latè congeſtis à Salgado *in dicta p.* 3. *cap.* 13. *num.* 25. *cum ſeq.* ergo ſicut licet appellare à ſententia delegati *cap. ſi contra hunc*, *cap. ab Arbitris de officio delegati in ſexto cap. ſuſpicionis eodem titulo*, & tradunt *ibidem* communiter DD. quibus iunge Scacciam *de appellationibus q.* 7. *à n.* 109. *cum ſeq.* Gail *lib.* 1. *obſeruationum obſeruat.* 33. *num.* 18. Pacianus *de probationibus lib.* 2. *cap.* 45. *num.* 25.

Licebit & etiam à ſententia Arbitro- 8
rum, & Cancellarij, qui quidem, cum ſint Iudices nominati non ex partium voluntate, ſed ex Iuris noſtri foralis diſpoſitione cogniti; vt diximus *ſuprà q.* 6. habent poteſtatem, Iuriſdictionem, & cognitionem ab ipſo iure, ſcilicet foro; & conſequenter appellatio ſubſiſtet, argumento ſumpto ex *l. Arbitro* 9. *ff. qui ſatiſdare cogantur. l. finali ff. à quibus appellari non licet l. ex conſenſu* 23. *ff. de appellationibus*, & plures referens tradit Scaccia *in d. tractatu de appellat. quaſt.* 17. *limitatione* 13. *num.* 5.

Qui reddunt rationem; nam tales 9
Arbitri tanquam veri Iudices habent Iuriſdictionem reſpectu cauſarum, in quibus ipſum Ius eos nominat Arbitros, taliter, quòd illorum ſententia eſt vera ſententia producens effectus actionis, vel exceptionis rei iudicatæ; vt docent Scaccia *vbi proximè in d. limitatione* 13. *num.* 3. & latiſſimè Marcus Antonius Blanci. *de compromiſſis inter coniunctos, & de exceptionibus quaſt.* 10. *à num.* 10. cum ſeq. quem tractatum inuenies *in tom.* 13. *tractatuum p.* 1. *pag.* 138. optimè Salgado *de Regia protectione parte* 3. *à num.* 25. vbi plures alios allegat, & exinde deuoluetur cauſa ad ipſos Legiſlatores, vel Principem, à quibus mutuant ſuam Iuriſdictionem tanquam à fonte, & capite, vt accuratè docet Francus *in d. cap. ab Arbitris, & ibi gloſſa* 1. *& final. de officio delegati in* 6. & patet ex *cap. ſuper quaſtionum* §. *porrò eodem titulo* Scaccia, *vbi ſup. quaſt.* 7. *num.* 109. de quo plura cumulare poſſemus; attamen cum breuitati conſulamus, poteris extensè videre apud DD. *ſuprà* allegatos, & alios penes eoſdem relatos.

Quibus ſic annotatis, reſtringendo 10
dubium ad limites, & metas diſpoſitionum foralium, tam noſtri, quàm aliorum Regnorum coronæ, dicendum eſt nullatenus fore admittendam appellationem, à ſententiis prolatis per Arbitros, Cancellarum in cauſis Competentiarum Iuriſdictionum exortis inter Curias, & Iudices, de quo habemus expreſſam diſpoſitionem foralem *in d. foro* 1. *ſub titulo*, *de la Competencia de Iuriſdicion* ibi. *Y à la determinacion de los dichos Arbitros ſiendo concordes ſe haya de eſtar, y no pueda hauer recurſo alguno &c.* & paulò inferiùs loquendo de

Cancellario, ita proſequitur: *A la declaracion, y determinacion del qual los dichos Iuezes contendientes ayan, y ſean tenidos de eſtar, y no puedan tener recurſo alguno de la declaracion por el dicho Canceller hecha &c.*

11 Patet igitur quamcumque appellationem, ſupplicationem, ſeu recurſum à ſententia Arbitrorum, & Cancellarij eſſe interdictam, quòd quidem non ſolùm reperitur expreſſum ex *d. foro*, ſed & etiam ex authoritate ſummorum Pontificum Pij V. & Gregorij XIII. de quibus multoties mentionem fecimus in hoc tractatu, & habentur penes noſtrum Seſſe *in calce deciſionis* 113. *tom.* 2. verba Pij ita ſe habent circa medium. *Ipſique duo arbitri intra quinque dies dictam competentiam, & contentionem Iuriſdictionis declarare tenerentur, & ipſorum Arbitrorum inſimul concordantium determinatione omninò abſque aliquo recurſu deberet ſtari*, &c. & poſt modum, loquendo de Cancellario, ita decernit. *Cuius declarationi, & declarationibus, tam per Iudices contendentes, quàm partes ſtari deberet, & non poſſent, aliquem recurſum habere à declaratione Cancellarij &c.* eadémque formalia verba repetita inuenies *in illo alio ſecundo Breui* Gregorij XIII. *in verſ. ipſique duo Arbitri* &c. Hæcque verba inducere obligationem, & approbationem conſuetudinis omnium contentorum *in d. foro* 1. Latiſſimè probat Seſſe, quem omninò videbis *in d. deciſ.* 113. *à num.* 17. *cum ſeq.*

12 Et ex prædictis clarè colligitur, quòd in Regnis coronæ Aragonum non debet admitti quælibet appellatio, ſuplicatio, ſeu alius recurſus à ſententia Arbitrorum, ſeu Cancellarij pronuntiata circa competentiam Iuriſdictionis, quod quidem ſine aliquo dubio ex praxi communi, & ſtylo vniformiter admiſſo in Regnis Coronæ Aragonum, ita obſeruari non eſt ambigendum; licèt aliàs de iure communi ſit valdè controuerſum à Doctoribus; an detur appellatio à ſententia Arbitrorum ex neceſſitate iuris vel ſtatuti deputatorum; provt, plures pro vtraque parte referentes, docent Portoles, *vbi ſuprà in ſcholiis ad d. forum primum à numero* 26. *cum ſeq. & à numero* 30. Seſſe *in dicta deciſ.* 113. *à numero* 25. *& numero* 126. *& num.* 186. *cum ſeq.* & in tractatu de inhibitionibus *cap* 9. §. 2. *n.* 25. *& ſeq.* Fontanella *tom.* 1. *de pactis nuptialibus clauſ.* 4. *gloſſa* 13. *p.* 3. *n.* 7. *&* 8. & alij plures penes ipſos allegati.

Attamen in his Regnis ſine hæſitatione (vt iam diximus) reſoluendum 13
eſt denegatam eſſe prædictam appellationem, tam in vim *dicti fori* 1. quàm *decretorum Apoſtolicorum de ſuper* relatorum, & ex obſeruantia, conſuetudine, & praxi vniformi, provt reſultat ex his, quæ docent, & tradunt pro noſtro Aragoniæ Regno Portoles, & Seſſe *vbi proximè*, Bardaxi *in commentariis ad d. forum* 1. *num.* 16. *verſ. itaque qui ſuum &c. pag.* 316. *columna* 4. Ramirez *de lege Regia* §. 2. *num.* 10. *&* 11. Caſanate *in illa celebri allegatione por D. Pedro Gayo de caſtro fundamento* 1. *verſ. en el año* 1568. Geronymo de Muel &c. *fol.* 5. *col.* 2. *& fundamento* 2. *verſ. de todo lo qual ſe ſigue fol.* 2. & pro Cathalonia tradit Fontanella *tom.* 1. *de pactis nuptialibus clauſ.* 4. *gloſſa* 13. *p.* 3. *num.* 7. *tom.* 1. *& deciſ.* 314. *n.* 1. *cum ſequent. & deciſ.* 319. *num* 11. *&* 12. *tom.* 2. & pro Regno Valentiæ tradunt D. Laurentius Matthæu *de Regimine vrbis, & Regni Valentiæ tom.* 2. *cap.* 7. §. *num.* 134. & pro Sardinia D. Franciſcus Vico *ad Pragmaticas Regni tit.* 51. *num.* 12. *&* 13. & colligitur etiam ex eadem Pragmatica *tom.* 2. *tit.* 51. *num.* 28. vbi ita habetur. *Y ſe ha de eſtar à lo que dixeren los dichos Arbitros, ſiendo entre ſi conformes, y de eſtos no aya recurſo para otro &c.* & *ibidem in margine* idem Vico aduertit eodem prorſus modo diſponi *in d. pragmatica* reſpectu Cancellarij *num.* 12. ibi *& eius deciſioni pareatur &c.* & poſt hæc ſcripta plures allegans Cortiada *in praxi conten. tom.* 1. *deciſ.* 25. *num.* 75. & in Regnis Caſtellæ Pareſa *de inſtrum. edit. tom.* 1. *quæſt.* 2. *reſol.* 6. *ſect.* 4. *à num.* 313. *& in ſeq.* vide *infrà quæſt.* 61. vbi alia dicemus quæ hîc conſultò omittimus.

Quibus ſic congeſtis liquidò patet, 14
quòd in omnibus Regnis Coronæ non debet admitti, ſicut nec admittitur aliqua ſupplicatio, appellatio, aut alius quilibet recurſus eâ ſententiâ pronuntiatâ ab Arbitris, aut Cancellario reſpectiuè in ſuis caſibus.

Ratio autem deſumi poteſt ex eo, 15
quia cùm appellatio ſit introducta & admiſſa in Iure ad ſanandam, & reparandam iniuſtitiam Iudicis, quam prætendit pars appellans, ei fuiſſe illatam *l.* 1. *ff. de appellationibus cap. omnis oppreſſus* 2. *quæſtione* 1. aut ad reintegrandum, & conſequendum, quod in priori iudicio incautè fuerit omiſſum, aut oblitum *l. per hanc, de temporibus appellationum*

num

num cap. cum Ioannes de fide inſtrumento-
rum; ſed cùm in præſenti caſu Arbitri
& Cancellarius ſint deſtinati Iudices per
16 Curias dictorum Regnorum reſpectiuè
(quæ componuntur ex brachiis Eccle-
ſiaſtico, & aliis omnium ſtatuum, &
qualitatum Regni repræſentãtibus illud,
& ſe obligantibus pro omnibus, & ipſo-
rum nomine ad obſeruantiam diſpoſi-
tionum, & fororum per ipſa brachia re-
ſolutorum, ſicut ſi ſinguli particulares
ſuum aſſenſum, & conſenſum ſpecificè
præberent; vt dicemus etiam *infrà ac*
quæſt. n. 27. & ſequent.

17 Ex quò ſequitur prædictos Arbitros, & Cancellarium eſſe electos ex petitione, voluntate, & electione partium, & ipſarum Curiarum conſentiendo expreſsè, vt ſine appellatione aut alio recurſu deferendum, & obediendum ſit illorum ſententiis, claudendo os, ne contra illas, poſtquàm prolatæ fuerint, aliquid dici ſeu replicare valeat.

18 Et exinde dicendum eſt, non poſſe præſumi à partibus, nec coniecturari in prædictis Arbitris, & Cancellario aliquã iniuſtitiam, aut reparationem damni, quòd incautè commiſiſſent; & ideo fatẽdum eſt, denegatam eſſe appellationem à ſententia prædictorum Arbitrorum & Cancellarij; de quo articulo videre poteris Bartolum *in l. tale pactum n. 22. ff. appellationibus*, quem refert, & ſequitur Ruginellus *vbi ſuprà in d. tract. de appellationibus* §. 2. *cap.* 1. *num.* 102.

19 Et præterea, quod ex ſtatuto, vel lege tollatur, & prohibeatur appellatio, probatur *ex text. in cap. vt inquiſitionis de Hæreticis in 6. & ex l. 1. ff. de officio præfecti Prætoris*, & docent Homod. *Conſ.* 249. *n.* 4. Rolandus à Valle *conſ. 29. n. 1. lib.* 1. Iulius Clarus *in praxi criminali quæſt.* 94. Couarruuias *in quæſt. practicis cap.* 23. *num.* 6. & alij plures relati per Ruginellum *vbi ſuprà* §. 12. *gloſſ. 2. c. 2. n. 1. verſ. ſtatutum appellationem, &c. pag.* mihi 338. *vbi in ſequentibus numero* variis rationibus, & argumentis, ac ampliationibus agit de hoc articulo, ſicut & etiam de altero; an, videlicet, appellatio tolli poſſit non ſolùm per Principes ſupremos, aut leges, ſeu ſtatuta, ſed & etiam per priuatos renuntiando illi, apud quem videre poteris cum breuitati, & conciſioni conſulamus.

20 Et prædicta fiunt clariora ex motiuo, propter quòd voluit noſter forus, vt à declaratione Arbitrorum & Cancellarij denegaretur appellatio; nam principale fuit, vt euitarentur iurgia, lites, & ſcandala, quæ quotidie experiebantur inter Curias contendentes, & prætendentes ad ſe pertinere illam cauſæ cognitionem: ex quo inſtantiæ differebantur, ſententiæque impediebantur, & in longius protrahebantur, partéſque exceſſiuis expenſis, & moleſtiis vexabantur; & ideò illud medium fuit valde vtile tam bono publico, quàm neceſſarium priuato; vt diximus *ſuprà quæſt. 1. num.* 15. Nam lites & iurgia vitare intereſt Reipublicæ, præcipuè per hunc modum, vt annotauimus *ſuprà qu. 2. num. 20 & ſequent. & quæſt. 14. n. 24. & ſequent.* ſimúlque conueniens fuit partibus litigantibus per ea, quæ diximus *ſuprà quæſt. 3. num.* 10. & patet *ex l. omnem honorem cod. de fructibus, & litium expenſis*, & ex traditis à Ruginello *in d.* §. 12. *gloſſa 2. cap. 2. num. 1. verſ. ratio prima eſt, &c.* & conſequenter ſumma cum ratione, obſeruari, & præualere debet, quòd *in d. foro* ſtatutum inuenimus.

Maximè quia negari non poteſt, 21
quòd pactum, vel diſpoſitio priuatorum
eſt inferior, & minoris efficaciæ, quàm
diſpoſitio ſtatutaria, vel legalis, vt pro- 22
bat *text. l. generaliter finali cod. de fideiuſ-*
ſoribus; ſed ſic eſt quòd pacto priuato-
rum appellatio tolli poteſt, *ex l. 1. ff. à*
quibus appellari non licèt, & latè do-
cent Barboſa *in collectanea ad tex. in cap.*
vt debitus 59. de appellationibus num. 14. &
Ruginellus *vbi ſuprà* §. 2. *cap.* 1. *num.* 48.
verſ. Limita tertiò in caſibus &c. & n. 135.
verſ. Limita 5. &c. Ergo à fortiori admit-
tenda eſt prohibitio appellationis à no-
ſtris maioribus *in prædicto foro 1. de las*
Competencias ſtatuta, argumento *text. 1.*
Authent. multò magis cod. de Sacroſanctis
Eccleſiis, Rolandus *conſ. 29. n.* 3.

Si ergo in priuato ex pacto particula- 23
ri admittitur, & permiſſa reperitur appellationis renunciatio, multò meliùs, quæ fit per ſtatutum tanquam ex maiori, & efficaciori diſpoſitione ex traditis à Barboſa *in tractatu de locis communibus loco 61. à num. 5. & ſeq.* & conſequenter in declarationibus contentionum factis reſpectiuè in ſuis caſibus per Arbitros, & Cancellarium.

Et conducit ad intentum pulchra de- 24
ciſio Valentina D. Franciſci Leon *in to. 2. deciſ.* 197. vbi fuit diſputatum; an detur locus appellationi quoad vtrumque effectum à ſententia lata in fauorem creditoris pro exequutione facienda in

cauſa

cauſa penſionum decurſarum, ex cenſualibus; & initium habuit dubium ex eo, quia per *legem municipalem* illius Regni, cautum reperitur, quòd in tali caſu nullatenus pars appellare debeat, aut poſſit, nec Iudex appellationi deferri valeat, & poſtquàm dictus Leon ſubdubitauit, an ſaltem talis appellatio locum habere poſſit, quoad effectum deuolutiuum, *ibidem n.*8. Concludit; ex-
23 cluſum eſſe omnem effectum ſequendo Bellugam *Rubrica* 41. *de mat. cenſu, n.* 51. & quia valde ad intentum, & confirmationem prædictorum conducunt ipſius verba, libet illa tranſcribere, & ita ſe habent. *Aduerte, nam aliud eſt, appellationem prohiberi in reſcripto, quo caſu, vt ſit ſtricti iuris, & ſemper legitimæ exceptiones videntur reſeruata de officio delegati cap. ex parte: aliud cum per legem, communem per Principem cum populi conſenſu factam: quia tunc ex quo concedens eſt Princeps ad quem omnis cauſa appellationis eſt deuoluenda, & omne Tribunal eſt ſub eo, non eſt dubium, remotionem appellationis de iure valere, vt notatur de iureiurando cap. venientes l.* 1. *§. ſi quis ff. à quibus appellare non licèt, & in cap. fin. de appellationibus per Ioannem Andream in nouel. & per Bar-*
26 *tolum in l. omnes populi, de juſtitia, & iure. Maximè cum conſenſu populi, quia etiam ex pacto poſſunt appellationi renunciare eod. de temporibus appellationum lege finali de cuius intellectu per Bartolum in l.* 1. *eod. de pactis: & ſic non eſt dubium, appellationem eſſe ſublatam quoad omnem eius effectum, &c.* Hæc Belluga.
27 Ex cuius doctrina infert idem Leon *ibidem n.*9. *&* 10. in hunc modum: *Et ratia conuincit: nam cùm interueniat conſenſus populi, & omnium brachiorum,* (loquitur de Curiis generalibus Regni Valentiæ) *quæ interuenerunt in Curiis celebratis, in*
28 *quibus fuit factus dictus forus prohibens appellationem, cenſetur quoad omnem effectum ſublata, ſicut in ſimili dicitur, quod ibi per ſtatutum prohibetur, appellatio cenſetur ſublata quoad vtrumque effectum ſuſpenſiuum, & diuolutiuum, Benintendius deciſ.* 17. *num.* 15. *Ioſephus Ludouicus, qui alios allegat deciſ. Peruſina* 20. *num.* 22. *&* 23. *quibus adſtipulatur noſter Portales in ſcholiis ad Molinum in verbo,* Diputati vbi *num.* 23. *inquirit an actus Curiæ ſub tit. de los Iuezes fol.* 74. *dum decernit non eſſe admittendam appellationem à ſententia Diputatorum Regni, in declaratione facta circa fraudes generalitatum ipſius Regni, prohibere effectualiter illam, vel electionem iuris firmæ, aut alium quemcunque recurſum; & reſoluit, quòd intelligi debet non tantùm quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed & etiam quoad deuolutiuum,* & poſtquam pro vtraque parte plura fundamenta retulit, tamen *à num.* 25. *& ſeq.* optimè concludit validiſſimis, & iuridicis argumentis, tum & etiam ex variis exemplaribus Tribunalium noſtri Regni, vbi prædicta opinio *ſuperius* relata inconcuſsè fuit admiſſa, & ſequuta.

Ex quibus manet confirmatum, quòd 29
ſuperius retulimus, videlicet, non eſſe admittendam appellationem à ſententiis probatis per Arbitros, & Cancellarium; cum enim talis prohibitiu deſcendat à lege, & foro condito in Curiis generalibus noſtri Regni, qui ab omnibus eſt approbatus, cum interuentione Catholici noſtri Regis de voluntate, & petitione ambarum Curiarum Eccleſiaſticarum, & ſecularium in vim facultatum, quas concurrentes in brachiis nomine vniuerſalium Regnicolarum habent, videlicet, Eccleſiaſtici in ſuo, vbi concurrunt, & aſſiſtunt, Epiſcopi, & alij Prælati, & inſimul vnus Deputatus ex Eccleſiis Cathedralibus, qui nomine totius ſtatus Eccleſiaſtici reſpectiuè conſentiunt; & approbant quidquid ſine diminutione immunitatis Eccleſiaſticæ conſentiunt cum aliis brachiis Nobilium, Fidalgorum, & vniuerſitatum pro efformandis & condendis foris, & in diſpoſitione prædicti fori primi *de las Competencias* ex ſua voluntate pro bono publico Reipublicæ, & euitandis ſcandalis, & damnis, quæ experiebantur renuntiarunt appellationi, & voluerunt quòd ſine ea ſe ſubiicerent, & parerent, ſtarentque iudicio, & cenſuræ Arbitrorum, & Cancellarij coram, quibus ſine aliquo recurſu cauſa finiretur, quod quidem non eſſe contra immunitatem Eccleſiaſticam latè tradunt Portoles, Seſſe, & Caſanate *vbi ſuprà*.

Tandem ponderari poteſt, quòd ap- 30
pellatio eſt denegata à ſententia Iudicis pronunciantis ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam, prout in præſenti Arbitri, & Cancellarius pronuntiant, vt multoties diximus *ſupra quæſt.* 13. *n.* 1. & *quæſt.* 15. *num.* 20. *&* 21. *cum aliis pluribus*. Ergo talis appellatio non erit admiſſibilis, vt patet ex his, quæ tradit Ruginellus *in d. tract. de appellationibus §.* 9. *gloſſa* 2. *cap. vnico tit. quibus verbis appellatio tacitè prohibita cenſeatur*, vbi, *n.* 43. ita concludit.

Decimo

31 Decimoquartò quæro; an ex verbis *Iudicio provt ſibi videbitur*, & ſimilibus, arbitrium importantibus poſſit appellati? & ſic, an ex ſtatuto, de quo *ſuprà* à teiectione Sacramenti, vel illius moderatione detur appellatio? & non dari, multùm vrgent verba ipſius ſtatuti *ibi, quo in caſu poſſit Iudex eam formam maderare, & corrigere, ac etiam in tatum rejicere, provt ſibi iuſtum videbitur, &c.*

32 Ex quibus apparet hoc Iudicis arbitrio eſſe collatum, vt ex Menochio *de Arbitrariis lib.* 1 *quæſt.*8.*num.*8.cum ab eo adductis, vltra quos in terminis ipſius clauſulæ, *provt ſibi iuſtum videbitur*, addas Innocentium *in cap. Epiſcopi de rebus Eccleſiæ alienandis, vel non*, & *in cap. pro illorum in prima columna gloſſa* 1.*de præbendis*. Baldus *in l. penultima circa finem ff. de Iuſtitia, & iure n.* 6. Decius *conſ.* 272. *n.* 3.*in fine.*

33 At à Iudice arbitrium habente non appellatur, vt multorum reiectâ opinione, tenet Menochius *d. lib.* 1. *de arbitrariis quæſt.* 70. & Magon. *deciſ. Lucenſi*,42. *num.* 21. Videtur enim hoc arbitrium fuiſſe tributum, vt litium ſit finis, & anfractus Iudiciorum ceſſent, qui certè non ceſſabunt, ſi appellationi locus detur; vſque huc Menochius *n.*12.*in fine*, quem ſequitur Ruginellus *vbi proximè*, qui *ibidem* latè agit, & proſequitur hunc articulum *in verſ. ſecus tamen erit pag.* 279. quibus iunge Scacciam *in eadem tractatu de appellationibus cap.*2.*q.*17. *limitatione* 15. *in principio.*

34 Sequitur ergo à ratione alienum non eſſe, ſed imò adequatè ſecundùm ipſam, quòd appellatio à ſententia Arbitrorum & Cancellarij interdicta reperiatur ex motiuis, cauſis, & rationibus *ſuprà* ponderatis; quibus breuiter adhæret noſter Portoles, *vbi ſuprà ad d. forum* 1. *de las Competencias*, qui *n.* 27. *in fine pag.* 434. Poſtquàm latè retulit opinionem eorum dicentium, appellationem à ſententia Arbitrorum iuris poſſe admitti, ſequendo contrariam in noſtro Regno, videlicet, non dari appellationem, itá concludit: *Quorum opinionem tanquam huic Regno admodùm vtilem, & litium anfractus tollentem, præſens forus approbauit.*

35 An autem admitti poſſit ſaltem exceptio nullitatis contra declarationem prædictorum, latè diſputant D. Ludouicus à Peguera *in ſua practica, cap.* 26. *in verſ. antepenultimo*, incipiente: *Limitantur tamen prædicta, vt non procedant, &c. pag. mihi* 164. & Ruginellus *in d. tractatu de appellationibus §.* 3. *cap.* 2 *à n.* 15. *cum pluribus ſeq. pag. mihi* 175. quibus iunge Pareſam *de inſtrum. edit. to.* 1. *titula* 6 *ſpecie* 4. *à n.*318. *cum pluribus ſeq pag. mihi* 255. apud quos videre poteris, & *in quæſt. ſequenti*, vbi in ſpecie agemus de hoc articulo. Ex quibus ſine dubio, concludendum eſt, quòd in omnibus Regnis Coronæ procedit de plano, non dari appellationem à declarationibus factis per Arbitros, & Cancellarium à ſententiis per eos prolatis in cauſis contentionum iuriſdictionis de quo etiam dicemus *infr. q.*61.

QVÆSTIO XXXI.

Arbitri, & Cancellarius ſi malè iudicent, an poſſint puniri, & ſi malè iudicauerint, an contra ipſos procedi poſſit aliquâ pœnâ?

SVMMARIVM.

Appellatio non datur in Aragonia à ſententia prolata per Cancellarium, ſeu Arbitros in contentione iuriſdictionis. numero 1. *&* 14.

*Sententia lata per Arbitros, vel Cancellarium an poſſit reuocari ſub prætextu notoriæ nullitatis. n.*1. & ſeq.

*Arbitri, & Cancellarius in cauſa contentionis ſi malè iudicauerint, an aliquâ pœnâ puniri poſſint. n.*1.& ſeq.

*Exceptio nullitatis ſententiæ in cauſis contentionum iuriſdictionis admitti debet. num.*2.

*Appellatio à ſententia Arbitrorum, vel Cancellarij in cauſis contentionum iuriſdictionum non habet locum in Aragonia. num.*2.

Exceptio, & appellatio diuerſo iure cenſenda ſunt cùm per renunciationem appellationis non cenſeatur exceptio renunciata. num. 3.

*Statuta prohibentia appellationem non extendantur ad exceptionem. n.*4.

*Exceptio nullitatis ſententiæ ſeorſim inquiritur, & examinatur ac appellatio. n.*4.

Remedium appellationis, vel nullitatis ſententiæ admitti debet, ne pars deſtituta remaneat recurſu, cum quo damnum reparare valeat. n. 5. *limitata, vt* 6. & ſeq.

Arbiter iuris malè iudicans poteſt de iure communi

communi puniri, ſed in Aragonia non admittitur contra Arbitros, & Cancellarium in cauſis contentionum iuriſdictionis. n.6.

Arbitri, & Cancellarius non poſſunt puniri ſub prætextu, quòd male iudicauerint in cauſa contentionis, iuriſdictionis. numero 7. & 8.

Verbum aliquod, *appoſitum in aliqua diſpoſitione eſt vniuerſale comprehendens omnem ſpeciem, & perſonas abſque vlla diſtinctione, & nemine excepto. numero 8.*

Contentio noua ſuper iuriſdictione; aut dubium in forma noua contentionis, apponi non poteſt à declaratione, & ſententia Arbitrorum, ſeu Cancellarij. n.9.

Arbitri, & Cancellarius pro decidenda contentione iuriſdictionis ſi malè iudicauerint, an puniri poſſint. n.10.

Iuri repugnat, vt parti litiganti tollantur recurſus, vel defenſiones, quas habere poſſent pro reparatione iniuſtitiæ, quam exiſtimant ipſis factam fuiſſe. n.11.

Modus terminandi contentiones iuriſdictionum inter Iudices, vel Curias exortas, in Aragonia fuit introductus propter bonum commune, & quietem publicam. n.12.

Multa fiunt propter bonum commune, & quietem publicam, quæ aliàs iudicari poſſent minùs legitima, & contra jus. num. 13.

Vſuræ licèt de iure ſolui non debeant, tamen, ſi contractus ſit iuratus, ſoluendæ ſunt, quamvis poſtea repeti debeant. num.13.

Contentiones iuriſdictionum in Regnis Coronæ Aragonum terminari debent iuxta formam præſcriptam à foro; claudendo os, ne à ſententiis detur appellatio, nec admittatur aliàs recurſus, ſed imò ſine Replica parendum eſt illis. n.14.

Iudices ſupremi Conſiſtorij ſemper iuſtiſſimos eſſe præſumendum eſt. n. 14.

1 IN quæſtione antecedenti latè diſputauimus; an detur appellatio à ſententia probata per Arbitros, & Cancellarium reſpectiuè in ſuis caſibus, in cauſis contentionum iuriſdictionis; Et *ibidem* reſolutum reliquimus nullatenùs eſſe admittendam; *modò ſequitur inquirere*: Vtrùm pars poſſit per viam exceptionis notoriæ nullitatis ſe tueri? Tum & etiam, an contra prædictos, ſi malè iudicauerint, procedi poſſit aliquâ pœnâ.

2 Et videtur dicendum, admittendam fore prædictam exceptionem: licèt etenim appellatio ſit prohibita in dicta ſpecie (prout latè probauimus *ſuprà in quæſt. antecedenti*, non verò exceptio, quæ diuerſo iure cenſeri debet, cum vnaquæque de per ſe attribuere diuerſum ius intelligatur; nam renunciatâ vnâ, non cenſetur & altera renunciata *l. ſi vnus §. ante omnia ff de pactis.*

Ex quo docuit Baldus *in l. eos §. nec* 3
temerè Cod. de appellationibus in principio.

Quòd ſtatuta loquentia de appella- 4
tione non extenduntur ad cauſam nullitatis, quæ à cauſa appellationis ſeorſim inquiritur, & examinatur. Ergo videtur dicendum quòd licèt per forum 1. *ſub titulo, de la Competencia de juriſdicion*, ſit prohibita appellatio. non tamen erit exceptio nullitatis ſententiæ: & exinde, quòd tam Arbitri, quàm Cancellarius ſi malè iudicauerint puniri poterunt.

Tum & etiam quia omni iuri con- 5
trauenire videtur, ſi pars deſtituta remaneret quocumque remedio ad reparandum damnum, quod ei ſequitur; id enim alienum fore ab æquitate, nemo eſt, qui non videat.

Et exinde dixit Rebuffus *tom. 3. in* 6
tractatu de Arbitris art. 1. gloſſa 7. num. 2. pag. mihi 201. & 202. quòd Arbiter iuris malè iudicans puniri poſſit, & *ibidem* alios allegat idem tenentes; & licèt, aliàs & iure communi aliqualiter dubitari poſſet propter iuridica, & releuantia fundamenta, quæ huic ſententiæ aſſiſtunt, de quibus Rebuffus *vbi proximè*, & Ruginellus *in tract. de appellationibus §. 3. cap 2. à n. 15. cum pluribus ſeq.* præcipuè *n.28. vſque in finem*: Attamen in noſtro Regno difficultate caret, quòd nec Arbitri, aut Cancellarius puniri poſſint ſub prætextu, quòd malè iudicauerint, nec ſimiliter, quòd contra ipſorum ſententias exceptio nullitatis admitti debeat.

De primo conſtat ex vſu, & conſue- 7
tudine admiſſâ, & approbatâ in vim fori primi *ſub tit. de la Competencia de juriſdicion*, ex ipſius ratione proœmiali, vbi enunciat motiuum, quòd induxit ad ita ſtatuendum *ibi. Y à cauſa de no hauer juez tercero, que conoſca de la dicha competencia ſino los miſmos juezes intereſados, los miſmos juezes nunca ſe conuienem en vn parecer, y cada qual de los dichos juezes ſe juzga juez competente: de donde ſe ſiguen muchas coſtas à las partes, y redunda mucho daño à la Republica. Portanto por euitar*

lo

lo ſuſo dicho,&c. Et ſtatim proſequitur;
*Los quales dos Arbitros electos, y nom-
brados por los dichos juezes contendientes
ayan, y ſean tenidos dentro de cinco dias
contaderos del dia que fueren entimadas
al primer juez las letras reſponſiuas del ſe-
gundo, conocer y determinar, ſi quiera de-
clarar la dicha contencion de juriſdicion,
y à la determinacion de los dichos Arbitros,
ſiendo concordes ſe aya de eſtar, y no ſe pue-
da hauer recurſo alguno, &c.* Et patebit
10 ex ſtatim dicendis. De ſecundo, vide-
licet, quòd exceptio nullitatis admitti
non debeat, conſtat expreſsè ex verbis
ipſius fori primi, loquendo de Cancel-
lario, quando ab Arbitris cauſa fuit de-
noluta ad ipſum propter eorum diſcor-
diam, eiſdem ferè verbis, ſicut dixit
prius de Arbitris, ibi, *A la declaracion, y
determinacion del qual los dichos juezes con-
tendientes ayan, y ſean tenidos de eſtar y no
puedan tener recurſo alguno de la declara-
cion por el dicho Cantller hecha, &c.* provt
etiã annotauimus *ſuprà in q. anteced. n. 10.
& ſequent.* Quod quidem in ſpecie ad-
miſſum, & in praxi receptum eſſe apud
omnes eſt in confeſſo, vt plures referens
tradit Seſſe *in d. deciſ. 113.* & *in tract. de
inhibit. cap. 9. §. 1. à num. 24. & ſequent.*
Portoles *in ſcholiis ad Moli. ſuper. d. forum
1. n. 11. fol. 430.* & copioſè Caſanate *in
allegat. per D. Pet. Gajo de Caſtro funda-
mento 1. per totum pag. 2. & ſequent.* &
*pag. 7. col. 2. verſ. y la coſtumbre que ay en
Francia, cum ſequen.* licèt aliàs Peguera
in ſua praxi criminali *cap. 26. ſub tit.*
quando immunitas Eccleſiæ allegatur,
&c. *in verſ. penultimo* incipiente, *limi-
tantur tamen prædicta, &c. pag. mihi* 164.
voluerit in aliquibus caſibus notoriis, &
certis permittendam eſſe exceptionem
notoriæ nullitatis, quia fieret magna in-
iuſtitia: ſed reuerâ quamuis aliàs id
poſſet eſſe, attamen cùm id rarò accide-
re valeat, præponderat, quòd bono pu-
blico, & quieti Reipublicæ reſultat, vt
præferatur vtilitati, & commodo par-
ticulari, & ex eo obuiare, ne aperiatur
via, per quam non poſſit conſequi moti-
uum, propter quod noſtri maiores de-
creuerunt modum terminandi conten-
tiones iuriſdictionis, non ſolùm per no-
ſtros foros; ſed & etiam approbatum per
Sedem Apoſtolicam ex Breuibus, &
Diplomatibus, de quibus *multoties in hoc
tract.* Mentionem fecimus *ſuprà in quæſt.
antecedenti. n. 11.*
Ex prædictis verbis fori, & Breuium
colligitur, dictos Arbitros, & Cancel-
larium non poſſe puniri ſub prætextu
quòd malè iudicauerint, ſicut nec etiam
ipſorum ſententias elidi, aut infringi
exceptione nullitatis, quandoquidem
noluit forus, quòd recurſus aliquis ad-
mitteretur contra ipſorum ſententias,
ponderando illa vltima verba. *Y no ſe
pueda hauer recurſo alguno, &c.* Illud nam-
que, *alguno*, eſt vniuerſale, comprehen-
dens omnem ſpeciem, & perſonas abſ-
que vlla diſtinctione, & nemine excep-
to, vt cum pluribus aduertit Barboſa *in
tract. de dictionibus vſu frequentibus di-
ctione 22. num. 1. & 8.* optimè ad inten-
tum Salgado *de Regia protectione part. 2.
cap. 10. n. 86.* Ergo per illud verbum *al-
guno* excluditur omnis ſpecies, & per-
ſona abſque diſtinctione, & nemine ex-
cepto, vt non poſſint contra ſenten-
tias illorum aliquam exceptionem nul-
litatis, aut minùs legitimæ ſententiæ op- 9
ponere, & ſolum Deum habebunt vl-
torem, quia ita reſultat per noſtros fo-
ros, & vſu receptum reperimus; vt
reſoluit Peguera *in praxi, in d. cap. 26.
in fine, verſ. ex prædictis, ergo, &c. pag.
mihi* 164. vbi ita ait. *Ex prædictis ergo
apertè deducitur; poſt declarationem Arbi-
trorum, vel Cancellarij, vel tertij in loco
dicti Cancellarij,* (ſuo caſu) *non poſſe pro-
poni nouam contentionem, nec dubium in
forma noua contentionis contrà dictam de-
clarationem, vel ſuper contentis in ea præ-
textu iniuſtitiæ, &c.* de quo videre po-
teris *infrà q. 60. cum duabus ſequentibus*,
& Pareſam *de inſtrum. edit. tom. 1. tit. 2.
reſol. 6. ſpecie 4. à n. 318. cum pluribus ſeq.
pag. mihi* 255.
Idem etiam inſinuat Portoles *in com- 10
mentariis ad d. forum 1. num. 29*, vbi poſt-
quàm propoſuit dubium an Arbitri, &
Cancellarius puniri poſſint, ſi malè
iudicauerint, ex quo pars ſuccumbens
ſine aliquo recurſu, & remedio de-
ſtituta remaneret, & ipſe Portoles re-
ferat, quòd inſpecto iure communi ac-
cuſatio, & punitio locum habere vide-
retur, poſtmodum ita concludit. *Quod
ſanè vix in hoc Regno obtineret, &c.* & de
hoc videre poteris Seſſe *deciſ. 113. ferè
per totam* præcipuè, *à num. 59. cum pluri-
bus ſequen.*
Et licèt prædicta nimis aſpera videan- 11
tur, cùm iuri repugnet priuari aliquem
appellatione, exceptione, recurſu ac fa-
cultate ſe tuendi ad reparandam iniu-
ſtitiam, quam pars ſuccumbens præten-
dit ei fuiſſe illatam per ea, quæ diximus
ſuprà q. anteced. à n. 15. & ſeq. præcipuè ſi

dicta pars expreſsè, & immediatè oon præbuit ſuum aſſenſum, & voluntatem renunciandi prædicta: quòd quidem quàm durum ſit, oemo eſt qui noo videat.

12 Sed profectò, licèt hæc obioctio ſatis vrgens, & difficilis videatur, reſponderi, & ſatisfieri ei poteſt; ſupponeodo, quòd multoties *in præſenti tractatu* diximus, & omnes noſtri D D. & Practici probant, videlicet, quòd iſto modus terminandi conteotiones iuriſdictionum in Regnis Coronæ Aragonum ſpecialiter fuit introductus, & per foros admiſſus, & approbatus, tum & etiam per Sedem Apoſtolicam ratificatus, ſcilicet, propter bonum commune, & quietem vniuerſalem Regni, & Reipublicæ (vt annotauimus *ſupra in quæſtione antecedenti numero* 20. *& ſeq.*) procurando media ex quibus pax publica, & qnies vninerſalis conſeruaretur; obuiando omnes vias, quæ impedire, & turbare poterant taotum bonum, tantámque felicitatem: de quo videre poteris Salgado *de Regia protectione part.* 1. *cap.* 1. *pralud.* 3. *numero* 129. *tum ſequent.*

13 Et licèt aliàs aliquo modo repugnaret iuri communi; eo tamen oon obſtante noſtri maiores amplexi fuerunt medium, quòd ſalubrius iudicarunt, vt conſequeretur talis effectus; moti ex eo motioo, quo idem ius commune diſponit, & obſeruat; cùm videamus multa fieri propter gubernatiooem quietam; communéque bonum, & pacem voiuerſalem quæ aliàs minùs legitima, & contra ipſum iudicarentur, ſumpto exemplo io ſolutione vſurarum, quæ licèt aliàs tam odioſæ, & reprobatæ videantur; ſolui debent ex contractu iurato, licèt aliàs poſtmodùm repeti poſſint & ſimiliter in præſcriptione rei alienæ, quæ attribuit verum domioium, licèt aliàs nemo cum alterius iactura locupletari debeat, & ſuſtinetur, ne rerum dominia ſint io iocerto, & io aliis ſimilibus caſibus ita obſeruatum videmus, vt latè probaui in meo *Paſto. regularium part.* 1. *clauſ.* 5. *numero* 40. *&* 41. *pag.* 18. *&* 19. & *part.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 28. *pag.* 63. & in meo *Tract. de Intruſ. quæſt.* 84. *n.* 4. *& ſequen.*

14 Et exinde ex dicta cauſa, iuri conformi, per noſtros foros fuit ſtabilitum, vt contentiones iuriſdictionum formarentur & terminarentur iuxta formam, & ritum præſcriptum *in d. foro* 1. prohibendo omnem modum, & viam, quæ quoquomodo poſſet ianuã aperire dilationibus & oouis inſtantiis, interdicendo appellationem, ſupplicatiooẽ, & aliũ quemcunque recurſum, etiamſi Arbitri, & Cãcellarius minùs rectè iudicaſſent, (quod quidem nec præſumi, aut exiſtimari debet) vt diximus *ſuprà in quæſt. antecedenti num.* 10. *&* 30. *cum ſequen.* & cùm ſemper præſumendum ſit, Iudices ſupremos, iuſtiſſimos eſſe, vt tradunt Crauetta *conſ.* 976. *num.* 21. Afflictus *deciſ.* 343. ſequitur, quòd cum Cancellarij Tribunal ſit ſupremum (vt iam diximus *ſuprà quæſt.* 20. conſequenter excluſa remanet quælibet præſumptio, quæ contra eum oriri poterat pro oon recta declaratione.

QVÆSTIO XXXII.

An forus, & concordata, præſcribentia formam decidendi contentiones iuriſdictionum in Regnis Coronæ Aragonum diſponant contra immunitatem Eccleſiaſticam?

SVMMARIVM.

Index laïcus de iure communi non cognoſcit de contentione iuriſdictionum, ſed Eccleſiaſticus; in Aragonia ex antiqua conſuetudine ambo cognoſcunt. 2. & ſeq. & 18.

Conſuetudine antiquiſſimâ obſeruatur in Aragonia, quòd inſimul Iudex Eccleſiaſticus, & ſecularis cognoſcant, quoties occurritur contentio iuriſdictionis. n. 3. & 7. cum ſeq.

Index ſecularis obſeruans conſuetudinem immemorabilem terminandi contentiones iuriſdictionis inſimul cum Eccleſiaſtico non peccat, nec violat immunitatem. n. 4. & 23. cum ſeq.

Temerarium videtur ſe opponere doctiſſimis viris aſſerentibus, & approbantibus conſuetudinem vniformiter obſeruatam. numero 5.

Sententiis, & rebus ſæpe iudicatis, & approbatis contradicere, & ſe opponere, non licet, nec fieri debet. n. 6.

Praxis iudicandi contentiones iuriſdictionum in Aragonia per iudicem Eccleſiaſticum, & ſecularem aliquibus videtur

videtur nimis aſpera. n. 8. Sed re vera fundatur in iuridicis fundamentis omnino obſeruandis. n. 9. & ſeq.

Lites turbant quietem publicam Reipublicæ n. 9. Remedium ſalubre eſt ad euitanda ſcandala, quæ ex litibus ſequuntur, terminare eas ex concordia. n. 9.

Contentio iuriſdictionis quoties in Aragonia ſuſcitabatur inter Iudicem ſecularem, & Eccleſiaſticum, plura ſcandala oriebantur, donec modus, & forma terminandi illas fuit præſcripta. numero 9. & ſeq.

Concordia inita in Regnis Aragonum, vt contentiones iuriſdictionum terminentur, fuit remiſſa ad beneplacitum Apoſtolicum. num. 10.

Regina Eleonora ſupplicauit Gregorio XI. vt dignaretur confirmare concordiam inter ſtatum Eccleſiaſticum, & ſecularem initam ad effectum terminandi contentiones iuriſdictionum. numero 11. & ſeq.

Dictio tamen *importat modum, & conditionem. n.* 12.

Verbum libertas *appoſitum in commiſſione comprehendit omnimodam, & plenam libertatem. n.* 13.

Iuriſdictio delegata tanquam odioſa nequit extendi vltra fines mandati. numero 14.

Delegatus, ſi vltra fines mandati aliquid egerit, erit irritum, & nullum. numero 15.

Delegatus ſi efficiat aliquam minimam contrauentionem vltra fines mandati, quidquid exequatur erit nullum, & irritum. num. 16.

Delegatus tenetur diligentiſſimè, & ad vnguem obſeruare fines mandati ei commiſſi. n. 16.

Reſcriptum commiſſionis delegatæ tantùm porrigitur ad expreſſa in illo, & non vltra. num. 17.

Iuriſdictio Eccleſiaſtica dignior eſt ſeculari, & ideò præferenda. n. 18.

Modus terminandi iuriſdictionum contentiones in Aragonia videtur detractiuus libertatis, & immunitatis Eccleſiaſticæ. num. 18.

Sed contrarium eſt verius. numero 19. & ſequent.

Praxis terminandi contentiones iuriſdictionis in Aragonia eſt fauorabilis immunitati Eccleſiaſticæ, & conformis canonicis ſanctionibus. n. 19. & ſeq.

Contentio iuriſdictionum, ſi adſit inter Iudicem Eccleſiaſticum, & ſecularem eius cognitio ad quem pertineat, & quid facti, & in facto conſiſtit nec habet aliquam ſpiritualitatem. n. 20.

Iudex Laicus cognoſcere poteſt de quæſtionibus ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis, quæ conſiſtunt in mero facto, ſi etiam remota, & ſeparata fuerint à iure ſpirituali. num. 20.

Iudex Laïcus an poſſit cognoſcere de rebus ſpiritualibus ex immemorabili conſuetudine. n. 21. & ſeq.

Iudex Laïcus etiam ex conſuetudine immemorabili non poteſt cognoſcere de rebus ſpiritualibus. n. 21. *&* 22. *Licèt plures in aliquibus caſibus contrarium ſentiant. num.* 23. & ſeq.

Conſuetudo etiam immemorabilis, quòd Iudex laicus cognoſcere poſſit de rebus ſpiritualibus eſt, & dicitur corruptela, cùm tale ius ſit impræſcriptibile. n. 22. *intellige vt* 23. & ſeq.

Iudex Laïcus, licèt aliàs ſit incapax cognoſcendi de rebus ſpiritualibus, poterit tamen id efficere ex antiqua conſuetudine cum priuilegio Apoſtolico. n. 23.

Conſuetudo antiquiſſima Regnorum Aragoniæ, vt contentiones iuriſdictionis terminentur per vnum Arbitrum Eccleſiaſticum, & alterum ſecularem, confirmata, reperitur ex quatuor decretis Apoſtolicis. num. 24. & ſeq.

Verba enunciatiua & non diſpoſitiua appoſita in Breui Apoſtolico vel alio inſtrumento, non induceunt approbationem, niſi conſtet de certo ſcientia concedentis. numero 26.

Extenſio in odioſis admitti non debet. numero 27.

Appellatio non datur in Regnis Aragoniæ à ſententia Cancellarij, & qui ita effecerunt, plures fuerunt puniti. n. 28.

Relatum propriiſſimè eſt in referente, quandò relatio eſt certa ad vnum certum. n. 29.

Nominatio expreſſa ad aliquid certum, in quo referens ſe refert, continet idem, quod eſt in termino relato. n. 29.

Relatio expreſſa ad aliquod inſtrumentum, vel ſcripturam ſpecificam, idem operatur, ac ſi fuiſſet expreſſum. n. 29. *&* 30.

Verba narratiua, & enunciatiua Papæ probant in his, quæ pendent ab eius abſoluta poteſtate, ſi eius intentio fundatur ſuper narratis. n. 31.

Stylus declarandi contentiones iuriſdictionum in Aragonia ſine dubio, ſcrupulo, aut aliâ hæſitatione, practicari debet, ſicut hodie obſeruatur. n 32 & 33.

HVius quæſtionis materia latiſſimè perquiri, & diſputari poſſet, ſi aliàs 1

conciſioni, & breuirati non conſuleremus cùm in ſe contineat diffuſos, & longiſſimos articulos, qui quidem cùm ad principale intentum, & ſcopum difficultatis immediatè non conducant conſultò omittimus, maximè cùm penes DD. *infrà* citandos, qui lato calamo de materia agunt, reperiantur diffuſè extenſi; & præcipuè in ſpecie apud noſtros Practicos Aragonenſes; quapropter operæpretium duxi, reſtringere præſentem quæſtionem ad terminos propoſiti dubij reſpectu praxis, & ſtyli decidendi contentiones iuriſdictionum in his Regnis Coronæ Aragonum quæ inter Iudices Eccleſiaſticos, & ſeculares quotidie ventilantur.

2 Et vt id clariùs fiat, ſuppono primò, admiſſum eſſe conſtanter, quòd à tempore immemorabili introductum, & exequutum fuit Iudicem Eccleſiaſticum ſolum in pr̨edictis Regnis non declarare competentias Iuriſdictionum, licèt aliàs de iure id effici deberet iuxta diſpoſitionem *textûs in cap. ſi Iudex Laïcus* 12. *de ſententia excommunicationis in ſexto*, vbi Barboſa *in eius collect. latè agit de hoc articulo*, qui ſatis controuerſus reperitur inter Doctores, & *ibidem* pro vtraque parte plures allegat, & ex noſtris in ſpecie latè Portoles *in ſcholiis ad forum* 1. *ſub titulo de la Competencia de juriſdicion à n.* 11. *cum ſequent.* Bardaxi *in Commentarius ad eundem forum in principio verſ. ex aduerſo fol.* 311. Seſſe *in tractatu de inhibitionibus cap.* 9. §. 1. *n.* 24. *& ſequent. & deciſ.* 113. *à n.* 4. quibus iunge lauiſſimè Caſanate *in allegatione pro Don. Pedro de Caſtro, fundamento* 1. *à principio*, & concorditer prædicti D D. teſtantur de dicta vniformi, & inconcuſſa cunſuerudine, de quo videre poteris latè D Franciſcum Salgado *in tractatu de Regia protectione par.* 1. *cap.* 1. *præludio* 3. *à n.* 128. *cum pluribus ſequent.* eámque ſeruandam, & admittendam eſſe fatentur non ſolùm prædicti DD. ſed & etiam alij plurès non vulgaris authoritatis.

3 Imò voluit Nauarrus in manuali *capite* 27. *n.* 70. *& n.* 119. non peccare Iudices, nec violare immunitarem Eccleſiaſticam, obſeruando talem immemorabilem conſuetudinem circa declarationem contentionum Iuriſdictionis, quem refert ad intentum Caſanate, *vbi*
4 *ſuprà in d. fundamento* 1. *verſ. Y aſſi los que obſeruan eſta coſtumbre pag.* 9. & profectò quamuis cum ſumma diligentia legerim, & perlegerim Nauarrum *in loco allegato per Caſanate*, non inueni, quòd tam in ſpecie loquatur, ſicut ipſe teſtatur; conſulere tamen poteris ad intentum Seſſe *in tractatu de inhibitionibus cap.* 9. §. 1. *num* 24. *& ſequent.* & *deciſ.* 113. *n.* 6. *cum ſequent.* & noſtros Practicos *ſuperius allegatos*, quibus iunge D. Franciſcum Salgadi *in d. tractatu de Regia protectione part.* 1. *cap.* 1. *præludio* 3. *à num.* 128. *cum pluribus ſequent.* Vbi inter alios allegat noſtrum Seſſe *in dicto tractatu de inhibitionibus capite* 8. §. 3. *à numero* 151.

Prætereà licèt, non videatur eſſe te- 5
merarium non adhærere, ſeſéque opponere cenſuræ, & iudicio tantorum doctiſſimorum virorum abhinc retrò temporibus, & præſentibus, qui practicauerunt, & exequuti fuerunt talem modum, & formam decidendi contentiones: verùm vt dixit Angelus *in l.* 1. §. 6
occiſorum ff. ad Silanianum, non licèt nec eſt admiſſibile contrauenire, aut contraire rebus ſæpe iudicatis, & conſequenter obſeruari debet; de quo nouiſſimè agit, & copioſè diſputat hunc arculum Thomas Delbene *in tractatu de immunitate Eccleſiaſtica, tomo.* 2. *capite.* 9. 7
dub 6. *à num.* 5. *cum ſequent.* Cùm igitur in his Regnis Coronæ de rempore immemorabili vſque ad præſens, contentiones iuriſdictionum terminentur inſimul per Iudices Eccleſiaſticum, & ſecularem, ſitque vniformiter admiſſum, & practicatum; non debemus recedere à tali ſtylo ex *infra* dicendis.

Et profectò licèt aliquibus minùs no- 8
titioſis de cauſis, & motiuis, ſimúlque de fundamentis iuridicis, ex quibus hæc praxis continuata exequitur, & vſque nunc obſeruata reperitur nimis aſperum, & durum fortaſſe videatur; attamen ſi rectè perpenditur, credam ipſos adhæſuros, & laudaturos eſſe tam ſalubre medium, ex quo reſultat pax publica, & quies vniuerſalis Regnorum Coronæ; ideò operæpretium duxi breuitate, & cunciſione, quâ potero, aliqua annotare, vt ex his, veritas eluceſcat, & ceſſent impoſturæ, quæ ab aliquibus (minùs legitimè) contra hanc formam decidendi coutentiones propalatæ fuerunt.

Et vt opus adimpleam, ſupponendum 9
eſt, quòd quoties in his Regnis contentio iuriſdictionis vertebatur inter judices Eccleſiaſticum, & ſecularem, ad quem ipſorum pertineret

cognitio

cognitio in caſu,de quo contendebatur, volens quilibet ipſorum illam eſſe ſuam inter ipſoſmet contendebant, & rixabantur, ex quo ſequebantur lites, de litibus, ſcandala, de ſcandalis, iurgia, & diſſentiones, de iurgiis, & diſſentionibus, & exinde quotidie quies, & pax publica cum magno detrimento non ſolùm Reipublicæ, ſed & etiam totius Regni turbata, & tumultuata reperiebatur; ad quod vitandum (vt fas erat) decreuerunt ambæ Curiæ, has controuerſias, & differentias mediâ concordiâ ſopire, & extinguere, ex cuius obſeruantia pax publica firmaretur, quærendo vigilanter modum, & formam, à qua non liceret reſilire, taliter, quòd ambæ Curiæ acquieſcerent ſine appellatione, aut alio quolibet recurſu declarationi, & pronuntiationi factæ per illum, vel illos, ad quem, vel ad quos talis facultas pronuntiandi conceſſa fuiſſet, prout diximus *ſuprà quæſt.* 3.

10 Quod quidem ita fuit exequutum in Curiis, conueniendo inter ſe per concordiam factam ſub die xxj. Iulij 1373. vt colligitur *ex conſtitutionibus Cathalonia tit. de contencion de Iuriſdicion, y occupacion de temporalidades lib.* 3. Pragmat. vt cum Peguera *in ſua praxi, capite* 16. & Oliuan *ad vſaticum cap.* 11. *n.* 13. *& ſeq.* tradit Ripol. *de Regaliis cap.* 20. *n.* 5. *& ſeq.* & ſimiliter conſtat *en los fueros de Valencia, titulo de Iuriſdictione omnium Iudicum*, & *in Pragmaticis Regni Sardiniæ to.* 2. *tit.* 51. *n.* 7. *& ſequent.* reſeruando autem in omnibus auctoritatem, & beneplacitum Apoſtolicum, &, vt robur firmum haberent prædicta concordata, pro ipſorum permanentia ſupplicatum fuit per Reginam Eleonoram S. M. Gregorio XI. vt ſua ſanctitas
11 dignaretur interponere ſuum decretum, & auctoritatem ad effectum, quòd contentiones iuriſdictionum declarentur, prout in dictis concordatis conuentum fuerat, qui quidem ſanctiſſimus reſcripſit epiſtolam, *ſub datum Auenione* 5. *Kalendas Decembris Pontificatûs ſui anno primo*, in qua conceſſit facultatem, vt ad eum effectum ſupplicantes poſſent concordias inire, per hæc verba. *Ad huiuſmodi concordiam peragendam ſic, & prout planè confidimus, &c. Quòd iura Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarum ſeruentur illæſa, &c.* Quæ quidem Epiſtola, (quam idem Gregorius Reginæ remiſit) fuit etiam poſteà commiſſa Bertrando Cardinali Presbytero S. R. Eccleſiæ, Apoſtolicæ Sedis Nuntio, & *ſub eadem data* confirmata fuit per hæc verba. *Sic ideò circunſpectionem tuam attentè rogamus tibi, &c. Nihilominus per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus in præmiſſis cooperatur exiſtens pro concordia ipſa facienda; ſeruatâ tamen ſemper Eccleſiaſticâ libertate, opem des, & operam efficacem, &c.* Quas quidem Epiſtolas Pontificias, & alia concordata refert ad litteram D. Laurentius Matthæu *de Regimine Ciuitatis, & Regni Valentia tomo ſecundo, capite ſeptimo* §. *in principio, & nomero* 21. apud quem videre poteris.

Ex quibus verbis colligitur, quòd 12
Pontifex in vim commiſſionis non conceſſit liberam, & abſolutam poteſtatem, vt indiſtinctè obſeruaretur, quòd in Curiis, vel parlamentis decideretur, ſed attribuit poteſtatem limitatam ei, per illa verba, *ſeruata tamen*, quæ important modum, & conditionem; vt cum Mar. Anton. *Variarum reſolutionum lib.* 1. tradit Barboſa *in tractatu de dictionibus vſu frequentibus, dictione* 401. *n.* 3.

Et præterea per illud aliud Verbum 13
libertate, quòd dicit, & comprehendit omnimodam, & plenam facultatem *iuxta tex. in l. cùm venditores ff de actionibus empti.* Rolandus à Valle *conſ.* 2. *n.* 34. *t.* 1. & *conſ.* 85. *num.* 31. *tom.* 4. quem refert; & ſequitur idem Barboſa *in tract. de appellatiua Verborum iuris ſignificatione, appellatione* 131.

Vnde ſequitur, quòd delegatio fuit 14
commiſſa prædicto Cardinali, vt admitteret, & approbaret concordata, dummodo tamen aliquid non continerent contra libertatem Eccleſiaſticam, taliter; quòd ſi contra ipſam libertatem aliquid exequeretur, vel diſponeret, non valeret; ſed eſſet nullum; & irritum quidquid exequeretur, cùm ipſius iuriſdictio tanquam odioſa nequiter extendi vltrà fines mandati *cap.* 1. *de officio delegati in ſexto*, vbi communiter DD. Rota *diuerſorum parte* 1. *deciſ.* 30. Viuius *deciſione* 91. Theſaurus *deciſ.* 3 quos cum aliis refert Aloiſius Riccius *in praxi rerum fori Eccleſiaſtici deciſ.* 25. *numero* 5. *in* 1. *edit*:

In tantùm, quòd, ſi aliquo modo 15
excederet prædictus Cardinalis; irritum, & inane eſſet omne id per eum factum; vt notant Tiraquellus *de retractatu lignagier* §. 1. *gloſſa* 21. *n.* 11. *& in l. ſi vnquam, verbo, libertatis num.* 59. quod

de reuocandis donationibus Caputaquen.
deciſ. 143. *num.*5.*parte* 3. Rota *Recentiorum p.*2.*deciſ.* 345. *num.* 1. *& ſeq.* & alij
plures per *textum in cap.cùm dilecta* 22.
verſ.propter quod de reſcriptis, & *in capite venerabili* 37. *verſ.quorum de officio
delegati.*

16 Quod adeò eſt verum, vt & etiam
minima contrauentio annullet, quod
factum fuit per delegatum, qui mandadati fines ad vnguem, & diligentiſſimè
obſeruare tenetur *d. cap. cùm dilecta*,
Menochius *conſ.* 134. *num.* 3. Ioſephus
Ludouicus *deciſ. Peruſina* 37. *num.* 5. *&
deciſ* 117. *à num.* 12. *cum ſeq.* Camillus
Borrellus *in ſumma omnium deciſionum
tit.*66. *num.* 437. & alij plures; & conſequenter cùm commiſſio per Gregorium XI. conceſſa Cadinali ad concordandum reſpectu declarandi contentiones Iuriſdictionis inter Iudices Eccleſiaſticos, & ſeculares, fuiſſet ei reſtrictiuè
attributa, videlicet, cum clauſula. *Re-*
17 *ſeruata tamen ſemper Eccleſiaſticâ libertate*,
Si aliquid contra eam concordaretur,
nullo modo poſſe præiudicium generare Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis,
cùm reſcriptum tanquam reſtricti iuris
ad expreſſa tantùm & non vltrà porrigatur; vt cum pluribus tradit Mar. Anto.
*lib.*1.*reſtrictionum variarum reſol.*39.*n.*11.
Et ex his videndum eſt, an prædicta concordata, & inſimul praxis, & ſtylus comformis in omnibus, ad ea, quæ in illis
continentur, comprehendant aliquid
contra libertatem, & immunitatem Eccleſiaſticam.

18 Et videtur dicendum læſam exiſtere,
cum ei tanquam digniori deferendum
ſit, & vt tali ei pertinere decidere tales
contentiones *ad tex.* & quod ibi latiſſimè tradunt DD. *in cap ſi Iudex laicus de
ſententia excommunicationis in ſexto*, &
copioſè Gratianus *diſceptationum forenſium cap.* 190. *à num.* 13. *cum ſeq.* Marcus
Ant. *variarum reſolutionum lib.* 3. *reſolut.*
48. Diana *p.* 1. *reſolutionum moralium
tract.* 2. *reſolut* 27. diffusè Farinatius *in
praxi criminali quæſt.* 8. *à num.* 33. *cum
pluribus ſequen.* Noſter Seſſe *in tractatu
de inhibitionibus cap.* 5. §. 6. *num.* 78. Peguera *tom.* 1. *deciſ.* 92. *num.* 3. Barboſa *in
Paſtorali allegatione* 12. *n.* 33. Trullench.
lib. 8. *decalogi cap.* 1. *dub.* 8. *num.* 5. &
alij plures, quos longum eſſet recenſere: & conſequenter videtur dicendum
concordata, & praxim ſubſequutam eſſe
nullam tanquam contrariam immunitati Eccleſiaſticæ, & detractiuam ipſius
maioritatis, & excellentiæ; & exinde
non comprehenſam in decreto Cardinalis delegati excedentis fines mandati.

Contra tamen docent plures variis 19
rationibus, & fundamentis congeſtis à
Don Laurentio Matthæu *in d. tom.* 2. *de
regimine Regni Valentia cap.* 7. § 1. *n.* 13.
cum pluribus ſeqq. aſſerenies, quòd talis
concordia eſt apptimè fauorabilis immunitati Eccleſiaſticæ, & conformis canonicis ſanctionibus, vt tradunt Petrus
Barboſa *in l. Titia num.* 34. *ff. ſoluto matrimonio* Vincentius de Franc. *deciſ. Neapolitana* 329. *num.* 9. Camillus Borrellus
*de præſtantia Regis Catholici cap.*71.*n.* 304.
& ſeq. & *in ſumma omnium deciſionum
tit.* 44. *de citatione numero* 425. & alij
plures.

Et mouentur ex eo, quia talis cogni- 20
tio nullam habet immediatam connexionem ſpiritualitatis, cùm ſit quid facti, & in facto conſiſtat, & conſequenter in tali caſu non habet locum regula, *tex. in cap.* 2. *de Iudiciis*, nam
Iudex laicus poteſt cognoſcere circa
Eccleſiaſticas, & ſpirituales quæſtiones,
aut negotia facti, aut conſiſtentes in
facto, quæ ſint à iuris ſpiritualis cognitione remotæ, Petrus Barboſa *in d l. Titia num.*22. *verſ. ſecunda concluſio.* Marta
de Iuriſdictione p. 2. *cap.* 8. *num.* 19. &
*cap.*26. *num.*8 *&* 10. & alij plures relati
per Seſſe *in tract. de inhibitionibus cap.* 8.
§. 3. *num.* 23.

Quæ omnia ita breuiter annotata, & 21
dicta ſufficiant, vt ad ſcopum dubij deueniamus, & vt ſanior reſolutio deſumi poſſit, & vt opere fiat; ſupponendum eſt, valde eſſe controuerſum; an
Iudex laicus ex immemorabili conſuetudine cognoſcere poſſit de cauſis ſpiritualibus, de quo articulo latiſſimè agunt
DD. & nouiſſimè Thomas Delbene *in
ſuo doctiſſimo tract. de immunitate Eccleſiaſtica tom.*1.*cap.*1. *dubit.* 15. *ſect.*5. *&* 6.
& *cap.*5. *dub.*14. *ſect.* 8. *& ſeq.* & *tom.* 2.
*cap.*9. *dub* 6. *ſect.* 6. *per totam*, & difusè
Salgado *de Regia protectione p.*1.*cap.*1.*præludia* 3. ferè per totum, præcipuè *à n.*120.
cum pluribus ſeqq. Seſſe *in d. deciſ.* 113.
& ſpecialiter *à num.* 72. *vſque in finem*,
& *in tract. de inhibitionibus cap.* 8. §. 3.
num. 41. *cum pluribus ſequent.*

Ex quorum dictis infertur alios ad- 22
mittere, & approbare pro legitima, talem
conſuetudinem, alios verò negare, ſed
imò eſſe corruptelam, quia tale ius tanquam repugnans iuri, eſt impræſcriptibile,

le, vt videre poteris penes DD. *ſuprà* allegatos, qui pro ſua opinione validiſſimis fundamentis, & rationibus, & in ſimul grauiſſimorum DD. authoritatibus eam fulciri conantur.

23 Attamen, licèt hoc ita ſe habeat, omnes omnino conueniunt, quòd ſi talis conſuetudo aliquo priuilegio Apoſtolico fuerit munita, de eius validitate dubitari non poſſit, quin valeat, & obſeruari debeat; de quo latè agit Salgado *de Regia protectione p.*1. *cap.* 1. *pralud.*3. *num.*128. *cum pluribus ſeq.* & in ſpecie Marius Curtellus, quem omnino videbis *in tract. de immunitate tom.* 1. *lib.* 2. *quaſt.* 4. *num.* 17. *verſ. ſecunda propoſitio vſque ad num.*25. & *ibidem cum aliis pluribus num.* 20. allegat noſtrum Seſſe *in d. tract. de inhibitionibus cap.* 8. §. 3. *ex num.* 151. quibus iunge Thomam Delbene referentem alios plures *in eodem tract. de immunitate tom.*1. *cap.*1. *dubitatione* 15. *ſect.*5. *à num.*2. præcipuè *n.*10. *& ſequen.*

24 Ex quibus reſultat, quòd ſi praxis, & conſuetudo terminandi contentiones Iuriſdictionum in his noſtris Regnis Coronæ Aragonum ſint munitæ, non ſolùm ex Priuilegio Apoſtolico præſumpto propter antiquiſſimam conſuetudinem, ſed ex expreſſis Priuilegiis Apoſtolicis non tantùm vno, vel alterò, ſed ex quatuor, ſatis apparebit de hoc tam ſalubri, & iuſtificato modo procedendi.

25 Conſulat ergo ex Bulla commiſſionis datæ Bertrando S.R.E. Presbytero Cardinali Nuntio Apoſtolicæ Sedis per S. M. Gregorij XI. ad effectum concordandi illud, quod per Sereniſſimam Dominam Eleonoram, & ſtatum Eccleſiaſticum conuentum fuerat, prout diximus *ſuprà in hac quaſt. num.* 10. *& ſeq.* quod quidem poſtmodum fuit vnâ, & alterâ vice approbatum per Iulium III. cuius tenorem reperies penes D. Laurentium Matthæu *in d. tom.*2. *de Regimine Regni Valentia cap.*7. §. 1. *in initio, & num.*11. *in calce.* Tandemque, id ipſum fuit admiſſum, & conceſſum per Breuia particularia Pij V. & Gregorij XIII. ad litteram relata per Seſſe *deciſ.*113. *n.*200. *in fine deciſionis.*

Ex quibus apparet ſatis confirmatam exiſtere noſtram praxim ex indultis Apoſtolicis, vt latè tradit D. Laurentius Matthæu *vbi proximè in d.* §.1. *n.*11. qui *num.* 10. allegat varios Auctores omnium Regnorum Coronæ Aragonum idem tenentes.

Nec de valore, & firmitate dictorum Breuium Apoſtolicorum dubitari poteſt ex eo, quòd ipſorum verba potiùs videantur enunciatiua, quàm diſpoſitiua, & conſequenter non inducere approbationem, prout requiritur; nam reſpondetur, quòd, cùm in illis narrentur, & inſerantur tenores concordiæ, & noſtri fori, ſupra quos cadit diſpoſitio, & conceſſio; ex eo cenſentur omnia narrata ex certa ſcientia Romanorum Pontificum eſſe confirmata, vt latè, & copioſè, plura fundamenta referens, tradit Seſſe *in d. deciſ.* 113. *à num.*154. *vſque ad* 188. apud quem difusè videre poteris, quidquid ad hunc articulum pertinet. 26

Tum & etiam nec in dubium verti debet quod *proximè* diximus ex eo, quia cùm prædicta concordata ſint diſpoſita circa Regna Cathaloniæ, Sardiniæ &c. & ſint circa materiam odioſam, & contra ius, conſequenter extenſio fieri non debeat, vt ad noſtrum Regnum porrigatur. Ex quo fundamento noſter Ibandus de Bardaxi minùs diligenter, & attemè de dicto priuilegio dubitauit, ad effectum validandi conſuetudinem huius Regni *in commmentariis ad d. forum primum, ſub tit. de las Competencias num.*10. §. *& quod dicta conſuetudo, verſ. & ita videntur multum obuiare &c.* ex quo colligitur non exactè diligentiam adhibuiſſe in perquirendo dicta priuilegia; & ideò iuſtè inſurgit contra eum Seſſe *in d. deciſ.* 113. *num.* 85. *circa medium* vbi refert verba Bardaxi *in verſ. & ad eundem modum &c.* quem quidem apprimè reprehendit *num.*191. *& antecedenti à num.* 154. variis, & grauiſſimis fundamentis; & tandem *num.* 197. ita concludit contra Bardaxi per hæc verba. *Neque obſtat quarta ratio; nam fatemur, quòd ſolus Pontifex Romanus poteſt approbare, & confirmare tales foros, & conſuetudines. Nos tamen non caremus confirmatione, & approbatione expreſsâ, quanto minùs tacitâ, cùm habeamus priuilegia expreſſa, & approbationes expreſſas à Sede Apoſtolica & præſumptas in immemoriali, & ſic nec obſtat vltima ratio; cùm fundati ſumus in tot priuilegiis, & deciſionibus Papalibus. &c.* Hæc Seſſe. 27

Qui etiam, cum *num.*180. reſolutum relinqueret appellantes à ſententia Cancellarij pluries in hoc Regno fuiſſe punitos, in confirmatione prædictorum, ita ait. *Et quòd plus eſt, idem ipſe Nuncius Ioannes Baptiſta Caſtaneus Epiſcopus Roſan.* 28

 qui

qui poſtea fuit Vrbanus Papa, eandem commiſſionem, quam fecerat Epiſcopo Hoſcen. cuius virtuti emanauerat inhibitio, informatus de lege Regni, & de conſuetudine reuocauit, & etiam inhibitionem cum omnibus inde ſequutis, fundans ſe in foro, & conſuetudine immemorabili huius Regni, referens de verbo ad verbum verba fori; conſuetudinem laudans, & approbans dicendo, quòd ſi ſibi fuiſſet nota dicta conſuetudo; nunquam conceſſiſ & Breue, & non ſolùm ipſe Nuncius fecit hanc reuocationem, ſed & ipſe Preſul Pius V. fecit ſimilem reuocationem de dicta commiſſione, aſſerens etiam; quòd ſi ſibi narrata fuiſſet conſuetudo Regni, & forus, non conceſſiſſet litteras commiſſionis, quas ab eo obtinuerant, approbans etiam, & laudans appoſitiſſimis verbis. Neque etiam abſque ratione adduci poteſt alia Bulla, ſiue Breue Sanctiſſimi Gregorij XIII. dum ipſe ad petitionem inuictiſſimi, ac Chriſtianiſſimi Philippi Hiſpaniarum Regis conceſſit Regno Sardiniæ, in qua Bulla; Sanctiſſimus Præſul dicit, ſe extendere forum Aragoniæ, qui in Sardinia practicabatur intra Ordinarios tantùm; ad Iudices delegatos ad vniuerſalitatem cauſarum &c.

29 Ex quibus liquidò patet, etiam noſtrum Aragoniæ Regnum à fortiori Iure eſſe comprehenſum; quandoquidem Gregorius XIII. conceſſionem factam Sardiniæ iuxta forum Regni Aragoniæ ad illud ſe extendere decreuit;
30 nam cùm relatum ſit in referente, quando (vt in præſenti) relatio eſt certa; quia fieri non poteſt niſi ad vnum certum, taliter, quòd referens cenſeatur continere idem, quod eſt in termino relato ex regula, quod idem eſt aliquid nominatim exprimi, vel per relationem ad aliquid certum, vt per Pariſium *conſ.* 122. incipiente *Clariſſimus &c. n.* 3. *& ſeq. columna* 2. *lib.* 1. Barboſa, qui prædicta omnia cum pluribus tradit *in tract. de axiomat. vſufrequen. axiomate* 201. *à num.* 2. *vſque ad* 5. cùm igitur conceſſio, ſiue extenſio Gregorij XIII. facta Regno Sardiniæ ſe extendat, & referat ad forum Aragoniæ, rectè infertur continere, idem quod in Breui diſponitur, & quòd reſtringatur, & limitetur tantùm & æqualiter ad illud, quod in foro continetur comprehenſiuè in eo; vt aliàs docuit Seſſe *decif.* 125. *num.* 41. & *in d. decif.* 113. *num.* 169. *& ſequen.* quem cum aliis allegat Barboſa *vbi proximè num.* 5.

31 Prætereа, quia eſt certa iuris regula, quòd verba narratiua, & enunciatiua Papæ probant in his, quæ pendent ab eius abſoluta poteſtate, ſi ſuper enarratis, & enunciatis eius intentio fundetur; vt habetur expreſsè in Clementina vnica *de probationibus*; & tradunt Tiraquellus *de retractu lignag.* §. 1. *gloſſa* 14. *n* 49. Maſcardus *de probationibus, concluſione* 139. *& concluſione* 621. *num.* 3. Riccius *in Collectaneis deciſionibus, collectanea* 1825. Cauallus *communes contra comm. tomo* 4. *quæſtione* 897. *numero* 178. & alij relati per Seſſe *in d. decif.* 113. *num.* 8. *&* 9. *cum ſeq.* vbi refert *fragmentum conceſſioninis Pij V.* & ex eo expreſsè patet; & vt ex eo conſtet carentibus ipſius libro libet hic transcribere, vt pateat concludenter, quod ipſe Pontifex fundauit ſuam intentionem in diſpoſitione prædicti noſtri fori: & ita ſe habent. *Cum tamen (ſicut Filius Procurator Fiſcalis Regius Regni Aragonum exponi nobis nuper fecit) credendum ſit, quòd ſi Franciſcus Romeo præfatus nobis ex poſuiſſet, quod propter homicidium vnà cum alio eius ſocio maritum, & vxorem prægnantem occidendo commiſſum, à Iudicibus ſecularibus captus fuerat, quódque iuxta conſtitutiones, & ſtatuta Regni Aragonum, de communi ſenſu totius ſtatus, tam Eccleſiaſtici, quàm ſecularis de ſalubri remedio prouidendo, ſuper contentione fori ſtatuta fuerit certa forma iudicandi, ita vt tam Iudex ſecularis, quàm Eccleſiaſticus cognoſcant de competentia, & eis non concordantibus, deuoluatur cognitio ad Arbitros ab ipſis nominandos, & ipſis etiam non pronunciantibus, vel non concordantibus poſt modum ad Cancellarium, competentiarum Iudicem medium, & Eccleſiaſticum, vt de cauſa cognoſcat, & quòd ab eorum reſpectiuè ſententia nulla datur appellatio, nec recurſus, vtique nos dictas literas non conceſſiſſemus; quare ad ſupplicationem dicti fiſcalis reuocamus &c.* Hæc Pius V.

Patet igitur concludenter, & mani- 32
feſtè probatur, prædictum forum nihil continere contra immunitatem Eccleſiaſticam; tam propter verba Pontificis proximè relata, quàm propter antiquiſſimam conſuetudinem cum fama priuilegij, tum propter tolerantiam vniformem ſubſequutam, ac admiſſam, & non contradictam à tot ſummis Pontificibus, qui notitiam expreſſam habuerunt; tum denique (quod tollit omne dubium) ex quatuor decretis Apoſtolicis *ſuperiùs* enarratis; & cùm breuitati conſulamus latiùs videre poteris hunc
articulum penes noſtros practicos Seſſe 33
de inhibit. cap. 8. §. 3. *num.* 161. & §. 4. *num.* 5.

num. 5. & *in d. deciſ.* 113. *ferè per totam* Poitoles, & Bardaxi *in locis ſuprà allegatis*, quibus iunge Ludouicum Caſanate *in allegatione por Don Pedro Gajo de Caſtro fundamento* 1. *&* 2. & *in obsectione* 1. *pag.* 14. *& pag.* 21. *verſ. reſpondeo* 6. *cum ſequen.* & Don Laurentium Matthæu, & alios *ſuprà* allegatos. Ex quibus omnibus ſimul iunctîs concludendum eſt prædictum forum, & praxim, ſimúlque predicta concordata, licèt alias videantur habere aliquam repugnantiam cum iure communi, aut alias aliquomodo contra Eccleſiaſticam immunitatem, ſanari tamen ſine aliqua hæſitatione ex circunſtantiis, & fundamentis *ſuprà* dictis, neque ex prædicta praxi in vtroque foro aliquem ſcrupulum generari poſſe, ſed imò ſine aliquo dubio exequendam eſſe.

QVÆSTIO XXXIII.

Praxis, & conſuetudo procedendi in Regnis Coronæ Aragonum quoad cauſas contentionum Iuriſdictionis, & concordata conuenta, an ſint ſublata per Concilium Tridentinum?

SVMMARIVM.

Concilium Tridentinum ſuſtulit omnia priuilegia, conſuetudines, & indulta, vſque tunc conceſſa ſi in aliquo contrarientur illius decretis. n. 1. & 2. cum ſeq.

Cauſas introducendas, & terminandas eſſe in prima inſtantia coram ordinariis locorum decreuit Concilium Tridentinum, renocando omnia, priuilegia, concordias, & conſuetudines in contrarium. num. 2. & ſeq. intellige, vt 17.

Poſſeſſionem quadragenariam cum titulo, ſeu priuilegio omnino ſuſtulit Concilim Tridentinum, vt in prima inſtantia, cauſa agerentur coram ordinariis. n. 3. intellige vt 17.

Priuilegia conceſſa Religioni, & Hoſpitali, S. Lazaro Hyeroſolimitano à Pio IV. *ita valent, quatenus non repugnant decretis Tridentini. n.* 4.

Priuilegia quæcumque conceſſa quibusvis, quæ aliquo modo contrarientur decretis Tridentini annullauit Pius IV. *n.* 5. & ſeq. intellige vt 17. & ſeq.

Praxis decidendi contentiones Iuriſdictionis in Regnis Coronæ Aragonum ſublata videtur ex diſpoſitione Tridentini. n. 5. & 6. *ſed contrarium eſt verius. n.* 7. & ſeq.

Concilium Tridentinum non ſuſtulit concordias, & alia indulta confirmata à Sede Appoſtolica ex certa ſcientia, ſecus ſi in forma communi. n. 7. & 8. intellige vt 17. & ſeq.

Conſuetudo decidendi contentiones in Regnis & Aragoniæ, quæ obſeruata reperitur, non comprehenditur in diſpoſitione Tridentini. n. 8.

Conſuetudines immemorabiles cum fama priuilegij, vel eo expreſſo non ſuſtulit Tridentinum. n. 9.

Concilium Tridentinum, quando, vult tollere conſuetudinem immemorabilem, id declarat expreſſis verbis, & ſi ita non fiat, non comprehenditur eius diſpoſitio in generali reuocatione. n. 10.

Conſuetudo immemorabilis non cenſetur comprahenſa in generali reuocatione facta in lege aut Decreto Apoſtolico, ſed requiritur, quod ſpecialiter fiat. n. 10.

Conſuetudo declarandi contentiones Iuriſdictionis inter Iudices exortas, non eſt comprehenſa in illis, de quibus loquitur Tridentinum. n. 11.

Clauſula Sublata, & decretum irritans. *Annullat, & inficit quidquid in contrarium fit de contentis, vbi apponuntur. n.* 12. & 13.

Decretum irritans & *clauſula* ſublata *operantur varios effectus annullatiuos eorum, quæ in contrarium fiunt n.* 13.

Conceſſio ſecunda facta contra primam habentem decretum irritans, nihil operatur, ſi in ſecunda non fiat expreſſa derogatio. num. 14.

Voluntas concedentis aliquam gratiam induci debet ex verbis. n. 15.

Voluntas cenſetur ratificata ex tolerantia actus, ſuprà quem cadit, cum ſcientia, & patientia ipſius. n. 15.

Gratia Pontificis conceſſa ex mera, & libera voluntate latè intelligenda, & interpretanda eſt. n. 16.

Concordia confirmata à ſede Apoſtolica ex certa ſcientia vel procedenses ex immemorabili conſuetudine cum fama priuilegij, non ſunt ſublata per Tridentinum. num. 17. & ſeq.

Pius IV. *per Bullam ſpecialem reuocanis priuilegia, & exemptiones, quæ eſſent contraria decretis Tridentini. n.* 18.

Fundamento primo deſtructo, etiam cenſetur ſecundum, ex illo reſultans. n. 19.

Cauſa

Cauſa impulſiua, ex qua mouetur Princeps ad faciendam gratiam, præualet aliis. n. 20.

Cauſa cognoſcitur ab effectu. n. 21.

Cauſa finalis dicitur principium intentionis. num. 21.

1 PRo reſolutione propoſitæ quæſtionis, notanda ſunt verba Tridentini *ſeſſ. 24. cap. 20. de reformat.* quæ *in fine capitis*, ita ſe habent. *Non obſtantibus, quoad omnia ſuprà ſcripta, priuilegiis, indultis, Concordiis, quæ ſuos tantùm teneant Auctores, & aliis, quibuſcunque conſuetudinibus &c.*

2 Ex quibus verbis colligi videtur, quòd cùm S. Concilium *in illo textu* decreuiſſet modum introducendi cauſas Eccleſiaſticas in prima inſtantia, & formam expediendi eas, concludit Reuocando omnia priuilegia, & concordias &c. & conſequenter diſpoſitionem prædicti fori, & conſuetudines ante eum obſeruatas quæ videntur eſſe comprehenſæ
3 in declaratione S. Congregarionis in vna Theatina 22. Iulij 1613. teſte Sellio, quem refert Barb. *Apoſtol. deciſ. collect.* 586. *num.* 2. per hæc verba *Poſſeſſionem quadragenariam cum titulo, ſeu priuilegio ſuſtulit omninò Concilium Tridentinum* ſeſſ. 24. de reformat. cap. 20. verſ. ad hæc &c.

4 Secundò ſuadetur ex quodam decreto ſeu Bulla Pij IV. quæ habetur in nouiſſimo Bullario Cherub. *tom. 2. in conſt. ipſius Pij conſt. 95. ſub dat. Romæ apud S. Petrum XV. Kalendas Iunij 1565. & ſui Pontificatus anno Sexto* quæ incipit: *Inter aſſiduas Dominici gregis &c pag.* 136. vbi poſtquã conceſſit plura ampliſſima, & repetita priuilegia Magno Magiſtro, & Religioni S. Ioannis Hieroſolitani, ac Hoſpitali S. Leazari; tandem *in* §. 177. *pag.* 150. ita limitat, & præſeruat omnia indulta, gratias, priuilegia, ac conceſſiones antecedenter attributas per ſequentia verba. *Et quoniam per præſentes Concilij Tridentini conſtitutionibus & decretis in aliquo præiudicare non intendimus: volumus, quòd in omnibus & ſingulis gratiarum, aliiſque capitibus premiſſis, clauſula (dummodo Concilio Tridentino non repugnet) appoſita, & repetita cenſeatur, &c.*

5 Et ex his colligitur; mentem Sum. PP. eſſe irritare, & annullare omnes & quaſcumque conceſſiones, indulta, conſuetudines, & concordias, quæ opponerentur decretis Concilij Tridentini, & ita tradit Barb. *vbi proximè. num.* 1. ita ſcribit.

Priuilegia, Indulta, diſpenſationes, & immunitates, aliaque gratia variis Monaſteriis, Eccleſiis, Religioſis, Hoſpitalibus, Militiis, Patriarchis, Epiſcopis, & aliis, cuiuſcumque dignitatis perſonis à Romanis Pontificibus elargita, etiam pluries confirmata, & ex quavis honeſta cauſa conceſſa, quæ contrariantur decretis Concilij Tridentini, Reuocantur, eorumque vigore acta, & agenda à die, qua dictum Concilium ligare cœpit, nulla eſſe decernit Pius IV. &c. 6
Et nos latè diximus *in noſtro Paſtorali Regul. p. 1. q. 1. per totam.* Et conſequenter in noſtro caſu dicendum videtur conſuetudinem antiquam Aragoniæ in modo decidendi contentiones eſſe reuocatam poſt publicationem decretorum Tridentini & exinde diſpoſitionem fori, cum in illa ſe funder, tanquam ex cauſa impulſiua, ſublatam eſſe, fatendum videtur.

His tamen non obſtantibus, contrarium dicendum, & admittendum eſt ſine aliquo dubio, videlicet, prędicta concordata, & noſtram foralem dupoſitionem non eſſe ſublatam per decretum Tridentini, quod quidem non afficit concordias, & alias diſpoſitiones confirmatas à Sede Apoſtolica ex certa ſcientia, vt declarauit S. Congregatio in Luzerina 13. Iannarij 1629. iuxta Sellium *in ſelectis canonicis cap.* 82. *num.* 10. & eo relato obſeruat Barb. *Apoſtol. deciſ. collect.* 199. *n.* 2. per hæc verba. 7

Concordia confirmata à Sede Apoſtolica ex certa ſcientia per decretum Concilij Tridentini ſeſſ. 24. de reformatione cap. 20. non ſunt ſublata, ſecus ſi in forma communi S. Congregatio &c. quam repetit *in collectaneis ad d. cap. 20. Tridentini num.* 82. Cùm igitur pateat de ſcienria Pontificis ex Breuibus Pij V. Gregorij XIII. & aliorum Pontificum, de quibus latè diximus *ſuprà in q. antecedenti*, Conſequenter Tridẽtinum nullatenus comprehendet noſtram praxim obſeruatam ex immemorabili conſuetudine, quam non iuficit Concilium vt docent Barb. *in Paſt p. 3. allegat.* 84. *num.* 5. vbi tradit ita fuiſſe declaratum à S. Congregatione, & eſſe de mente Rotæ; vt patet ex deciſionibus ab eo *ibidem* relatis, & Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſſa* 33. *n.* 5. Gratian. *tom. 3. diſcep. foren. cap.* 492. *num.* 6. Salgado *de ſupplic. ad Sanctiſ.* 2. *p. cap.* 4. *à num.* 44. & *in ſequent.* plures declarationes ad litteram ponit, & in ſpecie ad 8
9
noſtrum

noſtrum intentum *in tract. de Regia protect. p. 1. cap. 1. pralu. 3. nam.* 154. vbi probat, quòd quando Concilium voluit conſuetudinem immemorabilem tollere, expreſſis verbis declarat, & exinde in generali conſuetudinum reuocatione non eſſe comprehenſam immemorabilem.

11 Vnde cum in præſenti Regno, & in aliis Coronæ, dubitari non poſſit de antiquiſſima, & immemorabili conſuetudine declarandi contentiones iuriſdictionum, modis, & formis quibus probant, & concludunt Portoles, Seſſe, Caſanate, Laurentius Matthæu, & cæteri noſtri practici *ſuperiùs* allegati ex hoc ſolo; etiamſi ſtylus non eſſet approbatus per Sedem Apoſtolicam defendi poterat; exiſtentibus autem prædictis Breuibus, non datur locus ambigendi de validitate.

12 Quod firmius apparet conſiderando, quòd in illo decreto Gregorij XIII. reperiuntur clauſulæ *ſublata*, & alia, *alster iudicare* & etiam *decretam irritans &c.* cum aliis efficaciſſimis, prout ſunt *Authoritate Apoſtolica, Tenore præſentium, perpetuò ſtatuimus, & declaramus præſenteſqae litteras, & in his contenta quacumque de ſubreptionis, & obreptionis vitio, ac intentionis noſtræ defectu, vel aliàs, impugnari, ſed notari minimè poſſe, & ſaper quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos quavis authoritate fulgentes; etiam S. R. E. Cardinales ac Palatij Apoſtolici cauſarum, aut Auditores, ſea eoram locum tenentes in quacumqae inſtantia,* Sublata *eis & eorum cailibet qaavis aliter iudicandi, & interpretandi authoritate, & facultate, vbique iadicari, & diffiniri debere, ac qaidquid ſecùs per eoſdem, & quoſcumqae alios ſcienter & ignoranter attentatum forſan eſt, hactenus, vel in poſterum contigerit attentari, irritum,* & *inane decernimus, non obſtantibas qaibusvis Apoſtolicis, ac in Prouincialibas, & ſynodalibus Conciliis, editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus; & ordinationibas. &c.*

13 Ex quibus clauſulis apertè colligitur; quòd cum *decretum irritans*, & clauſula *ſublata* operentur, quod inficiunt; & annullant, quidquid in contrarium fiat de contentis, vbi apponuntur, etiamſi ſecunda conceſſio fiat motu proprio, vel ad inſtantiam partis, ſeu iuſtè, aut iniuſtè, cùm in ventre habeant inhibitionem, ac vim priuatiuam, & auocatiuam poteſtatis conceſſæ, taliter, quodſi in ſecunda conceſſione (quomodocumqne 14
facta) non fiat illius expreſſa reuocatio, erit nullum, & inualidum, quidquid in contrarium fiat, vt latè dixi *in meo foro conſcientia* ſiue *Paſtorali interno p. 1. tract. 4. quaſt. 2. num.* 10. & etiam *in meo Paſtorali Regul. p. 1. claaſ. 5. à num. 11. cum ſequen.* & *clauſ. 13. per totam*, & tradunt Gracian. *tomo 4. diſcept. forenſ. cap.* 791. *num.* 13. Poſtius *de manutent. obſeru.* 46. *num.* 10. & alij plures, & ſæpius declarauit Rota.

Conſequenter ergo ſequitur, quòd 15
prædicta conceſſio Gregorij XIII. inficit, & annullat, quidquid fiat in contrarium ſuæ conſtitutionis; & cùm ipſe Pontifex in ea ſpecialiter ſe fundet in obſeruantia conſuetudinis practicatæ; eámque poſt illius narrationem approbet, & confirmet, patet manifeſtè de eius expreſſa, & clara notitia, ac voluntate, quæ verbis induci debet; vt docet Mender à Caſtro *in ſua praxi Luſitana lib. 3. cap. 15. n.* 11.

Vnde cũ de hac praxi conſtet ſummis 16
Pontificibus & præſumitur in eis durare ex traditis à Cardinali Tuſco *tom* 8. *littera V. concl.* 296. Tum & etiam nam cùm voluntariè Papa conceſſerit prædictum Breue (licèt eſſet ad preces ſereniſſimi, & Catholici noſtri Regis Hiſpaniarum) attamen nulla lex, aut Concilium, vel decretum Apoſtulicum poterat ipſum impellere ad concedendam illam gratiam; ex quibus mouetur ad eam attribuendam, ſed ſolùm illam efficit ex ſua libera, & gratuita voluntate; & vt talis latiùs interpretari, intelligi, & exequi debet, ac ſi eſſet data ex cauſa neceſſaria, & ineuitabili, ex traditis à Bertazolo *in tract. clauſ. inſtrument. clauſ. 2. gloſſa 2. num.* 5. & conſequenter benignè, & non ſtrictè intelligi, & applicari debet, ne contrauenia-tur ſtylo admiſſo in noſtro Regno; præcipuè cùm iſte ſit extenſus, prorogatus, & approbatus ab ipſo Pontifice ex ſua authoritate Pontificia in vim noſtri ſori ad Regnum Sardiniæ; vt ex Seſſe *in d. deciſ.* 113. *num.* 187. diximus *ſuprà*. Ex quibus ſatis apparet diſpoſitionem noſtri ſori quoad præſens Regnum; & concordiam initam à Regina Eleonora cum Cardinali de Comenge muniri, non ſolùm ex antiquiſſima, & immemorabili conſuetudine, ſed etiam ex vno, & altero decreto Apoſtolico & conſequenter non comprehendi in Tridentini decretis.

Nec

17 Nec obſtant declarationes Sacræ Congragationis *ſuperiùs num.* 3. traditæ: fatemur enim Trident. Concilium reuocaſſe omnia priuilegia, indulta conſuetudines, & etiam quadragenarias poſſeſſiones cum titulo, ſeu priuilegio, & alias quaſcumque conceſſiones vſque tunc mutuatas, quæ ipſius decretis contrariarentur: ſed intelligi, & admitti debent, dummodò tamen non ſint confirmatæ ex certa ſcientia, vel reſultent ex immemorabili vt patet ex dictis *ſuprà num.* 8. *& ſequen.*

18 Tum & etiam, quia Bulla reuocatoria priuilegiorum, exemptionum, & aliarum rerum, in qua Pius Papa IV. decreuit illas reuocationes, fuit edita ſub dat. Romæ 13. Kalen. Martij de anno 1565. vt patet ex eius tenore, quæ incipit: *In Principis Apoſtolorum Sede &c.* & habetur in fine Concilij & in bullario nouiſſimo Cherub. *in conſtit.* Pij IV. *tom.* 2. *p.* 135. *conſt.* 94. Bulla verò Pij V. aprobantis formam, & ſtylum declarationum competentiarum Iuriſdictionis in his Regnis ad metas prædicti fori fuit conceſſa ſub dat. Romæ ſub die 12. Maij 1571. & ſimiliter altera Gregorij die 15. Decembris 1574. vt conſtat ex ipſis relatis à ſe *in d. deciſ.* 113. *num.* 200. & à Vico *ad Pragmaticas Sardiniæ tom.* 2. *tit.* 51. *n.* 13. *&* 43. *ac* 46. Infertur exinde, quòd cum præter conſuetudinem immemorabilem præſcriptam in his Regnis quoad declarandas contententiones, inſimul per ipſos Iudices Eccleſiaſticum, & ſecularem (quam non ſuſtulit Tridentinum vt diximus) adſint tot decreta Apoſtolica poſteriora confirmatoria, & approbatoria noſtræ praxis, & ſtyli, non poteſt in dubium verti, quin ex omni parte maneat munita diſpoſitio noſtri fori ex immemorabili, & ex indultis Apoſtolicis, & exinde dicere debemus ſecurè fuiſſe, & eſſe practicatum, quòd in dicto foro ſtatutum reperimus.

19 Et licèt replicare poſſet quòd cùm Iulius III. fuiſſet, qui concordiæ initæ inter Reginam Eleonoram, & ſtatum Eccleſiaſticum comitatus Cathaloniæ, & Roiſilionis, ac Cerdaniæ confirmationem dedit committendo cauſam Bertrando S. R. E. Cardinali, qui eam concluſit, & approbauit, hoc tamen fecit Iulius ſub die 29. Ianuarij 1555. vt patet *ex dicta conceſſione*, quam ad litteram refert Lauren. Matthæu *de regimine Regni Valentiæ tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *num.* 1. *&* 11. & conſequenter ante Tridentinum; & exindè videtur dicend.um, quòd deſtructo primo fundamento, per Concilium, cenſeatur etiam deſtructum, quòd ex eo ſequitur. *l. nam origo ff. quod vi aut clam cap. cum.* Paulus *Prima, q.* 1. Flamin. Pariſius *de reſignat. beneficiorum lib.* 9. *q.* 15. *num.* 36. & alij plures, & exinde deſtructam itidem eſſe totam noſtram praxim.

Cui obiectioni facilè reſpondetur, tum ex dictis *ſuprà de conſuetudine immemorabili*, tum & etiam, quia cum prædictæ diſpoſitiones noſtri fori ſint enunciatæ, non quomodocumque ſed tanquam cauſa impulſiua, ex qua Pius, & Gregorius moti fuerunt ad concedendas tales gratias, & approbationes in ſuis Bullis, ſciendo expreſsè, quod concedebant, cùm ferè ad litteram in illis referant verba fori; inducitur, quod ab effectu cognoſci debeat *l. non codicillum. C. de teſtam.* præcipuè, quia cauſa finalis dicitur principium intentionis ſecundùm Bald. *in l. eam quam. colum.* 1. *cod. de fidei commiſſis.* Cùm igitur cauſas, ob quas, Pontifices conceſſerunt prædictas facultates, enarrent in principio Bullarum, ſintque eædem, quæ in foro & concordia continentur, tanquam impulſiuæ & finales enuncientur à Pontificibus, patet ex eis de ſua voluntate tanquam ex effectu, qui ex illis reſultare poſſet ad intentum declarantes contentiones Iuriſdictionum, ſicut ex initio vſque ad præſens practicamus. 20 21

Tum denique, quia vt poſteriores operari debent ſuum effectum, etiam dato, quòd per Tridentinum poſſent habere aliquam limitationem, vel reſtrictionem (quas non habent) præcipuè cum in ſpecie loquantur de dictis concordatis cum Regina Eleonora, & de prædicta noſtra diſpoſitione forali, quæ inducunt certam ſcientiam Pontificis, vt diximus, & manifeſtè patet ex contextura prædictorum Breuium; & ideò prædictæ cauſæ Pontificibus narratæ determinant, & declarant ſuum cauſatum; per ea, quæ docet Surdus *conſ.* 454. *num.* 30. & exinde, quando confirmatio concordiæ admiſſæ, & approbatæ per Iulium aliquud poſſet habere dubium (quod non habet ex dictis *ſuprà*) ſanatum remanet ex ſpecialibus, & indiuidualibus approbationibus poſtmodum ſubſequutis per Pium V. & Gregorium XIII. tanquam gratiis poſterioribus deficientibus in ſpecie praxim reſultantem ex antiquiſſima conſuetudine, 22

ne, quæ quidem conſiderari debet vt fundamentum principale, quod quidem nullatenus fuit deſtructum ex dictis *ſuprà à n.7. cum ſequen.* maximè cùm gratia Pontificis motiuum haberet ad obuiandas ſcandala, & diſcordias, quæ inter Iudices contendentes quotidie experiebantur, & vt tanto malo ſucurreretur, hoc ſalubre remedium fuit adinuentum, quod renunciatum Pontifici annuit, & admiſit ſua authoritate Pontificia propter bonum commune, & quietem publicam.

QVÆSTIO XXXIV.

Concordia inita in Regnis Coronæ Aragonum pro decidendis contentionibus Iuriſdictionum, vnde ortum habuit, & quo tempore fuit exequuta?

SVMMARIVM.

Contentio Iuriſdictionũ in Aragonia non terminatur in vim cõcordiæ Reginæ Eleonoræ, ſed ex diſpoſitionibus foralibus. n.1. & 9.

Praxis terminandi contentiones in Corona Regni Aragonũ, eſt ferè vniformis. n.1. & 9.

Concordia Reginæ Eleonoræ in declarandis contentionibus, forma eſt cum qua declarari debeant, quæ quidem fuit inita de anno 1373. die 21. Iulij *n.2.*

Concordia Reginæ Eleonoræ initium ſumpſit pro vitandis ſcandalis, & rixis. n. 3.

Contentio Iuriſdictionis, ſi in Regnis Aragonum oriebatur, ante concordata inita, citabatur Iudex Eccleſiaſticus per ſecularem, vt veniret cum eo ad illam decidendam in Banco Regio. n. 4.

Modus terminandi contentiones in Aragonia ita obſeruandus eſt, vt poſt declarationem non detur locus appellationi, aut ſupplicationi. n. 5.

Gregorius XI. & alij Pontifices approbarunt praxim decidendi contentiones Iuriſdictionis, prout hodie ſtylatur in Regnis Coronæ Aragonum. n. 6.

Concilium Tridentinum reprobauit omnes conſuetudines, concordias &c. quæ contrarientur illius decretis. n. 7.

Bulla Gregorij XIV. circa immunitatem Eccleſiæ non infringit ſtylum, & modum terminandi contentiones Iuriſdictionis in Regnis Aragoniæ practicatum. n. 8.

Contentiones Iuriſdictionis in Aragonia terminantur ex diſpoſitione fori, non verò in vim alicuius concordiæ. n. 9.

Licèt in hoc noſtro Regno Aragonum non declarentur contentiones Iuriſdictionum, prout in eo practicatur, in vim concordiæ initæ per ſereniſſimam Reginam Eleonoràm, & Cardinalem de Comenge, ſed tantùm in cæteris Regnis Coronæ; in noſtro tamen fit per ſpeciales diſpoſitiones forales, de quibus *in foro 1. & toto tit. de competentia Iuriſdictionis*, quæ quidem confirmatæ fuerunt authoritate Apoſtolica; modus tamen, & praxis vniuerſorum noſtrorum Regnorũ vniformis ferè exiſtit, vt dicemus *infra.* 1

Attamen cùm in cæteris Regnis Coronæ prædicta concordia ſit principale obiectum, ex quo dimanat forma, & diſpoſitio, ac practica, quibus vtuntur; operæ prætium duxi inquirere, à quo tempore initium ſumpſit; dicendum eſt ergo, quòd à die 21. Iulij anni 1373. vt colligitur ex *foris Valentinis ſub. tit. de Iuriſdictione omnium Iudicum, c.10. & in conſtitutionibus Cathaloniæ tit. de Conten. Iuriſdict. y occupacion de temporalidades,* & *in Pragmat. Regni Sardiniæ tom. 2. tit. 51. à n.7. & ſequen.* & ideò ex diſpoſitionibus omnium Regnorum Coronæ infertur à dicto tempore ortum habuiſſe, & ſucceſſiuè fuiſſe practicatum; quæ quidem concordia initium ſumpſit, fuitque ſtipulata, & admiſſa ad vitanda ſcandala, rixas, & contentiones, quæ quotidie experiebantur inter ambas Iuriſdictiones, Eccleſiaſticam, & ſecularem, taliter, quòd aliquoties ad arma deuenirent, vt tradunt Portol. *ad Molinum in commentariis ad tit. de Compet. Iuriſdict. in foro 1. n.11.* Seſſe *de inhibit. c.9. §.1. n.24.* & cæteri noſtri Practici, Fontanella *deciſ. 324. à num.5. cum ſequen.* & alij relati per Don Lauren. Matthæu *à n.15. cum ſeq. in loco ſtatim citando*; nam per Iudicem laïcum, Eccleſiaſticus citabatur, & ſi inter ſe non conueniebãt (prout ſæpe ſæpius accidebat) oriebantur plura iurgia, lites & diſcordiæ, ex quibus quies publica, & pax Reipublicæ magnum detrimentum patiebantur, quæ quidem ſopita fuerunt à die, quo concordia fuit exequuta. 2 3 4

Et vt tanto malo ſubueniretur per concordiam, præſcriptus fuit modus, ex quo contentiones terminarentur ſine appellatione, ſupplicatione, vel recurſu, vt diximus *ſuprà q. 30.* Vnde cùm per Dominam Reginam fuiſſet renũciatum SS. Greg. XI. quàm ſalubre eſſet medium, vt hoc euitaretur, cum tali tranſactio- 5

ne, approbauit, admiſit, confirmauit dictam cuncordiam, quæ quidem puſtea fuit ratificata, & confirmata per Iulium III. Pium V. & Gregorium XIII. vt latè tradit Don Laurentius Matthæu *de regim Regni Valentiæ tom.2.c.7.§.1.in initio* vbi ad litteram ponit Breue Gregorij XI. & *n.*11.latè proſequitur; & alia Breuia Pij, & alterius Gregorij reperies apud Seſſe *deciſ.*113.*in calce*, & ideò talis praxis fuit obſeruata.

7 Eique non infringit diſpoſitio Tridentini *ſeſſ.* 24.*cap* 20. *de reformat.* quatenus decreuit reuocandas eſſe qualcumque conſuetudines, concordias &c. quia in præſenti noſter modus terminandi contentiones non repugnat, nec contradicit illius decretis, vt patet ex latè dictis *ſuprà in quaſt. antecedenti.*

8 Sicut nec ſimiliter opponi poteſt ad elidendam noſtram praxim, Bulla Gregorij XIII. edita circa immunitatem Eccleſiæ, cui ſatiſfit ex copioſè dicendis *in quaſtione ſequenti*, ne repetamus, quæ *ibidem* longo calamo diſſeremus.

9 Et licèt in noſtro Regno non curramus, cum concordia prædicta, & ex eius auctoritate, ſed ex diſpoſitione fori primi *ſub.tit. de la competencia de Iuriſdicion* (vt iam diximus) attamen in eſſentialibus eiuſdem ferè modis, & praxi vtimur, quibus ſtylatur in aliis Regnis coronæ, quamvis in aliquibus circunſtantiis extrinſeceis, & accidentalibus non conueniamus, prout eſt notum, & aduertit D. Laurentius Matthæu *in d.c.*7.*§.*1.*ſect.* 4. *n.* 114. & conſequenter, quod diximus *ſuprà*, quoad dictam concordiam, idem etiam dicendum eſt quoad noſtrum forum, cum ipſe ſit etiam approbatus per ſedem Apoſtolicã vt ex relatis à Seſſe *in d.deciſ.*113.*in calce n.*100.de quibus multoties in hoc tractatu mentionẽ fecimus, & quoniã prædicta inoffenſo pede procedunt in eis amplius non immoramur, vt ad alia difficiliora tranſire poſſimus.

QVÆSTIO XXXV.

An Bulla Gregorij XIV. circa immunitatem Eccleſiæ edita, ſit vſu recepta in Regnis Coronæ Aragonum?

SVMMARIVM.

Bulla Gregorij XIV. circa immunitatem Eccleſiæ edita refertur. num. 2.

Gregoriana Bulla circa immunitatem Eccleſia an ſit lex generalis ad totum eam, vel tantum ad prouincias, quibus ſedes Apoſtolica conceſſit varia priuilegia. n. 3.

Pontifices conceſſerunt diuerſa indulta Regnis Coronæ Aragonum, pro forma declarandi contentiones Iuriſdictionis. n. 3.

*Bulla Gregorij quoad immunitatem Eccleſiarum, ſolùm fuit edita pro Regnis, quibus Pontifices varia priuilegia conceſſerunt. n.*4.& ſeq. *ſed contrà. n.* 8. & ſeq. *intellige, vt n.*13.& ſequent.

Quod non mutatur, quare ſtari prohibeatur. num. 4.

Mens, & cauſa finalis diſponentis colligitur ex verbis, & mente ipſius. n. 5.

*Gregoriana Bulla circa immunitatem Eccleſia corrigit ius commune. n.*8.

Verba taxatiua diſpoſitionis reducunt eam ad terminos, ad quos eſt reducibilis ex diſpoſitione iuris. n. 8.

Bulla Gregoriana circa immunitatem Eccleſia reuocat, non ſolum ius commune, ſed etiam conſuetudines, & priuilegia. n. 8. & 9. *cum* ſeq.*ſed contra.n.*12. & ſeq.

Priuatio ſupponit habitum. n. 10.

Remedium applicari debet, vbi morbus exiſtit. num. 11.

Nemo eo priuari poteſt, quod nunquam habuit. num 11.

*Lex debet eſſe generalis, non verò impoſita particularibus negotiis. n.*12.

*Bulla Gregorij circa immunitatem Eccleſia fuit edita pro omni Chriſtianitate. n.*13. *&* 16. cum ſeq.

Princeps ſupremus, ſi vult legem generalem condere, colligitur ex verbis, quibus eam conſtat, & ex mente explicante ipſius voluntatem. n. 14.

*Lex vniuerſalis non debet reſtringi, ſi vniuerſaliter ſit condita. n.*15.

*Bulla Gregorij circa immunitatem reduxit ipſam ad vniformem regulam, cum qua omnes ſe gubernent. n.*16. *& an reuocet, aut abroget ius commune. n.* 17. & ſeq.

*Abrogatio iuris communis quantumcumque reſtringi debet. n.*17.

Bulla Gregorij circa immunitatem an derogauerit, vel abrogauerit ius commune. n. 18. & ſeq.

Derogare legem, vel eam abrogare diuerſum eſt. num. 18.

Abrogare legem, idem eſt, ac eam de medio tollere. n. 18.

Lex derogata dicitur, quando reſtringitur, vel moderatur, auferendo, vel addendo aliquid in ea. n. 18.

*Bulla Gregorij circa immunitatem derogauit ius commune, addendo aliquos caſus, ſed illud non abrogauit. n.*19.& 26.

Conſuetu

Conſuetudines contrarias diſpoſitioni Bullæ Gregorij circa immunitatem derogauit ipſe Pontifex. num. 20. intellige, vt ibidem. n. 21.

Conſuetudines præterita non cenſentur reuocata per clauſulas generales legis, vel conſtitutionis, ſi ſpecificè de illis non fiat mentio. n. 21.

Conſtitutio Gregorij circa immunitatem correxit ius canonicum, quoad modum extrahendi reos ab Eccleſia. n. 22. intellige vt 23. & 24. cum ſeq.

Palatium Epiſcopi gaudet immunitate Eccleſiæ. n. 23.

Bulla Gregorij circa immunitatem, vbi eſt admiſſa, non ſolùm comprehendit Regna habentia priuilegia particularia; ſed vniuerſaliter omnia alia. n. 24. & 25.

Dictio, abrogare, diuerſiſſima eſt, à derogare. n. 27.

Abrogare legem idem eſt, ac eam totaliter deſtruere; derogare autem eſt, aliquam partem deſtruere, cæteris autem in ſuo robore remanentibus. n. 27.

Gregoriana conſtitutio circa immunitatem non abrogat Ius canonicum; benè tamen in aliquibus ei derogat, & aliquo modo illud ampliat, & extendit. n. 28. & 29. vſque ad 35.

Latrones publici, viarum graſſatores, & alij criminoſi, ex Iuris diſpoſitione non gaudent immunitate Eccleſiæ. n. 29.

Caſus expreſſi in Iure, vt delinquentes, qui ad Eccleſiam confugiunt, non gaudeant immunitate, an debeant extendi ad conſimiles, vide remiſſiuè. n. 30.

Papa poteſt, prout ipſi libuerit, ſtatuere circa immunitatem Eccleſiæ, eam declarando, ampliando, vel reſtringendo caſus. n. 31. & 42.

Legem, aut Canonem extendi ab habente ad id poteſtatem, idem eſt, ac eam ampliari, ad non expreſſa, cæteris tamen firmis permanentibus. n. 32.

Immunitas Eccleſiæ quodammodo limitata remanet per Bullam Gregorij. n. 33.

Conſtitutio Gregorij circa immunitatem, non ſolùm abrogat ius commune; ſed imò ipſum extendit, quoad qualitates delictorum; ne criminoſi illâ gaudere poſſint. num. 34. & 35.

Gregoriana conſtitutio eſt vſu recepta in Regnis Coronæ Aragonum, quoad qualitates delictorum in ea comprehenſorum, non verò in cæteris in ipſa diſpoſitis. n. 36.

Conſuetudo obſeruata in Regnis Aragoniæ circa immunitatē Eccleſiæ procedit, & eſt valida, ac practicata vſque ad præſens. n. 37.

Immunitas Eccleſiaſtica, an conſuetudine diminui poſſit. num. 37. & ſeq.

Immunitas Eccleſiæ, vt in concreto ſumpta, eſt de Iure poſitiuo, & ideò ex conſuetudine legitimè præſcripta aliqualiter diminui poteſt. n. 38. & ſeq.

Conſuetudo circa immunitatem Eccleſiæ magnam vim habet. n. 39.

Conſtitutio Gregorij circa immunitatem, an per conſuetudinem ſit ſublata, vide remiſſiuè. n. 39.

Conſuetudines præſcriptæ quoad conſtitutionem Gregorij circa immunitatem, poſt eius editionem obſeruandæ ſunt. n. 40.

Conſuetudo derogari poteſt ex alia contraria. num. 40.

Immunitas Eccleſiæ in abſtracto ſumpta, eſt de Iure diuino; at verò in concreto, eſt Iuris poſitiui. n. 41.

Papa poteſt addere, vel minuere diſpoſitiones Iuris circa immunitatē Eccleſiæ n 42.

Stylus declarandi contentiones Iuriſdictionis in Aragonia, eſt vniformis ad præſens, ſicut erat ante editionem Bullæ Gregorij XIV. circa immunitatem. n. 43.

Conſuetudines obſeruatæ poſt Bullam Gregorij circa immunitatem, pro decidendis contentionibus, vbi vigent, ſunt validæ, & obſeruandæ. n 44. & ſeq.

Conſuetudines circa immunitatem Eccleſiarum ſunt magni valoris, & ad illas recurrendum eſt in multis locis, & Regnis. n. 45.

Indulta Apoſtolica conceſſa ratione publicæ vtilitatis, non cenſentur reuocata per poſteriora, ſi de illis non fiat expreſſa derogatio. n. 46.

Bulla Gregorij circa immunitatem in Regnis Coronæ Aragonum ſolum eſt admiſſa circa qualitatem delictorum, non verò in cæteris. n. 47.

Lex aut ſtatutum, vel conſtitutiones Apoſtolicæ, continentes plura capitula ſeparata, obligant circa admiſſa, non verò circa alia. n. 48.

Actus, vel diſpoſitio continens diuerſa capitula, ſi in vno, vel alio ſit admiſſa in cæteris reprobata cenſetur. n 49.

Emendatio, vel correctio in aliquibus actibus eſt confirmatio cæterorum; in eis contentorum. n. 50.

Bullam Gregorij circa immunitatem non eſſe admiſſam in totum, in Regnis Coronæ Aragonum, nec in cæteris Hiſpaniæ, conſtat ex repetitis ſupplicationibus factis Sanctiſſimo per noſtrum Regem Catholicum. n 51. & ſeq.

Stylus Hiſpaniæ, circa extractionem Reorum cum aliis circunſtantiis, eſt idem vſque ad præſens, ſicut fuit ante editionem Bullæ Gregorij. n. 55.

Supplicationem ad Papam quoad ſua decreta, & indulta efficere debent ſupremi Principes, ſi aliquo modo ex illorum publicatione ſcandala oriantur, vel quies publica perturbaretur. n. 56.

Bulla Gregorij, quoad qualitates omnium delictorum, in illa contentorum, eſt practicata in Regnis Coronæ Aragonum, quæ non infringit modum, & ſtylum, quibus contentiones Iuriſdictionis declarantur. num. 57.

Supplicatio facta Papæ de aliqua conſtitutione poteſt fieri, non ſolùm de tota, ſed etiam de vno, vel altero capitulo n. 58.

Stylus decidendi Iuriſdictionis contentiones (prout hodie fit in Regnis Coronæ Aragonum) fuit introductus propter bonum commune & quietem publicam. n. 59.

Immunitate Eccleſiæ non gaudent hæretici Iudæi, Apoſtatantes à fide, & alij ſpecificati in Bulla Gregorij XIV. n. 60.

CElebrem aggredimur quæſtionem, quam quidem à nemine in terminis, & ad metas praxis decidendi contentiones iuriſdictionis in noſtris Regnis Coronæ Aragonum non ſolùm deciſam; verùm nec agitatam inueni ad terminos tribunalis Cancellarij, & exinde recurrere decreui ad id, quod ex doctrinis conducentibus ad ipſius deciſionem, ſtudio, ac labore ex meo patrio ingenio percipere potui; & vt clariùs procedamus, præ oculis habenda eſt prædicta Bulla, & conſtitutio, quam tranſcribere libuit ex magno Bullario Cherubini nuper in lucem edito Lugduni de anno 1655. vbi *tom. 2. in conſtitutionibus SS. Gregorij XIV. conſtit. 7. incip. cùm aliàs &c. pag.* 707. ita ſe habet.

Cùm aliàs, nonnulli prædeceſſores noſtri, & præſertim felicis recordationis Sixtus Papa IV. necnon Pius etiam V. ſancto zelo ducti, diuerſas facultates, & indulta extrahendi, etiam in caſibus quibuſdam à iure non permiſſis, ex Eccleſiis criminoſos, & delinquentes compluribus ſecularibus Principibus, eorùmque Curiis, & magiſtratibus ſub variis modis, & formis conceſſerint, prout in illis pleniùs continetur.

§. I.

Pius V. & Sixt. V. certis caſibus permiſerunt extrahi ex Eccleſiis homines criminoſos; ſed

EXperientia poſtmodum docuit, tum diuerſitatem, & differentiam huiuſmodi indultorum, tum quia plerique eorundem Principum Miniſtri; ex hoc ipſo illo diuerſimode, etiam latiùs quàm par erat & ad ſuum libitum interpretandi occaſionem arripuerunt, illiſque abuti cœperunt, ſubortã eſſe non mediocrem in aliquibus locis, libertatis, & immunitatis Eccleſiaſticæ perturbationem, & confuſionem; alibi verò ac ipſos quidem laicos indultis huiuſmodi vti voluiſſe, aut potuiſſe, quòd populis, inueterata erga Eccleſias reuerentia deuotis, & aſſuetis, ſcandali potiùs quàm quietis occaſionem præberent. Illud etiam abſurdum ſæpenumero ſequutum eſt, vt infimæ interdum conditionis laici, non modò iuris, ſed etiam litterarum penitus ignari, & imperiti, dum quaſi poteſtates, aut Miniſtri Curiæ ſecularis in aliquo caſtro, aut Oppidulo Iuriſdictionem exercebant; facultatum, & indultorum huiuſmodi limites longè exceſſerint, eóque ſuo arbitratu in ſenſus minùs rectos, & ab intentione concedentis omnino alienos detorſerint, & illorum prætextu quidquid ſibi in mentem venit, attentare præſumpſerint in graue Iuriſdictionis, & immunitatis Eccleſiaſticæ præiudicium, locorum, & perſonarum, diuino cultui dicatarum, contemptum, ipſius diuinæ Majeſtatis offenſam, & ſcandalum plurimorum. Quare pro commiſſo nobis à Domino Paſtoralis officij munere, prædictis abſurdis, & ſcandalis obuiare, ac differentias huiuſmodi ad vniformem regulam reducere, omnémque dubitandi, ac perperam interpretandi occaſionem dilucida declaratione ſubmouere, abuſus tollere, & ne Eccleſiaſtica iura planè conculcentur & negligantur, opportunè prouidere decreuimus, prout etiam dictus Sixtus prædeceſſor noſter, iiſdem de cauſis motus, ſtatuere decreuerat, licet morte præuentus hoc adimplere nequiuerit; ita tamen, vt quando præſens temporum calamitas, & nimia, quæ iam inualuit peruerſorum hominum malitia id expoſcit, aliquid, etiam ad terrorem delinquentium, & ad coërcenda illorum facinora, vltra id quod priſca illa Maiorum noſtrorum diſciplina, & vetus ſacrorum Canonum norma præſcripſerat; in quibuſdam caſibus congruâ moderatione adhibita, permittamus.

ſecularium Principum miniſtri hac facultate abuſi ſunt, & mala hic enarrata venerunt.

§. II.

HAc itaque noſtrâ perpetuò valiturâ conſtitutione, omnia, & quæcumque priuilegia indulta, & gratias tam per prædictum Sixtum, ac Pium V. quàm alios quoſcumque noſtros prædeceſſores, aut noſmet ipſos, ſedémque Apoſtolicam, eiúſve legatos, ſuper abducendis, vel extrahendis ab Eccleſiis, Monaſteriis, Sacellis, Domibus regularibus, & ſæcularibus, locíſve ſacris, aut Religioſis, aliíſque in caſibus à iure permiſſis hominibus; certorum tunc expreſſorum, vel non expreſſorum criminum reis,

Hic itaque Pontifex huiuſmodi facultatem reuocat, & immunitatem Eccleſiarum obſeruare præcipit.

reis vel fraudulentis decoctoribus,etiam in odium cæterorum delictorũ, & pro bono,pace, & quiete publica,& ex cauſis vrgentiſſimis, ac neceſſariis, & æquipollentibus caſibus in iure expreſſis, atque ex paritate, identitate, aut Maioritate rationis extenſis,perpetuò, vel ad certum nondum elapſum tempus, ſeu ad vitam alicuius Principis, aut beneplácitum, ſeu aliàs quomodolibet conceſſa, etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus, approbata, & innouata, ac vſu recepta, litteraſque Apoſtolicas ſub plumbo, aut in forma Breuis,ſeu aliàs quomodocumque deſuper confectas, quarum tenores hic habere volumus pro expreſſis, ac ad verbum inſertis ſublata penitus omni differentia,ita ad vnam tantùm formam reducimus, & moderamus.

§. III.

Certos tamẽ caſus hic expreſſos excipit; in quibus laici & delinquẽtes curiæ ſeculari remitti debent: quoad hæreticos habes etiam *ſup. XXII. citat. in rub.*

VT laïcis, ad Eccleſias, locaque ſacra, & Religioſa prædicta confugientibus, ſi fuerint latrones publici, viarumque graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident ac viatores ex inſidiis aggrediuntur aut depopulatores agrorum, quive homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſiis,earumve cæmeteriis committere non verentur, aut qui proditoriè proximum ſuum occiderint, aut aſſaſſini, vel hæreſis, aut læſæ Majeſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis Rei, immunitate Eccleſiaſticâ non ſuffragetur; ſed vniuerſis,& ſingulis fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, cæteriſque Eccleſiarum, & Monaſteriorum Prælatis, tam ſecularibus, quàm cuiusvis ordinis Regularibus diſtrictè præcipiendo mandamus, & præcipimus, vt laïcos in caſibus prædictis delinquentes, ad eorum Eccleſias, Monaſteria, Domos, & alia loca ſupradicta ſacra, ſeu Religioſa reſpectiuè confugientes, & in eis ſe recipientes,atque morantes, qui prædicta delicta, eorumve aliquod, iudicio ſuo, commiſiſſe videbuntur, quando à curia ſeculari fuerint requiſiti, & quilibet eorum fuerit requiſitus Miniſtris,& officialibus Curiæ ſecularis abſque Irregularitatis nota, aut alicuius cenſura Eccleſiaſticæ incurſu, tradi, & conſignari curent, & faciant, & quilibet eorum curet, & faciat.

§. IV.

Et curia ſecularis abſque licentia Iudicis Eccl. nullo pacto accipiat.

NE autem curiæ ſecularis prædictæ Miniſtri facultate illos per ſe, & propria auctoritate extrahendi, & abducendi ſibi olim,vt præfertur attributa,& per præſentes

reuocata abutantur,volumus,dictaque auctoritate decernimus, & declaramus, vt curia ſecularis eiuſque Iudices, & officiales ab Eccleſiis, Monaſteriis, lociſque ſacris prædictis, laicum aliquem vt præfertur, delinquentem in nullo ex caſibus ſupradictis ſine expreſſa licentia Epiſcopi,vel eius Officialis, & cum interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ ab eo auctoritatem habentis, ad quos ſolos, & non alios, Epiſcopis inferiores, etiamſi alij ordinarij ſint, aut nullius Diœceſis, aut conſeruatores ab hac ſede ſpecialiter, vel generaliter deputati,prædictam licentiam dandi, facultas pertineat. Occurrente autem caſu in loco exempto,& nullius Diœceſis,tunc ad Epiſcopum viciniorem deuoluatur hæc cognitio, & non ad alios, capere, extrahere, aut incarcerare non poſſint, niſi eo caſu, quo ipſe Epiſcopus, & dictæ perſonæ Eccleſiaſticæ requiſitæ illos in delictis ſuperiùs expreſſis culpabiles, tradere aut capturæ, aut carcerationi interuenire & aſſiſtere recuſauerint, tuncque reuerentiæ Eccleſiæ, & locis ſacris debitæ memores,prædictos delinquentes, minori, quo id fieri poterit cum ſcandalo, & tumultu extrahere curent.

§. V.

Sed Eccleſiaſticus prius videat an carceratus, aliquod ex criminibus exceptis cõmiſerit.

QVodque delinquentes laici prædicti poſtquam,vt præfertur ab Eccleſiis, locisve ſacris extracti captique fuerint, ad carceres curiæ Eccleſiaſticæ reponi, & inibi ſub tuto, & firmo carcere, ac oportuna cuſtodia data illis (ſi opus fuerit) per curiam ſecularem, detineri debeant, nec inde extrahi, curiæque ſeculari prædicta deſignari, nec tradi poſſint, niſi cognito prius per Epiſcopum, vel ab eo deputatum, an ipſi verè crimina ſuperiùs expreſſa commiſerint, tumque demum de mandato Epiſcopi per Iudicem Eccleſiaſticum curiæ ſæculari, quacumque appellatione poſtpoſita conſignentur.

§. VI.

Criminis hæreſis cognitio totaliter ſit fori Eccleſiaſtici.

DE crimine verò hæreſis cognitio ad forum Eccleſiaſticum tota pertineat, neque in ea curia,ſæcularis ſe quoquomodo intromittat.

§. VII.

Et omnium perſonarum regularium in omnibus caſibus.

SIcuti etiam prohibemus,ne contra Eccleſiaſticas perſonas, ſæcularis,aut cuiusvis ordinis, vel Militiæ,etiam S.Ioannis Hieroſolymitani regulares,quoquomodo etiam vigore prædictorum priuilegiorum,indultorum, aut conceſſionum, quæ omnia ad terminos

L 3 iuris

iuris per præſentes reducimus,procedant,aut ſe intromittant, illasve ab Eccleſiis, Monaſteriis, Domibus, locíſque ſacris, aut Religioſis, etiam in caſibus in hac conſtitutione expreſſis, extrahere, abducere, capere, carcerare, aut cognoſcere de criminibus ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus, aliàs quàm de iure, & per priuilegia eiſdem ordinibus, aut militiis conceſſa permittitur, quomodolibet præſumant.

§. VIII.

QVòd ſi quis quacumque dignitate, & auctoritate præditus, præmiſſorum, aut alio quovis prætextu quicquam præter, aut contra huius noſtræ conſtitutionis tenorem attentare præſumpſerit, declaramus, eum ipſo facto, cenſuras, & pœnas eaſdem incurrere, quæ contra libertatis, iuris, & immunitatis Eccleſiaſticæ violatores per ſacros canones, & Conciliorum generalium, noſtrorumque prædeceſſorum conſtitutiones ſunt promulgatæ.

§. IX.

Clauſula ſublata &c.

SIcque per quoſcumq; Iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici, Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet & quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate in quavis cauſa, & inſtantia, iudicari, & definiri debere, necnon irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his, per quoſcumque, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

§. X.

clauſulæ derogatiuæ.

NOn obſtantibus præmiſſis, tam Sixti, & Pij V. quàm aliorum quorumcumque prædeceſſorum noſtrorum litteris Apoſtolicis, priuilegiis, indultis, & facultatibus quibusvis perſonis, etiam Imperiali, Regia, Ducali aut alia quavis dignitate, & auctoritate effulgentibus, aut rebus publicis, Dominis, Regnis, Prouinciis, Ciuitatibus, terris, & locis eorúmve curiis, Parlamentis, ſenatibus, Conciliis, Communitatibus, Vniuerſitatatibus, Collegiis, aut Præſidentibus, Proregibus Gubernatoribus, Locatenentibus, Vicariis, Poteſtatibus aliiſque Magiſtratibus, Officialibus, Miniſtris, aut Conſiliariis, ex prædictis, vel aliis, etiam gravioribus, & urgentioribus cauſis; tam illorum intuitu, & contemplatione, ſiue ad eorum preces, & inſtantiam, quàm etiam motu proprio, & ex certa ſcientia déque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac per modum ſtatuti, & legis perpetuæ, etiam in vim contractus, & fratrum noſtrorum Conſilio, ſub quibuſcumque tenoribus & formis, & cum quibusvis præſeruatiuis reſtrictiuis, mentis atteſtatiuis, derogatoriarũ derogatoriis, aliiſque validiſſimis efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiamſi inibi caueatur expreſsè, quod illis, niſi ſub certis modis, & formis, & niſi de expreſſo eorum conſenſu, ad quorum fauorem conceſſa fuerint, derogari poſſit, & aliter facta derogationes nullius ſint roboris, vel momenti, & alias quomodolibet conceſſis, etiam ſæpius approbatis, & innouatis. Quæ omnia, & ſingula, ac illorum tenores pro expreſſis habentes, quatenus præmiſſis in aliquo aduerſantur, aut plures quàm ſuperius expreſſos caſus contineant, auctoritate, & tenore præmiſſis omnino, ac perpetuò tollimus, & abrogamus, & ad terminos præſentis conſtitutionis, quoad ſuperiùs deſcripta duntaxat, reducimus, & nolumus cuiquam de cætero ſuffragari, & qualibet alia dictæ ſedis indulgentia Generali, vel ſpeciali, per quæ præſentibus non expreſſa, vel ad verbum non inſerta effectus earum quomodolibet valeat impediri.

§. XI.

Publicationem huius conſtitutionis demandat.

VT autem præſentes litteræ ad omnium notitiã faciliùs deducantur, mãdamus, illas in valuis S. Ioannis Lateranen. & Principis Apoſtolorum Baſilicarum de urbe, necnon Cancellaria Apoſtolicæ de more affigi, & publicari; earum exemplis inibi affixis, & dimiſſis, ac poſt publicationem huiuſmodi volumus, & decernimus, ut omnes, & ſingulos, quos concernunt & concernent in futurum, perinde arctent & afficiant, ac ſi eorum cuilibet perſonaliter intimatæ fuiſſent. Earundem verò præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, Notarij publici manu ſubſcriptis, eandem fidem in iudicio & extra illud ubique gentium, & locorum haberi volumus, quæ eiſdem originalibus litteris haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

§. XII.

Sanctionem pœnalem adiicit.

NVlli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ moderationis, præcepti, mandatorum, decretorum, deductionum, declarationum, prohibitionis, ſublationis, abrogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, in-

dignationem

dignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe noneriu incurſurum.

Dat.P.An.1. 1.14. Maij. *Datum Romæ in Monte Quirinali anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, Nono Kal. Iunij Pontificatus noſtri anno primo.*

2 Quam quidem Bullam ponunt etiam ad litteram Martius Curtellus, & Vincentius Tancredo in locis infrà citãdis, & antequam ad noſtram quæſtionem deueniamus inquirenda eſt alia, ex qua (meo paruo iudicio) decidenda erit præſens dubitatio, illa igitur erit: an prædicta Gregoriana obliget, & ſit lex

3 generalis, comprehendens omnem Eccleſiam, vel tantum Prouincias, & Regna, quibus ſummi Pontifices conceſſerunt varia, & diuerſa priuilegia, in vim concordiarum particularium in curiis, & Parlamentis editarum, quæ quidem poſtea fuerunt decreta, confirmata, & approbata per Sedem Apoſtolicam, vt in Regnis Coronæ Aragonum per S. M. Gregor. XI. Gregor. XIII. & Pij V. de quibus Seſſe *deciſ.* 113. *in calce*, & Don Laurentius Mattheu *de Regim. Regni Valentiæ tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *num.* 11. & de illis multoties in hoc tractatu mentionem faciemus.

4 Et quidem Ioannes Gutierrez *quæſtionum practicabilium lib.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 36. qui eodem anno, quo ipſe tunc ſcribebat, aſſerit, editam fuiſſe dictam conſtitutionem (& ſic cæteri DD. *infrà* citandi ab eo mutuarunt) reſoluit, prædictam Bullam ſolum pertinere ad Prouincias, Regna, vel ciuitates, quibus Pontifices varia priuilegia, & indulta conceſſere, quia reducit & moderat priuilegia à ſummis Pontificibus, ſedeque Apoſtolica, eiúſque legatis conceſſa Principibus ſecularibus, eorúmque Curiis extrahendi delinquentes ab Eccleſia, reducendo, & moderando ad vnam formam prædictas facultates, & priuilegia.

5 At verò vbi prædicta indulta conceſſa non ſunt; conſtitutio non loquitur, ſicque remanet in ſuo robore ius commune Canonicum, quia quod non mutatur quare ſtare prohibetur? (Verba ſunt ipſius Gutierrez) & fundat ſuam opinionem ex proœmio prædictæ Bullæ, ex quo mens, & cauſa finalis diſponentis colligenda & *ex l. final. & ſimilibus de hæred. inſtituendis*, & ex congeſtis ab ipſo Gutierrez *in eodem lib.* 3. *practicarum quæſt.* 17. *num.* 85. *cum pluribus ſequen.*

Cum igitur Gregorius in proœmio enuntiet, motum eſſe ad eam conſtitutionem promulgandam ob diuerſitatem, & differentiam aliorum indultorum, quibus Miniſtri Principum habentium talia priuilegia eis abutebantur; in tantum, vt etiam laïci inferiores Iudices ſub prætextu dictorum indultorum tranſgrediebantur limites ipſorum cum graui ſcandalo, præiudicio, & perturbatione immunitatis Eccleſiæ. Volens Gregor. illa mala obuiare, & tantum præiudicium reparare, animoſitatémque reprimere ſuo diplomate; decreuit contenta in dicta Bulla, quæ cum in cæteris Prouinciis, Regnis, aut Ciuitatibus quibus talia indulta non fuerunt conceſſa ad prædicta, motiuum, & cauſam non dederunt, conſequenter infertur, in illis nihil noui eſſe inductum. Secundò probat Gutierrez *in fine dictæ quæſtionis primæ in verſ. quod etiam probatur* &c. ex 6 contextura finalium verborum eiuſdem Gregorianæ, vbi loquendo de prædictis facultatibus addit. *Quæ omnia, & ſingula &c.* prout habes *ſuprà in initio huius q. in §. Non obſtantibus* 10. *verſ. quæ omnia.* Ex quibus verbis colligitur, per illa, *omninò, & perpetuò tollimus &c.* noluiſſe Pontificem ius commune corrigere, aut emendare; ſi namque voluiſſet, expreſſiſſet, & ex his fundamentis ita tenet Gutierrez.

Cui licet conciſè videtur adhærere 7 Zerola *in praxi p.* 1. *verbo, immunitas, verſ.* 7. vbi ita ait. *Septimò circa hanc immunitatem Eccleſiaſticam multa largè conceſſit Sixtus V. quæ Gregorius reduxit ad terminos iuris communis Bulla ſua Pontificia Pontificatus anno* 1. *primo &c.* & vltra nihil aliud refert; de quo videre poteris Laiman *in Theolog. moral. lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 2. *num.* 2. *vener. in exam. Epiſcop. lib.* 9. *cap.* 37. *num.* 32. & Gambacurt. *in tract. de immunitate lib.* 5. *cap.* 8. *& ſeq.*

Sed Diana *tom.* 1. *Reſol. moral. tract.* 1. 8 *reſ.* 1. mordicus (vt ipſe ait) & *tom.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 2. reſoluit prædictam Gregorianam corrigere ius commune. Ad quod probandũ fundat etiam ſuam opinionem in illo verſ. Bullæ ibi. *ita ad vnam tantum formam reducimus, & moderamus &c.* Quæ quidem verba cum ſint taxariua reducunt omnia diſpoſita in iure, & obſeruata per diuerſas conſuetudines in vim Priuilegiorum ad terminos ipſius diſponendo, quod omnia exequantur non aliàs, quàm iuxta formam præſcriptam,

ptam, & caſus exceptos *in dicta conſtitutione*, & conſequenter, quod reuocat ius commune; Idémque eneruat *in verſ. in dicta conſtitutione &c. & ſeq.* ex aliis clauſulis conducentibus ad eundem effectum.

9 Secundò probat ex quibuſdam litteris Apoſtolicis conceſſis Archiepiſcopo Panormitano,& *ibidem* adducit illarum verba, & ex alio Breui Clementis VIII. Epiſcopo etiam Panor. directo. Ex quibus concludit prædictam Gregorianam reuocare, non ſolùm priuilegia, ſed etiam ius commune ac conſuetudines; & pro hac opinione allegat plures DD. quos penes eum videre poteris.

10 Marius tamen Curtellus *in tract. de priſca, & recenti immunitate Eccleſiæ lib.1. quæſt.* 1. Latiſſimè diſputat, an conſtitutio Gregorij XIV. circa immunitatem Eccleſiæ deroget ius commune, & conſuetudines, de quo ſpecialiter per clauſulas illius diffuſè agit, & *num.* 23. *in expoſitione prima clauſula conſtitutionis*, reſoluit, ipſam non comprehendere Prouincias, Regna, vel ciuitates, quæ indultis carent, in quibus ſtandum eſt diſpoſitionibus iuris, eodem prorſus modo, ſicut ante illius promulgationem, ſicque ſolum ferre priuilegia,& indulta ſuorum prædeceſſorum, concedentia aliqua ſpecialia, & ſimiliter conſuetudines introductas, & abuſus exequutos; vt *num.* 31. *ad* 5. clauſulam

11 refert Curtellus,qui *in dic. num.*23. reddit rationem quia remedium applicari debet locis, vbi morbus exiſtit, ſicut priuatio ſupponit habitum, nemóque priuari poſſit, eo quod nunquam habuit, *l. non poteſt videri ff. de reg.iur.cap.ad diſſoluendum de diſpen. impuberum cum vulgatis*; Tum & etiam quia lex Generalis eſſe debet, non verò impoſita particularibus negotiis. *l. leges, cod. de Legibus.*

12 Cùm igitur prædictæ conſtitutionis clauſulæ tendant immediatè(vt patet ex contextura verborum) ad reducendam diuerſitatem indultorum in vnum (vt ex clauſulis inibi ponderatis ab ipſo Curtello, patet) ergo dicendum videtur, hanc Gregorianam conſtitutionem nihil innouare, ac diſponere reſpectu aliarum Prouinciarum, vel Regnorum, carentium particularibus indultis,atque extendenda, vel trahenda non eſt, & conſequenter ius commune illæſum remanere; vt Curtellus probat ibidem in expoſitione tertiæ clauſulæ *num.* 30. *& in dic.lib.* 1. *q.* 27.*num.* 19.*& quæſt.*28. *num.*8. *&* 355.*verſ.non obſtat.ſecundo* &c. & in ſequentibus clauſulis multa cumulat ad intentum, penes quem videre poteris, ne in hoc ſatis immoremur.

Quâ Curtelli opinione ſic breuiter epilogata, nouiſſimè, neruosè, doctè, & diffuſè, inſurgit contra eam Vincentius Tancredus(è ſocietate Ieſu) *in ſuo tractatu de virtute Religionis tract.* 1. *lib.*4. *diſp.* 8. *q.* 1. & poſtquam ad literam retulit dictam Bullam Gregorij, inquirit, an fuerit lata pro omnibus Prouinciis, & Regnis Chriſtiani orbis, & (vt ipſe ait) præbuit ei anſam ad hanc quæſtionem exagitandam, illud quod proximè ex Curtello tradidimus, quem impugnat, & copioſè contra eum inſurgit ſub nomine recentioris, & *n.*1. *prædicta quæſtionis* 1. reſolutiuè docet dictam Gregorianam comprehendere, & eſſe latam vniuerſaliter pro omnibus Prouinciis, Regnis, Ciuitatibus,& locis Chriſtianitatis in quibus immunitas Eccleſiaſtica locum ſibi vindicat, non quomodocumque,ſed per viam legis. 13

Quod probat ex eo, quia quando Princeps ſupremus, & vniuerſalis vult generalem legem condere, ipſius mens colligitur ex verbis, quibus, legem condit, explicantibus illam, & ex voluntate ipſius Legiſlatoris; ſed vtrumque *in dicta Bulla* reperitur; Ergo obſeruanda, & tenenda eſt pro lege generali,non limitata ad Prouincias, &c.quibus indulta Apoſtolica, vel conſuetudines vigent. Minorem probat validiſſimis fundamentis, & rationibus *à num.* 3. *vſque ad* 10. *pag. mihi* 112. & pro hac opinione adducit Gambacurtam *de immunitate lib.* 5. *cap.* 10. *n.* 4.& refert ipſius verba, & in ſequentibus numeris reſpondet fundamentis Curtelli, & aliorum, & tandem *numero* 33. *pag.* 118. ita concludit. 14

Recolligendo igitur omnia,breuiter dico, hunc Gregorij XIV. conſtitutionem ſuper immunitatem Eccleſiarum de ſe ad omnes extendi; cum ſit lex, qua ex ſe vniuerſalis eſt, nec reſtringenda, vbi Pontifex non reſtringit ad loca particularia: bene verum eſt, occaſionem remotam talis conſtitutionis fuiſſe, quadam decreta Pontificum prædeceſſorum, proximum abuſum eorum,& ſcandalum ortum, tam in his Regnis, in quibus priuilegia erant, quàm in aliis etiam, vbi hæc priuilegia non extabant; finem verò fuiſſe, totam hanc materiam ad vniformem regulam redigere,& abuſus tollere. Medium hoc 15

hoc aſſumptum fuit, reuocare prædicta priuilegia, & alia quæuis, etiam à ſe, vel à Sede Apoſtolica conceſſa, moderando ius commune, aliquid detrahendo, aliquid addendo; vt ex dictis videri poterit &c. Ita Tancredus, qui concludit eſſe legem vniuerſalem, complectentem omnem Eccleſiam, quoad eius immunitatem, eámque concluſionem defendit etiam Farinacius, *in appendice de immunitate Eccleſiaſtica. cap. 1. num.* 8.

17 Pergit Tancredus *vbi ſuprà in q.* 2. & dubitat; an per prædictam Gregorianam ſit ius commune abrogatum, vel ei derogatum & *n.* 2. reſoluit, nullatenus abrogatum eſſe ius commune; quia cùm conſtitutio in ſe non contineat verba aliqua inducentia illam abrogationem; exiode ſequi, non cenſeri abrogatum; cùm iuris correctio omnino vitari debeat, & quantumcumque abrogatio reſtringi. *l. ſi quando cod. de inofficio teſtam. l. præcipimus in fine, cod. de appellat. cap.*
18 *cùm expediat de elec. in* 6. cum pluribus relatis per Barboſ. *in tract. de axiomat. iuris vſufrequentibus, axio.* 60. cum igitur in illa Bulla non reperiatur illa clauſula, *non obſtante iure communi*; Ergo non eſt illud abrogatum: quam concluſionem comprobat etiam Curtellus *vbi ſuprà in dict. lib.* 1. *q.* 1. *n.* 15. *ex lege* 1. *&* 2. *de veteri iure enucleando*, & ex *cap. vltimo in fine de conſtitutionibus*; illámque confirmat Tancredus *à num.* 3. *& ſequen.* ex aliis Argumentis, & rationibus, & poſtmodum *num.* 7. quærit, an ſit derogatum ius commune, & reſoluit contra Dianam, *vbi ſuprà*, eſſe derogatum, ad cuius intellectum ibidem *in dict. q.* 2. *num.* 2 ſupponit cum Sanchez, Suarez, Caſtro Palao, & ex communi DD. ſententia, aliud eſſe abrogare legem; quod tunc fit, quando omnino, & totaliter de medio aufertur; aliud verò derogare legem, & hoc erit, quando moderatur, vel reſtringitur, aliquid addendo, vel auferendo iuxta textum *in l. derogatur* 102. *ff. de verborum ſignificatione.*

19 Ex quibus infert, quòd cùm Gregoriana omnino de medio ius commune non tollat, exinde, quòd ipſum non abrogauit; at verò cùm addiderit aliquos caſus, in quibus confugientes ad Eccleſias, ipſius immunitate gaudere nequeant, conſequenter fatendum videtur, derogationem exiſtere, quod quidem *à n.* 7 *cum ſeq.* probat, & *n.* 11. reſpondet obiectionibus contrariis *vſq; ad n.* 36.

Præterea, *in tertia quæſtione* exagitat; 20
an per Bullam Gregorianam ſint ſublatæ conſuetudines & concludit affirmatiuè, extendendo ſuam opinionem, etiam ad conſuetudines introductas in aliquibus Prouinciis, & Regnis, vbi aliter, vel ex priuilegiis, indultis, aut aliàs extrà diſpoſitionem iuris, aliter ſeruabatur; attamen *ibidem num.* 3. aſſerit, prædictam concluſionem difficultatem habere, nec eſſe tam certam, ſicut antecedentem, de qua *ſuprà à num.* 15. *cum ſequent.*

Quia cùm Gregorius mentionem ali- 21
quam expreſſam non efficiat de prædictis conſuetudinibus reuocandis, vel annullandis, vt apertè patet ex integra contextura conſtitutionis, illæque per generalem legem, aut Bullam non cenſeantur reuocatæ; non præſumitur de eis, Pontificem notitia carere, vt notant Suar. *de legibus lib.* 7. *cap.* 10. Bonacin. *in eodem tract. diſp.* 3. *quæſt.* 7. §. 6. *num* 36. & alij plures; conſequenter dicendum videtur, prædictas conſuetudines non eſſe ſublatas; hoc tamen non obſtante, concludit Tancredus *ibidem num.* 4. *& ſequent.* eſſe etiam derogatas per prædictam conſtitutionem, idque extensè fundat vſque ad finem quæſtionis.

Inſuper pergit Tancredus *quæſt.* 4. 22
& inquirit; an diſpoſitio Gregor. correxerit ius canonicum circa aliquas circunſtantias immunitatis Eccleſiarum, & *num.* 1. reſoluit, ſolùm correxiſſe modum extrahendi reos confugientes ad Eccleſias, vel loca ſacra; in cæteris autem circunſtantiis nihil non ſtatuere, ſed remanere iuxta ius commune, quod probat ex tenore Bullæ, vbi nihil expreſſit, aut ſpecialiter declarauit de locis, vel perſonis, aut modo iudicandi; & ideò tantùm quoad modum extrahendi reos ex locis gaudentibus immunitate, correctio porrigenda videtur; vt colligitur ex *clauſula* 9. ibi. *Ne autem Curiæ ſecularis* &c. vt latiùs dicitur *ſuprà in* §. 4. *in initio huius quæſt.* adducto, vbi declarat formam, quâ reus tradi debeat Curiæ ſeculari; cùm aliàs de iure communi fas eſſet Iudicibus ſecularibus extrahere delinquentes, quando apparebat non debere ipſos immunitate gaudere, quod quidem limitat, & corrigit
Gregorius. Sed obiicit Curtellus *in dict.* 23
lib. 1. *q.* 27. *num.* 19. *& quæſt.* 28. *num.* 8. *&* 9. quòd ſi per Bullam Gregorij derogatum eſſet ius commune, quomodo admitti poteſt palatium Epiſcopi gaudere

dere immunitate, cùm Gregoriana ſolùm exprimat loca ſacra, aut Monaſteria Religioſa; ergo &c.

24 Ex qua Tancredi aſſertione, videtur aliquo modu repugnare his, quæ antecedenter ipſemet docuerat, ad quod occurrendum, & ſatisfaciendum Curelli obiectioni *num.* 4. ita ait. *Hac obiectio certè contra me non procedit, quia apertiſſimè, ni fallor, quæſt. 2. concluſione 1. & 2. explicas ius commune eſſe correctam, vel limitatum, non abrogatam, ſea ſablatum; vt alij videbantur loqui, qui tamen ſolam re intendunt, licèt in modo loquendi, plus videantar ſentire, vt dicta quaſtione 2. dixi; Vnde iteram dico in his locis prodiſſe Eccleſiaſticam immunitatem* (vt *ſuprà* dixi cum Suario) *quia Gregorius in hac Balla non in aliis circunſtantiis, locis, &c. ſed tantùm in modo extrahendi*, vt *num.* 1. dixi, *ius commune correxit, &c.* vſque huc Tancredus.

25 Ex *ſaperiùs* vſque ad præſens dictis colligere poteris (candide Lector) quam diuerſimodè DD. ſenſerint circa hunc articulum, quem quidem licèt tam conciſè in medium adducere oeceſſarium duxi, vt ad præſentis quæſtionis genuinam reſolutionem peruenire poſſemus, & vt opere compleam, exiſtimo hanc Tancredi vltimam reſolutionem eſſe veriorem, & ſequendam; & exinde concludendum; prædictam Gregorianam nun ſolùm reſpicere Prouincias, Regna, Ciuitates, aut alia loca, quibus à Sede Apoſtolica fuerunt conceſſa varia priuilegia, aut indulta, vel confirmationes concordatorum, aut legum particularium; ſed & etiam vniuerſaliter ad omnem Eccleſiam; & conſequenter non eſſe limitandam ad Regna Coronæ Aragonum; vbi ſpecialiter certus modus, & ſtylus obſeruatur, tam ante conſtitutionem, quàm poſt eam, ad metas eorum, quæ diximus *ſuprà q.* 1. *&* 2. & ex eu ſi ſit admiſſa æqualiter in omnibus influere debere fatendum eſt, de quo dicemus *infrà*; quidquid reclament Gutierrez, & Curtellus *in locis ſupra allegatis.*

26 Enimverò certum eſt Gregorianam aliquomodo corrigere ius commune, non verò ipſum abrogare, vt latè docuit Tancredo *in dict. qaaſt.* 2. *concluſ.* 1. *&* 2. *& q.* 4. *num.* 4. vbi alius allegat.

27 Et licèt Diana *tom.* 2. *reſolut. mor. tract.* 1. *reſol.* 1. velit probare, eſſe derogatum ius commune ex rationibus *ibidem* ab eo ponderatis, allegando ad intentum plures alios DD. attamen magoa differentia conſtituenda eſt in his dictionibus, *abrogare*, & *derogare*, prima enim operatur idem, ac in totum deſtruere, & delere, & actum infirmare; vt tradit Feſtus *lib.* 1. & exinde admittit communis vſus loquendi, videlicet, legem eſſe abrogaram, quando totaliter eſt ſublata, vel deſtructa, ex quo Cicero *lib.* 1. *ad Attic.* vtitur verbo, *indacere*, pro *abrogare* ad effectum extinguendi totaliter actum, & ex eo dixit Vlpiaous *in apit.* tit. 1. *abrogare eſt, prioris legis infirmanda cauſa, aliam ferre, derogare autem eſt, quando pars aliqua detrahitur; cateris autem in ſao robore remanentibus*; prout notauit Albericus de Ruſate *in ſao dictionario Iuris*, verbo *derogat*, qui ita ait. *Derogat, id eſt, non totum tollit, ſed partem, ff. hoc eodem tit. derogatur, & l. derogare, & not. ff. de tatoribus, & caratoribus datis ab his; l. nec mandante, &c.* idemque aduertit Calepinus in verbo *abrogo*, vbi plura cumulat, & expreſsè colligitur prædicta differentia ex Iuriſconſultu Modeſtino *in l. derogat.* 102. *ff. de verboram ſignif.* quæ ita ait; *Derogatur legi, vel abrogatar; derogatar, cùm pars detrahitur; abrogatar legi, cum prorſus tollitur.*

Ex quibus ad noſtrum intentum dicendum eſt, Gregorianam non abrogare ius commune, cùm per eam firmum remaneat, quod per ipſum iam erat diſpoſitum, *in cap. inter alia de immanit. Eccleſiaram*; per hæc verba: *Tais quaſtionibus reſpondentes, iuxta Sacroram ſtatuta Canonum, & traditiones legum ciuilium, ita duximus diſtingaendum, quod fugiens ad Eccleſiam, aut liber, aut ſeruus exiſtit: ſi liber quantamcunque maleficia graaia perpetraaerit, non eſt violenter ab Eccleſia extrahendus; nec inde damnari debet ad mortem, vel ad pœnam; ſed Rectores Eccleſiarum ſibi obtinere debent membra, & vitam: ſuper hoc tamen, quod iniquè fecit, eſt aliàs legitimè puniendus, & hoc verum eſt, niſi publicus latro fuerit, vel nocturnus depopulator agroram, qui dum itinera frequentata, vel pablicas ſtratas obſidet aggreſſionis inſidiis, ab Eccleſia extrahi poteſt, immunitate non praſtita ſecundam Canonicas Sanctiones, &c.* Quod quidem etiam ſtatutum reperimus per Gelaſium Papam *in Concilio Auxelianenſi* 1. *capite* 3. *&* 5. vt habetur 28

in

in cap. id conſtituimus 17. *q.* 4. *& in cap. Reum*, & in aliis pluribus eiuſdem cauſæ; & quæſtionis.

29 Et ex his deducitur, Gregorianam non abrogare ius commune, quamuis aliqualiter dicamus, illam in aliquibus, ipſum derogare; & potiùs (meo paruo videri) dicere poſſumus, quòd illud ampliat, & extendit; enimverò cùm *in dicto cap. inter alia*; expreſſum tantùm reperiatur, frui non debere immunitate Eccleſiaſtica latrones publicos, & nocturnos, agrorum depopulatores, ac eos, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident aggreſſionis inſidiis;
30 Gregoriana verò præter prædictos caſus, alios exprimit, ſpecificando octo, videlicet; publicos latrones, viarum graſſatores, depopulatores agrorum, vbi extendit etiam ad diurnos (cùm de iure ſolùm nocturni eſſent comprehenſi) homicidia, & mutilationem membrorum in Eccleſiis, committentes homicidia proditoria, aſſaſſini, hæretici, reíque læſæ Majeſtatis in perſonam Principis, &c. vt patet expreſsè *in dic. Bulla* relata *in initio in* §. 3. ergo extendit alios caſus præter expreſſos in iure, & ſic ampliatiua dicenda eſt. An autem prædicti caſus extendi debeant ad alios conſimiles, cùm non ſit proprium noſtri inſtituti, conſultò omittimus; præcipuè, quia in hoc articulo variant DD. videre tamen poteris apud Farin. in apendice de immunit. *c.* 1. *à num.* 353. *& ſequen.* Barboſa *in tract. de vniuerſo iure Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 3. *à n.* 109. *cum ſeq.* præcipuè *n.* 120. *verſic. qua quidem Gregor. &c.*

31 Sequitur Ergo, dici poſſe, Gregorianam non ſolùm ius commune non abrogare, ſed imò potiùs illud extendere vltra caſus, in ipſo iure expreſſos, ad alios etiam per ipſum Gregorium ſpecificatos, in quibus delinquentes nequeant immunitate gaudere. Quis enim dubitare poteſt, liberum non eſſe Papæ ſtatuere, & determinare, prout ipſi placuerit, circa immunitatem Eccleſiæ pro bono Chriſtianitatis ad coërcenda delicta, & vt criminoſi condignâ pœnâ plectantur: non enim ambigendum eſt, quòd Papa poteſt immunitatem Eccleſiæ declarare, ampliare, extendere, vel diminuere iuxta caſuum contingentiam; vt ex Ioann. de Viſh. *in tract. de immunit. n.* 14. *verſ. fallit.* 1. tradit latè Farinacius *vbi ſuprà n.* 346. Gambacurta *de immun. lib.* 6. *cap.* 9. *à n* 2. *& ſequen.* Barb. *in tract. de exigendis penſionibus p.* 1. *q.* 8. *numero* 50. & dicemus *infrà num.* 42.

Vndè cùm extendere legem, canonem, vel aliam diſpoſitionem, idem ſit, 32
ac eam ampliare ad non expreſſa, ſtabili, & firma remanente illa, quæ ſit ampliata, iuxta text. *in cap. finali* §. *fin. ne clerici, vel monachi &c.* ſequitur ex eo, quòd cùm dicta Gregoriana decernat plures caſus vltra expreſſos, & ſtatutos à iure, optimè dicimus eſſe extenſiuam iuris, quoad ea delicta ſuperaddita, remanentibus cęteris firmis in ſuo robore; & ideò dixit Tancredus *vbi ſuprà in dicto tract. de virtute religionis, tract.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 8. *q.* 2. *n.* 8. quodammodò limitatam remanere immunitatem per dictam Bullam: verba Tancredi ita ſe habent.

Quia Gregorius addit aliquos caſus, quos 33
ab immunitate excipit, vt crimen hereſis, læſæ Majeſtatis in perſonam Principis, aſſaſſini, depopulatores agrorum, quos ius commune non excipiebat, & ſic regulam generalem cap. inter alia de immunitate Eccleſiarum quantumcumque grauia maleficia perpetrauerit, non eſt violenter extrahendus &c. (*limitauit*) *vt non procederet in crimine læſæ Majeſtatis diuinæ & humanæ, nec in diurno agrorum depopulatore; cùm tamen ius ſolùm de nocturno loquutum fuerit, &c.* Hæc Tancredus: qui in ſequentibus numeris hanc ſententiam ex multis fundamentis, & rationibus confirmat.

At contra Tancredum in hac parte 34
opponi poteſt quædam conſtitutio Ioannis XXI. aliàs XXII. quæ incipit: *ex parte veſtra &c.* & eſt 1. eiuſdem Pontificis, habetúrque in nouiori magno Bullario Cherubini *to.* 1. *pag.* 216. vbi iam ſtatutum erat, quòd hæretici, Iudæi, aut apoſtatantes à fide, non gauderent immunitate; ex quo videtur, non eſſe nouiter ſtatutum in noſtra conſtitutione; ſed confirmatum, quod Pontifex Ioannes decreuerat; de quo videre poteris ipſum Tancredum *vbi ſuprà in dict. tract.* 1. *lib.* 4. *quæſt.* 2. *à numero* 20. *& ſeq.* Patet igitur ex dictis, Gregorianam non ſolùm abrogare ius commune, ſed potiùs illud extendere, quoad aliquas qualitates delictorum, quibus immunitas Eccleſiaſtica proficere nequeat; imò voluit Curtellus *in dic. tract. de priſca, & recenti Eccleſiæ libertate, lib.* 1. *quæſt.* 1. *n.* 31. *& ſeq.* omnes caſus relatos in Gregoriana eſſe aliquos directè in iure ſtatutos, alióſque indirectè, & conſequenter ſolùm eſſe quandam declarationem ſpecificantem, quod iam erat decretum, & ſic *n.* 40. *in fine* loquendo de conſpirantibus

Digitized by Google

tibus in Principem, ita concludit: *Et qui in Principem conſpirant adhuc etiam iure communi inſpecto, ab hac immunitate excluſi cenſentur; vt meritò dici poſſit, nequidquam noui in hac conſtitutione ſtatutum fuiſſe, nec ex iure communi ampliatum, licet forſan indultis, ac facultatibus aliquid ſuperadditum fuerit, vel expreſſius declaratum &c.*

35 Re tamen verè inſpecta, cum dixerimus, & latè probatum remaneat ex allegatis *ſuprà*, & per Tancredum *vbi ſuprà* Gregorianam æquè comprehendere vniuerſalem Eccleſiam, nec fore reſtringendam tantum ad Prouincias, & Regna habentia indulta, vel priuilegia, negari non poteſt, quòd adhuc quod iam in iure eſſet præuentum circa qualitates delictorum, in multis circunſtantiis, Gregorius aliqua de nouo decreuit declarando, ampliando, vel reſtringendo: vt ex Bullæ contextura colligitur; & ideò Curtelli ſententia non tam abſolutè admittenda videtur.

36 Quibus ſic conſtitutis applicando omnia prædicta ad praxim Regnorum Coronæ Aragonum, dicendum eſt, Gregorianam in illis admiſſam eſſe tantum, quoad qualitates delictorum in ipſa expreſſorum; non verò in cæteris diſpoſitis & requiſitis, veluti quod reus detentus in carceribus ſecularibus petens immunitatem Eccleſiæ, tradendus ſit Iudici Eccleſiaſtico, & quòd ſine eius licentia ab Eccleſia poſteà extrahi non poſſit; tum & etiam quòd dum contentio diſcutitur in poſſe, & carceribus ipſius exiſtat; & denique in cæteris ſtatutis in aliis clauſulis in dicta Bulla contentis, in his namque nec eſſe obſeruatam, neque admiſſam, aut ſtylatam apud omnes eſt in confeſſo; vt patet ex his, quæ dixi *in meo Paſtorali regularium, part 3. voto* 8. *numero* 36. *&* 37. vbi varia exemplaria refero.

37 Hánceque conſuetudinem inconcuſsè cum ſcientia, & patientia Summi Pontificis, cæterotúmque Epiſcoporum eſſe practicatam, & obſeruatam, nemo negare, aut contradicere poteſt. Et ex eo ſequitur, quòd talis conſuetudo admitti, & proſequi debet; vt tradit Martinus *del Rio tom.* 2. *diſquiſitionum magic. lib.* 5. *ſect.* 7. *verſ. Capiſortearios &c.* & nouiſſimè latè & accuratè Thomas Delbene *tom.* 2. *de immunitate Eccleſiaſtica capite* 16. *dubio* 5. vbi inquirit, an conſuetudine immunitas Eccleſiaſtica temperari, vel diminui poſſit, & poſtquam pro vtraque parte adducit DD. & fundamenta pro affirmantibus, & negantibus *n.* 23. *& ſeq.* ita concludit.

At his non obſtantibus; quod dixi nem- 38
pè, quòd immunitas Eccleſiarum conſuetudine (ſi legitimè ſit hac præſcripta, id eſt, habeat omnes qualitates in citato capite fin. requiſitas) diminui in aliquibus caſibus poſſet, cum ſit à iure poſitiuo tantum &c. & *numero* 24. facit differentiam inter immunitatem Eccleſiaſticorum, à ſecularium Principum juriſdictione, & ita reſoluit. *Tum, quia de facto conſuetudine ſcientibus, & nullo pacto Prælatis Eccleſiaſticis, cum Summo Pontifice contradicentibus, receptum videtur, quod reus immunitate non gaudeat intra circuitum triginta, vel quadraginta paſſuum ab Eccleſia, contra id, quod ſtatuitur in capite ſicut* antiquitus 17. *quæſt.* 4. *capite quiſquis, & capite definiui eadem cauſa, & quæſtione &c.* & tandem *num.* 26. proſequitur. *Atque ita, quod, ſcilicet, conſuetudine aliqua Eccleſiarum immunitas diminui poſſit, quin de authoritate diminuta ſit, ex eo, quòd Bulla Gregorij alicubi legitima præſcripta eſt; affirmant Abbas, &c.* Ex eo præcipuè, quia (vt inquirunt ipſi) in multis locis de facto iam conſuetudine receptum eſt, quòd ſimplices fures immunitate Eccleſiæ non gaudeant ſaltem ſi ad Eccleſiam ipſam, vel eius cæmeterium non ſe recipiant; ſed ſolùm intra triginta paſſus
propè exiſtant. Ad idem Barboſa *de* 39
vniuer. iure Eccleſ. lib. 2. *capite* 3. *num.* 81. *in fine*, & *numero* 82. vbi loquendo de non publico latrone, ita ait: *Verum ſi conſuetudo ſeruaret contrarium, id vtique eſſet obſeruandum, vt in ſpecie notant Couarruuias, Gambacurtus, de immunitate lib.* 3. *capite* 14. *numero* 3. *nam circa immunitatem Eccleſiaſticā magnam habet vim conſuetudo, quapropter multis in caſibus ad illam Iudices recurrunt, vt per Germonium, de ſacrorum immunitate lib.* 3. *capite* 16. *numero* 25. *Gambacurtus, dic. lib.* 3. *cap.* 19. *numero* 1. *Ludouicum Correa in repetitione dic. c. inter alia, p.* 1. *n.* 18. *Trullench. lib.* 1. *c.* 11. *dub.* 3. *n.* 4. *propè finem, &c.* Et quia plura de hoc articulo congeſta reperiuntur per DD. conſultò omittimus, remittendo lectorem ad Marium Curtel. *in dic. tract. de priſca, & recenti, &c. lib.* 2. *q.* 4. & Tancredum, *vbi ſuprà in dict. tract.* 1. *lib.* 4. *q.* 3. & ad alios, quos refert Delbene

vbi

vbi proximè dic. dubit. 6. n. 2. & 26. qui in ſpecie inquirunt; an per conſuetudines Gregorij diſpoſitio ſit ſublata, apud quos videre poteris.

40 Et quamuis de conſuetudinibus ante Bullam dubium eſſe poſſet; attamen de introductis poſt eam, dicendum puto, obſeruandas fore; nam contrariâ conſuetudine derogari poteſt; enimverò licèt certum ſit, immunitatem Eccleſiæ *vt ſic*, & *in abſtracto* ſumptam; eſſe de iure diuino; at verò quòd comprebendat hunc, vel illum caſum, & quòd locum habeat hoc, vel illo modo, aut illa, vel illa ſolemnitate; iuris poſitiui eſſe, in dubium venire non debet; vt docent Couar. *practicarum quæſtionum cap.* 31 *n.* 5. Gratianus *tom.* 2. *diſcep. foren. cap.* 340. *n.* 39. noſter Seſſe *in tract. de inhibit. c.* 8. §. 3. *à n.* 146. *cum pluribus ſeq.* Guiurba *conſ. crimin.* 52. *n.* 3. vbi multos allegat, idem tenentes, quibus iunge Thumam Boſium *de iure ſtatus cap.* 19. *verſ. & quod Papa*, & Delbene *vbi ſuprà, in dic. cap.* 16. *dub.* 6. *n.* 23. *& ſeq.*

41 Et exinde poteſt Summus Pontifex addere, vel minuere diſpoſitiones iuris, pruvt neceſſitas, vel opportunitas poſtulauerit; & patet quotidie ex variis conſtitutionibus Pontificum, & ex dictis *ſuprà n.* 31. & *ex cap.* 1. *de conſtitutionibus*;
42 vbi notant communiter DD. quòd quidem ſi iuris diuini eſſet, nequiret efficere, & banc opinionem cum Suarez Caſtropal. & aliis defendit Tancredus, *vbi ſuprà in dic. q.* 3. *à n.* 10. *cum ſeq.* qui latè reſpondit obiectionibus, tenentium contrariam ſententiam.

43 Et quidem ad noſtrum intentum, quoad Regna noſtræ Coronæ ante, & poſt Gregorianam vniſormiter eſt obſeruatus modus, ſorma, & ſtylus, quibus rei implorantes immunitatem, eâ vti debeant, ſicut vſque ad præſens practicatur, iuxta ea, quæ diximus *ſuprà q* 1. *&* 2. cùm enim prædicta Bulla edita, & publicata fuiſſet die 28. Maij 1591. ſequitur exinde, quòd cucurrerunt vſque huc pluſquam ſeptuaginta anni, in quo temporis curriculo talis conſuetudo ſuit obſeruata, vt ſolùm attendatur diſpoſitio Gregorij quoad qualitates delictorum, & non vltra cum ſcientia, & patientia Summorum, Pontificum, Epiſcoporum, aliorúmque Prælatorum Eccleſiaſticorum, vt per Thomam Delbene *in dic. cap.* 16. *dub.* 6. *n.* 24. & exinde conſuetudo ſeptuagenaria illam partem ſolam admiſit, ſecundum quam, & non alias contentiones iuriſdictionum in noſtris Regnis declarantur per Iudices competentiarum.

44 Huius autem reſolutionis confirmatio eneruari poteſt ex traditis à Delbene *vbi proximè*, qui *in dic. to.* 2. *cap.* 16. *dub.* 7. *n.* 6. *verſ. ex his ſequitur &c.* eam approbare videtur, & quia ipſius verba valde ad intentum conducunt, tranſcribere libet, quæ talia ſunt: *Ex his ſequitur, quòd Miniſtri Curiæ ſecularis non excuſentur, non ſeruando conſtitutionem Gregorij XIV. etiam in his locis, in quibus conſuetudo ante prædictam conſtitutionem inualuerat, extrahendi delinquentes abſque debitâ forma; niſi fortaſſe poſt eandem conſtitutionem, de nouo legitimè præſcripta illa ſit: quod ſi ita eſt; videant qui aſſerunt; nam in tali caſu non audeo illam damnare, &c.*

45 Hæc Delbene, cui conſonat Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 82. vbi docuit, eſſe magni momenti conſuetudinem circa immunitatem Eccleſiarum, ad quam in multis locis recurrendum eſt, & allegat ad intentum Germonium, Ludouicum, Corream, & Trullench.

46 Ex quibus cùm ante Gregorianam, habeamus in noſtris Regnis hanc vniformem conſuetudinem canonizatam ex diuerſis decretis Apoſtolicis; ab ea recedendum non eſt, maximè quia cùm indulta Summorum Pontificum conceſſa noſtris Regnis, ad effectum declarandi contentiones iuriſdictionum exortas, ratione, immunitatis fuerint conceſſa cauſâ publicæ vtilitatis; vt patet ex *foro* 1. ſub tit. *de la competencia de juriſdicion*; & ex conceſſis à Pio V. Greg. XI. & Greg XIII. (de quibus multuties mentionem ſecimus in *hoc tract.* & ad litteram refert Seſſe *deciſ.* 113. *in calce*) ſequitur, quòd per Gregorianam non ſunt ſublata, quia requirebatur ſpecifica, & indiuidua derogatio; vt declarauit Rota penes Seraphinum *in ipſius impreſſis, to.* 2. *deciſ.* 1271. *num.* 4. & tradunt Romanus *conſ.* 476. *n.* 11. *& conſ* 498. *n.* 7. Puteus *deciſ.* 89. *n.* 1. Gratianus *tomo* 1: *diſcept. foren. c.* 48. *n.* 30. Ergo cum in dicta Gregoriana de illis non fiat ſpecialis, & indiuidua derogatio, remanent in ſuo robore propter publicam vtilitatem.

47 Inde ex dictis concludendum eſt in noſtris Regnis ſolùm eſſe admiſſâ Gregorianam quoad qualitates delictorum, & nullatenus vltra, vt latè tradidi *in meo Paſtorali Regul. p.* 3. *voto* 8. *n.* 36. *&* 37. optimè Fontanella *deciſ.* 583. *n.* 25. *&* 26.

48 Neque obſtat dicere, quòd ſi fatemur eſſe admiſſam reſpectu qualitatum; debemus idem etiam fateri re-

ſpectu cæterarum circunſtantiarum in
diſpoſitione expreſſarum quia reſpon-
detur vt latiſſimè aduertit Salgadus
*de ſupplicatione, & retentione Bullar. &c. p.1.cap.2. num.*143. *&* 144. quando lex,
ſeu ſtatutum, aut conſtitutio Apoſtolica
plura continent capitula diſtincta, & ſe-
parata poſſunt obligare, & obligant
circa admiſſa; non verò circa alia; quam
concluſionem exornat *à num.* 132. *cum pluribus ſeqq.* variis doctrinis, exemplis,
argumentis, & Doctoribus in quo non
immoramur.

49 .Cùm certa ſit apud omnes ſententia,
quòd actus, vel diſpoſitio continens plu-
ra capitula, ſi in vno, vel alio tantùm ſit
admiſſa, in cæteris reprobata, & caſſa-
ta cenſeatur, per text *in c. final. in prin-
cipio de clandeſtina diſpenſatione* & *in l. Tribunus, § final.* vbi Baldus *ff. de teſtamen-
to militari.*

50 Ex quibus colligunt communiter DD.
quod emendatio, vel correctio in qui-
buſdam, eſt cæterorum confirmatio; vt
ex eodem Baldo docet Gonçalez *ad re-
gul. 8. gloſ. 54. n. 15. &* Salgado vbi proxi-
mè, & latiſſimè *p. 2. cap. 31. à num.* 102.
cum pluribus ſeqq. apud quos videre po-
teris.

51 Et tandem notandum eſt quòd licèt ex
prædictis videatur induci, & dubitari
poſſit, an prædicta Gregoriana obliget,
non ſolùm in Regnis Aragoniæ, ſi modo
ipſam conſideremus tanquam editam
quoad Prouincias, vel Regna, quibus
Pontifices priuilegia & indulta particu-
laria conceſſerunt; vel modò illam con-
ſideremus tanquam legem vniuerſalem,
amplectentem totam Eccleſiam, & con-
ſequenter noſtram Hiſpaniam, in vtro-
que caſu videtur obligare, taliter, quòd
iuxta eam operandum ſit vt ex prædi-
ctis opinionibus *ſuperiùs* adductis colligi
videtur. Hoc tamen non obſtante, con-
trarium eſt tenendum, tam circa Regna
Coronæ Aragonum, propter conſuetu-
dinem *ſuprà* ponderatam, & exequutam,
in vim indultorum Apoſtolicorum, quã
& etiam circa cætera Regna Hiſpaniæ;
nam in initio editionis prædictæ Græ-
gorianæ, & poſt, factum ſucceſſiuè fuit
de illa ſupplicatum S. D. N. Papæ, &
exinde nec fuit admiſſa, nec practicata,
niſi modis, & formis, in quibuſcumque
Regnis ſtylatis, vt in noſtris Coronæ,
prout diximus *ſuprà q. 1. &* 2. & in Caſtella
latiſſimè Pareja *de vniuerſa inſtrumento-
rum editione, tom. 1. tit. 2. reſol. 6. fere per to-
tam, à n. 8. cum pluribus ſequen.*

Et ita quòd in Hiſpania non ſit Gre- 52
goriana totaliter vſu recepta, tradit
Barboſa in pra..i exigendi penſiones *p. 1.
q. 7. num.* 46. per hæc verba. *Neque obſtat,
quòd hac ſententia ſine ſcrupulo ſemper am-
plectebatur, ſi obiiciatur aduerſus eam non
eſſe vſu receptam in noſtra Hiſpania dictam
Bullam Gregorij XIV. Imò expreſſè Regiis
decretis declaratur, non loqui cum Iudici-
bus, nec Tribunalibus huius Regni, vt ha-
betur in ordinationibus Cancellaria Grana-
ten. lib. 4. cap. 7. fol.* 185. *Gutierrez practi-
carum lib. 3. quaſt. 1. num. 36. Carraſcus
ad leges recopilationis cap. 3. Neuia. 3.
p. § 11. num.* 57. Vſque huc Barboſa; 53
qui licèt adducat prædictum aſſertum
per viam argumentationis; attamen *ſta-
tim n.* 47. affirmatiuè proſequitur ſpecifi-
cando caſus, in quibus non eſt admiſſa.
Martin del Rio *diſquiſitionum Magicarum
lib. 5. ſect. 7. §. capiſorçiarius &c. & verſ. vbi
tamen*, ita ait. *Vbi tamen* (loquitur de Gre- 54
goriana) *hac Bulla non obligaret, ibi poſſet
extrahi in caſu dicto &c.* Optimè Marius
Curtellus *de priſca, & recenti Eccleſia li-
bertate lib. 1. q. 1 clauſ. 9. n.* 50. qui ita con-
cludit; *& quod diximus initium generale
eſſe, & ideò ſub illa omnes comprehendi ab-
eſt ab hac conſtitutione, qua tamen ad id pro-
ceſſit, vt indulta moderaret, vnde per hoc in
Hiſpaniarum Regnis recepta non fuit, vbi
enim vſque ad hunc diem idem ſeruatur,
quod maioribus iam conſtitutum erat de ex-
trahendis in caſibus iure communi, ac con-
ſuetudinario ſtatutis nocentibus, nec moderatio
hac, id vnquam retardauit* &c. ita Curtellus.

Quod quidem ſucceſſiuè vſque ad
præſens in Hiſpania eſt intellectum, & 55
practicatum ſemper, à die publicationis;
& paret ex quadam epiſtola, & decreto
per noſtrum Catholicũ, Regem Philip-
pum ſub Datum Matriti die 22. Martij
1657. remiſſo, & directo Præſidi, ſiuè
Proregi Maioïcenus mihi noto, & viſo,
& eſt tenoris ſequentis.

EL REY.

*Egregio Conde de Montoro Pariente, mi
Lugarteniente, y Capitan General. Hauſe
entendido, que en eſſe Reyno ſe duda ſi ſe ha
de obſeruar, y recibir en el la Bulla de Gre-
gorio XIV que trato de la immunidad Eccle-
ſiaſtica, en algunos caſos, por hauerſe va-
lido de ella algunos Cancelleres en diferen-
tes ſentencias, que han pronunciado de diez
años a eſta parte, algunas con el voto de Mi-
niſtro de eſſa Real Audiencia, deſpues de cin-
quenta de hauerſe concedido, y no hauerſe
admitido en Eſpaña, y hauiendoſe conſiderá-
do el grande perjuicio, que de admitirſe,
y execu*

y exetutarſe , eſta Bulla ha de reſultar à mis Regalias , y à la obſeruancia de la concordia de la Reyna Doña Leonor , y Cardenal de Comenge, que tan aſſentada eſta en eſſe Reino , y à que tanto atendiò la Santidad de Pio V. ha parecido deziros que la Bulla no ſe deſpachò para los Reynos, en que huuieſſe concordia , y que aſſi no ſe deue admitir en ninguno de ellos, como no ſe ha admitido , ni dado Lugar à ſu execucion , y cumplimiento , ſino que antes bien en quanto ha ſido neceſſario por todos ſe ha ſuplicado à ſu Santidad. &c.

56 Cùm igitur proprium ſit Principum ſupplicare ſummo Præſuli pro conſtitutione ab eo lata, idque efficere debeant, ſi ex illa, aliquod ſcandalum poſſet oriri, vel quoquo modo quies publica perturbari, vt plura cumulans tradit Salgado *de ſupplicat. ad Sanctiſſ. p. 1. cap. 16. à num. 16. cum pluribus ſequen.* ad quod attendens noſter Catholicus Rex ſupplicauit pro dicta conſtitutione; præcipuè cùm in his noſtris Regnis modus, & forma prædictæ concordiæ Reginæ Eleonoræ fuerit introducta, & vſque ad præſens obſeruata, propter vitanda ſcandala, & ad introducendam quietem publicam, quæ ante ipſam non experiebatur (vt multoties *in hoc tract.* diximus) ſequitur ergo, quòd tam ex prædicta ſupplicatione, quàm propter vitanda ſcandala, quæ oriri poſſent, ſi praxis & ſtylus obſeruatus in his Regnis pro decidendis iuriſdictionum contentionibus præuerteretur, & intentaretur, ſi exequeretur ad metas omnium contentorum; in Gregoriana; exinde ſupplicatio fuit legitima, & ex iuſto, ac releuanti motiuo; & cauſa cordatè, & piè per Regem noſtrum fuit interpoſita, & iuſſio ipſius, vt non obſeruaretur quoad omnia capitula illius ſummoperè conueniens fuit, niſi in his, in quibus practica reperitur.

57 Ex quibus apertè colligitur praxim ab antiquo obſeruatam in Regnis Coronæ Aragonum, quoad qualitates delictorum eſſe admittendam ad metas Bullæ Gregorianæ, in quantum addit aliqua delicta præter expreſſa in iure, vel ſaltem in quantum ampliat, & declarat illa delicta quæ perpetrantes, ex eo fiant indigni, & nequeant immunitate gaudere, hócque quidem ita ex conſuetudine ſtylatum reperimus; ſimulque dicendum eſt, Gregorianam non infringere modum ſtatutum, & ſolemnitates declarandi contentiones in hoc noſtro Regno per noſtros foros obſeruatas, & in aliis Coronæ per concordiam Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis de Comége; in cæteris autem Hiſpaniæ prout practicatur, tum propter antiquam conſuetudinem (vt probauimus *ſupra*) tum & etiam propter ſupplicationem interpoſitam per D. N. Regem, tum denique propter fundamenta *ſuperiùs* allegata.

Nec poteſt opponi contra *proximè dicta*, quòd ſupplicatio, vel in totum operari debet, vel non admittere illam partem qualitatum delictorum, cùm certum ſit ſupplicationem peti poſſe circa vnum, vel aliud capitulum, ſi ſit diuiſibile (vt diximus *ſupra num. 49. & 50.*) & multoties in ſimilibus indultis Apoſtolicis ita factum eſt, vt plura referens, tradit Salgado *in dict. tract. de ſupplicatione ad Sanctiſſ. p. 1. cap. 2. à num. 132. cum pluribus ſequen.* 58

Et licèt videatur fuiſſe ſupplicatum, pro integra Gregoriana, & omnibus in ea contentis; attamen in noſtris Regnis fuit ſubſequuta praxis, & conſuetudo antiqua, cum qua eo ſtylo vtimur, & quia propter quietem publicam, & bonum commune Regnorum ita fuit, & eſt obſeruandum, & cùm hoc bonum conſequatur, adhærendo Gregorianæ, quoad diſpoſitionem delictorum in ea expreſſorum; ideò ab illa non eſt recedendum, ſed imò admittendam; iuſtum eſt enim execrabiles hæreticos, & à fide apoſtatantes, cæteroſque tam atrocia, & inhumana delicta perpetrantes, non gaudere immunitate. Quod quidem iam erat decretum antiquitùs per Ioan. XXI. aliàs XXII. Per ſuam conſtitutionem, ſub datum Auenione idibus Auguſti anni 1316. quæ incipit: *ex parte veſtra fuit nuper propoſitum &c.* & habetur *in nouiori magno Bullario Cherubini tom. 1. in conſtit. 1. eiuſdem Ioannis pag. 216.* & conſequenter, ſanctè, piè, & religioſè, noſtri maiores, & ab ipſis ſucceſſores admiſerunt, & per ſuas ſententias multoties declarauerunt, illos tales facinoroſos indignos eſſe immunitate Eccleſiæ, eáque eſſe priuatos; quapropter concludendum eſt ex praxi, & conſuetudine, & ex diſpoſitione forali canonizata ex indultis Apoſtolicis, eſſe admiſſam Gregorianam, quoad qualitates delictorum tantum; non verò quoad reliqua, & in aliis Regnis Coronæ, totáque Hiſpania ex praxi, quâ Tribunalia vtuntur ſaluo 59 60

meliori iudicio cui ſubjectus exiſto. Et quia poſt ſcripta D. Michaël Cortiada in luce medidit. 2 *tom. ſua praxis conſtent*, vbi *deciſ.* 119. contrarium docuit, compulſus fui iterum de ea agere in ſtatu, in quo ad meas manus peruenit, ſcilicet *infrà q.* 74. ad quam te remitto.

QVÆSTIO XXXVI.

Dubium contentionis ſi oriatur, & notoriè conſtet ad alteram ex Curiis pertinere, an ſit formanda competentia?

SVMMARIVM.

Modus terminandi contentiones in Regnis Aragonia ſtatutus fuit propter quietem publicam, & bonum commune. n. 1.

Lites, & jurgia euitare intereſt Reipublica, & bono publico. n. 2.

Contentio Iuriſdictionis an efformari debeat, ſi conſtat cauſam pertinere ad alteram ex Curiis contẽdentibus. n. 2. & ſeq.

Dubium alicuius rei aliud eſt ſpeculatiuum, & aliud practicum, & differunt inter ſe. n. 3. & 4.

Operans cum dubio practico, exequendo actum contra aliquod bonum, ad quod aliàs tenebatur, efficit actum malum. n. 3.

Dubium practicum alicuius rei, verſatur circa deliberationem efficiendi, vel effugiendi aliquid, & qui cum eo operatur malè agit. n. 4.

Dubium iuris eſt, quando ex ipſo iure oritur. num. 5.

Dubium facti dicitur, quando dubitatur, an aliquod ſit factum, necne. n. 5.

Dubium diuiditur inter negatiuum; quando nulla reperitur probatio, ex qua indicium efformari valeat, & in poſitiuum, quando ſcilicet ex vna, vel altera parte datur aliqualis probatio, & aliud iuris diſerti, ſed dubitabilis ex aliqua eſſentiali circunſtantia. n. 6. & ſeqq.

Competentia Iuriſdictionis inter Iudices non habet locum in caſu notorio, & claro. n. 9. & 10. *intellige vt. n.* 18.

Competentia Iuriſdictionis an ſilere debeat ex eo, quòd alter Iudex contendens dicat, eſſe notum ad ſe pertinere ſine aliquo dubio. n. 9. & ſequen.

Iudex ſi procedat in caſu in quo notoriè habet Iuriſdictionem, non datur locus formationi competentia. n. 10 *intellige vt* 18.

Competentia Iuriſdictionis non habet locum in caſu non admiſſibili, ſicut nec in notorio. num. 11.

Dubium de dubio ſi ſuboriatur, an locus ſit competentia, & tunc efformari debeat ſaltem circa talem articulum, ortum ex dubio probabili. n. 12.

Iudex ſi aſſerat ad ſe pertinere cognitionem cauſa, ſuper quam cadit contentio Iuriſdictionis, cum alio Iudice, non impedit formationem competentia. num. 13.

Competentia Iuriſdictionis ſemel declarata, non debet de nouo efformari, niſi ex aliquo diſſimili nouo incidente. num. 14.

Delictum ſi ſemel per ſententiam fuit purgatum, non datur locus, vt ex eodem iterum reus accuſari poſſit; ſi non ſuperueniat aliquod nouum incidens ſeparatum. n. 14.

Competentia Iuriſdictionis admitti debet, quoties datur aliquod dubium, etiam remotum, vel dubium de dubio. n. 15.

Iudex non tenetur formare competentiam, nec reſpondere litteris intimatoriis ipſius, in caſu notorio, & claro; tenetur tamen in ſua reſponſione ſpecificare cauſam, & motiuum. n. 18. & 21.

Competentiam Iuriſdictionis in quibus caſibus non teneatur efformare Iudex contendens, vide remiſſiuè. n. 16. & 17.

Caſus notorius impediens formationem competentia Iuriſdictionis quis dicatur. n. 18. & ſeq.

Epiſcopus poteſt ex cauſa, reuocare licentias ab eo datas pro audiendis confeſſionibus, nec tenetur eam renuntiare parti, ſed ſolum Sedi Apoſtolica. n. 19.

Iudex non tenetur renunciare ſuperiori motiuum, & cauſam, ex quibus ſententiam tulit. n. 20.

Epiſcopus eſt Iudex priuatiuus ad cognoſcendum de habilitatibus praſentatorum ad beneficia, ſeu Parochiales pro obtinenda collatione. n. 21.

Notorium alicuius rei, aliud eſt iuris, & aliud facti, & quodnam ipſorum ſit, vide. num. 23. & ſeq.

Notorium facti, non eſt tam euidens, ſicut notorium iuris. n. 24.

Notorium iuris vel facti, ſi clarè inducat, quod non ſit locus formationi competentia, non debet hac admitti. n. 25.

Dilationes, & expenſa euitari debeat in cauſis competentia Iuriſdictionis. n. 26.

CVm modus terminandi competentias Iuriſdictionum diſpoſitus in Regnis Coronæ Aragonum principaliter ſit ſtatutus ad euitanda ſcandala, & propter bonum commune, & quietem publicam (vt diximus 1

ximus *ſuprà quæſt.* 1. *num.* 15. & *quæſt.* 2. *num.* 20. *& ſeq.* aliiſque in pluribus) conſequenter valde vtile eſt, & ab omnibus procurandum quòd noua iurgia non ſuſcitentur, liteſque euitentur ex hoc namque certum eſt infinitas vtilitates pullulare; vt patet ex dictis *ſuprà in dicta quæſt.* 1. *à num.* 20. *cum ſeq.* ideóque in præſenti inquirendum eſt; an ſi dubium Contentionis oriatur; conſtet tamen ex ipſa qualitate cauſæ, ad alteram ex curiis contendentibus pertinere, detur locus illius formationi.

3 Et vt ad deciſionem conciſè, & clarè deuenire poſſimus, ſupponendum eſt, quòd dubium conſiderari poteſt ex variis modis; nam aliud eſt ſpeculatiuum quod reſpicit obiectum, ad quod tendit dubitatio, eiuſque veritas deſumenda venit in ordine ad rem ipſam, an ſit, vel non.

4 Aliud enim dubium dicitur practicum; & hoc verſatur circa deliberationem committendi, vel effugiendi aliquid; & tunc ſi operatur aliquis cum dubio practico boni ad quod tenebatur, efficit actum illicitum, de quo videre poteris, Vaſquez *tom.* 2. *in* 3. *p. q.* 66. *art.* 9. *diſp.* 146. *cap.* 3. *num.* 20. Ioann. Sanchez qui plures allegat *in ſelect. moral. diſp.* 42. *à num.* 1. *cum ſequen.*

5 Præterea aliud eſt dubium iuris quando videlicet, dubitatur in iure; aliud præterea datur dubium in facto; & tunc erit quando, ſcilicet, ſit aliquid factum necne, & ita has tres diſtinctiones (licèt in materia ſacramentorum) tradunt Vaſquez, quem refert, & ſequitur Dicaſtillo *de ſacrament. tom.* 1. *tract.* 2. *de de Baptiſ. diſp.* 1. *dubio* 7. *num.* 165. & *dubio* 9. *num.* 216. *cum ſeq.* Portoles *in reſponſis moral. p.* 1. *cap.* 27 *num.* 1. *& ſeq.*
6 & alij plures; ſed Coninch. *de ſacram. & cenſur. quæſt.* 66. *art.* 9. *dubio* 1. *num.* 90. & Quintanadueñas *in ſuis ſingularibus Theologicis, ſing.* 1 *num.* 10. tradunt dubium poſſe conſiderari tripliciter aliud negatiuum, vel facti, vt ſi nulla reperiatur probatio, licèt aliàs non inferatur iudicium concludens, ex quo oriri po-
7 teſt aliqualis dubitatio: ſecundum eſt poſitiuum, & hoc erit, ſi ex vna, & altera parte reperiantur æquales coniecturæ, ſed neutra earum concludens, vel moraliter certa.

8 Tertium eſt, iuris diſerti, vel indubitati, & hoc erit, ſi non dubitatur, de ſubſtantia, & effectu actûs, ſed de aliquibus circunſtantiis eſſentialibus ad validitatem, & perfectionem illius, de quo videre poteris Caſtrum Palao *in opere morali, tom.* 4. *tract.* 19. *diſp. vnica punct.* 13. *n.* 4. quæ omnia *ſuperiùs* annotata colligere poteris ex his, quæ lato calamo dixi *in meo foro conſcientiæ* ſiue *Paſtorali interno p.* 2. *tract. vnico, q.* 3. *n.* 2. *cum pluribus ſeq.*

Quibus ſic conſtitutis inquirendum, 9
& videndum eſt, an ſi in formatione competentiæ Iuriſdictionis inter Iudices exortæ, nõ reperiatur aliquod ex prædictis dubiis, & alter Iudicum contendentium dicat, non teneri reſpondere Iudici formanti competentiam, quia dubio caret, & conſequenter dicendo ad ſe indiſtinctè pertinere cognitionem, quæ motiuum dubitandi offerebat, poſſit ad vlteriora procedere, ſileréque contentionem taliter, quòd arbitri, & Cancellarius in ſuis caſibus nequeant 10
declarare; nam (vt diximus *ſuprà q.* 2. *n.* 13.) ſi non ſit dubius caſus, ſuprà quem cadit contentio, ſed notorius & clarus, pro vna, vel altera Iuriſdictione; tunc opus non eſſe formare contentionem, & conſequenter, quòd ſecluſis aliquibus ſpeciebus dubiorum prædictorum, competentia non veniat efformanda: præcipuè in noſtro Regno Aragoniæ, vbi non formatur ſupra ipſo dubio quidquid ſit in aliis Coronæ vt dicemus *infrà quæſt.* 39. *&* 47. *& quæſt.* 50. Nam quando Iudex procedit in caſu, in quo Iuriſdictionem claram, & notoriam habet, in Aragonia nullatenus formatur, ſed procedere poteſt ad vlteriora cauſæ, eodem prorſus modo, ac ſi formata non eſſet, ex traditis à Regente Seſſe *in tract. de inhibit. cap.* 9. §. 2. *à n.* 7. & Sucho *conſ.* 12. *n.* 23. *cent.* 1.

Sicut & etiam in caſu non admiſſibili, 11
vt plura cumulans docet ipſe Seſſe *vbi proximè*, & dicemus *infrà quæſt.* 50. & conſequenter ceſſante aliquo ex prædictis dubiis, competentia efformari non debet, ſed omninò ceſſare.

Dicendum igitur eſt, quòd ſi quoquo 12
modo dubium ſuboriatur, etiamſi ſit dubium de dubio circa principale obiectũ in noſtro Regno competentia admittẽda eſt, nec opus eſſe contendere de dubio à principali reſultante; licèt aliter procedat in aliis Regnis Coronæ; vt apparebit ex *infrà* dicendis, & aduertunt Ferrer. 3. *part. obſeru. c.* 172. *in verſ. & dicti Arbitri &c.* per hæc verba: *Et dicti Arbitri ne dum eligantur, ſi ſit dubium ſuper notorietate Iuriſdictionis, ſed etiam quando fuerit dubium, ſi dubium factum*

per Curiam Eccleſiaſticam ſit probabile, necne, quia tunc in iſto dubio debent eligi Arbitri &c. Fontanella *decıſ.* 113. *à num.* 9. *cum ſeq.* D. Laurentius Matthæu *de regim. Regni Valentiæ tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *à n.* 51. *& ſeq.* Cancer *tom.* 3. *variarum cap.* 10. *à num.* 70. Latiſſimè Cortiada *in ſuis deciſionibus Cancellarij, & ſacri ſenatus Cathaloniæ tom.* 1. *deciſ.* 12. *à n.* 40. *cum pluribus ſeqq.* qui multa cumulat ad intentum. Optimè noſter Purtoles *in ſcholiis ad forum 6. ſub tit. de la competencia de juriſdicion n.* 3. *&* 4. Ramirez *de lege Regia* §. 2. *n.* 13. vbi alios allegat.

13 Et rationem adducit Fontanella *vbi proximè*, à quo mutuauit Matthæu *vbi ſuprà*, & ab eis Cortiada *in d. deciſ.* 15. *num.* 12. *& ſeq.* Videlicet, quia nihil intereſt, quòd Iudex dicat, ſe non dubitare, ſi alij dubitant, aliàs nunquam formaretur contentio; ſemper etenim vna, vel altera pars diceret carere dubio, & eſſe caſum indubitabilem (ſaltem quoad ſe) ad effectum, quòd talis cognitio ad ipſum pertineat; hoc enim abſolutè, & indiſtinctè non eſt admiſſibile.

14 Quod quidem probari poteſt *ſequenti conſideratione*; nam ſi ſemel pro vno delicto, vel cauſa contentio fuit iam formata, & declarata, vel delictum purgatum per ſententiam, non debet de nouo formari, aut reus accuſari ex eiſdem numericè cauſis, & delictis; niſi aliquale dubium circa factum de nouo ſuperueniſſet, vt aliàs ab alio tertio *ibidem* non contendente, formaretur; tunc & enim non poteſt dici caſus notorius, & clarus, ſed dubius ex ſuperuenientibus circunſtantiis: hócque colligi poteſt, ex foro, *otroſi 6. ſub tit. de Compet. Iuriſdict.* & ex latè traditis à Portoles *in ſcholiis ad eundem forum num.* 8. & ex his, quæ congerit Cortiada *vbi ſuprà in d. deciſ.* 12. *à num.* 71. *cum ſeq.* Ergo quoties dubium reperitur (etiamſi ſit remotum) tam ex facto, quàm ex iure, competentia locum habet, quamvis reſultet ex dubio de dubio, oppoſito ab vno ex Iudicibus contendentibus, vel aliis tertiis.

15 At verò ſi competentia formaretur in caſu notorio, & claro non tenebitur reſpondere Iudex in noſtro Regno, ad quem litteræ inhibitoriæ cum nominatione Arbitri intimabuntur, licèt aliàs
16 erit adſtrictus renunciare, & notificare cauſam, & motiuum notorium, propter quam vel quod non tenetur competentiam formare; vt iudex à quo litteræ inhibitoriæ fuerunt expeditæ certior fiat de notorietate; vt aduertunt noſtri Practici, Bardaxi *in commentariis ad forum* 1. *num.* 17. *pagin.* 317. & clariùs *ad forum* 3. *verſ. item in proceſſu apprehenſionis, in fine pag.* 318. *col.* 4. *ſub tit. de competen. Iuriſdict.* Michaël Ferrer *in praxi, & methodo proceſſus competentiæ*, & conducunt quæ latè docet Felinus *in cap. cùm ordinem, num.* 14. *de reſcriptis.*

Quod quidem colligi videtur ex *dicto* 17
foro 3. *ſub tit. de Compet. Iuriſdict.* ibi. *En los caſos que fuere obligado reſponder, &c.* vbi latè Portoles *à num.* 2. & *ibidem in ſequentibus numeris*, congerit, & explanat caſus, in quibus non debeat competentia formari; & probant Ramirez *de lege regia* §. 2. *num.* 13. copioſè Seſſe *in tract. de inhibit. cap.* 9. §. 2. *à num.* 14. *vſque ad* 25. & ab eis Cortiada, *vbi ſuprà in dicto tom.* 1. *deciſ.* 15. *numero* 12. *& ſeq.*

Sed contrà hanc praxim opponi po- 18
teſt, quod aliàs diximus *in noſtro Paſtorali regular. p.* 2. *quæſt.* 19. *num.* 16. vbi reſoluimus, quòd ſi Epiſcopus reuocauerit licentiam, alicui datam ab eo ad audiendas fidelium Confeſſiones, non tenetur renunciare parti aut cuilibet alij cauſam, propter quam talem reuocationem efficit, ſed tantùm ſedi Apoſtolicæ, ſi illam aperiri poſtulauerit.

Quod idem videtur locum habere 19
in præſentato ab habente patronatum, vel ius præſentandi tam in beneficiis, aut capellaniis, quàm in Parochialibus; nam ſi Epiſcopus ipſos non admittat, & iuſta ſubſiſtente cauſa, ei bene viſa, ex qua deneget collationem, non tenebitur illam edicere partibus.

Sicut & etiam nec Iudex tenebitur 20
denunciare, ſeu propalare ſuperiori motiuum, & cauſam, ex quibus ſententiam tulit; vt patet ex authentica, vt Iudices non expectent ſacras juſſiones. §. 1. *collat.* 9. Ergo ſimiliter dicendum videtur, non eſſe neceſſarium, nec eſſentiale, quòd Iudici firmanti contentionem renuncietur in litteris reſponſiuis motiuum, & fundamentum, ex quibus non debebat formare contentionem, & conſequenter, quòd ſine tali ſolemnitate, & propalatione poterit procedere ad vlteriora in cauſa, quæ anſam dedit ad illam efformandam.

His tamen non obſtantibus receden- 21
dum non eſt *à ſuprà dicta* reſolutione, & proximè dictis obiectionibus facilis eſt ſolutio; nam longa datur differentia de

noſtro

noſtro caſu ad Epiſcopum; iſte namque de iure eſt Iudex priuatiuus ad cognoſceodum de requiſitis ad audiendas confeſſiones,de habilitate, & aliis an ſit præſentatus, vel nominatus ad beneficium,vel ad Parrochialem ſit idoneus,& habilis,vel ſi habeat aliquod impedimẽtum caoonicum,ex quo ſit indignus beneficio; & ideò de per ſe poteſt operari, & conſequenter non teoetur cuilibet priuato cauſam renunciare; cùm huic non auferatur, quòd ſi Iudicet grauamen,Epiſcopum ei intuliſſe, poſſit per appellationem ad ſuperiorem recurrere;& tunc inſtificabitur motiuum, an ſir, vel non legitimũ ex quo reparari poteſt; at verò in cootentionibus cùm Iudex, cui reſcribitur, non ſit priuatiuus ad effectum decidendi, an ei pertineat,vel non,iuriſdictio;exindè eſt,quod cùm io Aragonia noo formetur contentio dubij de dubio, conſeotaneum eſt rationi, vt cauſa propaletur in litteris reſponſiuis, ex qua conſtet de claritate motiui; vt oon teneatur ad arbitros,vel Caocellarium recutrere tauquam ad vnicos Iudices depotatos à lege, ad declaranda dubia cooteotionum;quæ quidem ſi oon reperiantur, non debet retardari proceſſus .per hoc medium non dubitabile. Prætereà reſpondetur, quòd cùm in noſtro Regno tam per diſpoſitionem foralem *in dicto foro 3.ſub tit. de compet. Iuriſdict.* quàm per praxim vniformiter obſeruatam ita cautum,& exequutum reperiatur, noo debemus ab ea recedere, nam in caſibus ootoriis, qui oullâ tergiuerſatione celari poſſunt, debet ſilere cooteotio, nec Iudex tenetur, eam formare adhuc in dubio de dubio; vt latè docent Seſſe, Ramirez,Portoles, Batdaxi, & omnes noſtri practici in locis *proximè citatis.*

22 In cæteris autem Regnis Coronæ admittitur,& firmatur conteotio circa dubium de dubio; vt patet *ex pragmatica Catholonia* 4. §.2. *ſub tit. de content. Iuriſdict.* & latiſſimè plura cumulans tradit Cortiada *vbi ſuprà in d.deciſ.* 15. *à n.* 7. *cum pluribus ſequin.* & pro Regno Valentiæ D. Laurentius Mathæu *to.* 2. *de regimine Regni Valentia cap.* 7.§. 1.*ſect.*2, *à n.*50.& pro Sardinia regens Vico *lib.*2. *tit.* 51. *n.* 21. & dicemus *infrà quaſt.* 39.

23 Pro corooide huius quæſtionis notandnm eſt, quòd cùm *ſuprà* dixerimus, non eſſe formandam contentionem in caſu notorio, & manifeſto occurrente, inquirendum iudico, quomodo intelligatur illud notorium, & manifeſtum quod impediat formationem competentiæ cùm præter caſus relatos à Portoles *vbi ſuprà in ſcholiis ad dict. forum* 3.*ſub tit. de compet. Iuriſdic. n.* 4.*& ſeq.* alij plnres eueuire poterunt; ideò neceſſarium iudicaui hanc annotatiooem apponere.

Et pro reſolutione ſupponendum eſt 24
biformiter conſiderari notorium; aliud namque eſt iuris, & alind facti; notorium iuris dicitur, quando reſultat probatio indubitata; euidens, & maoifeſta oriens concludeoter, aut ex ipſo iure, vel ex ipſo facto, taliter, quòd nullâ egeat diſcuſſione, & hoc propriè dicitur notorium iuris; at verò notorium facti; licèt debeat oriri, & pro eius ſubſtantia requiratur, quòd adſit probatio indubitata facti cootinui, vel interpolati; non tameo erit tam propriè notorium, ſicut & eſt notorium iuris; erit tameo perfectè notorium, ſi res fuerit manifeſtè exhibita oculis, & intellectui videntis, & intelligeotis,ita vt nullâ tergiuerſatione celari poſſit voiuerſo populo,vel maiori ipſius parti, vt cum Maſcardo *de probationibus concluſ.* 1106. *n.* 3. *&* 4. Barboſ. *in paſtoral. p.* 3. *allegat.* 106. *n.* 22.*&* 24. cum aliis dixi *in meo foro conſcientia*, ſiue *paſtorali interno p.* 1. *q.* 2. *n.* 11. *pag.* 8.

Quibus ſic ſuppoſitis diceodum eſt, quòd ſi quilibet modus dubij ex *proximè* relatis reperiatur, tam reſpectu iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, quàm ſecularis, non tenebitur Iudex formare competentiam in tali caſu claro, cum non ſit tale dubium ſufficiens ad illam formandam; licèt aliàs erit adſtricta Curia declarare, & renunciare notorietatem motiui, & cauſæ,propter quod, vel quam non format contentionem, quæ cùm io Aragonia non admittatur pro dubio de dubio, ſi res ſit nota, clara & manifeſta,non indigens aliqua probatione, quæ tergiuerſatione celari poſſit,non eſt opus anſam dare dilationibus & expenſis, quibus partes vexarentur pro formando dubio de dubio,quod quidem ſummoperè noſtri maiores vitare voluerunt quærendo hoc medium tam ſalubre, per quod conteotiones Iuriſdictionis declararentur in cauſis merè dubiis, non verò in notoriis, vt ſæpé diximus *ſuprà in hoc tract. q.* 1. *&* 2. & *in aliis pluribus* & patet ex coogeſtis per noſtros practicos *ſuperiùs* allegatos, & magis in ſpecie ex Matthæu *in dict. tract. de regim. Regni Valentia to.* 2. *cap.* 7. §. 1. *à num* 50. *vſque ad* 53. & Cortiada *in d. deciſ.* 15. Quæ

omnia in cæteris Regnis Coronæ quomodò procedant, dicemus *infrà q.* 39.

QVÆSTIO XXXVII.

Contentione pendente, an ſuſpendi debeant procedimenta,& proceſſus Curiarum.

SVMMARIVM.

Proceſſus & inſtantia pendentes ſuſpendi debent, donec contentio iuriſdictionis non ſit declarata. n. 1. & ſeq.

Pendente contentione Iuriſdictionis coram Iudice competentiarum, omnes proceſſus, & procedimenta Iudicum contendentium ſilere debent, in omnibus Regnis Hiſpania.n. 2. & ſeq.

Quod procedit etiam de iure communi. n. 6.

*Articulus contentionis Iuriſdictionum, intra Iudices exortus, eſt prajudicialis, & ideò ante declarationem, non eſt procedendum ad vlteriora cauſa. n.*7.

*Articulus prajudicialis cauſa pendentis, priùs declarari debet, & interim ad vlteriora non eſt procedendum. n.*7.

Contentio iuriſdictionis aquiparatur appellationi ad effectum ſuſpendendi inſtantiam, vſque dum illa declarata fuerit. num. 8.

Appellatione, aut contentione Iuriſdictionis pendente, nihil in cauſa innouari poteſt. num. 8.

Praxis, & modus declarandi contentiones Iuriſdictionis in Regnis Corona Aragonum fuit introductus propter bonum commune. n. 9.

Contentio iuriſdictionis formari non poteſt niſi in caſibus dubiis n. 10.

Iudex antequam in cauſa procedat, certus debet eſſe de ſua Iuriſdictione, aliàs aget, vt priuatus.n. 11.

Curia an poſſint recipere ſummarias informationes de delicto ad ipſarum instructionem, dum inter eas pendet competentia Iuriſdictionis.n. 12.

*Et reſoluitur negatiuè n.*13.*&* ſeq. *& ſi effecerint, poterunt partes ſe tueri remedio attentatorum.n.* 25.

Verba legis generalia comprahendunt generaliter omnia. n. 14.

Verba legis ſemper accipienda ſunt in potiori ſignificato.n. 15.

Dubia verba intelligenda ſunt in potiori ſignificato.n. 16.

Attentat Iudex ſi pendente contentione Iuriſdictionis, aliquid innouauerit, eodem modo ſicut pendente appellatione. n. 17.

Argumentum valet de appellatione ad contentionem Iuriſdictionis, quoad attentata, ſi illis pendentibus aliquid innouetur. num. 18.

Appellatione pendente nihil eſt innouandum, ſicut nec contentione Iuriſdictionis pendente.n. 18.

Informatio ſummaria Iudicis pro ſuo animo inſtruendo, non eſt actus iudicialis. n. 19. & 20.

Iudex poteſt attentare iudicialiter, & extrajudicialiter; primo modo eſt ipſo iure nullum, non verò ſi extrajudicialiter agat, vt perſona priuata; nam tunc venit annullandum.n. 22.

Curia collectiuè ſumpta, ſi procedat ad aliquos actus, tam judiciales, quàm extrajudiciales, ſemper procedit, vt Iudex, non autem vt aliquis particularis. n. 24.

Curia, idem eſt, quod collegium, cui de iure pertinet iudicare. n. 24.

Remedium attentatorum eſt partibus fauorabile.n. 25.

HVius quæſtionis deciſio quo quo- 1
modo ſumatur, expreſsè deciſa reperitur in noſtro Regno, *in foro* 1. *in fine ſub tit. de la compet. de las Iuriſdiciones*, ibi *Place empero à ſu Mageſtad, y à la dicha Corte, que pendente el examen, y conocimiento de la competencia, y durante el tiempo para el conocimiento de ella eſtatuido ſegun el preſente fuero, los proceſſos inchoados ante qualquiere de los juez es contendientes, ſi al tiempo de la contencion ſeran commençados, ſean ſuſpenſos, y ſi començados no ſeran, no puedan ſer inchoados, ni hechos, haſta en tanto que la dicha duda ſobre la dicha competencia ſea determinada, &c.*

Ex qua clauſula liquidò patet, quod 2
pendente contentione, ſilere, & ſuſpendi debent omnes inſtantiæ, proceſſus, & procedimenta cauſæ, & ita concludunt noſtri practici, Portoles *in coment. ad dictum forum* 1. *n.* 60. *& in ſequentibus* aliquas illationes deducit in praxi vtiles, idem Portoles *in verbo: Apprahenſio* §. 3. *n.* 66. & 73. vbi plures alios allegat, & dixi *in meo Paſtorali Regular.p.*1. *clauſ.*10. *n.* 3. Regens Seſſe *de inhibit. cap.* 5. §. 8. *n.* 13. Quæ quidem concluſio in noſtro Regno Aragoniæ, ſine dubio, ab omnibus admiſſa reperitur.

Sicut & etiam inoffenſo pede procedit 3
in Cathalonia ex expreſſa diſpoſitione concordiæ D.Reginæ Eleonoræ,& Cardinalis Conuenarum *verſ. entretant.* vt habetur

haberur *in prag.1. de content. Iuriſdic.* & patet *ex conſt. 2. de content. Iuriſdic.* quæ incipit *Cùm ſit ordinat.&c.*& eſt *in cap.31.* & latè tradunt Cancer *variar. reſolut. p. 3. cap. 10. n. 59.* & ſeq. & alios allegans Fontanella *de pact. nuptialibus p. 1. clauſ. 3. gloſ. 2. n. 56. & deciſ. 256. n. 4. tom. 1. & deciſ. 313. n. 10. to. 2.* Peguera *in praxi cap. 26. ſub tit. quando immunitas Eccleſia allegatur n. 7. verſ. item quæro; vtrum firmat a contentione &c. pag.*mihi 159. Oliua *de iure Fiſci cap. 14. n. 84. & 86.* & Ferrer. *p. 3. obſeruat. cap. 179. verſ. certum eſt &c.*& *cap. 180. verſ. an hodie &c.* in aliis pluribus locis idem affirmat.

4 Eodem prorſus modo procedit in Regno Valentiæ; vt aſſerit Cerdan, *de la viſita de la Carcel, cap. 5. n. 17.*& Laurentius Matthæu *de regimine Regni Valentiæ to. 2. cap. 7. §. 1 num. 119. in fine & n. 137. pag. 77.*

5 Nec minùs in Regno Sardiniæ obſeruarum reperitur reſte Don Fran. Vico *ad prag. Regni lib. 2. tit. 51. num. 38. in margine, & in locis communibus n. 9.* Quæ eadem praxis, non ſolùm in Regnis noſtræ Coronæ ſtylata reperitur; ſed & etiam exequuta in Regnis Caſtellæ, vt cum Valanzuela Velazquez *conſ. 42. n. 14.* & Narbona *in l. 20. tit 4. lib. 1. recopil. gloſ. 22. n. 10.* tradit Gabriel de Pareja, & Queſada *to. 1. de vniuerſa inſtrument. edit. tit. 2. reſol. 2. in principio n. 1.& ſeq.* vbi adducit expreſſam diſpoſitionem nouiſſimæ recopilarionis. *lib 4. poſt tit. 1. verſ. quando ſe procede &c.* & ita cauetur. *Y formada, ſe ha de ſobreſeer por ambas juſticias, y no ſe puede hazer nouedad, &c.* & ibidem ipſe Pareja latè agit de hoc art. & ibidem allegat noſtros Practicos Aragoniæ, & Carhaloniæ.

6 Quæ quidem omnia, non ſolùm locum habent, in Regnis Coronæ Aragonum, & Caſtellæ, ſed & etiam procedit de iure communi, in quo notoriè deciſum reperitur *in cap. Paſtoralis 14. & in cap. cum contingat 24. de reſcriptis*, & magis in ſpecie *in cap. ſi Iudex Laïcus 12. §. non ſic, in fine, de ſententia excommunicationis in ſexto ibi; Contra eum tamen interim quis proceſſus Iudicis penitus conquieſcat &c.* vbi gloſſa verbo, *interim*, & verbo *proceſſus*; & tradunt Salgado *de ſupplic. ad Sanct. p. 2. cap. 20. n. 58.* Barboſa *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico, lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 28. verſ. interim.* Guazin. *de defenſione reorum, defen. 1. cap. 3. n. 4. & defen. 20. cap. 8. n. 2.* Delbene *de immunitate Eccleſiarum tom. 1. cap. 4. dibit. 29. n. 26.* Tondutus *de præuent. iudiciali, cap. 31. n. 9. & cap. 41. n. 28.* & alij plures penes ipſos, & in terminis conſeruatorum dixi *in meo Paſtorali regularium. p. 1. clauſ. 10. num. 29.*& me citaro cum aliis nouiſſimè D. Michaël Cortiada *in praxi contentionum tom. 1. deciſ. 34. num 46. vſque in finem.*

7 Ratio autem deſumitur *ex dicta gloſ. in verbo interim*; quia cum hoc iudicium ſit præjudiciale, diſcuti debet priùs, quis Iudicum contendentium habeat Iuriſdictionem, iſte namque articulus, tanquam præjudicialis, primitùs declarandus eſt, & ad illos non eſt procedendum. Noſter Seſſe *deciſ. 128. num. 23. & 24.* latè Larea *deciſ. 8. n. 17. & ſeq.* Salgado *de regia protectione p. 2. cap. fin. & de ſupplicat. ad Sanctiſſ p. 1. cap. 11. num. 73.* Pareja *de inſtrument. Editione tit. 2. reſol. 6. n. 1.* & alij plures.

8 Secundò, quia datur æquiparatio de appellatione ad conrentionem, vt docent Ceballus *de cognitione per viam violentiæ, quæſt. 80.* Fontanella *deciſ. 313. n. 20. & 27. ac 28. p. 2.* Matthæu *de regim. Regni Valentiæ to. 2. cap. 7. §. 1. n. 142. in fine*; exinde ſequitur, quòd ſicut appellatione pendente, nihil eſt innouandum, *l. 1. § penultimo*, & ferè *per totum titulum ff nihil nouari appellatione pendente, l. Imperator de muneribus, & honoribus cum vulgatis*, Lancelot. *de attentat. p. 2. c. 12.* noſter Suel. *in ſua cent. to. 1. conſ. 48. n. 5.* Portius *de manuten. obſer. 8. n. 53. & ſeq.* Barboſa *in collectaneis ad tex. in cap. finali n. 27. de appellat.* & concludunt communiter DD. ita etiam, neque pendente conrentione, aliquid innouandum eſt. Hæc, & alia pro confirmarione videre poteris, penes Cancer *variarum reſolut. p. 3. cap. 10. n. 64.* vbi notat ita in praxi obſeruari, & ad idem Tondutus *de præuentione iudiciali p. 2. cap. 31. n. 9.* latè Pareja *to. 1. de inſtrumentorum editione tit. 2. reſolut. 6. n. 1. cum ſeq.* larè Cortiada *in praxi contentionum to. 1. deciſ. 22. à n. 1. cum ſeq.*

9 Quibus addi poteſt, quia cum hoc medium declarandi contentiones iuriſdictionum introductum fuerit in noſtris Regnis Coronæ, & ferè per totum Orbem, propter bonum commune, & quietem publicam, vt lites terminarentur, & partes expenſis non vexarentur; vt diximus *ſuprà quæſt. 1. n. 15. & quæſt. 2. n. 20. & ſeq.* ac in pluribus locis huius Tractatûs; infertur exinde, quòd ſi dum pendet declaratio contentionis, alij proceſ-

ſus,

ſus, & inſtantiæ non ſilerent, non conſequeretur finis; & ideò iuſtiſſimâ ratione ſtabilitum, & ſtylatum reperitur; ne procedi poſſit ad aliquos actus, & inſtantias pendente contentione, niſi ad illas tantùm, quæ in ipſa fieri poſſunt.

10 Tum & etiam, quia certum eſt, con-
tentionem nullatenùs formari poſſe,
niſi in caſibus dubiis; non verò in no-
toriis & claris; vt diximus *ſuprà quæſt.* 2.
n. 13. & latè *in quæſt. antecedente*, & plu-
ra cumulans tradit Cortiada *vbi ſuprà*
11 *decis.* 15. Sed ſic eſt, quòd vt Iudex pro-
cedere poſſit in cauſa, & actus iudicia-
les exercere, debet certus eſſe de ſua
iuriſdictione, aliàs aget tanquam priua-
tus, vt cum Valanzuela *conſ.* 48. *n.* 39.
& conſ. 52. *num.* 12. *tom. primo* & Salgado
de ſupplicat. & retent. Bullarum p. 2. *c.* 26.
num. 84. & Caualerium *decis.* 645. *n.* 1. &
Rotam *in meis recolec. Peña tom.* 1. *de-
ciſ.* 416. *num.* 3. *& Recentiorum tom.* 2.
deciſ. 214. *num.* 2. dixi *in meo Paſtorali
regul. p.* 1. *clauſ.* 5. *num.* 34. ergo dum non
declararetur dubium; ex quo exorta
fuit contentio, non poſſunt Iudices con-
tendentes certi exiſtere de ſua iuriſdi-
ctione, & conſequenter, nec ad vlte-
riora procedere, ante declarationem
contentionis per Iudicem legitimum
factam.

12 Et ex *ſuprà* dictis deducitur, optimè Cortiadam *in dicta deciſ.* 22. *à num.* 19. *cum ſeq.* reprobare D. Laurentium Matthæu, qui *in tom.* 2. *de regim. Regni Valentiæ cap.* 7. §. 1. *à num.* 138. ſcripſit; quòd, pendente contentione iuriſdictionis ſub repetitione Clerici, poſſunt Curiæ ſummarias informationes de delicto recipere ad earum inſtructionem.

13 Enim verò, ſuæ reſolutioni, iura, & rationes ſuperiùs adductæ expreſsè repugnant, & contradicunt, & patet manifeſtè ex *Prag. Regnorum tom.* 2. *tit.* 51. *num.* 12. vbi ita habetur. *Interim verò proceſſus, qui facti fuerint abſque vniuscuiuſque partis præiudicio ſuſpendantur, & ſi facti non fuerint, non fiant, quouſque dictum dubium non fuerit terminatum, &c.* & hoc idem fuit ſtabilitũ in Curiis habitis per D Regem Alphonſum IV. & S. Cucufat XI. Septembris 1418. prout habetur in prædictis *prag. num.* 21. *in fine* per hæc verba. *Aliter factus proceſſus ſit nullus, ipſo iure &c. & ibidem num.* 28. Rex Ferdinandus iubet, vt id ita ſeruetur. Et in Curiis celebratis Montiſone de anno 1553. per Regem noſtrum Philippum II. *cap.* 31. aliàs 2. *& in prag. Regni n.* 38. ſic habetur. *Pendiente la contencion de Iuriſdicion entre las corte Eccleſiaſtica, y ſeglar, no ſe han de hazer coſa nueua preſentada la carta de la contencion, aunque fuere por la eſtrechura de las Carceles, y ſi hiziere otro, que el Canceller, antes de declarar la contencion, aya de reuocar todo lo que hantes ſe hauia innouado, &c.*

Vnde colligitur, quod cum prædi- 14
ctæ diſpoſitiones generaliter, & ſine aliqua reſtrictione loquantur, ponderando verba illa, *no ſe han de hazer coſa nueua, &c.* generaliter ad omnia procedimenta, tam ad plenarias, quam ad ſummarias informationes iudiciales, vel extra iudiciales, ſunt extendenda; & licèt hoc expreſsè in dictis legibus non caueatur; in ipſa tamen generalitate continetur, & conſideratur, ac ſi eſſet expreſſum iuxta *text. in l. finali ff. quod cum eo*, & communiter DD. *in l.* 1. *ff. de vulg. & pupillari ſubſtitutione*, latè Tiraquellus *in tract. de retractu Lignagier* §. 1. *gloſ.* 2. *à num.* 102. cum ſeq. & conducunt, quæ tradit Farinacius *in ſuis conſiliis tom.* 1. *conſ.* 30. *num.* 216. *verſ. nam & illud &c.*

Et cum lex ſemper in potiori ſignifi- 15
catione ſit accipienda, *ex regula textus
in l. quæritur, ff. de ſtatu hominum, & in
lege non aliter, ff. de legatis* 3. Surdus
conſ. 278. *num.* 27. *& deciſ.* 283. *num.* 5. ſe-
quitur exinde, quod ſuppoſito decreto,
& diſpoſitione, quòd formata conten-
tione, ad vlteriora procedi non poſſit,
intelligi debet, & etiam in ſummariis
informationibus, quæ quidẽ in genera-
li prohibitione comprehenſæ erunt: ver- 16
ba enim dubia in potiori ſignificato acci-
pienda ſunt *cap. penultimo de ſententia
excommunicationis, l.* 1. §. *ſi is, qui Nauem,
ff. de exercit. act.* §. *quod ius quidem ciuile in
fine inſt. de iure naturali, gentium, & ciuili*,
& conſequenter dicendum eſt, quod
etiam, dato, quod prædicta verba, du-
bia viderentur attamen in potiori ſigni-
ficatu intelligenda venirent, & exinde
diſpoſitionem extendendam eſſe ad om-
nia procedimenta, etiam ſummariiſſi-
ma.

Prætereà ipſemet Don Laurentius 17
Mattheu, *vbi ſupra in dicto cap.* 7. §. 1. *num.* 142. *in fine*, fatetur (prout etiam diximus *ſuprà num.* 8) pari paſſu procedere appellationem quoad effectum ſuſpendendi omnia procedimenta, ſicut contentionem, ibi *cum propoſita appellatione pariter attentari dicatur ſicuti quando contentio*

contentio pendet &c. & tradit Ceballos *de cognitione per viam violentia quaſi* 80. Ergo ſi Mathæu æquiparat contentionẽ cum appellatione ad effectum nihil innouandi ipſa pendente, non debet admittere aliquas informationes ſummarias ſicut nec in appellatione admittuntur.

18 Taliter, quod valet argumentum quoad attentata, de contentione ad appellationem, ſi aliquid innouetur, & hoc argumento vtitur Fontanella *deciſ.* 313. *num.* 12. *& ſeq.* Sed nemo dubitat, quòd appellatione pendente, nihil quomodolibet innouari poteſt, *l.* 1. §. *penul.* & ferè *per totum tit. nihil innouari appellatione pendente l. Imperator* §. 1. *ff. de appellat.* cum aliis pluribus: & ita docent Noſter Suelves *in ſua centuria conſ.* 48. *n.* 5. Poſtius *de manut. obſer.* 8. *n.* 53. *& ſeq.* Cancer *p.* 3. *variarum cap.* 19. *n.* 45. Fontanella *de pactis nuptialibus tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 10. *p.* 1. *num.* 68. *& ſeq.* & alij plures penes Barboſam *in collect. ad text. in cap. finali n.* 27. *de appellationibus*: Ergo nec contentione pendente admitti debet.

19 Nec effugium aliquod poteſt habere Mathæu, ex eo, quòd informatio Curiæ non ſit actus iudicialis, cum extra, & antea iudicium fieri poſſit, & conſequen-
20 ter non inducere attentata; Quia reſpondetur, curiam illam informationem non facere tamquam perſonam priuatam cum poteſtate, aut authoritate particulari pro ſe tantum informanda: Sed authoritate publica, quam exercet; quod quidem prohibitum reperitur, tam ex diſpoſitionibus particularibus noſtrorum Regnorum Coronæ Aragonum, & Caſtellæ, quàm iuris communis, *in dicto cap. ſi Iudex Laicus de ſententia excommunicationis in 6.* Ergo non poterit curia talem informationem efficere.

21 Hócque probari poteſt, ex his, quæ tradit Lancelot. *de attentatis p.* 1. *cap.* 2. vbi *n.* 4. *& ſeq.* valde concludit ad propoſitum, præcipuè *n.* 9. & ideò libet eius verba tranſcribere, vt efformetur argumentum; qui *n.* 4. ita ait. *Et eſt aduertendum, quòd ſicut à Iudice dupliciter procedi, & dupliciter ab eo appellari poteſt; ita etiam*
22 *dupliciter poteſt dici, quod per illum attentetur. Quandoque enim Iudex iudicialiter procedit; quandoque verò non procedit vt Iudex & extraiudicialiter; vt pars & perſona priuata; vt declarat Francus, in cap. dilectis n.* 2. *in vltimo notabili, & cap. bona, n.* 43. *verſ. decima concluſio de appellat. &*
eſt differentia, quia ſecundùm opinionem 23
Anto. in cap. dilectis de appellat. quem refert Francus dicto n. 43. *Iudex poſt appellationem interpoſitam ab eo extrajudicialiter procedente aliquid attentet, tale attentatum non dicitur eſſe ipſo iure nullum, ſed annullandum, inter quæ (vt notum eſt) multùm intereſt; ſecus ſi attentet poſt appellationem interpoſitam ab eo, iudicialiter procedente, quia tunc eſt ipſo iure nullum &c* Hæc Lancelot, vbi in ſequentibus numeris plura refert, ad intentum conducentia, & ex eius doctrina colligitur, quòd cum Mathæu loquatur de curiis, vt poſſint extrajudicialiter ſummarias teſtium infor-
mationes recipere, non poteſt dici, Cu- 24
rias procedere, ſicut aliquis Iudex priuatus, aut aliqua perſona priuata.

Curia namque collectiuè ſumpta, & (prout ipſum verbum denotat) ſemper procedit vt Iudex, tam iudicialiter, quàm extraiudicialiter, cùm Curia idem ſit, quod Collegium ex pluribus conſtitutum, cui de iure pertinet iudicare; non conſiderato hoc, vel illo indiuiduo: Ergo nunquam agere poterit, vt pars, & perſona priuata, & conſequenter quidquid Curia effecerit, pendente contentione, ſiue iudicialiter, ſiue extrajudicialiter, etiam in ſummariis informationibus, non ſolùm veniet annullandum;
ſed erit ipſo iure nullum, & attentatum. 25

Et ex eo contra talem Iudicem, vel Curiam admittentem ſummarias informationes, poterit pars agere remedio attentatorum, quod eidem eſt fauorabilius, vt accuratè ex Franco *in cap bona, n.* 15. *& ſeq.* & Bero. tradit Lancelot. *vbi proxime num.* 9. *&* 10. Ex quibus opinio Don Laurentij Mathæu quoad hanc partem nullatenus admitti debet, prout & etiam ita reſoluit Cortiada *in dicta deciſ.* 22. *à n.* 19. vbi in ſequentibus reſpondet fundamentis, quibus Mathæu ſuam nititur opinionem corroborare, apud quem videre poteris vt breuitati conſulamus, & vide quæ dicemus in quæſtione ſequenti. An autem Iudex in criminalibus poſſit procedere, contentione pendente in proceſſu informatiuo, vide Illuſtriſſimum & excellentiſſimum Vicecancellarium Coronæ Aragonum, nec non doctiſſimum D. D. Chriſtophorum Criſpi de Valdaura *in ſuis obſeruationibus, & illuſt. deciſ. obſeruat.* 68. *per totam.*

QVÆSTIO

QVÆSTIO XXXVIII.

Contentione pendente an poſſit aliquid innouari?

SVMMARIVM.

Contentione pendente, ſuſpendi debent omnes proceſſus, & procedimenta Iudicum contendentium. n. 1.

Innouare aliquid non poſſunt Iudices, pendente tempore declarationis contentionis formata. n. 2.

Iudices contendentes habent ligatas manus, vt non poſſint contentione formata aliquid innouare ante declarationem. n. 3.

Contentione formata, non licet Iudicibus contendentibus Reum in arctiorem carcerem reponere, donec contentio fuerit declarata. n. 4.

Iudex formata contentione non poteſt condemnare reum ad torturam, vel aliam quamcumque condemnationem etiam leuiſſimam. n. 5.

Contentione formata, non poteſt Iudex contendens, proceſſum aliquem inchoare, aut proſequi, nec ſumere informationes etiam ſummariſſimàs, aut extraordinarias. n. 6.

Appellatione pendente, non poteſt iudex aliquid innouare etiam in minimo. n. 7.

Appellatio introducta eſt ad propulſandum grauamen, quod Iudex parti inferre poteſt. num. 7.

Appellatio ligat manus Iudicis; ne illa pendente, aliquid innouare valeat. n. 8.

De appellatione ad contentionem datur æquiparatio, vt illis pendentibus nihil nouari poſſit. n. 9.

Grauamen partibus contendentibus non debet inferri, ſupra id quod prætendunt fore illatum. n. 9.

Medium declarandi contentiones Iuriſdictionum, à legibus ſtatutum tendit ad vitandas diſcordias, & iurgia. n. 10.

Contentione pendente, non currit tempus partibus in cauſa principali, ſed remanet ſuſpenſum vſque ad illius declarationem. num. 11.

Firmu iuris conceditur in Aragonia, ne aliquid à Iudicibus innouetur, contentione pendente. num. 12.

Iudices contendentes de Iuriſdictione, habentur loco partium, dum pendet declaratio propter intereſſe, quod eis reſultat. num. 13.

Iudices contendentes nequeunt aliqoid innouare, poſtquam contentio fuerit formata, tam Iudicialiter, quàm extraiudicialiter, vel alio quovis modo. n. 14.

Iudex contendens de Iuriſdictione, ſi aliquid innouauerit, contentione pendente erit ipſo iure nullum, & attentatum, & reuocandum via priuilegiata. n. 15.

Attentata commiſſa per Iudices contendentes de Iuriſdictione, declaranda veniunt de iure communi per curiam Eccleſiaſticam, ſed in Regnis Coronæ Aragonum per Cancellariam. n. 16.

Praxim reuocandi attentata commiſſa per iudices, contentionè pendente, & qualis ſit vide remiſſiuè. n. 17.

PRæſens quæſtio maximam habet connexionem cum antecedenti; enim verò, cum in ea reſolutum relinquamus, quòd pendente contentione, ſuſpendi debeant omnes proceſſus, & procedimenta, quæ dederunt cauſam formandi contentionem; conſequenter idem dicendum eſt de qualibet innouatione, quæ fiat, tendente ad cauſam principalem. 1

Regula namque certiſſima, & indubitata apud omnes eſt, tam de iure communi *in cap. ſi Iudex laicus de ſententia excommunicationis in ſexto*, quàm ex diſpoſitionibus municipalibus non ſolùm Regnorum Coronæ Aragonum; ſed etiam totius Hiſpaniæ, quòd formatâ contentione, taliter Iudices contendentes habent manus ligatas, vt nullatenus aliquid etiam in minimo valeant innouare; vt cum pluribus tradunt Cancer, *tom. 3. variar. reſolut. cap. 10. ſub. tit. de contentione Iuriſdict. à num. 59. cum ſeq.* Portoles *tom. 1. in ſchol. ad for. 1. ſub eodem tit. de la competencia de Iuriſdicion*, Seſſe *de inhibit. cap. 5. §. 8. num. 13.* Ceballus *tract. de cognitione per viam violentiæ, 2. p. q. 80.* & copioſè cum pluribus Paceja *in tract. de vniuerſa inſtrumentorum editione tom. 1. reſolut. 6. à num. 2. cum ſeq.* ac nouiſſimè Cortiada *in ſua praxi contentionum tom. 1. deciſ. 22. à num. 1. cum ſeq.* qui alios allegant idem tenentes, quibus iunge noſtrum Ramirez *de lege Regia, §. 2. num. 11.* & quæ diximus *in noſtro Paſtorali Regularium p. 1. clauſula 10. num. 3.* 2 3

Quod adeò eſt verum, & obſeruandum, vt non liceat alicui ex Iudicibus contendentibus, poſtquam formata fuerit contentio reum deponere in arctiori loco carceris, quovſque contentio fuerit declarata; & ita ſtatutum reperitur *in* 4

conſtitu

in conſtitutione ſecunda Cathaloniæ de contentione iuriſdictionis, & docent Ferrer, *p.3. obſeruat. cap.* 10. *n.*1. *& ſeq.* Pareja *in dicto tit.*2. *reſol.* 6. *n.* 2. *&* 4. Narbona *ad lib.* 1. *recopilat. l.* 20. *gloſſ.* 23. *n.* 10. quos refert, & ſequitur Cortiada *vbi ſuprà in*
5 *dicta deciſ.* 22. *num.* 17. *& ſeq.* qui hæc exemplificat in condemnatione ad torturam, vel aliam quancunque punitionem, etiam leuiſſimam Rei capti, ex Scaccia *de iudiciis cap.*11. *n.*90. Guazzino *defenſion. reor. defen.*20. *cap.* 8. *num.* 2. Farinacio *in praxi criminali, p.* 1. *quæſt.*8.
6 *n.*35. Ita vt nec proceſſus proſequi poteſt ſeu de nouo fulminari, aut aliqua alia informatio etiam ſummariiſſima ſumi, quamvis ſit pro Curiæ inſtructione ad ſatiandum animum, ex Cancer *dicta* 3. *p. Variar. reſolut. cap.*10. *n.*63. Portoles *in ſcholiis ad dictum forum* 1. *n.* 60. Sueſues *in Centuria tom.*1. *conſ.* 44. *n.* 30. *in fine*, & aliis pluribus relatis à Cortiada *vbi proximè n.*18. & diximus *ſuprà in q. antecedenti n.*12. *cum ſeq.*

7 Ratio autem prædictorum eſt notoria; ſicut enim non licet vllo modo aliquid à Iudice innouari, etiam in minimo ex eo quia pars ex iuſta cauſa appellans intendit cum hoc remedio à iure ſtatuto propulſare grauamen, quod intelligit Iudicem ei intuliſſe.

8 Exinde ius decernit æquum non eſſe, nouum grauamen addere, quod accidere poterat, ſi Iudex omninò nõ haberet ligatas manus; & ideò diſponit nihil fore innouandum *l.*1. *§ penult. ff. nihil nouari, appellatione pendente, l. Reus* §. 1. *ff. de muneribus, & honoribus, l. Imperator* §. 1. *de appellat.* Purtius *de Manutén. obſeruat.* 8. *n.* 53. *& ſeq.* Barb. plures referens *in Collect. ad textum in cap. finali n.* 27. *de appellat.* Valançuela *conſ.*7. *n.*20. *& conſ.* 32. *n.*87. & in aliis idem affirmat.

9 Eodem prorſus modo in contentionibus dicendum eſt, cùm detur æquiparatio de appellationibus ad contentiones, vt reſoluimus *ſuprà q. anteced. n.*8.

10 Cùm enim in contentione Iudex, vel pars eam firmans, grauatũ, vel grauatam ſe cenſeant, æquum non eſt, vt cumuletur nouum grauamen, ex quo noua cauſa diſcordiæ ſuboriatur, quod quidem iura ſummoperè euitare intendunt. Et cum hoc medium terminandi contentiones, ex omni iure introductum ſit ad vitandas diſcordias, rixas, & ſcandala, vt diximus *ſuprà quæſt.* 1. *n.*15. *& quæſt.* 2. *n.*20. *& quæſt.* 36. *n.* 2. ac in aliis pluribus; rationi, & honeſtati conſonum eſt, claudere os, & manus ligare, ne aliquid innouetur, donec declaratio contentionis pendet, ad partium iuriſdictionem quæ prætenditur, pertineat.

Taliter, quòd durante tempore contentionis, & ea pendente, non currat partibus tempus, à iure ſtatutum pro continuanda inſtantia, ſed eſt in ſuſpenſo vſque ad declarationem, vt accuratè aduertit Anchar. *in dict. cap. ſi Iudex Laïcus, n.*6. *verſ. decimò nota*, &c. *de ſententia excommunicationis in ſexto*; & conducunt, quæ in ſimili tradit Titaquel. *in tract. de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 10. *num.* 37. *&* 40. *cum ſeq.* Quos refert, & ſequitur noſter Portoles *in ſcholiis ad dictum forum* 1. *ſub tit. de la Competencia de juriſdicion, numero* 61. 11

Hæcque adeò ſunt vera, vt in noſtro Regno Aragoniæ praxi ſit admiſſum concedi iuris firmam, ne aliquid per Iudices innouetur, contentione pendente; ex eodem motiuo, ex quo conceditur, ne illud fiat, appellatione pendente; vt pluribus exemplaribus, & Doctoribus idem tenentibus docet Portoles *vbi proximè n.*62. 12

Quo tempore pendente, cùm Iudices contendentes loco partium habeantur, propter intereſſe ex ipſa iuriſdictione attribuenda; meritò ipſis interdicitur, ne aliquid innouare valeant; vt ex Cancer, & aliis notat Pareja *in dict. tom.* 1. *de inſtrumentorum editione, tit.* 2. *reſolut.* 6. *n.* 1. *circa medium*, à quibus mutuauit Cortiada *in dict. deciſ.* 22. *n.*7 qui in ſequent. vſque ad 19. alias rationes adducit confirmantes prædictam reſolutionem, apud quem videre poteris, & eas, quas *in quæſt. antecedente* allegauimus, quæ in præſenti repeti poſſunt. 13

Ex quibus concludendum eſt, nullatenus licere partibus, vel Iudicibus contendentibus de iuriſdictione aliquid innouare, poſtquam contentio fuerit formata, & hoc tam iudicialiter, quàm extraiudicialiter, aut plenariè, vel ſummariè in omnibus emergentibus, & dependentibus, ad ea, quæ conducant, vel tendãt circa cauſam, quæ motiuũ, ſeu anſam dedit ad formandam contentionem. 14

Et quidquid egerint, vel prouiderint, erit ipſo iure attentatum, & nullum, ac reuocandũ via priuilegiata attentatorũ: quam concluſionẽ Cortiada *vbi ſup. deciſ.*15. *n.*27. & cum decẽ & ſeptem ampliationibus extẽdit, & exornat Aloiſius Riccius *in ſuis collect. dec. coll.* 1469. Quæ quidẽ procedunt tam de iure communi,

meliori iudicio cui ſubjectus exiſto. Et quia poſt ſcripta D. Michaël Cortiada in luce medidit. 2 *tom. ſua praxis conſtent*, vbi *deciſ.* 119. contrarium docuit, compulſus fui iterum de ea agere in ſtatu, in quo ad meas manus peruenit, ſcilicet *infrà q.* 74. ad quam te remitto.

QVÆSTIO XXXVI.

Dubium contentionis ſi oriatur, & notoriè conſtet ad alteram ex Curiis pertinere, an ſit formanda competentia?

SVMMARIVM.

Modus terminandi contentiones in Regnis Aragonia ſtatutus fuit propter quietem publicam, & bonum commune. n. 1.

Lites, & jurgia euitare intereſt Republica, & bono publico. n. 2.

Contentio Iuriſdictionis an efformari debeat, ſi conſtat cauſam pertinere ad alteram ex Curiis contẽdentibus. n. 2. & ſeq.

Dubium alicuius rei aliud eſt ſpeculatiuum, & aliud practicum, & differunt inter ſe. n. 3. & 4.

Operans cum dubio practico, exequendo actum contra aliquod bonum, ad quod aliàs tenebatur, efficit actum malum. n. 3.

Dubium practicum alicuius rei, verſatur circa deliberationem efficiendi, vel effugiendi aliquid, & qui cum eo operatur malè agit. n. 4.

Dubium iuris eſt, quando ex ipſo iure oritur. num. 5.

Dubium facti dicitur, quando dubitatur, an aliquod ſit factum, necne. n. 5.

Dubium diuiditur inter negatiuum; quando nulla reperitur probatio, ex qua indicium efformari valeat, & in poſitiuum, quando ſcilicet ex vna, vel altera parte datur aliqualis probatio, & aliud iuris diſerti, ſed dubitabilis ex aliqua eſſentiali circunſtantia. n. 6. & ſeqq.

Competentia Iurſdictionis inter Iudices non habet locum in caſu notorio, & claro. n 9. & 10. *intellige vt. n.* 18.

Competentia Iuriſdictionis an ſilere debeat ex eo, quòd alter Iudex contendens dicat, eſſe natum ad ſe pertinere ſine aliquo dubio. n. 9. & ſequen.

Iudex ſi procedat in caſu in quo notariè habet Iuriſdictionem, non datur locus farmationi competentia. n. 10 *intellige vt* 18.

Competentia Iuriſdictionis non habet locum in caſu non admiſſibili, ſicut nec in notorio. num. 11.

Dubium de dubia ſi ſuboriatur, an locus ſit competentia, & tunc efformari debeat ſaltem circa talem articulum, ortum ex dubio probabili. n. 12.

Iudex ſi aſſerat ad ſe pertinere cognitionem cauſa, ſuper quam cadit contentio Iuriſdictionis, cum alio Iudice, non impedit formationem competentia. num. 13.

Competentia Iuriſdictionis ſemel declarata, non debet de nouo effarmari, niſi ex aliquo diſſimili nouo incidente. num. 14.

Delictum ſi ſemel per ſententiam fuit purgatum, non datur locus, vt ex eodem iterum reus accuſari paſſit; ſi non ſuperueniat aliquod nouum incidens ſeparatum. n. 14.

Competentia Iuriſdictionis admitti debet, quoties datur aliquod dubium, etiam remotum, vel dubium de dubio. n. 15.

Iudex non tenetur formare competentiam, nec reſpondere litteris intimatoriis ipſius, in caſu notorio, & claro; tenetur tamen in ſua reſponſione ſpecificare cauſam, & motiuum. n. 18. & 21.

Competentiam Iuriſdictionis in quibus caſibus nan teneatur efformare Iudex contendens, vide remiſſiuè. n. 16. & 17.

Caſus notorius impediens formationem competentia Iuriſdictionis quis dicatur. n. 18. & ſeq.

Epiſcopus poteſt ex cauſa, reuocare licentias ab eo datas pro audiendis confeſſionibus, nec tenetur eam renuntiare parti, ſed ſolum Sedi Apoſtolica. n. 19.

Iudex non tenetur renunciare ſuperiori motiuum, & cauſum, ex quibus ſententiam tulit. n. 20.

Epiſcopus eſt Iudex priuatiuus ad cognoſcendum de habilitatibus praſentatorum ad beneficia, ſeu Parochiales pro obtinenda collatione. n. 21.

Notorium alicuius rei, aliud eſt iuris, & aliud facti, & quodnam ipſorum ſit, vide. num. 23. & ſeq.

Notorium facti, non eſt tam euidens, ſicut notorium iuris. n. 24.

Notorium iuris vel facti, ſi clarè inducat, quod non ſit locus formatiani competentia, non debet hac admitti. n. 25.

Dilationes, & expenſa euitari debent in cauſis competentia Iuriſdictionis. n. 26.

1 CVm modus terminandi competentias Iuriſdictionum diſpoſitus in Regnis Coronæ Aragonum principaliter ſit ſtatutus ad euitanda ſcandala, & propter bonum commune, & quietem publicam (vt diximus

ximus *ſuprà quaſt.* 1.*num.* 15. & *quaſt.* 2.
*num.*20.*& ſeq.*aliiſque in pluribus) con-
ſequenter valde vtile eſt , & ab omni-
bus procurandum quòd noua iurgia
non ſuſcitentur , liteſque euitentur ex
hoc namque certum eſt infinitas vtilita-
tes pullulare ; vt patet ex dictis *ſuprà in
dicta quaſt.*1.*à num.* 20. *cum ſeq.*idcóque
in præſenti inquirendum eſt ; an ſi du-
bium Contentionis oriatur ; conſtet ta-
men ex ipſa qualitate cauſæ,ad alteram
ex curiis contendentibus pertinere, de-
tur locus illius formationi.

3 Et vt ad deciſionem conciſè,& clarè
deuenire poſſimus, ſupponendum eſt ,
quòd dubium conſiderari poteſt ex va-
riis modis; nam aliud eſt ſpeculatiuum
quod reſpicit obiectum , ad quod ten-
dit dubitatio, eiuſque veritas deſumen-
da venit in ordine ad rem ipſam, an ſit,
vel non.

4 Aliud enim dubium dicitur practi-
cum ; & hoc verſatur circa deliberatio-
tionem committendi, vel effugiendi ali-
quid ; & tunc ſi operatur aliquis cum
dubio practico boni ad quod tenebatur,
efficit actum illicitum,de quo videre po-
teris, Vaſquez *tom.* 2. *in* 3. *p. q.* 66.*art.*9.
diſp. 146. *cap.* 3. *num.* 20. Ioann.Sanchez
qui plures allegat *in ſelect. moral.diſp.*42.
*à num.*1. *cum ſequen.*

5 Præterea aliud eſt dubium iuris quan-
do videlicet , dubitatur in iure ; aliud
præterea datur dubium in facto;& tunc
erit quando, ſcilicet, ſit aliquid factum
necne,& ita has tres diſtinctiones (licèt
in materia ſacramentorum) tradunt
Vaſquez , quem refert , & ſequitur Di-
caſtillo *de ſacrament. tom.* 1. *tract.* 2. *de
de Baptiſ. diſp.* 1. *dubio* 7. *num.* 165. &
dubio 9. *num.* 216. *cum ſeq.* Portoles *in
reſponſis moral. p.* 1. *cap.* 27.*num.*1. *& ſeq.*
6 & alij plures;ſed Coninch. *de ſacram.&
cenſur. quaſt.* 66. *art.* 9. *dubio* 1. *num.* 90.
& Quintanaduenas *in ſuis ſingularibus
Theologicis* , *ſing.* 1 *num.* 10. tradunt du-
bium poſſe conſiderari tripliciter aliud
negatiuum, vel facti,vt ſi nulla reperia-
tur probatio , licèt aliàs non inferatur
iudicium concludens , ex quo oriri po-
7 teſt aliqualis dubitatio:ſecundum eſt po-
ſitiuum , & hoc erit , ſi ex vna , & altera
parte reperiantur æquales coniecturæ ,
ſed neutra earum concludens , vel mo-
raliter certa.

8 Tertium eſt, iuris diſerti, vel indubi-
tati, & hoc erit,ſi non dubitatur,de ſub-
ſtantia,& effectu actûs, ſed de aliquibus
circumſtantiis eſſentialibus ad validita-
tem,& perfectionem illius,de quo vide-
re poteris Caſtrum Palao *in opere morali,
tom.*4.*tract.*19.*diſp.vnica.punct.*13.*n.*4.quæ
omnia *ſuperiùs* annotata colligere poteris
ex his, quæ lato calamo dixi *in meo foro
conſcientia* ſiue *Paſtorali interno p.* 2.*tract.
vnico, q.*3.*n.*2.*cum pluribus ſeq.*

Quibus ſic conſtitutis inquirendum , 9
& videndum eſt , an ſi in formatione
competentiæ Iuriſdictionis inter Iudices
exortæ, nō reperiatur aliquod ex prædi-
ctis dubiis, & alter Iudicum contenden-
tium dicat , non teneri reſpondere Iu-
dici formanti competentiam , quia du-
bio caret , & conſequenter dicendo ad
ſe indiſtinctè pertinere cognitionem ,
quæ motiuum dubitandi offerebat,poſ-
ſit ad vlteriora procedere , ſileréqne
contentionem taliter , quòd arbitri , &
Cancellarius in ſuis caſibus nequeant 10
declarare ; nam (vt diximus *ſuprà q.* 2.
n. 13.) ſi non ſit dubius caſus , ſuprà
quem cadit contentio , ſed notorius &
clarus , pro vna,vel altera Iuriſdictione ;
tunc opus non eſſe formare contentio-
nem , & conſequenter , quòd ſecluſis
aliquibus ſpeciebus dubiorum prædi-
ctorum , competentia non veniat effor-
manda:præcipuè in noſtro Regno Ara-
goniæ, vbi non formatur ſupra ipſo du-
bio quidquid ſit in aliis Coronæ vt di-
cemus *infrà quaſt.* 39. *&* 47. *& quaſt.* 50.
Nam quando Iudex procedit in caſu,in
quo Iuriſdictionem claram,& notoriam
habet , in Aragonia nullatenus forma-
tur , ſed procedere poteſt ad vlteriora
cauſæ,eodem prorſus modo,ac ſi forma-
ta non eſſet,ex traditis à Regente Seſſe
in tract. de inhibit. cap. 9. §. 2. *à n.* 7. &
Sucho *conſ.* 12. *n.* 23. *cent.* 1.

Sicut & etiam in caſu non admiſſibili, 11
vt plura cumulans docet ipſe Seſſe *vbi
proximè* , & dicemus *infrà quaſt.* 50. &
conſequenter ceſſante aliquo ex prædi-
ctis dubiis , competentia efformari non
debet , ſed omninò ceſſare.

Dicendum igitur eſt, quòd ſi quoquo 12
modo dubium ſuboriatur,etiamſi ſit du-
bium de dubio circa principale obiectū
in noſtro Regno competentia admittē-
da eſt , nec opus eſſe contendere de du-
bio à principali reſultante ; licèt aliter
procedat in aliis Regnis Coronæ;vt ap-
parebit ex *infrà* dicendis , & aduertunt
Ferrer. 3.*part.obſeru.c.*172.*in verſ. & dicti
Arbitri &c.*per hæc verba : *Et dicti Arbi-
tri ne dum eliguntur , ſi ſit dubium ſu-
per notorietate Iuriſdictionis , ſed etiam
quando fuerit dubium , ſi dubium factum*

per Curiam Eccleſiaſticam ſit probabile, necne, quia tunc in iſto dubio debent eligi Arbitri &c. Fontanella *deciſ.* 113. *à num.* 9. *cum ſeq.* D. Laurentius Matthæu *de regim. Regni Valentiæ tom.* 2. *c.* 7. §. 1. *à n.* 51. *& ſeq.* Cancer *tom.* 3. *variarum cap.* 10. *à num.* 70. Latiſſimè Cortiada *in ſuis deciſionibus Cancellarij, & ſacri ſenatus Cathaloniæ tom.* 1. *deciſ.* 12. *à n.* 40. *cum pluribus ſeqq.* qui multa cumulat ad intentum. Optimè noſter Portoles *in ſcholiis ad forum 6. ſub tit. de la competencia de juriſdicion n.* 3. *&* 4. Ramirez *de lege Regia* §. 2. *n.* 13. vbi alios allegat.

13 Et rationem adducit Fontanella *vbi proximè*, à quo mutuauit Matthæu *vbi ſuprà*, & ab eis Cortiada *in d. deciſ.* 15. *num.* 12. *& ſeq.* Videlicet, quia nihil intereſt, quòd Iudex dicat, ſe non dubitare, ſi alij dubitant, aliàs nunquam formaretur contentio; ſemper etenim vna, vel altera pars diceret carere dubio, & eſſe caſum indubitabilem (ſaltem quoad ſe) ad effectum, quòd talis cognitio ad ipſum pertineat; hoc enim abſolutè, & indiſtinctè non eſt admiſſibile.

14 Quod quidem probari poteſt *ſequenti conſideratione*; nam ſi ſemel pro vno delicto, vel cauſa contentio fuit iam formata, & declarata, vel delictum purgatum per ſententiam, non debet de nouo formari, aut reus accuſari ex eiſdem numericè cauſis, & delictis; niſi aliquale dubium circa factum de nouo ſuperueniſſet, vt aliàs ab alio tertio *ibidem* non contendente, formaretur; tunc & enim non poteſt dici caſus notorius, & clarus, ſed dubius ex ſuperuenientibus circunſtantiis: hócque colligi poteſt, ex foro, *otroſi 6. ſub tit. de Compet. Iuriſdict.* & ex latè traditis à Portoles *in ſcholiis ad eundem forum num.* 8. & ex his, quæ congerit Cortiada *vbi ſuprà in d. deciſ.* 12. *à num.* 71. *cum ſeq.* Ergo quoties dubium reperitur (etiamſi ſit remotum) tam ex facto, quàm ex iure, competentia locum habet, quamvis reſultet ex dubio de dubio, oppoſito ab vno ex Iudicibus contendentibus, vel aliis tertiis.

15 At verò ſi competentia formaretur in caſu notorio, & claro non tenebitur reſpondere Iudex in noſtro Regno, ad quem litteræ inhibitoriæ cum nominatione Arbitri intimabuntur, licèt aliàs
16 erit adſtrictus renunciare, & notificare cauſam, & motiuum notorium, propter quam vel quod non tenetur competentiam formare; vt iudex à quo litteræ inhibitoriæ fuerunt expeditæ certior fiat de notorietate; vt aduertunt noſtri Practici, Bardaxi *in commentariis ad forum* 1. *num.* 17. *pagin.* 317. & clariùs *ad forum 3. verſ. item in proceſſu apprehenſionis, in fine pag.* 318. *col.* 4. *ſub tit. de competen. Iuriſdict.* Michaël Ferier *in praxi, & methodo proceſſus competentiæ*, & conducunt quæ latè docet Felinus *in cap. cùm ordinem, num.* 14. *de reſcriptis.*

17 Quod quidem colligi videtur ex *dicto foro 3. ſub tit. de Compet. Iuriſdict.* ibi. *En los caſos que fuere obligado reſponder, &c.* vbi latè Portoles *à num.* 2. & *ibidem in ſequentibus numeris*, congerit, & explanat caſus, in quibus non debeat competentia formari; & probant Ramirez *de lege regia* §. 2. *num.* 13. copioſè Seſſe *in tract. de inhibit. cap.* 9. §. 2. *à num.* 14. *vſque ad* 25. & ab eis Cortiada, *vbi ſuprà in dicto tom.* 1. *deciſ.* 15. *numero* 12. *& ſeq.*

18 Sed contrà hanc praxim opponi poteſt, quod aliàs diximus *in noſtro Paſtorali regular. p.* 2. *quæſt.* 19. *num.* 16. vbi reſoluimus, quòd ſi Epiſcopus reuocauerit licentiam, alicui datam ab eo ad audiendas fidelium Confeſſiones, non tenetur renunciare parti aut cuilibet alij cauſam, propter quam talem reuocationem efficit, ſed tantùm ſedi Apoſtolicæ, ſi illam aperiri poſtulauerit.

19 Quod idem videtur locum habere in præſentato ab habente patronatum, vel ius præſentandi tam in beneficiis, aut capellaniis, quàm in Parochialibus; nam ſi Epiſcopus ipſos non admittat, & iuſta ſubſiſtente cauſa, ei bene viſa, ex qua deneget collationem, non tenebitur illam edicere partibus.

20 Sicut & etiam nec Iudex tenebitur denunciare, ſeu propalare ſuperiori motiuum, & cauſam, ex quibus ſententiam tulit; vt patet ex authentica, vt Iudices non expectent ſacras juſſiones. §. 1. *collat.* 9. Ergo ſimiliter dicendum videtur, non eſſe neceſſarium, nec eſſentiale, quòd Iudici firmanti contentionem renuncietur in litteris reſponſiuis motiuum, & fundamentum, ex quibus non debebat formare contentionem, & conſequenter, quòd ſine tali ſolemnitate, & propalatione poterit procedere ad vlteriora in cauſa, quæ anſam dedit ad illam efformandam.

21 His tamen non obſtantibus recedendum non eſt *à ſuprà dicta* reſolutione, & proximè dictis obiectionibus facilis eſt ſolutio; nam longa datur differentia de

noſtro

noſtro caſu ad Epiſcopum; iſte namque de iure eſt Iudex priuatiuus ad cognoſcendum de requiſitis ad audiendas confeſſiones,de habilitate, & aliis an ſit præſentatus, vel nominatus ad beneficium,vel ad Parrochialem ſit idoneus,& habilis,vel ſi babeat aliquod impedimẽtum canonicum,ex quo ſit indignus beneficio; & ideò de per ſe poteſt operari, & conſequenter non tenetur cuilibet priuato cauſam renunciare; cùm huic non auferatur, quòd ſi Iudicet grauamen,Epiſcopum ei intuliſſe, poſſit per appellationem ad ſuperiorem recurrere;& tunc iuſtificabitur motiuum, an ſit, vel non legitimũ ex quo reparari poteſt; at verò in contentionibus cùm Iudex, cui reſcribitur, non ſit priuatiuus ad effectum decidendi, an ei pertineat,vel non,iuriſdictio;exindè eſt,quod cùm in Aragonia non formetur contentio dubij de dubio, conſentaneum eſt rationi, vt cauſa propaletur in litteris reſponſiuis, ex qua conſtet de claritate motiui; vt non teneatur ad arbitros,vel Cancellarium recurrere tanquam ad vnicos Iudices deputatos à lege, ad declaranda dubia contentionum;quæ quidem ſi non reperiantur, non debet retardari proceſſus per boc medium non dubitabile. Prætereà reſpondetur, quòd cùm in noſtro Regno tam per diſpoſitionem foralem *in dicto foro 3. ſub tit. de compet. Iuriſdict.* quàm per praxim vniformiter obſeruatam ita cautum,& exequutum reperiatur, non debemus ab ea recedere, nam in caſibus notoriis, qui nullâ tergiuerſatione celari poſſunt, debet ſilere contentio, nec Iudex tenetur, eam formare adhuc in dubio de dubio; vt latè docent Seſſe, Ramirez, Portoles, Bardaxi, & omnes noſtri practici in locis *proximè citatis.*

22 In cæteris autem Regnis Coronæ admittitur,& firmatur contentio circa dubium de dubio; vt patet *ex pragmatica Cathaloniæ* 4. §.2. *ſub tit. de content. Iuriſdict.* & latiſſimè plura cumulans tradit Cortiada *vbi ſuprà in d.deciſ.* 15. *à n.* 7. *cum pluribus ſequen.* & pro Regno Valentiæ D. Laurentius Mathæu *to.* 2. *de regimine Regni Valentiæ cap.* 7.§. 1. *ſect.* 2. *à n.*50.& pro Sardinia regens Vico *lib.* 2. *tit.* 51. *n.* 21. & dicemus *infrà quæſt.* 39.

23 Pro coronide huius quæſtionis notandum eſt, quòd cùm *ſuprà* dixerimus, non eſſe formandam contentionem in caſu notorio, & manifeſto occurrente, inquirendum iudico, quomodo intelligatur illud notorium, & manifeſtum quod impediat formationem competentiæ cùm præter caſus relatos à Portoles *vbi ſuprà in ſcholiis ad dict. forum 3. ſub tit. de compet. Iuriſdic. n.* 4. *& ſeq.* alij plures euenire puterunt; ideò neceſſarium iudicaui hanc annotationem apponere.

Et pro reſolutione ſupponendum eſt biformiter conſiderari notorium; aliud namque eſt iuris, & aliud facti; notorium iuris dicitur, quando reſultat probatio indubitata, euidens, & manifeſta oriens concludenter, aut ex ipſo iure, vel ex ipſo facto, taliter, quòd nullâ egeat diſcuſſione, & hoc propriè dicitur notorium iuris; at verò notorium facti; licèt debeat oriri, & pro eius ſubſtantia requiratur, quòd adſit probatio indubitata facti continui, vel interpolati; non tamen erit tam propriè notorium, ſicut & eſt notorium iuris; erit tamen perfectè notorium, ſi res fuerit manifeſtè exhibita oculis, & intellectui videntis, & intelligentis,ita vt nullâ tergiuerſatione celari poſſit vniuerſo populo,vel maiori ipſius parti, vt cum Maſcardo *de probationibus concluſ.* 1106. *n.* 3. *&* 4. Barboſ. *in paſtoral. p.* 3. *allegat.* 106. *n.* 22. *&* 24. cum aliis dixi *in meo foro conſcientiæ,* ſiue *paſtorali interno p.* 1. *q.* 2. *n.* 11. *pag.* 8. 24

Quibus ſic ſuppoſitis dicendum eſt, quòd ſi quilibet modus dubij ex *proximè* relatis reperiatur, tam reſpectu iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, quàm ſecularis, non tenebitur Iudex formare competentiam in tali caſu claro, cum non ſit tale dubium ſufficiens ad illam formandam; licèt aliàs erit adſtricta Curia declarare, & renunciare notorietatem motiui, & cauſæ,propter quod, vel quam non format contentionem, quæ cùm in Aragonia non admittatur pro dubio de dubio, ſi res ſit nota, clara & manifeſta,non indigens aliqua probatione, quæ tergiuerſatione celari poſſit,non eſt opus anſam dare dilationibus & expenſis, quibus partes vexarentur pro formando dubio de dubio,quod quidem ſummoperè noſtri maiores vitare voluerunt quærendo hoc medium tam ſalubre, per quod contentiones Iuriſdictionis declararentur in cauſis merè dubiis, non verò in notoriis, vt ſæpé diximus *ſuprà in hoc tract. q.* 1. *&* 2. & *in aliis pluribus* & patet ex congeſtis per noſtros practicos *ſuperiùs* allegatos, & magis in ſpecie ex Matthæu *in dict. tract. de regim. Regni Valentiæ to.* 2. *cap.* 7. §. 1. *à num* 50. *vſque ad* 53. & Cortiada *in d. deciſ.* 15. Quæ

omnia in cæteris Regnis Coronæ quomodò procedant, dicemus *infrà q.* 39.

QVÆSTIO XXXVII.

Contentione pendente, an ſuſpendi debeant procedimenta, & proceſſus Curiarum.

SVMMARIVM.

Proceſſus & inſtantia pendentes ſuſpendi debent, donec contentio iuriſdictionis non ſit declarata. n. 1. & ſeq.

Pendente contentione Iuriſdictionis coram Iudice competentiarum, omnes proceſſus, & procedimenta Iudicum contendentium ſilere debent, in omnibus Regnis Hiſpaniæ. n. 2. & ſeq.

Quod procedit etiam de iure communi. n. 6.

*Articulus contentionis Iuriſdictionum, inter Iudices exortus, eſt præjudicialis, & ideò ante declarationem, non eſt procedendum ad vlteriora cauſa. n.*7.

*Articulus præjudicialis cauſa pendentis, priùs declarari debet, & interim ad vlteriora non eſt procedendum. n.*7.

Contentio iuriſdictionis æquiparatur appellationi ad effectum ſuſpendendi inſtantiam, vſque dum illa declarata fuerit. num. 8.

Appellatione, aut contentione Iuriſdictionis pendente, nihil in cauſa innouari poteſt. num. 8.

Praxis, & modus declarandi contentiones Iuriſdictionis in Regnis Coronæ Aragonum fuit introductus propter bonum commune. n. 9.

Contentio iuriſdictionis formari non poteſt niſi in caſibus dubiis n. 10.

Iudex antequam in cauſa procedat, certus debet eſſe de ſua Iuriſdictione, aliàs aget, vt priuatus. n. 11.

Curia an poſſint recipere ſummarias informationes de delicto ad ipſarum inſtructionem, dum inter eas pendet competentia Iuriſdictionis. n. 12.

*Et reſoluitur negatiuè n.*13. *&* ſeq. *& ſi effecerint, poterunt partes ſe tueri remedio attentatorum. n.* 25.

Verba legis generalia comprahendunt generaliter omnia. n. 14.

Verba legis ſemper accipienda ſunt in potiori ſignificato. n. 15.

Dubia verba intelligenda ſunt in potiori ſignificato. n. 16.

Attentat Iudex ſi pendente contentione Iuriſdictionis, aliquid innouauerit, eodem modo ſicut pendente appellatione. n. 17.

Argumentum valet de appellatione ad contentionem Iuriſdictionis, quoad attentata, ſi illis pendentibus aliquid innouetur. num. 18.

Appellatione pendente nihil eſt innouandum, ſicut nec contentione Iuriſdictionis pendente. n. 18.

Informatio ſummaria Iudicis pro ſuo animo inſtruendo, non eſt actus iudicialis. n. 19. & 20.

Iudex poteſt attentare iudicialiter, & extrajudicialiter; primo modo eſt ipſo iure nullum, non verò ſi extrajudicialiter agat, vt perſona priuata; nam tunc venit annullandum. n. 22.

Curia collectiuè ſumpta, ſi procedat ad aliquos actus, tam judiciales, quàm extrajudiciales, ſemper procedit, vt Iudex, non autem vt aliquis particularis. n. 24.

Curia, idem eſt, quod collegium, cui de iure pertinet iudicare. n. 24.

Remedium attentatorum eſt partibus fauorabile. n. 25.

HVius quæſtionis deciſio quo quo- 1
modo ſumatur, expreſsè deciſa reperitur in noſtro Regno, *in foro* 1. *in fine ſub tit. de la compet. de las Iuriſdiciones,* ibi *Place empero à ſu Mageſtad, y à la dicha Corte, que pendente el examen, y conocimiento de la competencia, y durante el tiempo para el conocimiento de ella eſtatuido ſegun el preſente fuero, los proceſſos inchoados ante qualquiere de los juezes contendientes, ſi al tiempo de la contencion ſeran commençados, ſean ſuſpenſos, y ſi començados no ſeran, no puedan ſer inchoados, ni hechos, haſta en tanto que la dicha duda ſobre la dicha competencia ſea determinada, &c.*

Ex qua clauſula liquidò patet, quod 2
pendente contentione, ſilere, & ſuſpendi debent omnes inſtantiæ, proceſſus, & procedimenta cauſæ, & ita concludunt noſtri practici, Portoles *in coment. ad dictum forum* 1. *n.* 60. *& in ſequentibus* aliquas illationes deducit in praxi vtiles, idem Portoles *in verbo: Apprahenſio* §. 3. *n.* 66. & 73. vbi plures alios allegat, & dixi *in meo Paſtorali Regular. p.* 1. *clauſ.* 10. *n.* 3. Regens Seſſe *de inhibit. cap.* 5. §. 8. *n.* 13. Quæ quidem concluſio in noſtro Regno Aragoniæ, ſine dubio, ab omnibus admiſſa reperitur.

Sicut & etiam inoffenſo pede procedit 3
in Cathalonia ex expreſſa diſpoſitione concordiæ D. Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Conuenarum *verſ. entretant.* vt

habetur

habetur in prag.1. de content. Iuriſdic. & patet ex conſt. 2. de content. Iuriſdic. quæ incipit Cùm ſit ordinat.&c.& eſt in cap. 31. & latè tradunt Cancer variar. reſolut. p. 3. cap. 10. n. 59. & ſeq. & alios allegans Fontanella de pact. nuptialibus p. 1. clauſ. 3. gloſ. 2. n. 56. & deciſ. 256. n. 4. tom. 1. & deciſ. 313. n. 10. to. 2. Peguera in praxi cap. 26. ſub tit. quando immunitas Eccleſiæ allegatur n. 7. verſ. item quæras; vtrum firmata contentione &c. pag. mihi 159. Oliua de iure Fiſci cap. 14. n. 84. & 86. & Ferrer. p. 3. obſeruat. cap. 179. verſ. certum eſt &c. & cap. 180. verſ. an hodie &c. in aliis pluribus locis idem affirmat.

4 Eodem prorſus modo procedit in Regno Valentiæ; vt aſſerit Cerdan, de la viſita de la Carcel, cap. 5. n. 17. & Laurentius Matthæu de regimine Regni Valentiæ to. 2. cap. 7. §. 1. num. 119. in fine & n. 137. pag. 77.

5 Nec minùs in Regno Sardiniæ obſeruatum reperitur teſte Don Fran. Vico ad prag. Regni lib. 2. tit. 51. num. 38. in margine, & in locis communibus n. 9. Quæ eadem praxis, non ſolùm in Regnis noſtræ Coronæ ſtylata reperitur; ſed & etiam exequuta in Regnis Caſtellæ, vt cum Valanzuela Velazquez conſ. 42. n. 14. & Narbona in l. 20. tit 4. lib. 1. recapil. gloſ. 22. n. 10. tradit Gabriel de Pareja, & Queſada to. 1. de vniuerſa inſtrument. edit. tit. 2. reſol. 2. in principio n. 1. & ſeq. vbi adducit expreſſam diſpoſitionem nouiſſimæ recopilationis. lib. 4. poſt tit. 1. verſ. quando ſe procede &c. & ita cauetur. Y formada, ſe ha de ſobreſeer por ambas juſticias, y no ſe puede hazer nouedad, &c. & ibidem ipſe Pareja latè agit de hoc art. & ibidem allegat noſtros Practicos Aragoniæ, & Cathaloniæ.

6 Quæ quidem omnia, non ſolùm locum habent, in Regnis Coronæ Aragonum, & Caſtellæ, ſed & etiam procedit de iure communi, in quo notoriè deciſum reperitur in cap. Paſtoralis 14. & in cap. cum contingat 24. de reſcriptis, & magis in ſpecie in cap. ſi Iudex Laicus 12. §. nam ſic, in fine, de ſententia excommunicationis in ſexto ibi; Contra eum tamen interim quis proceſſus Iudicis penitus conquieſcat &c. vbi gloſſa verbo, interim, & verbo proceſſus; & tradunt Salgado de ſupplic. ad Sanct. p. 2. cap. 20. n. 58. Barboſa de vniuerſo iure Eccleſiaſtico, lib. 1. cap. 39. §. 2. n. 28. verſ. interim. Guazin. de defenſione reorum, defen. 1. cap 3. n. 4. & defen. 20. cap. 8. n. 2. Delbene de immunitate Eccleſiarum tom. 1. cap. 4. dibit. 29. n. 26. Tondutus de prauent. iudiciali, cap. 31. n. 9. & cap. 41. n. 28. & alij plures penes ipſos, & in terminis conſeruatorum dixi in meo Paſtorali regularium. p. 1. clauſ. 10. num. 29. & me citato cum aliis nouiſſimè D. Michaël Cortiada in praxi contentionum tom. 1. deciſ. 34. num 46. vſque in finem.

Ratio autem deſumitur ex dicta gloſ. 7
in verbo interim; quia cum hoc iudicium ſit præjudiciale, diſcuti debet priùs, quis Iudicum contendentium habeat Iuriſdictionem, iſte namque articulus, tanquam præjudicialis, primitùs declarandus eſt, & ad illos non eſt procedendum. Noſter Seſſe deciſ. 128. num. 23. & 24. latè Larea deciſ. 8. n. 17. & ſeq. Salgado de regia protectione p. 2. cap. fin. & de ſupplicat. ad Sanctiſſ. p. 1. cap. 11. num. 73. Pareja de inſtrument. Editione tit. 2. reſol. 6. n. 1. & alij plures.

Secundò, quia datur æquiparatio de 8
appellatione ad contentionem, vt docent Ceballus de cognitione per viam violentiæ, quæſt. 80. Fontanella deciſ. 313. n. 20. & 27. ac 28. p. 2. Matthæu de regim. Regni Valentiæ to. 2. cap. 7. §. 1. n. 142. in fine; exinde ſequitur, quòd ſicut appellatione pendente, nihil eſt innouandum, l. 1. §. penultimo, & ferè per totum titulum ff. nihil nouari appellatione pendente, l. Imperator de muneribus, & honoribus cum vulgatis, Lancelot. de attentat. p. 2. c. 12. noſter Suel. in ſua cent. to. 1. conſ. 48. n. 5. Portius de manuten. obſer. 8. n. 53. & ſeq. Barboſa in collectaneis ad tex. in cap. finali n. 27. de appellat. & concludunt communiter DD. ita etiam, neque pendente contentione, aliquid innouandum eſt. Hæc, & alia pro confirmatione videre poteris, penes Cancer variarum reſolut. p. 3. cap. 10. n. 64. vbi notat ita in praxi obſeruari, & ad idem Tondutus de præuentione iudiciali p. 2. cap. 31. n. 9. latè Pareja to. 1. de inſtrumentorum editione tit. 2. reſolut. 6. n. 1. cum ſeq. latè Cortiada in praxi contentionum to. 1. deciſ. 22. à n. 1. cum ſeq.

Quibus addi poteſt, quia cum hoc 9
medium declarandi contentiones iuriſdictionum introductum fuerit in noſtris Regnis Coronæ, & ferè per totum Orbem, propter bonum commune, & quietem publicam, vt lites terminarentur, & partes expenſis non vexarentur; vt diximus ſuprà quæſt. 1. n. 15. & quæſt. 2. n. 20. & ſeq. ac in pluribus locis huius Tractatûs; infertur exinde, quòd ſi dum pendet declaratio contentionis, alij proceſſus,

ſus, & inſtantiæ non ſilerent, non conſequeretur finis; & ideò iuſtiſſimâ ratione ſtabilitum, & ſtylatum reperitur; ne procedi poſſit ad aliquos actus, & inſtantias pendente contentione, niſi ad illas tantùm, quæ in ipſa fieri poſſunt.

10 Tum & etiam, quia certum eſt, contentionem nullatenùs formari poſſe, niſi in caſibus dubiis; non verò in notoriis & claris; vt diximus *ſuprà quæſt.* 2. *n.* 13. & latè *in quæſt. antecedente*, & plura cumulans tradit Cortiada *vbi ſuprà*
11 *deciſ.* 15. Sed ſic eſt, quòd vt Iudex procedere poſſit in cauſa, & actus iudiciales exercere, debet certus eſſe de ſua iuriſdictione, aliàs aget tanquam priuatus, vt cum Valanzuela *conſ.* 48. *n.* 39. *& conſ.* 52. *num.* 12. *tom. primo* & Salgado *de ſupplicat. & retent. Bullarum p.* 2. *c.* 26. *num.* 84. & Caualerium *deciſ.* 645. *n.* 1. & Rotam *in meis recolec. Peña tom.* 1. *deciſ.* 416. *num.* 3. *& Recentiorum tom.* 2. *deciſ.* 214. *num.* 2. dixi *in meo Paſtorali regul. p.* 1. *clauſ.* 5. *num.* 34. ergo dum non declararetur dubium; ex quo exorta fuit contentio, non poſſunt Iudices contendentes certi exiſtere de ſua iuriſdictione, & conſequenter, nec ad vlteriora procedere, ante declarationem contentionis per Iudicem legitimum factam.

12 Et ex *ſuprà* dictis deducitur, optimè Cortiadam *in dicta deciſ.* 22. *à num.* 19. *cum ſeq.* reprobare D. Laurentium Matthæu, qui *in tom.* 2. *de regim. Regni Valentiæ cap.* 7. §. 1. *à num.* 138. ſcripſit; quòd, pendente contentione iuriſdictionis ſub repetitione Clerici, poſſunt Curiæ ſummarias informationes de delicto recipere ad earum inſtructionem.

13 Enim verò, ſuæ reſolutioni, iura, & rationes ſuperiùs adductæ expreſsè repugnant, & contradicunt, & patet maniſeſtè ex *Prag. Regnorum tom.* 2. *tit.* 51. *num.* 12. vbi ita habetur. *Interim verò proceſſus, qui facti fuerint abſque vniuſcuiuſque partis præiudicio ſuſpendantur; & ſic facti non fuerint, non fiant, quouſque dictum dubium non fuerit terminatum, &c.* & hoc idem fuit ſtabilitũ in Curiis habitis per D Regem Alphonſum IV. & S. Cucufat XI. Septembris 1418. provt habetur in prædictis *prag. num.* 21. *in fine* per hæc verba. *Aliter factus proceſſus ſit nullus, ipſo iure &c. & ibidem num.* 28. Rex Ferdinandus iubet, vt id ita ſeruetur. Et in Curiis celebratis Montiſone de anno 1553. per Regem noſtrum Philippum II. *cap.* 31. aliàs 2. *& in prag. Regni n.* 38. ſic habetur. *Pendiente la contencion de Iuriſdicion entre las corte Eccleſiaſtica, y ſeglar, no ſe ha de hazer coſa nueua preſentada la carta de la contencion, aunque fuere por la eſtrechura de las Carceles, y ſi hiziere otro, que el Canceller, antes de declarar la contencion, aya de reuocar todo lo que hantes ſe hauia innouado, &c.*

Vnde colligitur, quod cum prædictæ diſpoſitiones generaliter, & ſine aliqua reſtrictione loquantur, ponderando verba illa, *no ſe ha de hazer coſa nueua, &c.* generaliter ad omnia procedimenta, tam ad plenarias, quam ad ſummarias informationes iudiciales, vel extra iudiciales, ſunt extendenda; & licèt hoc expreſsè in dictis legibus non caueatur; in ipſa tamen generalitate continetur, & conſideratur, ac ſi eſſet expreſſum iuxta *text. in l. finali ff. quod cum eo*, & communiter DD. *in l.* 1. *ff. de vulg. & pupillari ſubſtitutione*, latè Tiraquellus *in tract. de retractu Lignagier* §. 1. *gloſ.* 2. *à num.* 102. cum ſeq. & conducunt, quæ tradit Farinacius *in ſuis conſiliis tom.* 1. *conſ.* 30. *num.* 216. *verſ. nam & illud &c.* 14

Et cum lex ſemper in potiori ſignificatione ſit accipienda, *ex regula textus in l. quæritur, ff. de ſtatu hominum, & in lege non aliter, ff. de legatis* 3. Surdus *conſ.* 278. *num.* 27. *& deciſ.* 283. *num.* 5. ſequitur exinde, quod ſuppoſito decreto, & diſpoſitione, quòd formata contentione, ad vlteriora procedi non poſſit, intelligi debet, & etiam in ſummariis informationibus, quæ quidẽ in genera- 15
li prohibitione comprehenſæ erunt: verba enim dubia in potiori ſignificato accipienda ſunt *cap. penultimo de ſententia excommunicationis, l.* 1. §. *ſi is, qui Nauem, ff. de exercit. act.* §. *quod ius quidem ciuile in fine inſt. de iure naturali, gentium, & ciuili*, & conſequenter dicendum eſt, quod etiam, dato, quod prædicta verba, dubia viderentur attamen in potiori ſignificatu intelligenda venirent, & exinde diſpoſitionem extendendam eſſe ad omnia procedimenta, etiam ſummariiſſima. 16

Præterea ipſemet Don Laurentius Matheu, *vbi ſupra in dicto cap.* 7. §. 1. *num.* 142. *in fine*, fatetur (provt etiam diximus *ſuprà num.* 8) pari paſſu procedere appellationem quoad effectum ſuſpendendi omnia procedimenta, ſicut contentionem, ibi *cum propoſita appellatione pariter attentari dicatur ſicuti quando* 17

contentio

contentio pendet &c.& tradit Ceballos *de*
cognitione per viam violentia quaſt 80.
Ergo ſi Mathæu æquiparat contentioné
cum appellatione ad effectum nihil in-
nouandi ipſa pendente, non debet ad-
mittere aliquas informationes ſumma-
rias ſicut nec in appellatione admittun-
tur.

18 Taliter, quod valet argumentum
quoad attentata, de contentione ad ap-
pellationem, ſi aliquid innouetur, &
hoc argumento vtitur Fontanella *deciſ.*
313. *num.* 12. *& ſeq.* Sed nemo dubitat,
quòd appellatione pendente, nihil quo-
modolibet innouari poteſt, *l.* 1. *§. penul.*
& ferè *per totum tit. nihil innouari appel-*
latione pendente l. Imperator §. 1. *ff. de ap-*
pellat. cum aliis pluribus: & ita docent
Noſter Suelves *in ſua centuria conſ.*48.
n. 5. Poſtius *de manut. obſer.* 8. *n.* 53. *&*
ſeq. Cancer *p.* 3. *variarum cap.* 19. *n.* 45.
Fontanella *de pactis nuptialibus tom.* 1.
clauſ. 4. *gloſ.* 10. *p.* 1. *num.* 68. *& ſeq.* &
alij plures penes Barboſam *in collect. ad*
text. in cap. finali n. 27. *de appellationibus*:
Ergo nec contentione pendente admitti
debet.

19 Nec effugium aliquod poteſt habere
Mathæu, ex eo, quòd informatio Cu-
riæ non ſit actus iudicialis, cum extra, &
antea iudicium fieri poſſit, & conſequen-
20 ter non inducere attentata; Quia reſ-
pondetur, curiam illam informationem
non facere tamquam perſonam priua-
tam cum poteſtate, aut authoritate par-
ticulari pro ſe tantum informanda: Sed
authoritate publica, quam exercet;
quod quidem prohibitum reperitur, tam
ex diſpoſitionibus particularibus no-
ſtrorum Regnorum Coronæ Arago-
num, & Caſtellæ, quàm iuris commu-
nis, *in dicto cap. ſi Iudex Laicus de ſen-*
tentia excommunicationis in 6. Ergo non
poterit curia talem informationem effi-
cere.

21 Hócque probari poteſt, ex his, quæ
tradit Lancelot. *de attentatis p.* 1. *cap.* 2.
vbi *n.* 4. *& ſeq.* valde concludit ad pro-
poſitum, præcipuè *n.* 9. & ideò libet eius
verba tranſcribere, vt efformetur argu-
mentum; qui *n.* 4. ita ait. *Et eſt aduerten-*
dum, quòd ſicut à Iudice dupliciter procedi,
& dupliciter ab eo appellari poteſt; ita etiam
22 *dupliciter poteſt dici, quod per illum attente-*
tur. Quandoque enim Iudex iudicialiter
procedit; quandoque verò non procedit vt
Iudex & extraiudicialiter; vt pars & perſo-
na priuata; vt declarat Francus, in cap. di-
lectis n. 2. *in vltimo notabili, & cap. bona,*
n. 43. *verſ. decima concluſio de appellat. &*
eſt differentia, quia ſecundùm opinionem 23
Anto. in cap. dilectis de appellat. quem re-
fert Francus dicto n. 43. *Iudex poſt appella-*
tionem interpoſitam ab eo extrajudicialiter
procedente aliquid attentet, tale attentatum
non dicitur eſſe ipſo iure nullum, ſed annul-
landum, inter qua (vt notum eſt) multùm
intereſt; ſecus ſi attentet poſt appellationem
interpoſitam ab eo, iudicialiter procedente,
quia tunc eſt ipſo iure nullum &c Hæc Lan-
celot, vbi in ſequentibus numeris plura
refert, ad intentum conducentia, & ex
eius doctrina colligitur, quòd cum Mat-
thæu loquatur de curiis, vt poſſint ex-
trajudicialiter ſummarias teſtium infor-
mationes recipere, non poteſt dici, Cu- 24
rias procedere, ſicut aliquis Iudex pri-
uatus, aut aliqua perſona priuata.

Curia namque collectiuè ſumpta, &
(provt ipſum verbum denotat) ſemper
procedit vt Iudex, tam iudicialiter, quàm
extraiudicialiter, cùm Curia idem ſit,
quod Collegium ex pluribus conſtitu-
tum, cui de iure pertinet iudicare; non
conſiderato hoc, vel illo indiuiduo:
Ergo nunquam agere poterit, vt pars, &
perſona priuata, & conſequenter quid-
quid Curia effecerit, pendente conten-
tione, ſiue iudicialiter, ſiue extrajndicia-
liter, etiam in ſummariis informationi-
bus, non ſolùm veniet annullandum;
ſed erit ipſo iure nullum, & attentatum. 25

Et ex eo contra talem Iudicem, vel
Curiam admittentem ſummarias infor-
mationes, poterit pars agere remedio at-
tentatorum, quod eidem eſt fauorabi-
lius, vt accuratè ex Franco *in cap bona,*
n. 15. *& ſeq.* & Bero. tradit Lancelot.
vbi proxime num. 9. *&* 10. Ex quibus opi-
nio Don Laurentij Matthæu quoad
hanc partem nullatenus admitti debet,
provt & etiam ita reſoluit Cortiada *in*
dicta deciſ. 22. *à n.* 19. vbi in ſequenti-
bus reſpondet fundamentis, quibus Mat-
thæu ſuam nititur opinionem corrobo-
rare, apud quem videre poteris vt bre-
uitati conſulamus, & vide quæ dicemus
in quæſtione ſequenti. An autem Iudex
in criminalibus poſſit procedere, con-
tentione pendente in proceſſu informa-
tiuo, vide Illuſtriſſimum & excellentiſ-
ſimum Vicecancellarium Coronæ Ara-
gonum, nec non doctiſſimum D. D.
Chriſtophorum Criſpi de Valdaura *in*
ſuis obſeruationibus, & illuſt. deciſ. obſer-
uat. 68. *per totam.*

QVÆSTIO

in conſtitutione ſecunda Cathalonia de contentione juriſdictionis, & docent Ferrer, *p.3.obſeruat. cap. 10. n.1.& ſeq.* Pareja *in dicto tit.2.reſol.6.n. 2.& 4.* Narbona *ad lib. 1. recopilat.l. 20.gloſſ. 23. n. 10.* quos refert, & ſequitur Cortiada *vbi ſuprà in*
5 *dicta deciſ. 22.num. 17. & ſeq.* qui hæc exemplificat in condemnatione ad torturam, vel aliam quancunque punitionem, etiam leuiſſimam Rei capti, ex Scaccia *de iudiciis cap.11.n.90.* Guazzinu *defenſion. reor. defen.20.cap. 8. num. 2.* Farinacio *in praxi criminali, p. 1.quaſt.8.*
6 *n.35.* Ita vt nec proceſſus proſequi poteſt ſeu de nouo fulminari, aut aliqua alia informatio etiam ſummariiſſima ſumi, quamvis ſit pro Curiæ inſtructione ad ſatiandum animum, ex Cancer *dicta 3.p Variar.reſolat.cap.10.n.63.* Portoles *in ſcholiis ad dictum forum 1.n.60.* Suelues *in Centuria tom.1. conſ. 44. n. 30. in fine*, & aliis pluribus relatis à Cortiada *vbi proximè n.18.* & diximus *ſuprà in q.antecedenti n.12.cum ſeq.*

7 Ratio autem prædictorum eſt notoria; ſicut enim non licet vllo modo aliquid à Iudice innouari, etiam in minimo ex eo quia pars ex iuſta cauſa appellans intendit cum hoc remedio à iure ſtatuto propulſare grauamen, quod intelligit Iudicem ei intuliſſe.

8 Exinde ius decernit æquum non eſſe, nouum grauamen addere, quod accidere poterat, ſi Iudex omninò nõ haberet ligatas manus; & ideò diſponit nihil fore innouandum *l.1.§.penult.ff. nihil nouari, appellatione pendente, l. Reus §. 1.ff. de muneribus,& honoribus,l. Imperator §.1. de appellat.* Portius *de Manuten. obſeruat. 8.n. 53.& ſeq.* Barb. plures referens *in Collect. ad textum in cap. finali n. 27. de appellat.* Valançuela *conſ.7.n.20.& conſ. 32.n.87.* & in aliis idem affirmat.

9 Eodem prorſus modo in contentionibus dicendum eſt, cùm detur æquiparatio de appellationibus ad contentiones, vt reſoluimus *ſuprà q. anteced.n.8.*

10 Cùm enim in contentione Iudex, vel pars eam firmans, grauatũ, vel grauatam ſe cenſeant, æquum non eſt, vt cumuletur nouum grauamen, ex quo noua cauſa diſcordiæ ſuboriatur, quod quidem iura ſummoperè euitare intendunt. Et cum hoc medium terminandi contentiones, ex omni iure introductum ſit ad vitandas diſcordias, rixas, & ſcandala, vt diximus *ſuprà quaſt. 1.n.15.& quaſt. 2.n.20.& quaſt. 36. n. 2.* ac in aliis pluribus; rationi, & honeſtati conſonum eſt, claudere os, & manus ligare, ne aliquid innouetur, donec declaratio contentionis pendet, ad partium iuriſdictionem quæ prætenditur, pertineat.

Taliter, quòd durante tempore con- 11
tentionis, & ea pendente, non currat partibus tempus, à iure ſtatutum pro continuanda inſtantia, ſed eſt in ſuſpenſo vſque ad declarationem, vt accuratè aduertit Anchar. *in dict. cap.ſi Iudex Laicus,n.6.verſ. decimò nota*, &c. *de ſententia excommunicationis in ſexto*; & conducunt, quæ in ſimili tradit Tiraquel. *in tract. de retract. lignag. §.1.gloſſ.10.num. 37.& 40. cum ſeq.* Quos refert, & ſequitur noſter Portoles *in ſcholiis ad dictum forum 1.ſub tit. de la Competencia de juriſdicion, numero 61.*

Hæcque adeò ſunt vera, vt in noſtro 12
Regno Aragoniæ praxi ſit admiſſum concedi iuris firmam, ne aliquid per Iudices innouetur, contentione pendente; ex eodem motiuo, ex quo conceditur, ne illud fiat, appellatione pendente; vt pluribus exemplaribus, & Doctoribus idem tenentibus docet Portoles *vbi proximè n.62.*

Quo tempore pendente, cùm Iudices 13
contendentes loco partium habeantur, propter intereſſe ex ipſa iuriſdictione attribuenda; meritò ipſis interdicitur, ne aliquid innouare valeant; vt ex Cancer, & aliis notat Pareja *in dict. tom.1. de inſtrumentorum editione, tit.2.reſolut.6.n. 1. circa medium*, à quibus mutuauit Cortiada *in dict.deciſ.22.n.7.* qui in ſequent. vſque ad 19. alias rationes adducit confirmantes prædictam reſolutionem, apud quem videre poteris, & eas, quas *in quaſt. antecedente* allegauimus, quæ in præſenti repeti poſſunt.

Ex quibus concludendum eſt, nulla- 14
tenus licere partibus, vel Iudicibus contendentibus de iuriſdictione aliquid innouare, poſtquam contentio fuerit formata, & hoc tam iudicialiter, quàm extraiudicialiter, aut plenariè, vel ſummariè in omnibus emergentibus, & dependentibus, ad ea, quæ conducant, vel tendãt circa cauſam, quæ motiuũ, ſeu anſam dedit ad formandam contentionem.

Et quidquid egerint, vel prouiderint, erit ipſo iure attentatum, & nullum, ac reuocandũ via priuilegiata attentatorũ: quam concluſionẽ Cortiada *vbi ſup. deciſ.15.n.27.* & cum decẽ & ſeptem ampliationibus extẽdit, & exornat Aloiſius Riccius *in ſuis collect. dec. coll. 1469.* Quæ quidẽ procedunt tam de iure communi,

quàm municipali Regnorum Coronæ Aragonum, & in noſtro docent Portoles, *vbiſuprà in ſcholiis ad dictum forum* 1. *n.* 66. Seſſe *in tract. de inhibit. cap.* 9. §. 1. *n.* 67. *& ſeq.* & in Regno Valentiæ, Belluga *in ſpeculo Principum Rub.* 11. § *Videamus n.* 4. & in Sardinia Vico *lib.* 2. *tit.* 51. *num.* 38. & in Cathalonia latè idem Cortiada *in dict. deciſ.* 22. *à num.* 27. cum pluribus ſeq.

Vbi *num.* 33. quærit, *à quo debeat fieri talis attentatorũ reuocatio? & licèt de iure communi videatur ad Curiam Eccleſiaſticam, vel Iudicem Eccleſiaſticum pertinere*, ex Guillermo Benedicto *in cap. Rainutius verſ. & vxorem, el ſegundo n.* 141. Ceuallus *in tract. de cognitione per viam violentiæ quæſt.* 8. *n.* 3. Attamen in noſtris Regnis Coronæ ad Cancellarium competentiarũ reſeruatum reperimus à Curiis generalibus propter ipſius præeminentiam, & excellentiam, vt tradit Cortiada *in dicta deciſ.* 22. *num.* 43. vſque ad 44. qui poſteà *num* 36. declarat modum, & praxim reuocandi talia attentata, eámque proſequitur *num.* 37. pro noſtro Regno Aragonum ex Seſſe *de inhibit. cap.* 10. §. 1. *num.* 3. *&* 11. *cum ſeq.* & *num.* 38. quomodo procedatur in Cathalonia, *& ibidem à n.* 48. *cum ſeq.* latè explicat, quæ dicantur attentata in contentione poſt præſentationem primarum litterarum, ad quem nos remittimus, vt huic quæſtioni, quæ difficultate caret finem imponamus, & ad alias difficiliores tranſire valeamus.

QVÆSTIO XXXIX.

An teneatur Curia contentionem formare, ſi dicat ad ſe pertinere notoriè iuriſdictionem?

SVMMARIVM.

Contentio iuriſdictionis non formatur in Aragonia ſuper dubio de dubio. n. 1. *ſecùs autẽ in cæteris Regnis Coronæ. n.* 2. & ſeq.

Declaratio contentionis ſuper dubio de dubio intra quod tempus, & per quot terminari debent? n. 3. & 4.

Contentio circa dubium de dubio formari debet, etiam in caſibus claris, & notoriis, quamvis prætendatur nullâ probabilitate eſſe fretum. n. 5.

Dilationes non debent admitti in iudicio, quando agitur in caſu claro, & notorio. num. 6. *&* 7.

Modus terminandi contentiones iuriſdictionis introductus fuit in Regnis Aragoniæ, vt lites breui interuallo expedirentur. n. 7.

Contentio non poteſt euitari ex eo; quòd vna ex Curiis contendentibus dicat, non dubitare, ſi altera dubitat. n. 8.

Dubia non fit res, per ſolam verbi negationẽ, ſed ex quaſi præſumptione introducta, quæ debeat obſeruare ius alterius. n. 9.

Notorium, aliud eſt iuris, & aliud facti, in quibus ſi contentio formetur, non debet admitti. n. 10. & ſeq.

Notorium iuris eundem. habet effectum, ac notorium facti continuũ quoad exercitium iuriſdictionis. n. 11.

Notorium dicitur illud quod opponitur dubio. n. 12.

Dubiũ debet dici, quod inter ſapientes dubitatur, quãvis aliàs cæteri illo careant. n. 13.

Notorium dici poteſt, quod ab omnibus ſciri valeat, & hoc non impedit, quòd in contentione iuriſdictionis propter illud formari nequeat. n. 14. & ſequent.

Notorium dicitur, quando actus, vel res fuit geſta coram decem teſtibus, & ex illo non impeditur, vt contentio inter Curias non formetur. n. 14.

Actus momentanei ſi fiant, quandoque poſſunt in notorium tranſire. n. 15.

Iuſtitia obiectum conſiſtit, vt cuique detur, quod ſuum eſt. n. 16.

1 HVius quæſtionis reſolutio, ſeu deciſio quoad noſtrum Aragoniæ Regnum omninò caret difficultate cùm in eo explorati ſit iuris & praxis certa, quòd contentio nullatenus formari valeat ſuper dubio de dubio; vt latè diximus *ſup. qu.* 36. *à n.* 9. *& ſeq.* & expreſsè reſoluunt Portoles *in ſcholiis ad for.* 1. *n.* 69. *& for.* 3. *n.* 6. *ſub. tit. de la Competencia de juriſdic.* & Bard. *ad eoſdem foros n.* 1. quos refert, & ſequitur Cancer *p.* 3. *Variar. cap.* 10. *n* 114. Ramirez *de lege Regia* §. 2. *n.* 13. *littera Q.* Latè Seſſe *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *n.* 47. & copioſè §. 2. *n.* 6. *&* 14. *cum pluribus ſeqq.*

2 In cæteris autem regnis Coronæ, contrarium ſeruari, eſt etiam in confeſſo, & ſine aliqua hæſitatione, ex verbis expreſſis concordiæ Reginæ Eleonoræ; vt accuratè pro Regno Valentiæ docet D. Laurent. Mathæu *de regimine Regni Valentiæ to.* 2. *cap.* 7. §. 1. *à n.* 50. *cum ſeq.*

3 Et in Regno Sardiniæ patet etiam: nam Rex Alfonſus IV. in priuilegio dato teſtamento Eccleſiaſtico ſub datum en Santo Cugat. 11. Septembris 1418.

conceſſit

conceſſit, quod Curia Regia, & ſecula-
ris, quoties Eccleſiaſtica obtinuerit,non
eſſe notorium caſum ad illam pertinen-
tem licèt ipſa dicat, & prætendat eſſe
notorium, & manifeſtum, eo non ob-
ſtante, debeat formari contentio eli-
gendo Arbitros, qui eam declarent, ex-
ſtendendo eam reſolutionem, quamvis
dubitetur, an ſit probabile, vel non, ta-
le dubium pro aliqua ex Curiis conten-
dentibus, quia adhuc in eo caſu intra
quinque dies eligendi ſunt Arbitri, qui
intra alios decem dies decidant illum
articulum, ſi ſit necne dubium proba-
bile; & ſi intra id tempus inter ſe non
conuenerint, Cancellarius cum ambo-
bus, vel altero eorum infra tres dies de-
cidere debeat talem contentionem; &
ſi furtaſſe Cancellarius ſit abſens, vel
alio legitimo impedimento detentus,ex
quo nequeat ad declarationem deueni-
re; tunc ab ipſis duobus Arbitris eligi
debeat alius tertius litteratus qui cum
eis *vel altero* eorum infra ſex dies termi-
nent contentionem dubij. Ita ſtabilitum
reperitur per S. M. Regis Ferdinandi,
vt habetur in pragmat. Regni Sardiniæ
*tom.2. tit.51.n.21.*vbi latè Regens Vico.
4 Et in Cathalonia ſimiliter practica-
tur *ex Prag. Regni* 4. §. 2. *tit. de content.*
Iuriſdict. vt ex Cancer, Fontanella, &
aliis copiosè tradit Cortiada plura
exemplaria allegans, *in ſua praxi con-*
tentionum tom. 1. *deciſ.* 15. *à num.* 5. cum
pluribus ſequent. qui multa congerit
circa obſeruantiam Regnorum noſtræ
5 Coronæ;& *n.7.cum ſequen.* reſoluit, pro-
cedere etiamſi agatur in caſibus claris,&
notoriis; vel ſi ambigeretur,an tale du-
bium fretum eſſet, vel non aliquâ pro-
babilitate,quia adhuc tunc Curiæ Com-
pelli debẽt ad formandam contentionẽ.
6 Sed obſtare videtur huic reſolutioni,
quod nimis durum videtur, in talibus
caſibus compelli ad formandam con-
tentionem, cum in notoriis, & claris
æquum non ſit admittere dilationes,
quæ pullulare poſſent formando du-
bium de dubio, niſi in illis, de quibus
diximus *ſuprà quæſt.* 36. non verò in no-
toriis, & claris,ad quod attendentes no-
ſtri maiores Regni Aragoniæ; interdi-
xerunt tales contentiones. Seſſe *de inhi-*
bit. cap.9. §.2.num 18.*&* 19. in quo con-
ſonant omnes noſtri Practici; Imò &
etiam in cæteris Regnis Coronæ videtur
idem Iudicium efformandum; iuxta ea,
quæ tradunt Cancer. *lib.* 3. *variar. c.*10.
num. 70. Fontanella *deciſ.* 256. *num.* 22.

p. 1. Matthæu, *vbi ſuprà in dicto cap.* 7.
§. 1. *num.* 50. Gambacurta *de immunit.*
Eccleſiaſt. lib. 6. *cap.* 3. *num.* 2. *&* 4. *& c.*4.
num. 4. Ergo dicendum videtur prædi-
ctam praxim non eſſe iuri conſonam,&
conſequenter non admittendam.
Præcipuè, quia repugnare videtur 7
motiuo, & cauſæ propter quod, vel
quam concordia Reginæ Eleonoræ fuit
inita,videlicèt, vt lites breuiori tempore
expedirentur, & cauſæ celeri interuallo
finem conſequerentur, quod quidem
impediri videtur, ſi in claris, & notoriis
admittatur, vt contentio formetur.
Ergo &c.
His tamen non obſtantibus à prædi- 8
cta reſolutione quoad Regna Coronæ
præter Aragoniam non eſt recenden-
dum; quæ quidem vltra prædicta, fun-
dari etiam poteſt in eo, quod licèt vna
Curia, tam Eccleſiaſtica quàm ſecularis
reſpectiuè dicat, non dubitare,illud non
eſt ſufficiens, vt formatio contentionis
effugi debeat, cum propter ſuum inte-
reſſe carere poſſit dubio; ex eo tamen
non remanet cauſa ſine illo, cum licèt
ipſa non dubitet, altera, vel alij in du-
bium venient;& tunc ad eum effectum
iam datur dubium de dubio, quod ſuffi-
cit; vt diximus *ſuprà q.*36.*à n.*12 *& ſeq.*&
tradunt Fontan.*deciſ.*313.*n.*4.Vico, &
Matthæu,quos refert, & ſequitur Cor-
tiada *in d. deciſ.* 15. *num.* 12.
Et præter ea quæ ipſi congerunt con- 9
firmari poſſuut proximè dicta ex eo,
quòd dubia non ſit res per ſolam verbi
negationem,ſed ex quaſi præſumptione
introducta, quæ habebat obſeruare ius
alterius,Argumento textus *in l.Carbonia-*
nianum 3. §. *cauſa cognitio ff. de de Carbo-*
niano edicto, & in l.admonendi 31.*ibi in du-*
biis cauſis &c. *ff. de iureiurando*, & cum
Bartolo *in l.poſt rem ff.de tranſactionibus*,&
Baldo *in l.quandiu.C.qui ad bonorum poſſes.*
tradit Alberi de Roſatte in ſuo dictiona-
rio *littera D. verbo dubia ſit res &c.* Ergo
dicendum videtur,quod ſi ex ſola Curiæ
negatione pro formanda contentione
dubium formale non orlatur, influit ta-
men ad aliquale dubium ſufficiens ad illã
formandã propter illud ius, quod altera
Curia prætendit; & conſequenter dari
dubium, de dubio; quo caſu in Regnis
Coronæ excepto in Aragonia, admitti-
tur, & formatur; vt diximus *ſuprà q.*36.
num 12. *& ſeq.*
Neque obſtant quæ oppoſuimus *ſu-* 10
prà numero 6. *&* 7. quia notorium dici-
tur dupliciter aliud iuris, & aliud fa-

ꝺi continui, vt latè explicuimus *ſuprà quæſt.* 36. *à numero* 23. *cum ſeq.* Si ergo dubium propoſitum à curia negantc formare contentionem, verſetur in notorio iuris, aut facti continui, quod nulla tergiuerſatione celari poſſit, etiam oculis caliginoſis; veluti ſi ſit in caſu vbi ſententia legitimè fuit lata, quæ tranſiuit in rem iudicatam, vel in contentione iam deciſa, & ſuper eiſdem in ipſa inſtantia de nouo agatur, & in aliis pluribus relatis per Cortiadam, *vbi ſuprà deciſ.* 9. *&* 11. & latiſſimè *deciſ.* 15. Tunc enim contentio formanda non eſt, cùm notorium facti (modo præmiſſo) eundem habeat effectum, quem habet notorium iuris, quoad exercitium Iuriſdictionis, vt ex aliis probat Mariſcotus *lib.* 1. *variarus reſolut. cap.* 11. *num.* 10.

12 At verò ſi notorium ſit, quatenus abſolutè opponitur dubio, cum aliquali tamen circunſtantia etiam remotiſſima; tunc non eſt ambigendum in prædictis Regnis formandam eſſe contentionem argumento ſumpto *ex l. an inutilis ff. de acceptillationibus, & l.* 1. *in fine principij, ff. nihil nouari appellat. penden.*

13 Ex quibus colligunt DD. quòd dubium debet dici illud, quod inter ſapientes dubitatur, licèt alias ceteri illo careant, & exinde oritur in tali caſu non repugnare dubium de dubio.

14 Prætereà non quodlibet notorium impedit, quòd non formetur contentio; nam dicitur etiam notorium, quod ab omnibus ſciri poteſt, vel quando actus, aut res geſta fuit coram decem teſtibus, vt ex Craueta *conſ.* 120. *n.* 2. & Maſcardo *de probat. verbo Notorium, concluſ.* 1106. *n.* 17. tradit Niger Ciriacus *to.* 2. *controuerſ. foren. Cont.* 133. *n.* 2. *& ſeq.* quibus iunge Bellonum *in tract. de poteſtate eorum, quæ in continenti, vel ex interuallo fiunt, l.* 2. *c.* 127. *n.* 2. Qui plures allegat, & *n.* 3. concludit,
15 quòd etiam momentanei actus in notorium tranſire poſſint; in his etenim caſibus non repugnat, quòd ſit notorium, & habeat in ſe aliquod genus dubij, & conſequenter poſſe accidere exiſtere notorietatem continentem dubium: in quo ſenſu intelligenda ſunt, quæ docent noſtri Practici relati à Cortiada *in dicta deciſ.* 15. *à n.* 5. *cum pluribus ſeq.* videlicet quòd formanda ſit contentio inter Iudices ordinarios Eccleſiaſticum, & ſecularem regium ſuper quolibet dubio de dubio, etiam notorio notorietate, quæ non ſit manifeſta, & clara de iure, aut facto continuo, quod nulla tergiuerſatione celari poſſit, in his enim vtique non formatur contentio, & in his caſibus intelligendus eſt Cortiada *deciſ.* 12. *n.* 45. cum aliis tenentibus in notoriis, & claris, de quibus *ſuprà n.* 14. non eſſe formandam contentionem, & patet ex his, quæ ipſe tradit *à n.* 31. *cum ſeq.*

Nec ſimiliter obſtat, quod diximus 16
ſuprà à n. 7. nam licèt in notoriis (vt dictum eſt) admittatur contentio pro dubio de dubio, non tamen abſolutè, & indiſtinctè, ſed vt proximè annotauimus in illis caſibus, in quibus nulla repugnantia debet conſiderari, cùm illud tendat in bonum commune circa conſeruationem Iuriſdictionis cuique attributæ, & æquitas ſuadet, vt vnicuique detur, quod ſuum eſt; nec eſſet rationabile, quod ei tollatur, aut defraudetur, vel minuatur; & hoc tendit in bonum commune; cùm in illo conſiſtat principale obiectum Iuſtitiæ §. 1. *inſtit. de Iuſtitia, & iure cum vulgatis*; ex quo ſequitur non fieri contra concordiam Reginæ Eleonoræ, ſed imò potiùs magis iuxta motiuum, ad quod fuit inita, videlicet, vt cuilibet curiæ ſine anfractibus, & diſcordiis, quæ accidere ſolebant, attribueretur ſua Iuriſdictio, quæ per aliam curiam contradicebatur: ex quo oritur, quòd ex hoc lites in longius non protrahuntur, ſed imò breuiori tempore terminantur, & poſſumus dicere illud dicterium *ſat citò, ſi ſat bene*, & exinde ceſſat inconueniens *ſuprà* conſideratum *in dicto n.* 7. Ex quibus ita concludendum videtur.

QVÆSTIO XL.

Prælati & perſonæ Eccleſiaſticæ an poſſint eiici à Iudicibus ſecularibus è Regno aut ciuitate propter inobedientiam ſaltem ex vi œconomicæ poteſtatis?

SVMMARIVM.

Prælati, & perſonæ Eccleſiaſticæ ſunt omni iure exempta à Iuriſdictione ſæculari. n. 1. & 30. cum ſeq.

Eccleſiaſticæ perſonæ nullatenus poſſunt ſubiici Iuriſdictioni coactiuæ Iudicum ſecularium, etiam illis conſentientibus. n. 2. & 30. cum ſeq.

Iuriſdictio ſecularis, an procedere poſſit contra

tra Eccleſiaſticas perſonas,non per coërcitionem iudicialem, ſed œconomicam, & politicam? anceps eſt quæſtio. n.3. & ſeq. *& pro affirmatiua. n.4.* & ſeq.

Indecentia non ſequitur ſtatui Eccleſiaſtico, ex eo, quòd Iudices ſeculares in aliquibus caſibus procedant contra Eccleſiaſticos per viam œconomica,& politica poteſtatis propter bonum commune, & vtilitatem publicam.n.4.& 5.

Eccleſiaſtica perſona perturbantes quietem publicam, vel conſpirantes contra Rempublicam, aut Regem,poſſunt exulare, & banniri per poteſtatem ſecularem propter bonum commune. n.6. & ita ferè practicatur in omnibus Prouinciis orbis.n.7.

Eccleſiaſtica perſona, & turbantes iuriſdictionem Regiam in Regnis Corona Aragonum,poſſunt banniri per Iudices ſeculares, ſi fuerint rebelles, & contumaces in parendo.n.8. Quod fallit in Corona.n. 8. & 18. cum ſeq.

Concordia Regina Eleonora; quoad contentiones iuriſdictionum fuit communicata per ſummum Pontificem ad omnia Regna Corona prater Aragoniam.

Contentiones iuriſdictionis in Aragonia declarantur ex diuerſo titulo, ac in aliis Regnis Corona.n.10.

Perſona Eccleſiaſtica nullatenus poſſunt per Iudices ſeculares banniri,etiam in Regnis Corona Aragonum, adhuc in vim concordia Regina Eleonora.n. 11.ſed contra. n. 12. & ſeq.

Argumentum à contrario ſenſu validiſſimum eſt,tam de iure,quàm ex noſtris foris Aragonia,etiamſi diſpoſitio ad litteram intelligi debeat. n.15.& 16.

Argumentum à contrario ſenſu non habet locum,ſi contrarium eſt expreſſum in iure, aut abſurdum aliquod ſequatur. numero 17.

Pœna,quibus puniantur Eccleſiaſtici turbantes quietem publicam, vel conſpirantes, aut rebelles in parendo prouiſionibus Iudicum ſecularium, ſunt diuerſa vſque ad exilium. numero 19.ſed contra. num. 21. & ſeq.

Concordia Regina Eleonora ad cuius metas declarantur contentiones iuriſdictionum in Regnis Corona Aragonum, fuit confirmata authoritate Apoſtolica.n.20.

Praxis banniendi perſonas Eccleſiaſticas per Iudices ſeculares, qua à pluribus ſtylatur, eſt irritata maximis ſcrupulis, cùm alia ſint media,quibus damnum reparari poſſit. n. 21.

Clericus turbans Rempublicam,vel populum concitans,puniri poteſt per Iudices ſeculares,ſi monitus per eos nolit deſiſtere,dummodo pœna immediatè non tangat perſonam.n.22.

Occupatio temporalitatum prouiſa per Iudicem ſecularem contra clericum ob contumaciam in non parendo,debet eſſe in caſu notoria violentia, non verò dubia.n. 22. & 23.Quomodo autem fiat in Aragonia. n.24.& ſeq.

Iurisfirma in Aragonia eſt quadam prima Iudicis prouiſio facta ſine citatione partis contra quam obtinetur. n.25.

Pœna Banni, vel exilij impoſita Eccleſiaſticis per Iudices ſeculares,propter tenacitatē in non parendo eorum prouiſionibus,eſt valde ſcrupuloſa, & euitanda. num. 26. & 27.

Pœnam Banni an imponere poſſint Iudices ſeculares perſonis Eccleſiaſticis,propter inobedientiam in non parendo eorum prouiſionibus;eſt anceps quæſtio. n.28.

Iuriſconſultus non debet hærere in reſponſione,& declaratione, etiam quod neminem reperiat,qui in ſpecie decidat caſum, ſicut,nec ſi à pluribus ſit diſcuſſus.n.29.

Iudices ſeculares an habeant politicam, & œconomicam poteſtatem in clericos.n.30. & ſeq.

Iudices ſeculares nullatenus per viam iudicialem poſſunt exercere iuriſdictionem in perſonas Eccleſiaſticas.n.31.

Principes ſupremi habent in ſe œconomicam, & politicam poteſtatem, qua neceſſaria iudicetur pro conſeruatione quietis,& pacis publica, reſpectu quarumcunque perſonarum. n.32.

Principes ſupremi ſunt Patres, & vt tales confouere debent vaſſallos, & hi illis obedire. n.33.

Princeps idem eſt, quòd primum caput à quo membra deriuantur. n.34.

Reges ideò dicuntur ex Regnis, & Regionibus ab ipſis poſſeſſis. n.34.

Imperator dicitur Princeps conſtitutus ad regendum. n. 34.

Imperatores, Reges,& Principes conſtituuntur ex diuina prouidentia, ad regendū, & gubernandum gentes, quorum officium eſt cogitare priùs de bono communi,& poſteà ſingulorum. n.35.

Principum munus eſt: vt ſubditi viuant in pace tranquilla, & ſecura. numero 35. & 36.

Regum, & Principum corda ſunt in manus Dei. n.36.

Rex ſeruit Deo pracipiendo leges iuſtas, & abrogando contrarias, & maxima virtus eſt ſuccurrere lapſis, & noſcere ſuos. n.37.

Princeps debet ſe gerere cum ſuis tanquam bonus pater. n 38.

Reges, & Principes ſupremi habent in omnes ſubditos, & etiam Eccleſiaſticos illam œconomicam, & politicam poteſtatem, quæ conducit ad quietem publicam, & conſeruationem ſuæ ditionis. n. 39.

Clericus turbans quietem publicam poteſt puniri per Principem ſecularem vſque ad bannimentum, ſeu exilium. numero 40.

Occupatio temporalitatum facienda per Iudicem ſecularem contra Eccleſiaſticos locum habet in caſibus notoriis, in quibus rebelles non retractent, quod ipſi monentur. n.41.

Delicti pœna menſurari debet ſecundum illius qualitatem. n.42.

Pœnam exilij imponere non poteſt Iudex ſecularis Eccleſiaſtica perſonæ niſi in caſu conſpirationis, rebellionis, & his ſimilibus, etiam per viam œconomica poteſtatis. num. 43. & dato, quòd imponi debeat, quomodo ſit procedendum. n 44.

Regulares populo ſcandaloſi poſſunt ab Epiſcopo puniri, ſi ob ipſo monitus ſuperior renuat illos punire, vel condigna punitione non affecerit. n.45.

Iuriſdictio ſecularis poterit bonaire clericum, vel regularem tumultoantem, vel conſpirantem contra Principem, ſi monitus ſuperior ipſius, non apponat remedium, nec delictum puniat. n.46.

Et ſi ſit periculum in mora nec ad ſuperiorem facile adiri poſſit, non indiget dilatione. num.47.

Pœna exilij reputatur inter grauiores. n.48.

Pœna debet eſſe correlatiua delicto, & quantò iſtud ſit atrocius, tantò debet illa augeri. n.49.

Mandatis honeſtis Principum, & Iudicum obediri debet propter bonum commune, & quietem publicam. n. 50. intellige, vt n. 52. & 53.

Puniri non debet aliquis ex delicto alterius. n. 51. intellige de pœna corporali, bene tamen de pecuniaria, propter bonum commune. n. 52. & 53.

Pœna exilij, vel bannimenti tangit corpus. num. 53.

Pœna exilij, quam perſonis Eccleſiaſticis imponunt Iudices ſeculares, ſatis periculoſa eſt in foro conſcientiæ. n. 54.

1 OBjectum principale huius quæſtionis, licèt prima facie videatur difficultate carere, cùm omni iure Prælati, & perſonæ Eccleſiaſticæ ſint exemptæ à iuriſdictione ſeculari, vt eſt expreſſum *in cap. cùm non ab homine, de judiciis*, & in aliis pluribus; & tradunt communiter DD. *in cap. at ſi clerici, eodem tit.* & plura cumulans, ac varios auctores allegans, docet Diana *tom. 1. reſol. moral. tract. 2. reſol. 1. & ſeq.* & eſt apud omnes in confeſſo, & conſequenter abſolutè, & indiſtinctè loquendo prædicta concluſio in genere ſumpta ſine contradictione, vel repugnantia, eſt omninò vera.

2 Nam per viam iuriſdictionis coactiuæ, vel contentioſæ, nullatenus Eccleſiaſticæ perſonæ ſubjici poſſunt iuriſdictioni ſeculari, etiam illis annuentibus, vel conſentientibus, *cap. ſi diligenti*, Vbi communiter DD *de foro competenti*, & quia dictæ concluſiones claræ ſunt non immoror in eis.

3 Quare dubium propoſitum reſtringendum eſt ad illam prolixam, & ſatis ſatiſque diſputatam, ac controuerſam DD. diſcordiam, videlicet: *an per Regiam iuriſdictionem procedi liceat contra omnes Eccleſiaſticos, cuiuſvis ordinis, gradûs, & qualitatis, non per coërcitionem contentioſam, & iuridicam* (de qua nulla datur controuerſia, nam in ea omnino ſunt incapaces) *ſed in coërcitione politica, & œconomica.*

4 Et cum in hac nulla irreuerentia, aut indecentia oriatur, vel ſequatur ſtatui vniuerſali, ſeu perſonæ Eccleſiaſticæ, vt tradit Formetinus *in cap. 2. quæſt 14. num. 7. & 8. & quæſt. 17. num. 1. de iudiciis*, videtur dicendum, quòd ſecluſâ illâ, & externâ ſubiectione, nullum pullular inconueniens, quominus propter vtilitatem publicam poſſint Iudices ſeculares exercere illam politicam, & œconomicam coërcitionem in perſonas Eccleſiaſticas.

5 Præcipuè cùm illi nequeant aliunde reprimere aliquos abuſus, ſeu inobedientias clericorum tendentes in turbationem quietis publicæ, & perniciem
6 totius reipublicæ; in quibus caſibus, & aliis ſimilibus DD. hanc ſententiam tenentes, concludunt *licere, vti tali medio, vſque ad bannimentum*, vt ex infra allegandis apparebit; & aiunt hanc eſſe viam vnicam reparandi, & detinendi aliquorum audaciam, & temeritatem turbatiuam, quam intentare auderent.

7 Et quidem in ferè omnibus Regnis, & Prouinciis vniuerſi Orbis practicatum, & ſtylatum exiſtere teſtantur plures. Pro Gallia Guillelmus Benedictus

Benedictus *in cap. Rainutius, verbo, & vxorem, deciſ. 2. num. 44. & 155. in fine, & num.* 161. Caſaneus in conſuetudinibus Burgundiæ *rub. 1. §. 5. verbo, S'il n'a Grace, num.* 81. *& in catalogo gloria mundi, parte 5. conſid. 24. caſu* 178. Graſſall. *lib. 2. regal. Francor. iure.* 7.

Pro ſtatu Mediolanenſi Iulius Clarus *in praxi criminali, §. finali, quaſt. 36. in additionatis, n. 4. circa medium vſque ad* 7. in impreſſis Geneuæ de anno 1636. *fol.* mihi 160. *verſ. item adde alium caſum &c. & in ſequent.*

De Regno Siciliæ latè Guiurba *in ſuis conſiliis, & deciſionibus criminalibus conſ.* 49. *à n.* 16. Vbi plura ad intentum congerit, qui *in verſ. ſed licèt*, reſpondet Regenti noſtro Seſſe reprobans hanc praxim in clerico, vt *infrà* dicemus. Idémq; inſinuāt Curtellus *ad leges ſeculi l. 22. Regis Federici notab. 25. num. 5. & ſequent.* Antonius de Vallis *variarum lib. 5. pract. 1. tit. 10. num.* 44. Et pro Regno Neapolitano idem Curtellus, *vbi proximè.*

De Ducatu Ferrariæ, & Republica Genuenſi tradit Ceballus *de cognitione per viam Violentia, gloſſ. 6. num. 67. & 68. cum ſequent.* Et de Ducatu Sabaudiæ Oſaſcus *deciſ.* 180. *in fine.*

De noſtris Hiſpaniarum Regnis Solorzanus *de Indiarum Gubernat. tom. 2. lib. 3. cap. 27. à num. 27. & in politica lib. 4. cap. 27. verſ. ſupueſto &c. pag.* 741. Larrea *allegat. fiſcali* 64. *num.* 21. Salgadus *de Regia protectione part. 1. cap. 2. num. 173. cum ſequent.* Fermoſinus *in c. 2. quaſt. 14. numero 7. & quaſt. 17. numero 1. & 2. ſub tit. de Iudi.* Et alij plures penes noſtrum Cenedum *in collectan. ad decretum, collectan. 37. num. 9. & in quaſtionibus canonicis, quaſt. 45. numero* 24. Ramirez *de lege Regia, §. 27. num 12. littera G.* Seſſe *de inhibit. cap. 8. §. 3. à num. 98 & 199. cum ſequent.* Et alij infiniti, quos longum eſſet recenſere.

Et de Regno Gallæciæ Rodericus *de annuis reditibus lib. 1. quaſt. 27. num. 97. in fine*, quem refert Seſſe, *vbi proximè num.* 104.

Et de Regno Granatenſi Arnaya *in lege 40. n. 40. & 41. cod. de decurionibus lib.* 10.

De Luſitania Cebedo *de Patron. Reg. Corona, cap. 36. num.* 4. Pereyra *de manu Regia part. 1. cap. 12. n.* 22.

Quæ quidem in aliis diuerſis Prouinciis, Regnis, & Rebuſpublicis ſtylatum reperitur.

8 In noſtris autem Coronæ, videlicet, in Cathalonia, Valentia, Sardinia, & Inſulis, ita fieri, & practicari volunt Colligere DD. ipſorum Regnorum, ex concordia inita inter Sereniſſimam Reginam Eleonoram, & Bertrandum Cardinalem Conuenarum *in cap.* 3. provt habetur *in prag. 1. de contentione Iuriſd.* Ita Marquilles *in vſat. alium numque, verſ. quaro etiam, fol.* 333. deducendo prædictam reſolutionem à contrario ſenſu ex verbis dictæ concordiæ.

Quam quidem authoritate Apoſto- 9
lica confirmatam exiſtere, teſtantur DD. Cathaloniæ, vt per Cortiad. & alios penes ipſum *in ſua praxi contentionum, parte 1. deciſ. 4. à numero* 1. Illamque communicatam fuiſſe per Summos Præſules Regni Valentiæ, & Sardiniæ, ac Inſulis Maioricen. Minoricen. & Ibicæ, referunt Regens Vico ad Prag. Regni Sardiniæ *lib. 2. titulo 51. à n. 15. cum ſequent.* Matthæu *de Regimine Regni Valentia tom 2. cap. 7. §. 1. per totum*, & latè Cortiada *vbi proximè, in dicta deciſ. 4. num. 18. & deciſ. 5. per totam*, ad cuius metas in vim dictæ concordiæ in relatis Regnis practicatur.

Et in noſtro Aragoniæ Regno in 10
contentionibus iter agimus iuxta diuerſas diſpoſitiones forales, in Curiis generalibus additis, & authoritate etiam Apoſtolica confirmatis, de quibus *in volumine fororum ſub titulo de competentia Iuriſdictionis*; & comprobant Portoles *in ſcholiis ad foros eiuſdem tituli*, & latè Seſſe *tom. 2. deciſ.* 113. *numero 2. & ſequent.* omnéſque noſtri Practici. Et
licèt Thomas Delbene *tom. 2. de im-* 11
munit. cap. 9. dubitat. 13. & eiſdem ferè
verbis *in tract. de Parlamentis, dubit. 23.*
ſect. 1. & 2. & Diana *tom. 3. reſol. moral.*
tract. 1. de immunit. reſol. 27. verſ. au-
deant Neoterici &c. velint omnino ex-
cludere, vt in prædictis Regnis, vbi viget
concordia, poſſint perſonæ Eccleſiaſti-
cæ ex illis expelli, eiici, ſeu banniri pro-
pter aliquod publicum delictum, ſeu
negotium, ſumentes fundamentum ex
verbis ipſius concordiæ; quam quidem
referunt Delbene, & Diana ex Porto-
carrero, à quo illa mutuati fuere, in alle-
gatione pro Iuriſdictione DD. Inquiſi-
torum cum Miniſtris Regiis.

Et tamen non integraliter verba con- 12
cordiæ proferunt, ſed tacendo aliqua, ex quibus diuerſus ſenſus efformari debet. Aiunt namque tranſcribendo, illa provt ſequitur: *Super eo verò, quòd conquaritur, quòd perſona Eccleſiaſtica eiiciantur*

tur ſeu banniantur è Regno, concordatum eſt, quòd illud ſi vnquam factum eſt, cùm euidenter ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam, male factum ſit, & eſt etiam concordatum, vt in poſterum nunquam amplius id fiat &c. Ex quibus colligunt præ-
13 dicti DD. quòd adhuc vbi prædicta concordia in viridi obſeruantia exiſtit, nequeunt Principes, ſeu poteſtates ſeculares, quovis colore, vel titulo eiicere, ſeu bannire perſonas Eccleſiaſticas.

Sed contra illos inſurgunt Practici
14 Regnorum, Matthæu *in dict. tom. 2. de regimine Regni Valentia cap.* 7. §. 1. *numero* 214. qui inſinuat deceptum fuiſſe Dianam, cæteróſque *ſuprà* allegatos *in prædicta clauſula concordia*, nam aliter ſe habet; & continetur in hunc modum: *ſuper eo verò quod conquaritur, quòd pro ficta ſuſpicione Prælati, & perſona Eccleſiaſtica &c.* & ita tacent illas particulas, *Pro ficta ſuſpicione* provt referunt Matthæu, *vbi ſuprà in dicto cap.* 7. §. 1. *numero* 3. Vico *in dicto lib.* 2. *ad prag. Regni Sardinia in dict. tit.* 51. *numero* 9. Cortiada *in dicta proxi deciſ.* 4. *numero* 14.

15 Quapropter dicti DD. reprehendunt Porto, Carrerum, Dianam, & Delbene, ex eo quòd omiſerunt illa verba: *pro ficta ſuſpicione*, & ex eis contra illos efformant argumentum, videlicet, *quòd pro ficta ſuſpicione Eccleſiaſtica perſona eijci nequeunt: Ergo pro non ficta eijci poterunt*; argumento ſumpto à contrario ſenſu; quod quidem validiſſimum eſt, tam de iure communi *in l. qui teſtamento* §. *mulier, & ibi gloſſ. ff. de teſtamentis l. ſi quis locuplex* 57. *ff. de manumiſſis teſtamento. l. apud antiquos* 21. *cod. de furtis, capite cum Apoſtolica de his, quæ fiunt à Prælato &c. cap. qualis* 25. *diſtinct.* latè Maſcard. *de probationibus concluſ.* 1146. *numero* 3. & *concluſ.* 1280. *numero* 65. Cardinalis Tuſcus *tom.* 1. *litteræ concluſ.* 498. & alij plures; quàm
16 ex diſpoſitione noſtrorum fororum, cæterarúmque conſtitutionum Regnorum Coronæ, vbi ſtatutum reperitur quod contenta in illis ad litteram ſint intelligenda, eo tamen non obſtante, adhuc argumentum à contrario ſenſu validum eſt, & ſubſiſtit, vt tradunt Menochius *conſ.* 325. *numero* 25. & ex noſtris Seſſe *deciſ.* 10. *numero* 15. Portoles *verbo Forus, numero* 23. & *ſequent.* quos refert, & ſequitur Suelues *in centuria* 1. *conſ.* 17. *à numero.* 8. *cum ſequent.* & *numero* 11. teſtatur procedere tanquam litterale & ita apud grauiſſimos DD. fuiſſe reſolutum, Fontanella *de Pactis nuptialibus tom.* 2. *clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 9. *num* 7. 17

Hæcque licèt ita procedere videantur, attamen prædicta regula in aliquibus caſibus admitti non debet, nec habet locum & primò quando contrarius ſenſus repugnans eſt à iure, aut abſurdum aliquod reſultat, vt patet *in lege* 1 *cod. de conditionibus inſertis cap. cum virum de regularibus cap. à nobis, el ſegundo de ſententia excommunicationis*, & tradunt communiter DD. *in l.* 1. *cod. de officio eius, cui mandata eſt Iuriſdictio, & in l. conuenticulo cod. de Epiſcopis, & clericis*; Menochius *de præſumptionibus lib.* 3. *q* 93 *n.* 5 & *lib.* 4. *q.* 83. *n* 55. Fachineus *lib.* 13. *controuerſ. iuris c.* 3. *cum ſeq* & ex noſtris Seſſe *deciſ.* 146. *n.* 13. Portoles *de conſortibus, & fideicommiſſo legal. c.* 36. *num.* 16. & *ſeqent.* Ferrer in conſtitutionibus Cathaloniæ *gloſſ.* 4. *n.* 304. Pater Sanchez *de matrimonio lib.* 6. *diſp.* 21. *n.* 9. Saytus *de cenſuris lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 18. Et alij plures penes ipſos. 18

Cùm igitur omnia iura clament clericos eſſe exemptos à Iuriſdictione ſeculari, non debet admitti argumentum à contrario ſenſu, in terminis prædictæ concordiæ Dominæ Reginæ Eleonoræ ad effectum, vt Eccleſiaſtici ex ea banniti queant in non ficta ſuſpicione, & fortaſſe prædicti DD. noſtræ Coronæ oppreſſi ex dicta obiectione (licèt eam non afferant) intendunt probare non indigere prædicto argumento à contrario ſenſu, ſed eſſe expreſſum in dicta concordia, & ideò opus non eſſe deductione: enimverò *in cap.* 4. *illius, enuntiato in pragmat.* 1. *Regni Cathalonia*, & tranſcripta penes Matthæu *tom.* 2. *de regimine Regni Valentia cap.* 7. *in principio* §. 1. *n.* 5. Cortiadam in *dicta deciſ.* 4. *num.* 15. Regentem Vico *ad prag. Regni Sardinia lib.* 2. *tit.* 51. *n.* 11. ita legitur. *Vbi verò euidenter, vel notoriè Iuriſdictio Regia per Prælatos impeditur, qui per proceſſus ſuos Iuriſdictionem impediunt, vel occupant temporalem; tunc non debent mirari Prælati, ſi per exercitium ſuæ ſuperioritatis, quam vniuerſaliter habent in vniuerſis temporalitatibus ſui Regni, ad defenſionem ſui iuris notorij adhibent remedia iam dudum à ſuis prædeceſſoribus aſſueta &c.* 19

Ex quo prædicti DD. colligunt, quòd cùm remedia aſſueta, ſint priuatio originis, occupatio tẽporalitatum, expulſio

à

à ſuis Regnis, vt innumeros referens, tradit Salgado, *de Regia protectione p.* 1. *cap.*2. *à num.*53. cum pluribus ſequentibus & eo relato copioſè Pareja *tom.* 1. *de inſtrument. edit. reſol.* 7. *num.* 16. vbi ambo allegant, noſtros practicos Regnorum: ergo hæc pœna eiiciendi, & banniendi Eccleſiaſticos comprehenditur expreſsè in concordia ſine illatione.

20 Et cum illa ſit confirmata authoritate Apoſtolica per Iulium III. & alios Pontifices; vt tradunt Matthæu *vbi ſuprà in dicto cap.*7. §.1. *ſect.*4. *n.* 120. *&* 125. *& ſect.*5. *num.*194. & Cortiada, *vbi ſuprà num.*24. *deciſ.*5. *num.*5. cum pluribus ſequentibus *& deciſ.*7. *num.*90. *&* 92. vbi ambo ad litteram illas referunt. Exinde inferunt, quòd ſtante prædicta confirmatione Apoſtolica, poſſunt Iudices ſeculares, vti illa pœna contra perſonas Eccleſiaſticas in prædictis Regnis, ſine aliqua incurſione cenſurarum propter expreſſa verba ſuperiùs adducta, & ita in ſpecie docent Marquilles *in vſat. alium namque verſ. Quæro etiam fol. mihi* 343. *col.*2. Matthæu *in dicto* §. 1. *ſect.*5. *num.*214. Vico *dicto lib.* 2. *tit.* 58. *poſt numerum* 46. *verſ. dictum eſt in fine fol. mihi* 607. & alij plures relati per noſtrum Ramires *tract. de lege Regia* §.27. *n.*12. *littera G.* & per Dianam, & cæteros *infrà* citandos.

21 Sed certè talis praxis eiiciendi, & banniendi perſonas Eccleſiaſticas, etiam ſub prætextu cuiuſuis inobedientiæ, & contumaciæ in parendo prouiſionibus, & iuſſionibus Iudicum ſecularium, licèt ſit in caſu proteruiæ, & tenacitatis, magnum mihi intulit ſcrupulum, nec ei animum applicare audeo, niſi vt *infrà dicam à num.*39. *& ſequen.*

22 Enim verò, quamuis digni ſint punitione propter turbationem, quam intulerint Regiæ Iuriſdictioni, non tamen illa tam crudeli, quæ immediatè reſpiciat perſonam, vt apparebit ex dicendis *in quæſtione ſequenti*, præcipuè, cùm id fieri poſſit aliis ſuauioribus mediis prout ſtylatur, deueniendo ad occupationem temporalitatum, & aliis pœnis reſpicientibus commoda temporalia, non verò perſonam.

23 Et adhuc in primo caſu fieri debet in notorio, & certo turbationis Iuriſdictionis Regiæ, nam ſi quoquo modo Iuridico, ſit dubius, aut aliquo legitimo titulo fretus, neſcio equidem, quo pacto honeſtari poſſit.

24 Quod quidem in noſtro Regno Aragoniæ tollendum eſt, cùm videamus, quòd ſtāte decreto Iuriſdi mæ præſentato Iudici Eccleſiaſtico, vel cuilibet Eccleſiaſticæ perſonæ, licèt non ſit in caſu notorio, ſi intimato monitorio in vim firmæ, non deſiſtat, vel recurrat ad Curiam ſatisfaciendo, & reddendo rationes, & non expectet declarationem, ex motiuis, & cauſis allegatis, etiamſi notoriè ex Iure reſultent, ſi non ſe abſtinuerit in proſequutione cauſæ parendo realiter, & ſimpliciter, ſine aliqua proteſtatione, veluti, quod illud efficit ad euitandam occupationem temporalitatum, aut ſub metu illarum, vel alio quouis etiam iuridico colore, ſi non obedierit, & reuocauerit; ſit prouiſio exequutionis illarum; vt quod magis eſt, quòd, ſi illis iam exequutis, ipſamet Curia poſtea declaret in fauorem talis Iudicis, vel perſonæ Eccleſiaſticæ, quibus occupatæ fuerunt temporalitates, & diſſoluat manus, vt ad vlteriora procedant, tales expenſæ, & ſumptus factæ, nullatenus reſtituuntur.

Quod quidem boneſtari prætenditur ſub prætextu, quòd Maieſtas Curiæ, ipſiúſque authoritas læſa remanet ob inobedientiam. Et profectò neſcio quomodo, hoc ita ſit, nam ex eo ſequitur ſub ſe habere maximam authoritatem, & poteſtatem Eccleſiaſticam, & per eam viam ſubiicere ſibi, quæ iura abhorrent, maximè, cum firmæ ſint quædam primæ prouiſiones obtentæ ad inſtantiam partis petentis ſine citatione, contradictione, aut repugnantia alterius; vt circa hunc articulum plura cumulare poſſemus, quæ conſultò omittimus, cùm non ſint propria noſtri inſtituti: videbunt tamen Iudices prouidentes appellitus temporalitatum, quomodo cum ſuis conſcientiis ſe conueniant. 25

Hoc tamen vnum propono: pœnam Banni circa Eccleſiaſticos periculoſam, & multis ſcrupulis irretitam eſſe, niſi in caſu, de quo *infrà* dicam; & exinde cordatè, & religioſè noſter doctiſſimus, & ſatis laudandus Regens Seſſe *in tract. de inhibit. cap.*8. §.3. *num.*104. poſtquam in pluribus antecedentibus latiſſimè egit de hoc articulo, ita concludit: *Ego tamen ſolam occupationem ſuadeo faciendam, vt mitiùs agatur &c.* cui quidem adhæret non minor authoritas ſapientiſſimi Fontanellæ *tom.*1. *de pactis nuptialibus clauſ.* 4. *gloſ.* 13. *p.* 3. *num.* 13. *fol. mihi* 340. in vltima impreſſione Coloniæ de anno 1627. qui poſtquam allegauerit Seſſe, 26

Seſſe, ita ait: *Au ſit inſtum, quòd hae ita ſiant, ego non diſputo, ſed alsorum Iudicio relsuquo, sa alio tamen* (loquitur de noſtro Aragoniæ Regno) *agitur mitiùs quia in eo Regno non practicatur pœna banni contra perſonas Eccleſiaſticas, teneutes parere mandatis, ſed ſola occupatione temporalitatum*: *vt refert* Seſſe, *quod dicit eſſe beuignius, & extra incurſum cenſurarum.* Hæc Fonmanella.

27 Qnibus conſonat Heuia *in Curia Philippica, p.3.* §. 3. *num.*30. quem refert, & ſequitur Diana *p.3. reſol. moral. tract. 1. reſol.*27. qui teſtantur; periculoſam eſſe praxim illam, & quod ſatius, & melius ſit illud fieri per Iudices Eccleſiaſticos, io quibus ſi non detur deſidia, conſulit doctiſſimus Solorzanus *de Iudiarum gubernat. tom. 2. lib. 3. cap. 27. num.*66. vbi in toto capite latè agit de hoc articulo, & in politica *lib.4. c. 21. verſ.* pero ſuele muchas vezes *&c. pag.* 739. abſtineodum fore à bannimento. Et quamvis noſter Ramirez, *vbi ſuprà, in dicto* §. 27. *num. 12. circa medium*, velit impugoare Seſſe, atteſtanti de tali praxi ooſtri Regni, immeritò quidem, & exinde Seſſe & aliorum opinionem amplectendam cenſeo, exceptis caſibus, de quibus *infrà* dicemus.

28 Ex quibus colligere poteris (caodide lector) quàm repugnantes reperiantur DD. in reſolutione huius articuli, & dubij; videmus enim Antooium Dianam pluribus in locis hanc quæſtionem proponere, videlicet *p.1. tract. 2. reſolut.* 17. vbi copioſè DD. pro vtraque parte allegat; *& p. 3. tract. 1. reſolut.* 27. *& p. 4. tract. 1. reſolut.* 81. item *p. 5. tract. 1. reſolut.* 5. *& p. 7. tract. 1. reſolut.* 9. §. 7. *cum ſeq.* quem ibidem reprehendit Salgadus *de ſupplicatione, & retentione Bullarum p. 1. cap* 3. §. *vnico, num.* 68. Et reuera iſtud incideos adeò eſt inter DD. controuerſum, vt vix io oumerum redigi poſſint quot pro voa, & quot pro alia memorari queant, iuxta allegatos peoes Thomam Delbene *in tract. de immunitate Eccleſiaſtica tom. 2. cap. 9. dub. 9. ſect. 1.* quos tranſcripſit *in tract. de parlamentis dub. 4 ſect. 19. ſubſect. 7. ſub. corollario 5. pag. Mihi* 48. quibos iunge Marium Guiurbam *in conſiliis*, ſeu *deciſionibus criminalibus conſ.* 49. *num.* 16. *& ſeq* Salgadum *de Regia protectione p. 1. cap. 2. à num.* 273. *cum ſeq.* Solorzaoum *de Iadiarum gubernat. lib. 3. cap. 27. num* 34. cum pluribus ſequentibus, Pareja *de inſtrumentorum edit. tom. 1. tit. 2. reſol. 7. num. 1. & 16.* ac nouiſſimè ſemper laudandum Illuſt. DD. Chriſtophorum Creſpi de Valdaura noſtri ſacri ac ſupremi Conſilij Regij Aragonum ſummum Cancellarium, & ſummum Præſidem, cuius laudes conſultò omitto, tum propter illius excelſam magnitudinem, & modeſtiam, tum & etiam quia deficiunt verba, quaodo ſuperant merita: in ſuis igitur eruditiſſimis, & ſelectiſſimis obſeruationibus *tom. 1. obſeruat.* 3. copioſè, accuratè, & doctè agit de hoc articulo infereodo ſex illationes ex latè hinc, & iode congeſtis à tot numero DD. pro vtraque parte ageotibus de hac tam ventilata, & diſcuſſa quæſtiooe.

Et quidem licèt faſtigium tantarum cooſideratiooum, & diſcurſuum, Doctorúmque repugnantia Iudicia, poſſent me arcere de aliquo ſcribendo, attamen eo oon obſtante, quid ex paruo meo videri, collegerim, io medium propooam, fretus auctoritate Decij *in cap. cum in cunctis in principio num.* 32. *de electione*, quem refert, & ſequitur Leoterius *de re beneficiaria, lib. 1. in apparatu*, & aliàs dixi *in meo Paſtorali regul. p. 3. voto* 8. *à num.* 12. qui reſoluunt noo debere Iuriſcooſultum hærere in reſponſione, & deliberatiooe, etiam quòd neminem reperiat, qui in ſpecie decidat caſum: quam doctrioam adduco à contrario ſenſu, videlicet, quod ſimiliter oon debet arceri Doctor, ab ioterpoſitione ſui Iudicij, ex eo, quòd punctum à pluribus ſit diſputatum, & extenſum, præcipuè ſi ambæ opiniones (ſaltem quoad ſubſtantialia) io Concordiam redigi poſſeot. 29

Quibus ſic ſuppoſitis, & relictis geoeralibus diſpoſitionibus de omnimoda exemptione perſonarum Eccleſiaſticarum à Iuriſdictione poteſtatis ſecularis; de quo videre poteris Marium Curtel. *in codi. polit. notabili 24 ad legem Federici, n. 5. verſ. ad quod poſſint acceerſiri fol.* 144. *vſque ad* 151. *& in tractatu de priſca & recenti immunitate Eccleſiaſtica lib. 2. quaſt.* 18. & penes alios *ſuprà* citatos *n. 1. & ſeq.* & an, ſi talis exemptio locum habeat reſpectu ordioariæ poteſtatis, non verò œconomicæ, & politicæ, qua vti valent ſupremæ poteſtates ad tradita *in lege relegatus* 19. *ff. de interdictis, & relegatis*, quæ quidem, œconomica, & politica facultas, qualis ſit, & ad quæ extendatur optimè, & latè tradit Valaozuela *tom. 1. conſ. 43. à numero* 139. *vſque ad* 145. 30

Dicendum

31 Dicendum igitur iudico in præſenti articulo, quòd apud omnes eſt in confeſſo, nemine repugnante, quòd per viam contentioſam,& iudicialem nullatenus poſſunt Iudices ſeculares, ex vi ordinariæ iuriſdictionis procedere directiuè contra Eccleſiaſticas perſonas.

32 At verò in Principe ſupremo negari non poteſt exiſtere illam œconomicam, & politicam poteſtatem, quæ neceſſaria iudicetur pro conſeruatione pacis, & quietis publicæ, tendentem in adminiſtrationem Iuſtitiæ, & Vaſſallorum.

33 Et hoc ex intrinſeca natura ſupremę poteſtatis, cui tanquam patri vnico, & principali patriæ vniuerſalis ſuæ ditionis omnes commorantes in ſuis Regnis, & Dominationibus tenentur confouere, deſeruire, & obedire, vt deciditur *in dicta lege relegatus 19. ff. de interdictis & relegatis.*

34 Princeps enim ideò dicitur quaſi primum caput, à quo membra deriuantur; & Reges à Regnis, & Regionibus ab ipſis poſſeſſis, adminiſtrandis, & gubernandis; ſicut & etiam Imperatores dicuntur Principes, vt patet ex *toto titulo*
35 *de conſtitutionibus Principum.* Qui omnes ex diuina inſtitutione conſtituuntur ad regendum, conſeruandum, & gubernandum gentes ſuarum dominationum;
36 vt *in cap. ergo* 8.*quæſt.*1. illorumque officium eſt cogitare de vtilitate communi, deinde ſingulorum; & inſuper proſpicere in pace ſubditos ſecuros, ac tranquillos viuere; vt in authentica *de hæreditate, & falcidia collat.* 1. ibi: *Quid Princeps &c.& in prouerbiis* 21.1.legimus Principum, & Regum corda in manu Dei exiſtere, & cecinit Alexander. Imago autem, Rex eſt animata Dei.

37 Et vt ait diuus Auguſtinus *epiſt.* 32. *Rex ſeruit Deo leges iuſtas præcipiendo, & contrarias abrogando &c.* & Ouidius 2. *Pont.* 9. dixit.

Regia,crede mihi, res eſt ſuccurrere lapſis.

Et Martialis 8.

Principis eſt virtus maxima,noſſe ſuos.

38 Apud Xenophont. *de inſtit.Cyri lib.*8. legimus ira prorumpere: *ſæpè numero animaduerti*, inquit Chriſantas, *Principem bonum à bono patre nihil differre.* Idem Xenophon *de præd. Cyri lib.* 8. *bonum Principem* ratus eſt *viuentem legem eſſe hominibus, quoniam componere, & ordinare, & eum, qui incompoſitè, ac inordinatè ſe gerat videre, atque adeò punire poteſt. &c.*

39 Ex quibus, & aliis pluribus, quæ ad intentum cumulare poſſemus, auferri non debet Regibus, & Principibus ſuprema illa œconomica, & politica poteſtas, quæ conducat ad quietem publicam, & conſeruationem politicam, & œconomicam Prouinciarum, Regnorum, & oppidorum, eiſdem ſubiectorum; & non ſolùm in ſubditis immediatè ſubiectis; ſed etiam in exemptis, & non ſubiectis, cum in tali caſu ſubditi, & ſubiecti dici debeant, licèt non directè; ſaltem indirectè; cum moderamine *infra* declarando; & conſequenter ſi detur per Eccleſiaſticum turbatio iuriſdictionis Regiæ, in caſibus, in quibus 40
clarè, & manifeſtè ad ipſam pertinet, ſi rebellis, & contumax exiſtat, procedi poteſt per ſecularem ad punitionem occupationum temporalitatum; quæ quidem propriè non dicitur punitio, ſed quædam vis repellens eandem vim, quam infert tenacitas Eccleſiaſtici non reſilientis à ſua proteruia in caſu claro; & cùm non tangat immediatè perſonam, æquum videtur, vt Iudex offenſus eum aliquibus armis poſſit ſe tueri.

Hoc tamen regulandum, & tempe- 41
randum eſt non æqua lance, ſed ad metas qualitatis inobedientiæ, & ipſius negotij; non enim vniformis regula in omnibus contrauentionibus, & cauſis 42
admittenda eſt. Hanc iuxta delicti menſuram, plagarum modus futurus eſt, *cap. Felicis verſ. cæterum de pœnis lib. 6. cap. Quæſiui de his quæ fiunt à maiori parte capituli cap. Non afferamus in fine* 24. *q.* 1. Quibus iunge quæ ad intentum congerit Menochius *de Arbitrariis lib.* 1. *q.* 90. *num.* 38. Mench. *illuſtrium quæſt. cap.* 8. *num.* 51. *& cap.* 24. *num.* 17. Et conſequenter, vt Iudices ſeculares cenſuras enadere valeant, debent prudenter aduertere magis, vel minus contrauentionis, & materiæ, ſupra quas cadit occupatio temporalitatum ad effectum, quod augeantur, vel diminuantur expenſæ.

Et ex hoc infero pœnam exilij, aut 43
banni, quando inferenda foret (prout dicemus *in quæſtione ſequenti*) nullatenus imponi poſſe niſi in atrociſſimis, & enormiſſimis caſibus, veluti, conſpirationis, vel rebellionis contra Principem, aut Rempublicam, vel turbationis communis pacis, vel quietis publicæ, vt in accidentibus noſtris temporibus in Cathalonia, & Luſitania, de quibus Marius Curtellus *de priſca, & recenti immunitate lib.* 2. *q.* 18. *n.* 4. *cum ſequent.* In his enim caſibus (præcipuè, ſi ſit periculum in mora) expelli poterunt turbantes, non ſolùm

à

tionem temporalitatum, magis vel minus iuxta qualitatem inobedientiæ. Et quamvis replicari poſſit, etiam pertinere ad bonum commune, quod vt iuſtis & honeſtis Principum, & iudicum præceptis, obediatur: nam alias ordo bonæ gubernationis perueſteretur, & exinde æquâ lance procedere debere, vt politicum, & œconomicum gubernium adæquatè exſequatur, quod fieri non poteſt, niſi puniendo inobedientes, vt formidine pœnæ pareant, circa quod plura congerere poſſemus, quæ conſultò omittimus, cùm breuitati conſulamus.

51 Vt autem huic obiectioni reſpondere valeam, in medium proponenda eſt quædam diſputatio, quam tradunt Ioannes Guttierrez, & alij ab ipſo allegati *tom. 2. canonicarum quæſtionum capite* 30. vbi inquirit: *Vtrum quis pro alterius culpa puniri poſſit? & numero* 22. concludit, *quod iuſtè ex lege humana nullatenus propter crimen alteriùs, ex quacumque cauſa poſſit aliquis puniri pœna corporali, aut fuſtibus cadi, vel alia, qua immediatè corpus afficiat.* Et *numero* 24. dicit *eſſe firmiſſimam, & infallibilem ſententiam.*

52 Verum *num.* 25. *& ſeq.* concludit: *quòd iuſta ſubſiſtente cauſa, poſſunt propter bonum commune Reſpublica, pœna pecuniaria imponi per ſtatuta, & conſuetudines propter delicta aliorum, & illas exequi per ſuperiorem, etiamſi delictum* verè & præſumptiuè à puniendo *non ſit commiſſum.* Ad quod probandum allegat legem finalem *cod. de Principal. lib.* 12. *& gloſſ. in rubrica, cod. de decretis decurionum lib.* 10. Couarruui. *lib. 2. variarum cap.* 8. *num.* 7. Hoged. *de incompatibilitate beneficiorum cap.* 23. *num.* 107. *& deciſ. Pedemon.* 88. & alios plures. Qui omnes non admittunt, quod etiam ſi ſit propter bonum commune Reipublicæ, poſſit Tertius non delinquens aliqua corporali pœna plecti.

53 Ex qua doctrina colligo, quòd etſi ſit rationi cungruum, & conueniens bono communi Reipublicæ vt Iudicum iuſta mandata omnes obſeruent, & illis pareant, & vt rebelles, & inobedientes ad eum finem compellantur; ſi tamen id fieri poteſt punitione pecuniaria, non debet recurri ad corporalem, etiamſi reperiatur aliquis reſpectus tendens ad bonum commune ad inſtar tertij non delinquentis, & conſequenter, quod clerici inobedientes mandatis Iudicum ſecularium tendentibus ad vtilitatem, intereſſe, aut commodum alicuius particularis, cum ſatis ſatisfacta videatur authoritas Iudicis, cum temporalitatum punitione, quin deueniatur ad exilium, vel bannum; hoc namque iam eſt imponere pœnam tangentem corpus, & ſi fiat, incurſum dari in cenſuras *Bulla cœna*, dicendum videtur.

Enim verò à iure, & ab authoritate DD. non eſt alienum, ſed imò valde conſonum, quod *proximè* diximus, & ita conſuluerunt noſter Seſſe *in tract. de inhibit. cap.* 8. §. 3. *numero* 104 Fontanel. *tom.* 1. *de pactis nuptialibus clauſ.* 4 *gloſſ.* 13. *p.* 1. *numero* 10. *fol. mihi* 340. in vltima impreſſione Heuia *in Curia Philippica, p.* 3. §. 3. *numero* 30. quem allegat ad intentum Diana *p.* 3. *reſolut. morali. tract.* 1. *reſolut.* 27. Et doctiſſimus Dom Ioannes de Solorzano *de Indiarum gubernat. tom. 2. lib. 3. cap. 27. numero 66. & in politica lib. 4. cap. 27. verſ. Pero ſuele muchas vezes, cum ſeq.* de quibus *ſuprà* mentionem fecimus, omnéſque conueniunt, ſatis periculoſum eſſe vti talibus mediis, ſed occupatione temporalitatum. 54

Quæ quidem abſolutè & in abſtracto ſumpta, & indiſtinctè exequuta, non caret ſcrupulo, ſi non metiatur ad metas caſuum, in quibus contumacia fuerit circa Iuriſdictionem certam & claram Iudicis ſecularis, quam Eccleſiaſticus turbare intendit; & in illis adhæreo DD. tenentibus, procedi poſſe contra Eccleſiaſticas perſonas inobedientes iuſſionibus, & prouiſionibus Iudicum ſecularium, & debeat fieri in temporalitatibus modo præmiſſo caſus notorij, non verò dubij, neque in punitione, quæ afficiat immediatè perſonam, nam non poteſt, aliqua iuſta ratione honeſtari, ex traditis *ſuprà in principio huius quæſtionis*, ſicut nec etiam quando adeſt dubium prudens, cum ipſum dubium conferat titulum legitimum non parendi ex traditis *ſuprà q.* 36. & cumulare poteris ad intentum, quæ dicemus *in ſequenti* &c. 55

QVÆSTIO XLI.

Expellentes, vel bannientes Epiſcopos ex ſuis Diœceſibus, an ſint excommunicati, etiamſi fiat ad finem tranſmittendi illos ad ſummum Pontificem?

SVMMARIVM.

Epiſcopalis dignitas, eſt excelſa, & ſublimis. n.1.

Clericalis dignitas, & veneranda eſt, quæ illuſtribus perſonis æquiparatur. n.2.

Epiſcopis in Iure attribuuntur, quæ ſunt excellentiora, quibuſuis Nobilibus. n.3.

Epiſcopi debent habere primum locum, & ſedem, illiſque præcipua authoritas præſtanda eſt in rebus agendis. n.3.

Dignitas Epiſcopalis, eſt culmen ſupremum omnium. n.4.

Bannire, idem eſt, ac eiicere, vel ſeparare à communione, aut conſortio aliorum, adinſtar excommunicationis. n.5.

Excommunicatio ſegregat excommunicatum à fidelium, & Eccleſiæ communione. num.5.

Exilium, & bannum irrogat aliquam infamiam, & ſecum adfert multa damna contra bannitum. n.6.

Læſio, & nocumentum fieri poſſunt, in bonis banniti ſine reparatione. n.6.

Bannitis non licet ſcribere, nec mittere nuntium, aut literas ipſius recipere, nec cum illo practicare. num. 7. intellige vt num.8.

Pœna banni eſt grauis, cum præter alia, non liceat cibum, etiam per interpoſitam perſonam, bannito miniſtrari. num. 7. & 8.

Epiſcopi non ſunt banniendi à ſuis Diœceſibus. n.9. ſed contra n. 12. intellige vt num.14. & ſeq.

Sal cibum omnem condit, nec eſt aliquid, tam ſuaue, quod abſque eo guſtum demulceat. n.9.

Epiſcopus eſt condimentum propriæ Eccleſiæ, & totius mundi, & ideò ſi peccauerit à ſeipſo debet condiri. n.9.

Epiſcopi delinquentes non poſſunt puniri per poteſtates ſeculares, ſed debent remitti ad ſummum Pontificem. n.10.

Princeps ſecularis remittens ad ſummum Pontificem Epiſcopum delinquentem, vt eum puniat, ex eo, non inducit aliquod iudicium. n 11.

Remiſſio Principis ſecularis facta ſummo Pontifici de Epiſcopo delinquente, non infert aliquod exercitium Iuriſdictionis, ſed quandam ſecuritatem Ius dicendi. num.11. & 12.

Epiſcopi conſpirantes contra Rempublicam, vel tumultuantes populum in ſuis Diœceſibus poſſunt ab eiſdem eiici. num.13. & 14 ſed contra n.15. & ſeq.

Mediis ſuauioribus, & ſecurioribus vtendum eſt ſi de contrario adſit aliquis ſcrupulus intellectus ad textum in cap. filiis vel nepotibus. n.16. quæſt.6. n. 17.

Principi laico, aut Poteſtatibus ſecularibus incumbit monere Iudices Eccleſiaſticos, vt puniant ſuos ſubditos delinquentes. n.18.

Intellectus ad textum in cap. qualiter, & quando de iudiciis. n 19.

Epiſcopus expulſus ab Epiſcopatu ab habente poteſtatem, propter delictum commiſſum in Rempublicam, non eſt reſtituendus, ſed debet vitam agere ad centum milliaria, nam præſumitur quod peiora moliri tentabit. n.19. & 20.

Verba debent intelligi ſecundum qualitatem perſonæ, ad quam referuntur n.21.

Dignitas Epiſcopalis omnimodè eſt exempta à Iuriſdictione ſecularium Principum. num.22.

Verba impropriari debent, vt conueniant materiæ de qua agitur. n.23.

Verba quantumuis præciſa reſtrictionem admittunt ſecundùm ſubiectam materiam. num 24.

Epiſcopus ſi populum concitauerit, vel contra Principem conſpirauerit debet puniri per ſummum Pontificem. n. 25. intellige vt num.28. & ſeq.

Princeps ſecularis poterit detinere Epiſcopum tumultuantem populum, vel contra ipſum, aut Rempublicam conſpirantem, ſi periculum ſit in mora, aut nec facilis aditus pateat ad Pontificem n.26.

Cenſura comminata inſenſibiliter ligant animam. n.27.

Epiſcopus ſi Rempublicam conturbauerit, vel contra Principem conſpirauerit, poterit ipſe de medio illum tollere, & reducere in locum remotum, donec certioretur Pontifex, & diſponat, quid fieri debeat. num.28. & 29.

Iudex ſecularis poteſt capere clericum inuentum in fraganti delicto, ſed ſtatim tenetur eum remittere ad ſuum Superiorem. n.30.

Delicta non manere impunita, conuenit Reipublicæ, & bono communi. n.31.

Scandala vt euitentur multa debent admitti,

mitti,quæ aliàs admiſſibilia non forent. Bonum commune, & quies publica iuſtificat, vt multa fiant, quæ aliàs iuri conſona non videntur. n. 32.

1 HÆc quæſtio maximam habet connexionem cum antecedenti, & quidquid *ibidem* extenſum reliquimus reſpectu expulſionis,& banni quoad clericos, à fortiori in Epiſcopis dicendum eſt: cum enim Epiſcopalis dignitas tam ſublimis, & excelſa ſit, æquum eſt, vt æqualiter, & vniformiter veneretur, ſummáque reuerentia afficiatur.

2 Enim verò ſi ſacerdotibus reuerentia maxima debita eſt, ex eo, quòd ipſorum dignitas illuſtribus perſonis adæquatur, & æquiparatur *l.1.& 2.* & *ferè per totum tit.cod.de Epiſcopis,& clericis*,& cum Soccino *regul.322.limitat.*8. Conrardo,& Gabriele tradit Farina.*in praxi criminali tom.3.q.99.n.*118. quantò magis Epiſcopis id attribui debet.

3 Cum iure videamus excellentiora illis applicari,vt *inc.de priuilegiis ibi. Cui debẽt excellentiora comitti* &c. Et ſimiliter primus locus,& ſedes illis debetur,omniũque rerum agendarum præcipua authoritas præſtanda,vt Colligitur ex Trident. *ſeſſio.25.c.6 de reforma.verſ.Epiſcopos præterea* &c. Et tradunt Caſaneus *in catal. gloriæ mundi p.* 1. *conſiderat.*14. cum ſeq. Tuſeus *de viſitatione lib.*1.*c.*10.*n.*13.quos refert, & ſequitur Valançuela Velaſquez *tom.*2. *conſ.* 184. *num.* 19.

4 Et ratio eſt, quia Epiſcopalis dignitas eſt culmen ſupremum omnium *c.venerabilis §.Nos igitur* ibi *ad culmen dignitatum* &c. *de Præbendis & Dignitatibus*,& ita tenuit gloſſa. Quam communiter ſequuntur DD.*in c.*2.*verbo dignitatum eodem tit. de Præbendis in ſexto ibi eſt enim* (loquitur de Epiſcopatu) *non dignitas, ſed dignitatum culmen* &c.& conſonant Loterius *l.*1. *de re beneficiaria,q.9.n.*68. *& q.*26. *n.* 29. Maſtrillus *de magiſtratibus lib.*5.*c.*10.*n.*12. Camillus Borrelus *in ſumma deciſ. tom. primo tit.* 6. *num.* 6. Alcedo *de Epiſcoporum origine cap.* 1. Aliíque plures, & de hoc articulo copioſè videre poteris apud Barb. qui multa cumulat *in Paſt. p.* 2. *allegat.* 1. *à numero* 10. cum pluribus ſeq. & latiſſimè *in tract. de vniuerſo iure Eccleſiaſtico lib.* 1.*cap.* 12. Vbi congerit quidquid ad intentum conducere poteſt, ad quem remitto lectorem,ne ſatis immoremur.

5 Cum igitur *bannire* nihil aliud ſit, quàm eiicere aliquem à bono publico, vel ſeparare eum à communione,& conſortio aliorum conciuium, adinſtar excommunicationis, quæ eiicit, & ſegregat excommunicatum à communione fidelium,& Eccleſiæ, vt cum Baldo,Boſio, Miere, & aliis tradit Oliban.*de iure Fiſci cap.*12. *num.* 10.

Exinde ſequitur, quod præter infa- 6
miam, quam eiectio, & bannum regulariter inferunt, ſequuntur, & etiam multa damna bannitis, cum impunè liceat in eorum bonis læſionem, & nocumentum facere taliter, quod recuperatione & recuperatione careat, pluráque alia bannitis irrogari poſſunt, quæ habenda ſunt pro grauiſſimis pœnis.

Cùm videamus ab omnibus eſſe de- 7
ſtituendos,taliter quod nullus poſſit illis ſcribere, mittere Nuntium, ſeu eorum
litteras recipere, nec cum ipſo practica 8
re, licèt hoc vltimum non ita de iure communi, non ita ſe habeat, vt docent Cardinalis Tuſcus *littera B.verbo Bannitus concluſ.*17.*n.*1. quem cum aliis ſequitur Farinat. *in praxi criminali tom.*4.*concluſ.*133.*n.*58.quibus adde Marium Antoninum *reſol. variarum reſol.*19. *n.* 7.Et quod magis eſt nec cibum,etiam per interpoſitam perſonam miſtrari poſſe, vt plura congerens tradit Niger Cyriacus,*tom.*2.*controuerſ.forenſ controuerſ.*345. *à* 29. cum pluribus ſeq. cui iunge Suazzinum *de defens.Reorum,defenſ.*33.*cap.*17. *num.* 23. *&* 24.

Vnde cùm hæc ita ſe habeant,conue- 9
niunt DD.nullatenus licere, Epiſcopos bannire, nec pœnis bannitorum,ſtatutis per Principes ſeculares, eos affici; quod quidem plura ſuadent ex congeſtis à Barboſa, *vbi proximè*,& maximè conducunt verba D.Hieronymi cõtra Luciferianos,& cum ſint valdè ponderoſa libet ea tranſcribere, quæ ita ſe habent:*Vt ſal cibum omnem condit,nec eſt aliquid tam ſuaue, quod abſque eo guſtum demulceat; ita Mundi totius, & propria Eccleſiæ condimentum Epiſcopus eſt,qui ſi infamatus fuerit,ſiue per negotiationem,ſiue per hæreſim,ſiue per libidinẽ,& (vt ſemel dicam)per vniuerſa peccata,à quo alio poterit condiri cum ipſe fuerit omnium condimentum &c.* Ex quibus grauibus verbis D. Hieronymi nihil aliud addi poteſt, quod magis ſuadeat,quàm à ratione ſit alienum, vt Epiſcopus eiici, & banniri queat à ſua Diœceſi per Poteſtates ſeculares.

Quare,fortaſſe ad hoc attendens,Ma- 10
rius Curtellus ad legem Federici *cap.*22. *notab.* 25. *num.* 5. tenet poſſe Principes

ſeculares Epiſcopos delinquentes tranſmittere, aut remittere ad ſummum Pontificem cum ſuis litteris, & epiſtolis declarantibus illorum exceſſus, vt ab eodem tanquam à ſuo proprio Iudice puniantur, & condigna pœna plectãtur.

11 Et fundatur Curtellus in eo, quod ex hoc Principes ſeculares non inducunt aut dicunt aliquod ius, vel iudicium in Epiſcopos, ſed tantùm quamdam adſtrunnt ſecuritatem ius dicendi.

12 Et ad intentum ponderat textum *in cap. filiis, vel nepotibus* 16. q. 6. Ex quo probare intẽdit, quòd licèt nulla Iuriſdictio in eo attribuatur Principi laico, bene tamen inſtaret apud Pontificem pro animaduerſione, & punitione Epiſcopi delinquentis; & ipſe Curtellus latiùs extendit hunc textum, & alia fundamenta pro eneruanda ſua opinione, ipſiúſque verba etiam ad litteram refert Diana *tom. 5. reſol. moral. p. 5. tract. 1. de immunitate Eccleſiaſtica reſol. 5. in principio.*

13 Et certè pro hac Curtelli opinione ponderari poteſt textus *in lege Quicumque 14. cod. de Epiſcopis, & clericis*, quem quidem textum, licèt ipſe non in loco citato ponderauerit, illum tamen adducit *in tract. de Priſca, & recenti immunitate Eccleſiæ* contra Dianam *lib. 2. q. 18. verſ. Omitto* &c. & quia illius verba multum fauere videntur illius opinioni; referam ad litteram, quæ ita ſe habent: *Quicumque reſidentibus ſacerdotibus fuerit Epiſcopali loco, vel nomine detruſus, ſi aliquid contra cuſtodiam, vel quietem publicam moliri fuerit deprehenſus, rurſumque peteret ſacerdotium, à quo videtur expulſus, procul ab ea Vrbe, quum conturbauerit, centum millibus vitam agat, nec noſtra adeat ſecreta, nec impetrare reſcripta ſperet, ſed etiam impetratis careat; defenſoribus etiam eorum noſtram indignationem ſubituris &c.*

14 Ex quibus verbis textus colligitur, dari legem Imperialẽ Arcadij, & Honorij repellentem Epiſcopos ab Epiſcopatu propter delicta commiſſa contra Rempublicam, & diſponentem nullatenus fore reuocandos, vel reſtituendos ad Epiſcopatum; imò ex textu induci poteſt, quòd ipſius diſpoſitio etiam confert quandam connexitatem bannimenti, quandoquidem illorum defenſoribus infert pœnam Imperialis indignationis, & conſequenter reſolutionem Curtelli admittendam fore, quam quidem defendit etiam *in dicto tract. de Priſca, & recenti immunitate in dicto lib. 2. q. 18. n. 5. vſque in finem*, vbi plura ad intentum cumulat.

Sed contra eam inſurgit Diana *in dicto tom. 5. reſol. moral. tract. 1. reſolut. 4. verſ. verum hanc opinionem &c.* Vbi abſolutè defendit Principes ſeculares nullatenus poſſe eiicere, vel bannire Epiſcopos è Regnis, vel Diœceſibus, quovis colore quæſito, etiam remittendo illos ad ſummum Pontificem cum litteris, vel Epiſtolis declarantibus, & narrantibus exceſſus, & delicta, ex quibus mouetur ad illum, vel illos tranſmittendos. Et rationem aſſignat Diana, quia hæc eſt quædam velata & palliata Epiſcoporum eiectio, ſeu expulſio, & *ibidem* adducit alia argumenta, & fundamenta apud quem videre poteris.

Et profecto licèt accurate Curtellus 16
defendat ſuam opinionem, & variis rationibus, ac authoritatibus conetur eam eneruare; video tamen non eſſe æquum, vti mediis periculoſis pro reparando damno ab ipſo conſiderato, ſi aliis ſuauioribus, decentioribus, & minùs periculoſis ſubcuiri poſſit: Præcipuè cum articulus ſit tam controuerſus pro vtraque parte, aliis affirmantibus, aliis negantibus, & eo magis cum expreſsè non adſit lex vel decretum canonicum illud ſuadens, ſed inferendo reſolutionem ex ſubtilibus interpretationibus, & diſcurſibus.

Nam ad textum *in dicto c. filiis, & nepo-* 17
tibus 16. q. 6. reſpondent communiter DD. fuiſſe abrogatum, & correctum per Innocentium III. *in cap. qualiter, & quando 17. de iudiciis*, vt docent Duardus *in Bullam Cœnæ lib. 2. canon. 14. q. 8. n. 8.* Balboa *in annuis academ. prælect. ad c. 2. de iudiciis n. 130.* Bonacina *tom. 2. tract. de legibus circa octauum Decalogi præceptum diſp. 10. q. 2. punct. 1. §. 1. n. 12.* vbi allegat Azor. *inſtitut. moral. lib. 5. c. 14. q. 2. in fine* vbi in ſequentibus plura adducit Salas *in eodem tract. de legibus q. 96. tract. 14. cap. 19. n. 109.* & alij plures quibus iunge Filiucium *tom. 1. tract. 16. c. 10. n. 263.* & Dianam, qui in ſpecie agit *tom. 1. reſolut. moral. tract. 2. reſolut. 15.*

Vel ſecundò reſpondere poteris cum 18
Azor. *vbi ſuprà* ex Archidiacono, & Abbate, quibus adhæret Belletus *p. 1. diſquiſit. clericalium tit. de fauore clericorum perſonali, § 2. n. 31.* in vltima impreſſione de anno 1654. quod ille textus non decernit; poſſe Regem decidere cauſam, ſed diſponere, quod ad illius aures fuit renunciatum grauamen, quod ſuperior Eccleſiaſticus infert perſonæ Eccleſiaſticæ monendo ipſum, & inſtando, ne iniuſtitiam,

iuſtitiam , vel retardationem iuſtitiæ
efficiat, & ſi opus fuerit certiorando
Pontificem , vel oportunum remedium
applicet , cui proptium eſt illud adhi-
bere ; & ad intentum allegat Belletus
Rotæ deciſ. coram Peña in vna Hoſcen.
Canonicatus 1. Decembris 1595. quam
reperies in per me recollectis , & addi-
tionatis iſtius Auditoris, *tom. 1. deciſ.* 484.
num. 7. verſ. & hanc materiam, &c. quem
ad propoſitum omnino videas.
19 Eodem prorſus modo ſatisfieri po-
teſt ad textum *in dicta lege: quicumque* 14.
cod. de Epiſcopis , & clericis , vt videlicet,
quod eius diſpoſitio ſit abrogata *per dictũ
cap. qualiter , & quando de iudiciis* ; vel
ex meo paruo iudicio (nam apud ali-
quem ex DD. contra Curtellum , &
alios non vidi ita reſponſum) dici po-
teſt, quòd ille textus ſolùm innuit, quòd,
expulſus ab Epiſcopatu propter deli-
ctum commiſſum in Rempublicam, non
ſit ad illam reſtituendus, ſed vitam agere
debere in diſtantia centum milliarium ;
vt patet ex verbis *ſuprà* relatis : & ex eis
non inducitur , quòd Principes ſecu-
lares expulſionem effecerint, nec quòd
reſpectu Epiſcoporum talem poteſta-
20 tem habeant, & ſic ſupponi, & intelligi
debet , quòd facta expulſione per eum
(hoc eſt per Pontificem) ſiue talem po-
teſtatem habentem ad apponendã illam
pœnam , nequeat expulſus vitam agere
ad centum milliaria. Et profectò reſti-
tutio iuſtiſſimè deneganda eſt , quia le-
gitimè præſumi debet , quòd peiora
moliri tentabit , vt aduertit *dicta gloſſa
marginalis in dicta lege quicumq; verbo, nec.*
21 Vnde cùm in Iure ſit cautom , quòd
verba intelligi debeant ſecundum qua-
litatem perſonæ , ad quam referuntur *l.
Plenum, § equit. ff. de vſu, & habitatione,
l. ex militari ff. de militari teſtamento*
Baz Barboſa *in libello principio Iuris li-
tera V. n. 8. in fine* ; ſequitur exinde, quòd
cùm dicta verba legis , *quicumque ad
Epiſcopos referantur* , ſecundum ipſo-
rum qualitatem intelligenda ſunt.
22 Cum igitur qualitas dignitatis Epiſco-
palis omnimodè, & totaliter ſit exempta
à ſecularium Principum Iuriſdictione, di-
cendum eſt, textum ſupponere expulſio-
nem fuiſſe factam per habentem priuati-
uam Iuriſdictionem Epiſcoporum ex-
pulſorum; hoc eſt per Pontificem.
23 Quique intellectus ſuaderi etiam vi-
detur ex eo , quia verba impropriari de-
bent, vt conueniant materiæ, de qua agi-
tur, *§. nunc autem admonendi, vbi gloſ. verbo
dederint inſt. quibus alienare licet, vel non.* 24
Et prætereà verba quantumuis præciſa
reſtrictionem admittunt ſecundùm ſub-
iectam materiam, vt per Flor. *q. var. q. 24.
n* 33. Exinde à fortiori ſequitur, quod ex
maioritate rationis, ſine impropriatione,
vel reſtrictione verborum dictæ legis.
Quicumque; ſed, ex ſuppoſitione, & quali-
tate materiæ de qua agitur, prædicta in-
terpretatio, ad illam debet attribui.
Ex quibus infertur, quòd ſaltem opinio 25
Curtelli poteſt continere periculum in-
curſionis cenſurarum, cùm fundamenta,
quibus fulcitur, habeant euaſiones *ſuprà*
relatas. Aduerto ſimiliter, opinionem ab-
ſolutam Dianæ *ſuprà* relatam, & aliorum
eandem tenentium , nimium in ſe rigo-
rem continere; cùm ſatis durũ videatur,
quòd , ſi Epiſcopus quietem publicam ,
aut eius pacem turbauerit, vel populum
concitauerit, vt contra ſuum Principem
ſupremum, & verum dominium rebellis
exiſtat, aut quid ſimile atrox exequatur,
nequeat, vel non poſſit Princeps, ex eo,
quòd Auctor ſit Epiſcopus, talem violen-
tiam deuitare, de quo art. videbis Curtel-
lum *in dicto tract. de priſca , & recenti
immunitate lib. 2. quæſt. 20. n. 16. & 36.*
Præcipuè ſi periculum immineat, nec 26
talis vaſtitas & exitium ſecari, & diſſolui
valeat, in quo articulo conueniunt om-
nes DD. poſſe illam vim alia vi repelli ;
quomodo autem fieri debeat? hoc opus,
hic labor eſt; nam ſi adhæreo Curtello, &
his, qui ipſum ſequuntur, ſatis proximum
iudicatur, vt laqueis incurſionis cenſu-
ratum *Bullæ cœnæ Domini* incidatur.
Et cùm cenſuræ inſenſibiliter ligent 27
animam, omnibus modis fugiendæ ſunt,
quærendo , & exequendo media , cum
quibus ſecuriùs procedatur, & profectò
non auderem admittere illa, quibus Cur-
tellus ſuam interponit opinionem , cùm
fundamentis, quibus ipſam adſtruit, ſatis-
fiat ex *ſuprà* dictis & taliter , quòd ſine
formidine practicari non poſſit , & ap-
primè debilitatur ex congeſtis à Bonac.
Azor, & aliis, in locis *ſuprà* citatis.
Fateor & etiam ex opinione Dianæ, 28
(prov t ipſam reſoluit) inferri poſſe Prin-
cipibus, & Rebuspublicis plures calami-
tates, incommoda, & detrimenta, ex oc-
caſione Epiſcoporũ, & ad exitiũ vaſtita-
tẽq; deueniri, ſi ſub pretextu Epiſcopalis
dignitatis, in talibus caſibus impediti exi-
ſterẽt Principes, ne poſsẽt Epiſcopos per-
turbantes, de medio tollere, & ſatis ſatiſq;
experti ſumus noſtris tẽporibus (proh do-
lor!) in Cathal. calamitatibus, & Luſitaniç

de quibus Curtellus *vbi proximè in dicto lib.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 5. & diximus *ſuprà in quæſt. antecedenti.*

29 Quare, in hoc conflictu mediam viam eligentes, exiſtimo poſſe temperari, vt in prædictis caſibus, conſpirationis, rebellionis, vel magnæ turbationis quietis publicæ, ex qua tota Reſpublica, vel eius maior pars commouetur (nam non ſufficeret quælibet turbatio, quæ aliquos paucos inquietaret) aut hæreſes, vel alia dogmata contra fidem Epiſcopus diſſeminaſſet, tunc poſſe Principem ſecularem, illum ſimilia perpetrantem, reducere in locum ſeparatum, à quo conſpiratio, ſeu perturbatio fuit exequuta, & ibidem detinere cum decentia condigna ſupremæ, & excelſæ ipſius dignitatis, certiorando tamen ſummum Pontificem, de cauſis, & motiuis, propter quæ id effecit, vt ſua Sanctitas diſponat, quid de illo fieri debeat; & ſi decernat, vt eiiciatur committendo Principi, vel eius Miniſtris eiectionem cum ſuis litteris patentibus; tunc crederem, nullatenus locum habere incurſionem cenſurarum: ſi verò commiſſio dirigatur alij perſonæ, per eam, & non per Principem facienda erit eiectio, & per hanc viam ſubuenitur inconuenientibus, & damnis, quæ ex illius aſſiſtentia oriri poterant, & dignitas Epiſcopalis non remanebit calcata, ſeu conculcata, ſed tantùm cuſtodita ad effectum, vt per ſuum legitimum Iudicem puniatur, vel vt ipſe diſponat, quid de eo agendum ſit.

30 Et ad hanc reſolutionem moueor ex eo, quia iuxta veriorem, & magis communem ſententiam DD. certiſſimum eſt poſſe Iudicem ſecularem, vel eius Miniſtros, capere perſonam Eccleſiaſticam in fraganti crimine inuentam, & eam cum decentia, & ſine iniuria adducere ad ſuum Iudicem, vel Superiorem Eccleſiaſticum, quòd ſi id ſtatim efficere nequeat (quia promptus aditus non patet) licebit illum recludere, vt quantò citiùs ſine aliqua mora, aut interuallo ab ipſo remittatur; vt latiſſimè tradunt Bonac. *in tract. de legibus, diſp.* 10. *quæſt.* 2. *punct.* 1. §. 1. *n.* 22. Bellet. *diſquiſit. clerical. p.* 1. *tit.* 3. §. 11. *à num.* 1. *cum ſequent.* Salgado *de Regia protect. p.* 2. *cap.* 4. *num.* 13. & alij plures penes Dianam, qui eandem ſequitur opinionem *tom.* 2. *reſolut. moral. tract.* 2. *reſolut.* 11. & in ſpecie agemus *infrà in quæſt. ſeq.* ergo maiori cum ratione ad euitandum damnum conſpirationis, vel turbationis publicæ, poterit Princeps ſecularis vti hoc medio, quod ſuauius, & decentius videtur.

Et licèt ponderari, ſeu conſiderari poſſit, quòd immunitas aliqualiter videatur conculcata, attamen cum publicæ interſit quietis, & Reipublicæ, ac bono communi conueniat, delicta non manere impunita, ſed imò, quòd puniantur *l. ita vulneratus* §. *quod ſi quis verſ. cum neque impunita &c. ff. ad l. Aquil. l. congruit* 13. *ff. de Officio Præſidis cap. vt fama* 35. §. 1. *de ſententia excommunicat.* cum aliis pluribus, & tradunt Grammaticus *deciſ.* 36. Flammius Pariſius *de reſignat. beneficiorum tom.* 2. *lib.* 14 *quæſt.* 1. *num.* 17. Bellet. *in diſquiſit. clerical. p.* 1. *tit. de diſciplina clericorum* §. 15. *an.* 86. 31

Et vt dixi *in meo tract. de Intruſione quæſt.* 15. *numero* 25. cum Nauarro Menochio, Rebuffo, & aliis multa ſunt concedenda ad vitanda ſcandala, quæ aliàs non concederentur, ſi illa non exiſterent: tum & etiam, quòd propter bonum commune, & quietem publicam, multa fiunt, quæ licèt aliàs pro tunc Iudicarentur, & viderentur minùs legitima iuriſque non conſona, attamen neceſſe ſit illa admittere, ac amplecti, vt inconuenientiæ, & damna maiora euitentur, quo caſu ipſum ius, quod repugnat, ſuadet, ac vult ita fieri Barboſa *in collect. ad textum in capite Eccleſia ſancta Mariæ, de conſtitut. numero* 25. vt latè probaui *in meo Paſtoral. regul. p.* 1 *clauſ.* 5. *numero* 40. *&* 41. *& p.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 28. *& in dicto meo tract. de Intruſione, quæſt.* 84. *numero* 4. *&* 5. ex quibus videtur inter prædictas opiniones temperamentum ſumi partim pro Curtello eiúſque ſequacibus, partim pro Diana eíſque adhærentibus, & conducunt quæ diximus *ſuprà in quæſt. antecedenti*: & hanc ita fore concludendam exiſtimo, ſaluo ſemper meliori iudicio, cui libenter, & prompto animo ſubiectus exiſtam.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XLII.

Iudex ſecularis ſi detrudat clericum in carcerem in aliquo caſu, an ſit excommunicatus?

SVMMARIVM.

Iudex laïcus non poteſt capere clericum, & in carceribus detinere. n. 1.

Iudex laïcus incidit in excommunicationem, ſi clericum ab eo captum in carceribus detineat. n. 1. fallit, ſi fiat ad finem remittendi ad ſuum Iudicem. num. 2. & ſeq.

Iudex laïcus quando poſſit cognoſcere de cauſis clericorum: vide remiſſiuè. n. 2.

Iudex laïcus poteſt capere clericum repertum in fraganti delicto. n. 3. vel ſi prudenter Iudicauerit incedere ad perpetrandum delictum. n. 4. vel ſi poſt delictum commiſſum timetur de fuga, & in his caſibus fieri debet ad finem remittendi illum ad ſuum ſuperiorem. n. 5. limita vt n. 6. & ſeq.

Iudex laïcus non poteſt capere clericum etiam in caſibus permiſſis, niſi tribus concurrentibus conditionibus. n. 6. & ſeq.

Delicta non debent impunita remanere. n. 8. & 22.

Iudex laïcus poteſt capere clericum noctu repertum cum armis prohibitis. n. 9. & ſeq. *ſed contra. n. 16.* & ſeq.

Delictum graue committunt portantes arma prohibita. n. 9.

Clericus repertus cum armis prohibitis diu, vel noctu, poteſt capi per miniſtros ſeculares ad finem remittendi illum ad ſuum Iudicem. n. 9. & 10.

Iudex ſecularis capiens clericum repertum cum armis prohibitis, vel in fraganti delicto, ſi efficiat zelo Iuſtitiæ, & cum animo præſentandi illum coram ſuo Iudice, non incidit in excommunicationem cum nullam ſtatui irroget iniuriam. n. 11.

Miniſtri Iuſtitiæ zelare, & præuenire debent, ne delicta perpetrentur. n. 12.

Pœna ſi ſit impoſita à lege, vel ſtatuto in re, & non in perſona operatur, vt exequutio fieri poſſit in re, etiamſi perſona à qua dependet ſit priuilegiata. n. 13.

Lex prohibens, ne arma portentur, inducit vt ex illa procedat prohibitio, non verò ex miniſtro exequente ipſius diſpoſitionem. n. 14.

Onus Reale impoſitum in aliqua re ipſam reſpicit, non verò perſonam, & exinde quamvis hæc ſit exempta, tenetur illud ſoluere. n. 15.

Miniſtri ſeculares nequeunt ſpoliare clericos, arma prohibita portantes, ſiue diu, ſiue noctu. n. 16.

Clericis licèt arma prohibita portare in aliquibus caſibus pro ipſorum defenſione. num. 17.

Miniſtri ſeculares nullam cognitionem Iudicialem habere poſſunt circa perſonas Eccleſiaſticas. n. 17.

Bulla cœnæ Domini excommunicat Iudices laïcos capientes, vel carcerantes perſonas Eccleſiaſticas, ſine expreſſa licentia ſuorum ſuperiorum. n. 18.

Caſus exceptus legis vel alterius diſpoſitionis firmat regulam in contrarium. n. 18.

Iudices ſeculares ſunt omnino incapaces exercitij Iuriſdictionis, quoad clericos. num. 19.

Iudex laïcus quando poſſit capere clericum eumque ſpoliare armis prohibitis. n. 20. & ſeq.

Iudices ex munere tenentur conſulere bono publico euitando, & puniendo delicta. num. 21.

Eccleſia eſt cultrix Iuſtitiæ, nec fauet iniuſtis, & ſceleratis. n. 23.

Eccleſia ob euitandum ſcandalum, aliquando crimen tolerat. n. 24.

Iudex laïcus non poteſt capere clericum caſualiter repertum cum armis, etiam prohibitis, ſi moraliter, & prudenter non cognoſcatur illa portare animo perpetrandi delictum. n. 25.

Iudex laïcus capiens clericum, & detinens in carcere in caſibus permiſſis, quodnam tempus detinere poterit. n. 26. & ſeq.

Iudex laïcus capiens clericum in caſibus permiſſis, poteſt illum detinere in carceribus per ſpatium viginti horarum n. 26. ſed contra. n. 27. & ſeq. & 43.

Iudex laïcus detinens clericum in carceribus, etiam in caſibus permiſſis, non poteſt illum plus temporis detinere, præter neceſſarium, vt quantò citiùs præſentetur ſuo ſuperiori. n. 27. & ſeq. & 43.

Verba, ſtatim & in continenti *important nullam moram, aut temporis interuallum. n. 28.* & 43.

Dictio in continenti *operatur, vt actus fiat vno impetu, & recto tramite. n. 29.*

Miniſtri laïci capientes clericos in caſibus permiſſis, eóſque carcerantes, non poſſunt ipſos detinere ibidem, ſed quantò citiùs præſentare ſuo ſuperiori. n. 30. & 31. intellige vt n. 32. & ſeq.

Clericus captus per laïcam poteſtutem in caſibus permiſſis, cùm ſtatim remitti debeat ſuo ſuperiori, cuius expenſis fieri debeat? n. 35. & ſeq.

Expenſas factas pro remiſſione clerlci capti per laïcam poteſtatem, tenetur ſoluere captus, & ſi non habeat in bonis, incumbit Epiſcapo, vel inſtigatori. n. 36.

*Miniſter laicus capiens clericum, ſi ſtutim eum non remittat ad ſuum ſuperiorem, tenetur de ſua ſoluere expenſas remiſſionis. n.*37.

Clericum captum per miniſtras ſeculares, non debent iſti remittere ad ſuum ſuperiarem, cum catena, etiamſi atrox delictum commiſerit, ſed alia via cuſtadiendus eſt. numero 38.

*Catenu poſita delinquenti carcerato irrogat aliquam ignaminiam. n.*39.

Catenarum vinculum ita dicitur, nam capiendo tenet vinctum, quod adhiberi ſolet delinquentibus grauioribus. num. 39. & 40.

*Catenurum vſus apud omnes Nationes nan practicatur, niſi pro grauiter delinquentibus. n.*40.

Petrus, & Paulus Apoſtoli fuerunt vincti per iniuſtos tyrannos catenis duabus. numera 40.

*Captus ob delictum ſi catenâ ſit vinctus, aliqualiter præſumitur, illud perpetraſſe, & ideà innocens afficitur aliqua iniuria. num.*41.

Clericus carceratus per miniſtrum ſecularem in caſibus permiſſis remittendus eſt ad ſuum ſuperiorem cum omni decentia, & ſine dedecore. n 42.

1 COmmunis eſt DD. concluſio, Iudicem laïcum detineotem clericum in carceribus, ab ipſo captum; non ſolùm ligatum, ſed etiam io nuda parietum recluſione, in excommuoicatioois pœnam incidere ex expreſſa deciſione textûs *in c. Nuper* 29. *de ſententia excommunicationis, cap. Clericos, eadem titulo in* 6. & docent Couarruuias *lib.*2. *variarum reſolut. cap.*1 *n.*9 *poſt principium.* Deciao. *in tract criminal. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. *n.* 22. Farioat. *in praxi criminal. tit. de Inquiſit. lib.*1. *quaſt.* 8. *num.* 117. *& tit. de carceribus* 4. *quaſt.* 27. *n.* 5. *circa medium, verſ. Facit quòd in ſimili de Iudice laïca, &c.* & latè *à n.* 65 cum ſeq. Laymao *in Theologia Morali lib.*1. *tract. de excommunicatione p.* 2. *cap.* 5. *ſub n.* 5. Bellotus *in diſquiſit. clerical. tit. de fauore clericorum canonis* §.1. *n.*4. & alij plures penes Dianam *to.*5. *reſolut. moral. tract.* 1. *reſolut.*22.
in quo conueniunt omnes, licèt aliàs
magna DD. turba conueniat, poſſe cle- 2
ricum capi per Iudicem ſecularem, ad
finem remittendi eum ad ſuum Iudicem
Eccleſiaſticum, Beller. *vbi proximè in*
dicta tit. de fauore Clericarum, Canonis §.2.
*n.*25. Salgado *de Regia protectione part.* 2.
*cap.*4. *n.*13. Barboſ. *in collect. ad textum in*
cap. vt fama 35. *de ſententia excommunicat.*
& innumeri relati per Cortiad. *in ſua*
*praxi cautent. deciſ.*2. *n.*19. *&* 20. *& deciſ.*
7. *num.*64. Vbi per integram columnam
congerit quaodam longiſſimam collectaneam DD. Verùm illorum quæſtio
ſolùm agit de aliquibus caſibus, in quibus Iudex ſecularis ſit competens, ad
effectum cognoſcendi de cauſis Clericorum: noſtra autem diſputatio ſolùm
tendit quoad carcerationem.

Circa quam ſunt aliqui caſus, in qui- 3
bus Iudex laïcus poteſt capere, & carcerare clericum, ſine iocurſione excommunicationis, & Caſtrus Palao *in opere Morali, tom.*2. *tit. de reuerentia debita Eccleſiaſticis, diſputat. vnica, punct.* 6. *n.* 14. adducit ſex caſus, & alij DD. *infrà* citandi.

Primus ſit, quando clericus inue- 4
nitur in fraganti, & actuali delicto; vt diximus *ſuprà in quaſt. anteceden. n.* 30. Guazzin. *de defenſ. Reorum, defenſ.*5. *cap.* 3. *num.*4. *&* 5.

Secundus caſus erit quando probabi- 5
liter, & moraliter præſumitur, & prudenter timetur, clericum incidere ad delictum aliquod committendum, vel perpetrandum. Tertius verò ſi poſt delictum exequutum, fuga timeatur; quia tunc poterit illum carcerare ad finem remittendi, & præſeotandi, quantò citiùs ad ſuum ſuperiorem Eccleſiaſticum. Quos omoes caſus ſpecificè tradũt noſter doctiſſimus Zenedo *in ſais quaſt. canonicis, quaſt.*4. *n.*14. P. Suarez contra Regem Aogliæ, *lib.* 4 *cap.* 34. *num.* 15. Scaccia *in tract. de iudiciis, lib.* 2. *cap.* 11. *num.*9. & alij penes Dianam *tom.*1 *reſol.*
22. Qui abſolutè non admittit prædi- 6
ctam reſolutionem, ſed tribus concurrentibus conditiooibus, videlicet: quòd ſi tunc clericus non capiatur, & carceretur, præſumptiuè ſaltem timeatur fuga. Secunda: quòd mandatum à proprio ſuperiore conſequi non poſſit. Tertia: quòd remittatur ad proprium Prælatum; quas limitationes adducit ex Caſtro Palao *in tomo ſecunda oper. Moral. tractat.* 12. *diſputatione vnica, punct.* 6. *numer.* 14. & Campanil.

in

in diuer. iur. Canon. Rubri. 4. *n*. 26. & ex
eiſdem Barboſa *in collect. ad textum in
dicto cap. vt fama* 35. *de ſententia excom-
municat. n*. 5. *in fine*.

7 Et profectò licèt prima, & tertia con-
ditio aliqualem rationem in ſe conti-
neant, ſecunda verò non poteſt praxi
adæquari, nam, vel accidit ex caſu cor-
dato, & deliberato, antea præuiſu, &
præuento, in quo mora exequutionis
non dat cauſam, vt clericus delinquens
aufugiat, & tunc DD. concors eſt ſen-
tentia, fieri non poſſe capturam Clerici
per miniſtrum Laïcum ſine ſui ſuperio-
ris licentia, in quo non eſt dubium, nec
proponitur à Diana, & aliis in tali ca-
ſu, ſed tantùm, ſi clericus repertus in
fraganti delicto capi poſſit per Laïcum,
quo caſu, ſi ad licentiam ſuperioris eſſet
neceſſarium recurrere, videant prædi-
cti DD. ſi facilè cuſtodiri poteſt, vel ſi
delinquens expectabit, aut ſi intentum
conſequeretur, ſi miniſtri ſeculares ne-
quirent decenter manus in eum impo-
nere, & ſi opus eſſet carcerare ad effe-
ctum remittendi illum ſtatim ad ſuum
8 ſuperiorem, aut ſi propter moram, &
dilationem, aufugeret, aut ſe occulta-
ret, ſequeretur exinde delinquen-
tem remanere impunitum, quod qui-
dem iura ſummoperè abhorrent, cum ſit
tam vtile, & conueniens bono communi
ne delicta ſine punitione maneant, vt
diximus *ſuprà in quæſt antecedenti n*. 31.
Et ita prædicta conditio Dianæ, & alio-
rum in caſu fragantis delicti locum non
habet.

9 Præterà poterit Iudex laïcus capere
clericum noctu cum armis prohibitis,
veluti archabuſiorum, vulgo, *pedrenales,
o, piſtolas*, cum ſit graue delictum (præ-
cipuè in Eccleſiaſticis) illa portare, non
ſolùm ex diſpoſitione noſtrorum foro-
rum; ſed etiam iuris communis, vt tra-
dit Cartarius *deciſ*. 70. *n*. 70. *& ſeq*.

10 Et exinde iuxta plurium opinionem,
ſine incurſione excummunicationis po-
terit miniſter ſecularis capere clericum
inuentum noctu cum prædictis armis,
vt docet Iulius Clarus *in ſua praxi cri-
minali lib*. 5. §. *final. quæſt*. 36. *n*. 26. *verſ.
vlterius quæro fol*. 161. *in additionatis*,
impreſſis Geneuæ de anno 1636. vbi
allegat Couarruuiam *in practicis quæſt*.
33. *num*. 7. *& lib*. 2. *variar. reſol. cap*. 20.
in fine, quibus iunge, Souſam *in Bullã Cœna
cap*. 16 *diſp*. 8 2. *n*. 9. Ioannem de la Cruz
in direct. conſcientia, part. 1 *præcep*. 8. *quæſt*.
3. *art*. 1. *dub*. 3. *concl*. 3. quorum verba ad
litteram, more ſolito, refert Diana *to*. 1.
reſol. moral. tract. 2. *reſol*. 12. quibus addit
Bañez & Lorcam Pennuen. *in praxi cap*.
27. *num*. 8. Idemque tenent Menochius
de Arbitrariis caſu 393. *à n*. 3. cum ſeq.
Zecchius *de Republica Eccleſiaſt. in tit. de
clericis verſ*. 2. *verbo, & ſi clericus, ante
medium*: Quos cum aliis refert, & ſe-
quitur Belletus *diſquiſit. clericorum p*. 1.
tit. de fauore clericorum canon. §. 2. *n*. 38.
Vbi id intelligit, & reſoluit, locum ha-
bere, etiamſi clericus inueniatur cum
armis prohibitis, ſiue diu, ſiue noctu;
aliósque refert Barboſ. *in collect. ad tex-
tum in cap. in Audientia* 25. *de ſententia
excommunicat*. Caſtro Palao *in oper. moral.
tom*. 2. *de reuerentia debita Eccleſiaſticis
diſput. vnica punct*. 6. *à n*. 14. *vſque in fi-
nem*, quibus nouiſſimè iunge Curtia-
dam *in ſua praxi content. p*. 1. *deciſ*. 24. *à
n*. 131. cum ſeq. Vbi ſatis extendit hanc
poteſtatem miniſtrorum ſecularium
quoad clericos.

Et fundatur in eo, quia hoc non fit 11
in contemptum, & irreuerentiam ſta-
tus clericalis, ſed propter bonum com-
mune ad euitanda delicta & excuſanda
peccata, quæ ex tali geſtatione armo- 12
rum timeri poſſunt, maximè ſi noctu
reperiantur, cum fieri debeat cum ani-
mo ſtatim præſentandi clericum coram
ſuo Iudice: ex quo videtur, quòd, cùm
fiat bono zelo Iuſtitiæ, quæ vigilare te-
netur, ne delicta perpetrentur, videtur
nulla iniuria affici clericum ex tali cap-
tura, vel carceratione, quæ in omni
euentu fieri debent cum omni reueren-
tia, & decore.

Secundò, quia quando pœna eſt im- 13
poſita in re, & non in perſona, poteſt
Iudex ſecularis in ſuo territorio diſpo-
nere, & ordinare, vt exequutio illius
fiat in ipſa re, non attendendo; an per-
ſona ſit, necne ſuæ iuriſdictionis, vel
fori, *argumento textus in l. vtros* 12. *in
principio, cod. de palat. ſacra largit. cap. ſi
tributum* 11. *quæſt*. 1. & in terminis ſtatu-
torum per laïcos factorum circa bona,
ſeu res communes reipub. docent plu-
res *infrà* citandi.

Tertiò, quia ablatio armorum pro- 14
hibitorum; non fit ex declaratione Iu-
dicis ſecularis, ſed ex legis decreto diſ-
ponentis, ne aſportentur, & tunc con-
ſideratio non habetur ad perſonam, ſed
ad ipſam rem prohibitam: Argumento 15
ſumpto ex onere reali, quod cum non
reſpiciat perſonam, ſed ipſam rem, exin-
de non datur exemptio in clericis, aut
aliis

aliis priuilegiatis, vt illud ſoluere non teneantur; de quo articulo videre poteris, quæ dixi (licèt ad aliud intentum) *in meo foro conſcientia, ſiue Paſtorali interno 3.p. vot.2. n. 3. & 4. cum ſeq.* Quibus iunge Didacum Britto *ad tit. de Locato, & conducto cap. 2.p. 3.n.36.* Amayam *in l. Indictione, cod. de annonis, & tributis lib. 10.num. 10.* Mercurialem Merlinum *de pignoribus lib. 3.tit. 1. quaſt. 7.* Marium Guiurbam *obſeruat. 29.num.36.* Ex quorum reſolutione patet, quòd exemptio perſonarum non influit in rem, quando hæc eſt ſubiecta alicui oneri, vel pœnæ: Ergo, &c. Quæ quidem duo argumenta efformaui ex his, quæ tradit Barboſa (quamvis ad aliud intentum) *in collect. ad textum in cap. Eccleſia S. Maria 10. de conſtit.* & conducunt, quæ congeſſit Gutierrez *quaſt. pract. tom. 1. qu. 4. à num. 2. & ſeq. deciſ. Pedemont. 68. n. 24.* Azebedo *ad legem 12. n. 2. tit. 3 lib. 1. noua recopilationis.*

16 His tamen non obſtantibus contrariam opinionem defendunt plures grauiſſimi DD. Megal. *in 3.p. lib. 3. cap. 11. num. 7.* quem refert Diana *vbi ſuprà in dicta reſol. 12.* Idemque affirmant Bonac. *de legibus diſp. 10. quaſt. 2. punct. 1. §. 1. num. 2.* Duard. *in Bullam Cœnæ, lib. 2. c. 12. quaſt. 11. num. 91.* Medi. *in tract. de ſacris Ordinibus cap. 14 n. 29.* quos allegat Barboſa *in collect. ad textum in dicto cap. in Audientia n. 4. de ſententia excommunic.* Vbi ex relatione Marc. Anton. Genuen. Epiſcopi Iſarnien. teſtatur obſeruatum eſſe Neapoli, & in aliis partibus ſub ditione, & dominio noſtri Regis Catholici, nullatenus in caſibus occurrentibus poſſe miniſtros ſeculares ſpoliare, clericos inuentos cum armis prohibitis, & conſequenter nec capere, aut carcerare; quod quidem ipſe Genuenſis inſinuat *in ſua praxi Archiepiſcopali Neapolitana cap. 74. n. 6.*

17 Qui quidem DD. fundamentum aſſumunt ex eo, quia quando clericus non deprehenditur in fraganti delicto, licèt aliàs arma portet, requirit aliquam illius cognitionem, vel ſaltem eius proximam præſumptionem; ſed ex ſola portatione armorum facta in eo argui non poteſt delictum cùm in aliquibus caſibus eidem liceat illa portare: Ergo cognitio erit neceſſaria de motiuo, & cauſa ad quod, vel ad quam ſecum fert; ſed in laïco talis cognitio totaliter eſt prohibita) vt eſt notum) Ergo & ſpoliatio, & exinde etiam captio, & carceratio: Hoc argumento vtitur Barb. ad ſequendam hanc opinionem *in collect. ad textum cap. Clerici de vita, & honeſtate Clericorum num. 6. & 7.* vbi plura adducit.

Secundò hæc ſententia fulcitur; nam Bulla Cœnæ Domini excommunicationem infert Magiſtratibus, & quibuſvis aliis miniſtris ſecularibus capientibus, & carcerantibus Clericos ſine expreſſa licentia Sedis Apoſtolicæ, vel ſuorum ſuperiorum, & in eo caſu tantùm illud admittit: Ergo extra ipſum non habet locum per iuris regulam, quòd caſus exceptus firmat regulam in contrarium *l. quæſitum §. idem reſpondit*, vbi, *gloſſ. verbo non poteſt ff. de fundo inſtructo cap. 2. de coniugio lepreſorum cum vulgatis*: Sed ſic eſt, quòd Bulla Cœnæ tantùm expreſſit, vt illud fieri poſſet, ſi interueniat licentia Sedis Apoſtolicæ, vel ſuorum Superiorum: Ergo, eâ ſeclusâ, fieri non valet: & exinde excommunicatio locum habebit. Ex quo motiuo hanc opinionem amplectitur Megalla *in 3. part. lib. 3. cap. 11. n. 7.* licèt *ibidem n. 10.* contrariam probabilem iudicet; & eo relato, Diana *tomo primo, reſol. moral. tract. 2. reſol. 12.* 18

Tertiò, quia in toto iure Canonico non reperitur textus, qui hoc diſponat, ſeu permittat, imò ſunt plures, qui interdicunt, vt ſeculares ſint capaces exercitij iuriſdictionis, quoad Clericos: Ergo, &c. Et hoc argumento vtuntur Souſa in Bullam Cœnæ *cap. 16. diſp. 82. n. 8.* & alij penes Dianam *in dicta p. 1 tract. 2. reſol. 11.* 19

Et profectò viſis hinc inde adductis in huius articuli reſolutione, non auderem condemnare, vel recedere ab vna, vel altera ſententia, cùm ambas probabiles iudicem, licèt primam probabiliorem exiſtimem, non tamen abſolutè, ſed cum aliquo temperamento; videlicet; quòd Iudex laïcus poterit clericum arma portantem, eiſdem ſpoliare, ipſumque capere ad effectum præſentandi illum ſuo Superiori, quantò citiùs fieri poterit, (vt dicemus *infrà*) moraliter, & prudenter conſtet, illam armorum geſtationem tendere ad aliquod malum, vel delictum perpetrandum. 20 21
Tunc enim talis Iudex non exercet (vt ita dicam) proximam propriam iuriſdictionem, ſed ſolùm conſulit bono iubenti, quòd delicta euitentur, illudque efficit, quaſi ex quadam tacita voluntate Iudicis Eccleſiaſtici ex proprio munere

nere volentis, ne ſubditi ſui aliquid illicitum, & inhuneſtum, aut delictum committant; & conſequenter in prædicto caſu, ſi ipſe Iudex Eccleſiaſticus notitiam haberet, efficeret idem per ſe vel per ſuos miniſtros, & conſequenter ratum habere quòd Laïcus exequutus fuit, maximè ſtatim præſentando delinquentem.

22 Et exinde nulla iniuria fit, quæ, ſi quoquo modo poſſit conſiderari, purgata remanet celeri, & prompta traditione talis clerici delinquentis; præcipuè, quia cùm illi Miniſtri Laïci zelo Iuſtitiæ, & quietis publicæ illud efficiant, ceſſant inconuenientia, quæ ponderari poterant: & cum dicto temperamento adhæreo primæ opinioni, quam tutiorem iudico, cùm ſuccurratur bono publico ſuadenti delicta non debere manere impunita (vt diximus *ſuprà n.*8.) & in ſimul euitantur peccata.

23 Nec iniuria aliqua afficitur ſtatus clericalis, cum ſtatim tradatur ſuo Superiori; & cum Eccleſia ſit cultrix iuſtitiæ, vt dixi *in meo tract. de Intruſ. qu.* 90. *n.*4 nec faueat iniuſtis, & ſceleratis, vt cum Thoma Delhene *de immunitat. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 10. *ſect.* 6. *n.* 4.
24 annotaui *in meo Paſt. regul. p.* 3. *vot.* 8. *n.* 51. Et prætereà videamus, quòd aliquando Eccleſia ad vitanda ſcandala, crimen tolerat *cap. denique* 4. *diſtinct. cap. Ordinationes* 8. *quæſt.* 1. *cap. Ipſa pietas, cap. Non poteſt* 23. *quæſt.* 3. & ex Felino *in cap.* 2. *de præſcriptionibus docet* Barboſa *in collectan. ad textum in cap Eccleſia ſancta Mariæ* 10. *de conſtitut.* vbi etiam aduertit *ex cap. conſtitueretur* 50. *diſtinct.* Id etiam fieri propter multitudinem peccatorum: Ergo ex dictis à fortiori deducitur talem praxim admitti debere, vt peccata non perpetrentur; & ex eo etiam colligitur tacita voluntas iudicis Eccleſiaſtici non repugnandi, aut contradicendi, vt delinquentes ſuæ iuriſdictionis ex mediis licitis, honeſtis, & decoris ante ipſum præſententur, eidémque tradantur, vt condigna pœna plectantur.

25 Si verò caſualiter, & ſine ſuſpicione vehementi, vel indiciis prudentibus perpetrandi delictum, vel faciendi aliquod malum per miniſtros ſeculares reperiatur clericus cum armis prohibitis, nequaquam licebit illa auferre, nec perſonam capere, aut carcerare; nam tunc ceſſant fundamenta *proximè* ponderata, per DD. primæ opinionis adducta; & locum ſibi vendicant, quæ pro ſecunda retulimus, & cenſuræ ligabunt, vt conuincunt rationes, & argumenta, quibus fulcitur ſecunda opinio, & ambæ conciliari poſſunt cum prædicta limitatione, ſeu diſtinctione.

Reſtat pro coronide huius quæſtio- 26
nis inquirere, quòd cùm communiter DD. conueniant, licere miniſtris ſecularibus in aliquibus caſibus capere clericos, vt patet ex relatis *ſuprà*, dubium ſe offert per quantū temporis ſpatium poterunt illos ſine ſcrupulo in carceribus detinere? Plures opinantur, quòd liceat, per viginti horas, vt tradunt plures relati per Farinat. *in praxi criminali to.* 1. *tit. de Inquiſit. quæſt.* 8. *n.* 118. *& in fine* concludit, ita omnes Canoniſtas ſentire, Garcia *de nobilitate gloſſ.* 9. *n.* 39. Villadiego *in politica caſu* 5. *n.* 60. Belletus *diſquiſit. clerical. tit. de fauore clericorum Canonis* §. 2. *n.* 26. Barboſa, & alij penes ipſum *in collect. ad textum cap.* 2. *de vita, & honeſtate clericorum n.*7.

Sed reuera in hoc articulo dicendum 27
eſt, non poſſe dari tempus fixum, cùm talis detentio admitti ſolùm debeat ad finem tutam habendi perſonam, vt quantò citiùs præſentetur, & tradatur Superiori ſuo; vt colligitur *ex textu in cap. ſi Iudex laicus* 12. *de ſententia excommunicat. in ſexto*, Vbi Bonifacius VIII. vtitur illo aduerbio, *ſtatim*, & alio, *in-*
continenti, quæ quidem de ſui natura, 28
& proprietate latina important nullum temporis interuallum, aut aliquam moram; vt tradit Barboſa *in tract. de diction. vſu frequentibus diction.* 383. *n.* 1.

Et magis ſtrictè illa dictio, *incontinen-* 29
ti, quæ declarat, & requirit, vt actus fiat vno impetu, & recto tramite, Barboſa alios allegans, *vbi proximè dict.* 155. *n.* 3. & ita hanc ſententiam tuentur plures, Campan. *in diuerſor. juris Canonici Rub.* 4. *num.* 27. Diana *tom* 1. *reſol. Moral. tract.* 2. *reſol.* 12. *in fine*, & alij penes Barboſam *in collect. ad textum in cap. Clerici de vita, & honeſtate clericorum.*

Et quidem in hoc articulo regula cer- 30
ta, numerica, & ſpecifica viginti, aut triginta, vel maioris numeri horarum dari non poteſt; nam tale tempus non metaphyſicè, ſed moraliter metiendum eſt ad limites diſtantiæ loci, vel opportunitatis, aut poſſibilitatis traditionis clerici capti.

Et ita hoc vnum ſciendum eſt, quòd 31
miniſtri laïci tenentur, quantò citiùs poſſint clericum præſentare ſuo Superiori

rori, vt diximus *ſuprà in quaſt. antecedenti num.* 3. & tradit Belletus *in diſquiſit. clericalibus p.* 1. *tit. de fauore clericorum canonis* §. 2. *num.* 44. *in fine*, taliter, quòd ſi aliquod breue tempus non ſit neceſſarium, veluti vnius, vel dimidiæ horæ, aut minoris ſpatij, non illum detinere poterit.

32 At verò ſi propter diſtantiam loci, aut aliud legitimum impedimentum vel rationabilem cauſam, nequiuerit traditionem efficere; tunc ad eum effectum vti poterit tempore neceſſario vt optimè cum Felino *in cap. Cum non ab homine num.* 4. *in fine de iudicijs*, & Viuio *communium opinionum verbo Iudex laicus*, aduertit contra Farinat. & alias *ſuprà* relatos, Caſtro Palao *in opere morali tom.* 2. *tit. de reuerentia debita Eccleſiaſticis diſp. vnica, punct.* 6. *num.* 15. qui poſtquam retulit caſus, in quibus miniſtri ſeculares poſſunt capere, & carcerare clericos, vt ipſos ad ſuum ſuperiorem tradant, ita concludit.

33 *Et aduertit Farinat. in dicta quaſt.* 8. *num.* 118. *non poſſe Iudicem laicum detinere in ſuis carceribus clericum ſic captum, vltra viginti horas. Ego verò exiſtimo, neque eo tempore detinere poſſe, ſi breuiori valeat illum Eccleſiaſtico Prælato remittere; quia aliàs, neque Prælatus Eccleſiaſticus præſumitur conſentire, neque ſecularis Iudex cauſam habebit clericum detinendi &c.* Hæc Caſtro Palao.

34 Cui conſonat Guazzinus *in defenſ. Reorum defenſ.* 1. *cap.* 2. *num.* 5. per hæc verba: *Sed ſaltem Iudex ſecularis tenebitur ſtatim præſentare clericum captum Iudici Eccleſiaſtico, ſecundum communem opinionem Canoniſtarum, vel quantò citiùs fieri poſſit ſecundum Hoſtienſem, & Andream in cap. ſi verò de ſententia excommunicat. quos refert, & ſequitur Felinus in dicto cap. cum non ab homine num.* 4. *in fine; vel ſaltem non poſſit retinere Iudex laicus in ſuis carceribus clericum vltra viginti horas, vt firmat poſt Bal. Salicet. Farinatius in q.* 8. *num.* 118. *ſed tutius erit, vt fiat, quantò citiùs poſſit ad effugiendum periculum cenſurarum, Marcus Antonius Macerat. reſolut.* 18. *num.* 8. *verſ. Bene verum* &c. *Bertazol. dicta conſil* 78. *num.* 1. *& ſeq. & ibi additio firmant poſt Nauarr. in manuali cap.* 25. *verſ.* 14. *quod tenetur remittere ſub pœna peccati mortalis &c.* vſque huc Guazzinus, quem omnino videbis, nam latè agit de hac materia.

35 Et tandem, vt huic quæſtioni vltimam manum imponamus, inquirendum eſt, quod cùm iam *ſuprà* reſolutum relinquamus, poſſe laicam poteſtatem capere, & carcerare clericum in caſibus, & modis *deſuper* ſpecificatis, dummodò ſtatim atque fas fuerit, tradatur, & remittatur ſuo ſuperiori, dubium oritur, cuius expenſis fieri debeat.

Et dicendum eſt: quod ſi captus habeat vnde ſoluere poſſit, ad eum pertinebit; at verò ſi bonis careat, tunc ad Epiſcopum, ſeu ſuperiorem deuoluitur obligatio, ſi autem aliquis fuerit inſtigator propter cuius inſtigationem, & inſtantiam in illo tunc facta fuerit captio tunc ad eum erit recurrendum, & ipſe tenebitur ſoluere expenſas remiſſionis. 36

Et denique ſi miniſter capiens ſciuerit talem eſſe clericum, & eo non obſtante, illum ſtatim, & ſine mora non remiſerit; eidem, & non alij pertinebit talis ſolutio expenſarum, vt in ſpecie reſoluunt Boërius, *deciſ.* 303. *num.* 5. *circa medium verſ. Quod ſi iudex laicus &c. & n.* 12. Iulius Clarus *in praxi crimi. lib.* 5. § *finali, quaſt.* 36. *num.* 21. vbi additio noua allegat Menochium *de Arbitrarijs, caſu* 228. *à num.* 28 Foll. *in pract. crimi. cap. Non in verſ. Miſcellanea quadam n.* 50. *fol.* 330. quod etiā cum alijs tradit Farina. *in praxi crimi tom.* 1. *tit. de inquiſit. quaſt.* 7. *num.* 39. *verſ. penultimo, incipiente quod ſi remiſſio* Bellet. *diſquiſit. clerica. in dicto tit. de fauore clericorum canon.* §. 2. *num.* 27. à quo eiſdem ferè verbis mutuatus fuit Cortiada *in ſua praxi content. deciſ.* 24. *num.* 139. vbi plures alios allegat. 37

Idémque tenet noſter Seſſe *in tract. de inhibit. cap.* 9. §. 2. *num.* 67. cui non adhæreo in eo, quod dicit *in numero antecedenti*, videlicet, quod ſi opus fuerit, poterit Iudex ſecularis remittere clericum catena; nam licèt id fiat cauſa cuſtodiæ, non ex eo talis modus remiſſionis eſt admiſſibilis; enim verò cum ipſe Seſſe, ſequendo Iulium Clarum *in dicto lib.* 5. §. *finali queſt.* 36. *num. penult. in fine* (qui eſt 47.) dicat: fieri debere non ignominiosè, indecenter, aut iniuriosè, neſcio equidem, cur catena requiratur cauſa cuſtodiæ ſi aliis mediis decentioribus ſuppleri poteſt; veluti augendo miniſtros aut Cuſtodes, qui vigiles in ſuo poſſe clericum aſportent. 38

Catena enim ignominiam irrogat, nam catenarum vinculum ita dicitur, quod capiendo teneat, & omnium gentium more adhibitum fuit ad conſtriugendos illos, qui propter grauiora, & atrociſſima 39

atrociſſima delicta arctioribus carceribus claudebantur, & ita legimus *Actorum cap.* 12. Petrum Apoſtolum (licèt iniquè, & iniuſtè) vinctum fuiſſe catenis, duabus ab illis perfidis tortoribus, tanquam Reum criminoſum, & etiam refertur *ibidem cap.* 21. quòd à Tribuno D. Paulus iuſſus fuit vinciri duabus etiam catenis.

40 Et apud omnes Nationes, & gentes, vſus catenarum non practicatur, niſi in grauiter delinquentibus, nec illæ apponuntur, niſi cum aliqua nota delinquentibus atrociter.

41 Ex quo ſequitur, quòd ſaltem præſumptiuè credendum eſt, eſſe malefactores illos, quibus apponuntur; & conſequenter aliquâ notâ affici, quæ quidem generat ignominiam & iniuriam irrogat.

42 Cùm igitur Seſſe, & omnes DD. fateantur, remiſſionem clerici fieri debere cum omni decentia, ac reuerentia, & ſine dedecore, infamia, vel iniuria, quidquid repugnat euitari debet, & conſequenter catena effugienda eſt, & per alias decentiores vias cuſtodiam procurare, cùm de contrario, excommunicatio non facilè euitari poſſit, ſi clericus vinctus cùm catena per Iudicem ſecularem remittatur Eccleſiaſtico.

43 Ex quibus colligo, expenſas remiſſionis ſoluendas eſſe prout *ſuprà* reſoluimus *numero* 36. & 37. & quòd detentio carceris fieri debeat non ex quota temporis fixi viginti horarum, vel minoris, aut maioris ſpatij, ſed ſecundùm circunſtantias occurrentes, taliter quòd ſi opus non fuerit aliqua detentione, fieri non debeat, ſicut fieri non debuit in caſu, de quo agit noſter Chriſtophorus Suelues *in ſua ſemicent.* 2. *conſ.* 2. qui iuſtiſſimè contra Cancellarium declarantem illum caſum in fauorem ſecularis Iuriſdictionis, inuexit, cùm in illa iuris ratione, vel circunſtantia potuit ſe tueri idem miniſter, qui Canonicum carcerauit, & me teſte, fuit admiratum apud omnes Iuriſconſultos Ciuitatis Cęſarauguſtanæ, quòd talis declaratio pronunciaretur; ſicque fuit contempta, & iuſtiſſimè opprobriis affecta contra Cancellarium. Et ita intelligo, quod omnes DD. atteſtantur dum dicunt; quòd quãtò citiùs fieri debeat remiſſio, id eſt ſtatim atque fieri poſſit, taliter, quòd ſi in tali Miniſtro ſeculari aliqua mora affectata, vel non affectata, ſed ſupina aperiatur, non effugiet excommunicationem, & peccatum mortale, iuxta tradita per Caſtrum Palaum, Guazzinum, & alios *ſuprà* relatos. Et hanc opinionem tutiorem, ſecuriorem, & praxi ſequendam cenſeo, ſaluo, &c.

QVÆSTIO XLIII.

Iudex Laïcus an poſſit capere clericum noctu inuentum, mutato habitu, & cum armis prohibitis?

SVMMARIVM.

Clericus noctu incedens in habitu ſeculari, & cùm armis prohibitis confert iuſtam cauſam, vt capi poſſit à Miniſtris ſecularibus, numero 1. *intellige, vt* 4 & ſeq.

Miniſter ſecularis ſi noctu inueniat clericum cum armis prohibitis, & in habitu laïcali, non tenetur ipſe per ſe inquirere, vt eum capere poſſit, an clericus ſit, vel non? numero 3. *intellige vt* 4. & ſequent.

Notoriè ſi conſtat, vel per famam publicam aliquem clericum eſſe, non poteſt per Miniſtros ſeculares capi, aut carcerari; etiamſi illum reperiant incedentem noctu cum armis prohibitis, & in habitu ſeculari. num. 4. & 5. *ſecùs ſi non conſtet. num.* 10.

Miniſter laïcus reperiens clericum noctu cum armis prohibitis, & habitu ſeculari, ſi de clericatu conſtat notoriè, vel per famam publicam, tenetur ſtatim illum remittere ſuo ſuperiori. numero 5. & 6. *ac* 9.

*Iudex Eccleſiaſticus habet intrinſecè in ſe iuriſdictionem priuatiuè; quoad alios reſpectu clericorum. n.*7.

Clericus non poteſt auferre ſuo ſuperiori iuriſdictionem, quam in ſemetipſo habet, licèt velit ſe ſubijcere laico. numero 7.

Iudex Eccleſiaſticus poteſt reuocare clericum, etiam inuitum, ad forum ſuum, & excommunicare Iudicem laicum, qui ipſum detinet, etiam volentem. numero 8.

Clericus induens ſe veſtibus laïcalibus, non ex eo aufert iuriſdictionem ſuo ſuperiori

ſuperiori Eccleſiaſtico, vt nequeat contra eam procedere. n. 9.

Habitus non facit Monachum.n.9.

Miniſter laïcus repertens clericum noctu cum armis prohibitis,& in habitu ſeculari, non poteſt illum capere, ſi notoriè conſtat de clericatu.n. 10. *&* 19. *intellige, vt n.*15.

Dictio, etſi, *eſt aduerſatiua, & excludit eaſum contrariam. n.*11.

*Notoriam pluribus modis conſideratur.n.*19.

*Notorium in dubio ſemper intelligitur de notorio facti.n.*13.

Clericus ſi notoriè ſit talis,non indiget oſtendere Iudici laico litteras teſtimoniales clericatûs, vt contra eum procedere poſſit n. 14.

*Notorium vbi reperitur, non eſt opus diſputatione, cùm de illo diſputatum iam exiſtat. n.*15.

*Notorium non indiget probatione, & ſufficit illius allegatio. n.*16.

*Gratia Principis facta ſine expreſſione in precibus eorum, qua ſunt notoria, non eſt ſubreptitia.n.*17.

Ordinarius ſi notitiam habeat eorum qua in impetratione gratia erant neceſſaria, non indiget impetrans, ea narrare. numero 18.

Notorietatis ratione multa permittuntur, qua aliàs denegarentur. n. 20.

1 QVia in *ſuperiori quaſtione* latè egimus *à numero* 9. *cum pluribus ſequentibus*, de principali obiecto præſentis;exinde,ne eadem repetamus,ideò reſolutionem, *ibi* ſumptam, hîc tranſcriptam admittimus; & de propoſita ſolùm agemus, de vltima parte, an ſcilicet, mutatio habitus clericalis, facta per clericum in ſecularem, conferat aliquem titulum Miniſtris laïcalibus, ad effectum capiendi, & detinendi illum in carceribus, noctu taliter inuentum, & cum armis prohibitis.

2 Sed quia *in tribus pracedentibus quaſtionibus* latè egimus, ideò in præſenti perſiſto in reſolutione à me adducta *in immediatà antecedenti quaſtione à num.* 20.cum ſequent. Et profectò, licèt negari non poſſit, quòd geſtatio habitus ſecularis, & armorum, poſſet honeſtare capturam, & adhuc carcerationem clerici taliter inueniri per Mi-
3 niſtrum ſecularem, ob illud vulgare dicterium: *Qualem te inuenio, talem te iudico*: nec talis Miniſter videatur teneri (ſaltem pro illo tunc) inueſtigare vel inquirere, an ſit, vel non clericus; maximè,quia virtute iure ſuo, vt muneri ſatisfaciat,capiendo illum,quem per illa ſigna exteriora prudenter iudicare poteſt eſſe ſuæ iuriſdictionis, & conſequenter, habere iuſtam cauſam, & titulum effugiendi, & non incidendi in cenſuras.

Attamen ſi fama ſit publica, & notoriè conſtet, illum eſſe clericum, Miniſtróque ſeculari pateat talis qualitas; tunc non poterit illum capere, ſeu carcerare, niſi in caſibus ei permiſſis, de quibus *ſuprà in quaſtione anteeedenti*, & ad effectum remittendi ipſum ſtatim, & quantò citiùs ad ſuum ſuperiorem, non obſtanti, quòd repertus ſit in habitu ſeculari; quæ reſolutio expreſsè videtur deciſa *in cap. ſi Iudex laicus* 12. *verſ. etſi notorium de ſententia excommunicat. in* 6. per hæc verba. 4

Etſi notorium fuerit, quòd idem malefactor ſit clericus, qui huiuſmodi priuilegio gaudere debeat, ſtatim abſque alia cognitione, vel fama publica de hoc ſteterit, aut ipſe pro clerico communiter habeatur incontinenti, etiam ante cognitionem de clericatu, Eccleſiaſtica Curia debet reddi, &c. 5

Ex quo textu liquidò patet, quòd ſi notoriè, vel ex fama publica Miniſtro laïco conſtiterit eſſe clericum, & pro tali communiter reputatum; tenebitur ante, & ſine cognitione de clericatu, reddere, & tradere ſuo ſuperiori Eccleſiaſtico, etiamſi in habitu laïcali deprehendatur. Hoc namque non poteſt auferre illam qualitatem reſpicientem omnem ſtatum clericalem. Ita Farinat. plures referens *in praxi criminal. lib.* 1. *tit.* 1. *quaſt.*8. *num.* 3. Diana *tomo primo reſolutionum moral. tractata ſecundo, reſolution.* 28. *verſ. Nota verò, &c.* 6

Et ratio eſt, quia illa ſuperioritas Iudicis Eccleſiaſtici,reſpectu clerici ſui, veri ſubditi, intrinſecè remanet in illo priuatiuè quoad omnes, taliter, quòd nec ipſe clericus per ſuam voluntatem, vel ſubiectionem auferre ipſi poſſit illam poteſtatem, quam in eodem habet; vt ex Innocentio, & aliis conſuluit Stephanus Bertrandus *conſ.* 67. *viſo caſu num.* 12. *& conſ.* 182. *pro faciliori n.*3. & ſeq. quem refert,& ſequitur Tiberius Decianus *in tract. crimin. tom.* 1. *lib.*4.*n.*116. *in fine*,vbi ita ait. 7

Quod

8 *Quod Eccleſiaſticus poteſt reuocare clericum etiam inuitum ad forum ſuum, & excommunicare Iudicem laicum, qui ipſum detinet, etiam volentem, &c.* vſque huc Decianus: de quo videre etiam poteris Sbrozium *de officio Vicarij l. 2.quaeſt.*191. *num.* 11. & Carolum de Graſſis *de effect. clericat. effect.* 1.*num.*329.

9 Et ex hoc ſequitur, quòd licèt clericus ſe induat veſtibus ſecularibus, & cum eis incedat, ex eo non abdicat à ſe illam ſubiectionem quàm Iudex Eccleſiaſticus ſupra illum habet: nam (vt ait illud adagium vulgare) (*habitus non facit Monachum*) & conſequenter nec habitus ſecularis clericum conſtituit in eſſe ſecularitatis; maximè ad affectum, quòd ſi notoriè, vel per famam publicam appareat de clericatu, poſſit Miniſter laicus ipsũ capere, & carcerare, niſi ad tradendum, & preſentandum eum incontinenti, & quãtò citiùs, poſſit ſuo ſuperiori.

10 Si verò notoriè, & per famam publicam non appareat, talem incedentem in habitu ſeculari, clericum eſſe, colligi videtur *ex dicto capit. ſi Iudex laicus*, poſſe Miniſtrum ſecularem illum capere, & detinere, donec per Eccleſiaſticum petatur, vel certè ſciatur qualitatem clericatus habere.

11 Cùm enim textus vtatur illâ clauſulâ *etſi notorium, &c.* quæ eſt aduerſatiua; excludens caſum contrarium, vt patet ex his, quæ diximus *ſuprà in quaeſt. antecedenti num.* 18. exinde, ſecluſâ notorietate, vel fama publica, deducitur poſſe Miniſtrum laïcum ſine incurſionè cenſuratum capere, & detinere clericũ in habitu ſeculari incedentẽ cum armis prohibitis. At verò ſi poſteà vèniat notitia clericatûs, & de eo conſtet, tenebitur ex illo tunc tradere, & præſentare eum Iudici Eccleſiaſtico, vel ſuo ſuperiori.

12 Reſtat nunc videre, quòd cùm deciſio textûs *in dicto capit. ſi Iudex laicus* in caſu notorio loquatur, de quo notorio intelligi debeat, cùm in iure tot ſpecies notoriorum conſiderentur; vt patet ex his, quæ adduxi *in meo foro conſcientia, ſiue Paſt. interno, tra.*1. *q.*2.*n.* 11. cum ſeq.

13 In præſenti autem dicendum eſt, quòd cùm dictus textus: *ſi Iudex laicus*, abſolutè dicat, *etſi notorium, &c.* debet intelligi de notorio facti, vt *ibidem* aduertit gloſſa *verbo, notorium*, & in dubio ſemper applicatur notorio facti, non verò iuris, vt cum Philippo Franco *in cap. Romana*, §. *ſiue autem de appellat. in* 6. Aldobran. *commun. verbo Notorij appellatione*, refert. Barboſ. *in tract de appellatiua verborum iuris ſignificatione appell.*166.*n.*1.

Ex quo ſequitur, quòd tunc non indi- 14
gebit clericus oſtendere litteras teſtimoniales de ſua ordinatione, vel titulo beneficij, cùm ſufficiat conſtare notoriè exercuiſſe publicè miniſterium ordinis, vel exercitiũ officij, vel beneficij.

Ex eo, quòd vbi reperitur notorium, 15
ibi diſputatione non eſt opus, cùm iam ex illo diſputatum exiſtat, vt ex Maſcardo *de probat. verbo Notorij diuiſiones, concluſ.* 1106. *incipit. Quia notorium æquiuocè, &c.* & tradit Franciſ. Niger Cyriacus *to.* 3.*controuerſ. forenſ. controuerſ.*544.*n.* 58.

Et exinde infert ibidem ipſe Cyriacus 16
*num.*59. ex eodem Maſcardo *vbi proximè concluſ.*1109.*n.*1. quòd non eſt opus probare notorium, ſed ſufficere illius allegationem, & eſt de mente Baldi *in l.* 1. *n.*9.*cod Quomodo & quando Iudex, &c.* & Belleti *diſquiſit. cleric. p.* 1. *tit. de diſciplina clericorum* §. 4.*num.*28 *per textum in l.* 1. *ff. ex quibus cauſis maior, &c.* & *in cap. veſtra, de cohab. clericorum, & mulierum*, quibus iunge Gratianum *to.* 3. *diſceptat. forenſ. cap.*541. *num.*14.& *tom.*5 *cap.*925. *n.*13. & exinde eſt, quòd nototiũm, non indiget aliqua probatione, vt ex aliis probat idem Gratianus, *vbi proximè in dicto tom.*3.*cap.*525.*n.*9.

Quæ quidem adeò ſunt vera, vt ſi 17
gratia Principis fiat ſine expreſſione in precibus, vel ſupplicatione eorum quæ ſunt notoria, ſubreptio ex eo non detur, ſed eſt valida, vt ex Felino *in c. ſuper litteris* 20.*n.*8.*verſ. tertia regula, &c. de reſcriptis*, docent Capiċ. *deciſ.* 69.*n.* 16. & Menochius *conſ.*20.*n.*48.

Et adhuc idem Felin. *in cap. noſtra* 32. 18
*n.*25.*verſ Vigeſimum nonum corollariũ, &c. de reſcriptis*, Selua *in tract. de beneficiis c.* 3. *q.*1.*n.*55. Menoch. *de Arbitrariis, caſu* 201. *n.*152. docẽt, quòd in impetratione, quæ fit ab ordinatio non erit opus mentionẽ ſeu expreſſionem facere eorum, quæ illi eſſe nota præſumuntur, vt multa cumulaтis ad intentũ latè tradit Niger Cyriacus *t.*1. *contr. forenſ. contr.*160. à 30 *cum ſeq.*

Hæcque adducere volui, vt colligantur 19
effectus reſultantes ex notorietate, & conſequenter deduci notorietatem clericatûs operari, & influere, taliter quòd etſi clericus reperiatur in habitu ſeculari, ex eo à Miniſtris laïcalibus nequeat capi, ſeu carcerari niſi reſtrictiuè in caſibus illis permiſſis, & modis, ac formis, de quibus in duabus quæſtionibus *proxime* antecedentibus.

Et licèt ea, quæ in principio adduximus aliquem colorem habere poſſent ad euitandas cenſuras, & honeſtandam captionem; locum tamen ſibi non vendicant; nec ſunt admiſſibilia, niſi in caſu,in quo notorietas non mediauerit: nam vt tradit Riccius *in deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapol.* ſiue *prax.rerum ciuilium, & criminalium collect.* 240. *ſub tit. an contra concubinarium notorium. &c.* Quòd ratione notorietatis multa permittuntur, quæ aliàs denegarentur, & ideò Miniſtris ſecularibus denegandum eſt, quòd capiant, vel carcerent clericum repertum cum armis prohibitis, etiam in habitu laïcali,ſi notoriè patet de qualitate clericatus, ad effectum, vt in ſe detineant, ſed ad præſentandum clericum ſuo ſuperiori ſtatim, & quantò citiùs, licèt aliàs,ſeclusà notorietate poſſent id efficere.

QVÆSTIO XLIV.

An pars citari debeat in conſtructione proceſsûs,& probatione delicti cùm formatur contentio?

SVMMARIVM.

Actori, & Reo intereſt notitiam habere de cauſa, quæ actitatur in iudicio. numero 1.

Cancellarius competentiarum in Aragonia, & Regnis Coronæ, iudicat ſecundùm Deum. & bonam conſcientiam, & non eſt adſtrictus ad apices iuris. numero 2.

Cancellarius in cauſa contentionis non debet multam curare de libello inepto, vt ex eo non decidat illam. n. 2.

Cancellarius in Aragonia tenetur ſeruare formam, & ritum à foro ſtatutum in conſtructione proceſſus. n. 3. *&* 24.

Citatio partis præcisè requiritur in confectione proceſſus iudicialis, vel contentionis iuriſdictionis inter Iudices exortæ. num. 4.

*Citatio non eſt neceſſaria in cauſa immunitatis Eccleſiæ. n.*5. *contra* 11.& ſeq.

Priuilegium immunitatis Eccleſiæ principaliter eam reſpicit, non tamen Reum; licèt attribuatur eidem in conſequentiam & exinde non eſt opus Reum citare. numero 6. *ſed contra n.*11. & ſeq. *præcipuè n.*21.& ſeq.

*Citationem intimare ei, qui indirectè, & in conſequentiam venit ad cauſam, non eſt opus,ſed fieri debet directè venienti. num.*6.

*Citatio partis non eſt neceſſaria quando Iudex non agit ex tela iudicij, ſed iudicat ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam. n.*7.*contra* 22.

Pœna à iure ſtatuta contra Aſſaſſinum incurruntur etiamſi Iudex illas non declaret; & ideò non eſt opus illum citare. num. 8. *contrà* 25.

Citatio non eſt neceſſaria quando Iudicibus conceditur vt poſſint procedere per informationes ſecretas. n 9. *intellige vt* 27.

Praxis recepta cuiuſuis actus eſt optima legum, & conſuetudinum interpres. n. 10. *intellige vt n.*30.

*Priuilegium immunitatis Eccleſiæ non ſolùm eam reſpicit, ſed & comprehenſiuè ipſum Reum. n.*11.

Immunitati Eccleſiæ licèt renuntiet Reus & Eccleſia reſpectiuè quoad ſe, ex eo tamen non remanet ſatisfacta,& ideo procedendum eſt ad vlteriora. n. 12.

*Citari debet in cauſa, qui in ea habet intereſſe. n.*12.

*Immunitas Eccleſiæ licèt principaliter reſpiciat reuerentiam locis ſacris debitam primarius tamen effectus tendit quoad confugientes ad illas. n.*13.

*Reus confugiens ad Eccleſiam, ſi inuitus ab ea extrahatur poteſt reclamare, vt reſtituatur. n.*14. & ſeq.

Immunitas Eccleſiæ ſi frangatur extrahendo Reum ab ea, iniuria fit, non ſolùm Eccleſiæ, ſed ipſi Reo, qui per vim poteſt reſiſtere extrahenti. n. 15.

Immunitatis Eccleſiæ declaratio pendet ex verificatione delicti commiſſi ab ad illam confugiente. n. 16.

Reus quando remitti debet de vno Iudice ad alium citandus eſt coram Iudice remittente. n. 17.

*Iudex non poteſt extrahere Reum ad Eccleſiam confugientem, ex eo quòd ipſe dicat: delictum eſſe ex exceptuatis, ſi Reus neget. n.*18 *limita in delicto notorio iuris, vel facti continui. n.*19.

*Eccleſia per ſe non indiget immunitate, & exinde reſpicit tanquam obiectum proprium confugientes ad illam. n.*21.

*Iudex licèt procedere poſſit ſine tela iudicij, attentà veritate, teneatur audire Reum & admittere ſuas defenſiones. n.*22.

*Citatio eſt certioratio ad cauſam vt partes proponant, quod eiſdem conuenerit. n.*23.

Cancellarius tenetur conſtruere proceſſum contentionis in forma iudiciali, &

obſeruare

obſeruare quidquid ad iudicium pertinet. num. 24.

Aſſaſſinus citandus eſt, antequam pœna à iure ſtatuta, contra illum exequutioni mandentur. 25.

Argumentum de delicto Aſſaſſini, ad Eccleſia immunitatem, non valet, nam primum probatur argumentis probabilibus, illa verò concludentibus. n. 25. *&* 26.

Immunitas vt excludatur requiritur plena probatio delicti, quòd Deum inhabilitet ne illa gaudeat. n. 26.

Iudex tenetur audire, & citare partes etiamſi procedat ſine tela iudicij, ſed ſecundum Deum, & bonam conſcientiam, ſi illis aliquod praiudicium ſequatur. numero 27. *dummodo materia de qua agitur non ſit notoria. n.*28

*Immunitate vt quis non gaudeat non ſufficiunt ſummaria informationes, ſed requiruntur plenaria. n.*29.

Stylus, & praxis faciunt ius quoad omnes. num. 30.

Citatio ad cauſam non eſt neceſſaria quando agitur in caſu notorio iuris vel facti continui, ſecùs in dubio. n. 31.

*Citatio non poteſt omitti etiamſi parti nulla competat defenſio. n.*32.

*Princeps non poteſt tollere citationem ad cauſam, aut ex lege, aut ſtatuto diſponi, ne illa fiat. n.*33.

*Defenſio nemini auferri poteſt, etiam à Principe vel ſtatuto. n.*34.

1 HÆc quæſtio ſatis neceſſaria videtur, tam pro Reo, quàm pro ipſis Curiis contendentibus, cum omnibus intereſſe habentibus, & venientibus ad cauſam ſummoperè ſit proficuum iuridicam notitiam habere de illa, quæ controuertitur.

2 Et ad ſumendam reſolutionem ſupponendum eſt, quòd aliàs annotaui *in meo Paſt. Regul. part.*1. *vot.*1 *numero* 12. videlicet, quòd, etſi Cancellarius iudicet, & ſententiam ferat ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam, vt *ibidem* dixi *voto* 4. *numero* 6. *& voto* 8. *numero* 17. & conſequenter non eſſe adſtrictum ad apices iuris obſeruandos vt me citato, cùm aliis tradit Cortiada *in ſua praxi content. tom.* 1. *deciſ.* 24. *à numero* 9. cum pluribus ſequentibus affirmans, & probans, ita in omnibus Regnis Coronæ practicari; attamen *numero* 12. aduertit debere Cancellarium in probatione ſententiæ multum curare de libello inepto, & ad intentum alios allegat.

Verùm licèt hæc ita ſe habeant, his tamen non obſtantibus, negari non poteſt, quòd licèt Cancellarius habeat tam laxas habenas, tantámque extenſionem, & latitudinem, quoad prolationem ſententiæ; in conſtructione tamen, & formatione proceſſus, tenetur obſeruare formam, & ritum à noſtris legibus municipalibus, & concordia Reginæ Eleonoræ perſcriptum, vt multoties diximus *in dict. meo Paſtoral. Regul. part.* 3. *vot.* 1. *num.* 13. Ex quo ſequitur, quòd cùm *in foro primo ſub titulo de competent. iuriſd.* ſtatuatur modus conficiendi proceſſus, & aſſignentur dies, intra quos cauſa concludi, & terminari debeat; non poteſt Cancellarius contrauenire diſpoſitioni forali, quoad eum, vel alios effectus imbibitos, & reſultantes ex ipſa litera, & conſequenter, erit adſtrictus facere illud, quòd conducit ad conſtruendum proceſſum ad metas fori. 3

Et cum pars principalis, & requiſitum neceſſarium iudicij ſit, quod in confectione proceſſus, in qualibet cauſa pars citetur (vt eſt notum) exinde infertur, quod erit præciſa ipſius citatio, etiam in cauſis contentionum iuriſdictionis, & in ſpecie docet Bonac. *tom.*2. *diſp.* 3. *q.* 7. *punct.* 7. *n.* 10 4

Attamen plures tuentur, illam citationem non requiri; vt videre eſt per Remigium de Goni *in tract. de immunitate Eccleſiaſtica, quæſt.*2. *n.* 3. *verſ. & attenta opinione iſtorum DD. folio mihi* 221. *& n.*11 *fol.*232. quam quæſtionem reperies *in fine tractatus*, qui ſatis eſt confuſus. Idem tenet Guazzinus *de defenſione Reorum, defenſ.* 1. *cap.* 31. *num.* 9. *ibi abſque eo, quòd teſtes repetantur, citata parte, &c.* Nouar. *in ſumma Bullarij tit. de immunitate Eccleſiarum n.* 9. qui affirmat ita practicari in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, & alij cùm eis reſoluunt, non eſſe neceſſariam citationem. 5

Et fundantur in eo, quòd priuilegium immunitatis Eccleſiæ, eidem, & non Reis conceditur, & dato, quòd ad eoſdem etiam extenderetur, cenſetur attributum non principaliter, ſed in conſequentiam, quo caſu non datur occaſio citandi, niſi principali: ergo ceſſat in Reo. 6

Secundò, quia quando non agitur ex tela iudicij, ſed ſolùm ad inſtructionem animi Iudicis, attentâ veritate, & ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam (vt in iudicio Cancellarij) citatio præcedere, non debet, ad eum ef- 7

fectum, ſed Iudex per ſe procedit: ergo, &c.

8 Tertiò, nam vt declarentur pœnæ à iure ſtatutæ, contra Aſſaſſinum, non eſt opus, ipſum citare: ergo ſimiliter nec contra fugientem ad Eccleſiam.

9 Quartò, nam quoties conceditur Iudicibus, vt procedere poſſint per informationes ſecretas (vt Cancellario attribuitur) ſuperflua videtur citatio: ergo non erit de ſubſtantia.

10 Hæc argumenta mutuatus fuit Caſtro Palau *in opere morali, tom. 2. tract. 11. diſp. vnica, punct. 13. ſub tit. de reuerentia debita locis ſacris à n. 10. pag. mihi* 166. in impreſſis Lugduni de anno 1635. ex Farinat. *conſ.* 168. *à num.* 42. *vſque ad* 48. *tom. 2. conſ.* vbi ipſe alia duo fundamenta refert præter *ſuperiùs* annotata; vnum ex authoritate Remigij *vbi ſuprà*; & alterum ex atteſtatione plurium DD. affirmantium de praxi recepta, quæ cùm ſit optima legum, & diſpoſitionum interpres obſeruari debet *l. ſed vt Iulianus §. proinde ff. ad* Macedoniaoum. *l. ſi ſeruus plurium §. finali ff. de legatu 1. eum vulgatu.* Hæc ſunt argumenta, quæ pro negatiua ſententia adducunt DD. eam ſequentes, quæ quidem latè extenſa reperies pènes Farinat. & Caſtrum Palaum *vbi ſuprà.*

11 His tamen non obſtantibus, contrariam opinionem veriorem, magiſque iuri conſonam, æquiorem, ac communiorem, tutiorémque, & ſequendam iudico: ex eo, quòd negari non poteſt priuilegium immunitatis reſpicere Eccleſiam, & ad eam confugientes, vt cum Cancer *lib. 3. variar. reſolut. cap.* 10. *à num.* 96. cum ſeq. & in ſpecie *num.* 110. *&* 111. & Thoma Delbene *de immunitate, tom. 2. cap. 16. dub. 16. num. 7. dixi in meo Paſt. Regul. part. 3. vot. 8. num.* 44. exinde dicendum eſt in illo principaliter comprehendi Eccleſiam, & indirectè Reum, non remotè, ſed comprehenſiuè.

12 Ex quo colligitur, quòd licèt pars Eccleſiæ renuntiet priuilegia immunitatis, vel ipſe Reus, quoad ſuum commodum, aut vtilitatem, non ſequitur ex eo, quòd immunitas præiudicata remaneat, ſed imò ac potiùs pro ipſa pronunciari debeat (ſi de iure procedat) nam ambæ partes reſpectiuè quoad ſe, habent illam excellentiam, & priuilegium; vt plura cumulans latè dixi *in dicto meo Paſtor. Regul. part. 3. vot. 4. à num. 9. cum ſeq.* enimverò, nec Reus pro ſua renuntiatione, nec Eccleſia pro ſua reuerentia, & auctoritate præiudicare poteſt priuilegio conſorti attributo; vt patet ex his, quæ annotaui *in dicto meo Paſt. Regul. part. 3. vot. 1. num. 16. & voto 4. à num. 9. & ſequent. & vot. 8. num. 44. & 69. & infrà quæſt. 71. à num. 8. & quæſt.* 94. Ergo cùm Reus habeat illud intereſſe inexcuſabiliter citari debet.

Secundò, quia licèt omnia iura lo- 13
quentia de immunitate habeant reſpectum ad Eccleſias propter reuerentiam ipſis debitam; effectus tamen immediatè tendit quoad delinquentes, *vt in cap. Maior & cap. Frater 17. quæſt. 4. cap. inter alia, de immunitate Eccleſiarum,* & *in l. præſenti cod. de ſacroſanctis Eccleſiis* quorum iurium verba diriguntur quoad confugientes tanquam ad obiectum principale in quo immunitas operari debet, vt cauſa finalis, nam Eccleſia ex ſe non indigebat tali priuilegio, cùm nunquam ipſa delictum committere poſſet: Ergo Reus citandus erit.

Tertiò, quia ſi delinquens ab Eccle- 14
ſia inuitus extrahatur, de per ſe agere poteſt, vt eidem reſtituatur, & integretur; ſed efficere non poſſet, ſi ad eum effectum actionem non haberet *cap. Non ſolùm* vbi gloſſa, & communiter DD. *2. quæſt. 6. l. ſi Patroni §. qui ſi fideicommiſſaria.* Vbi Alexander, *ad S.C. Trebell.* & cum pluribus aducrtit Diana *tom. 6. reſolut. Moral. tract. 1. reſolut. 32. in quæſt. 4. verſ. ſed ibi ipſi, &c. circa medium,* per hæc verba.

Probatur primò, quia illa extractio non 15
ſolùm eſt Eccleſiæ iniurioſa, ſed etiam Reo; nam ipſe ius habet, ne in Eccleſia capiatur, & ſi opus fuerit, per vim, & arma poteſt extrahenti reſiſtere, vt tradit Farinat. de immunitate, capite 2. à numero 46. & ſequent. Italia lib. 1. capite 6. §. 2. numero 45. Suarez *de religione tom. 1. lib. 3. capit. 13. numero 4. & alij.* Hæc Diana, cui iunge, quæ annotaui *in meo Paſt. Regul. part. 3. vot. 4. numero 10. & 11.*

Quartò, nam declaratio immunita- 16
tis pendet ex verificatione delicti confugientis ad Eccleſiam, ſed iſte poteſt in illa magnum detrimentum, & damnum pati; ſi de delicto inſcius exiſteret iuxta doctrinam Abbatis *in cap. finali de præſumptionibus, numer. 15. in 5. col. verſ. tertius caſus, &c.* & *ibidem* Felin. *numero* 25. Ergo citatio Rei non eſt excuſabilis.

Quintò,

17 Quintò, quia quoties Reus de vno Iudice ad alium remitti debet, citandus eſt coram Iudice remittente, vt concludunt Franciſcus Marcus *deciſ.* 400. *n.* 8. Guido Papæ *deciſ.* 419. *num.* 2. Molin. *de brachio ſeculari cap.* 4. *num.* 8. Ergo à fortiori in noſtro caſu idem dici debet.

18 Sextò probari poteſt ex auctoritate Tiberij Deciani, qui *in tom.* 2. *tract. criminali. lib.* 6. *quæſt.* 28 *num.* 2. *in fine verſ. At inſurgit hic pulchra dubitatio, &c.* inquirit an ſi Index velit extrahere Reum ab Eccleſia, dicens; eſſe latronem publicum, vel viarum graſſatorem, vel commiſiſſe delictum, quòd ab immuni-
19 tate illum excludat; delinquens tamen neget, poſſit eum extrahere; & diſtinguit, ſi delictum ſit notorium, notorietate facti, efficere poterit, aliàs non licebit; & in ſecundo caſu, quo delinquens negat, concludit Decianus per hæc verba. *Et ideò cautela eſt, vt Iudex, citata parte, priùs declaret factum, de quo agitur, notorium eſſe, vt docet Panormit. in cap. ad noſtram & 3. colum. vltima de Iureiurando, & Cardinalis in Clementina Paſtoralis in* 17. *notabili de re iudicata, & in ſimili conſuluit Aretinus conſ.* 165. *colum. vltima, & Dec. conſ.* 483. *num.* 27. *in fine, & conſ.* 544. *num.* 25. *&c.* Ergo clarè ſentit Decianus citationem Rei eſſe neceſſariam, non ſolùm in quibuſcumque delictis, verùm, & etiam in notoriis, ſi non ſint probata ex notorietate facti continui, quæ celari non poſſit.

20 Hæc ſunt fundamenta, quæ pro hac opinione ponderant DD. eam ſequentes, vt videre poteris penes Farinat. *in dicto conſ.* 161. *à num.* 26. *vſque ad* 31. & Caſtrum Palaum *in opere morali tit. de reuerentia debita locis ſacris tract.* 11. *diſp. vnica punct.* 13. *à num.* 10. *vſque ad* 13. quibus iunge Peregrinum *in tract. de immunitate Eccleſiarum à n.* 9. *vſque ad* 18. Ciarlin. alios allegantem *in ſuis controuerſ. forenſ. cap.* 10. *num.* 150. Bonacinam *tom.* 2. *diſp.* 3. *quæſt.* 7. *punct.* 7. *num.* 10. Dianam *tom.* 4. *reſolut. moral. tract.* 1. *reſolut.* 112. *& tom.* 6. *tract.* 1. *reſolut.* 30. *verſ. Quæro tertiò, &c.* & conducunt ad intentum, quæ congerit Cancer *tom.* 3. *variar. reſolut. cap.* 10. *à num.* 93. *cum pluribus ſequent.* & alij plures, ex quibus ſatis probata remanet hæc ſententia.

21 Hæc argumenta contra hanc opinionem propoſita *ſuprà* pro contraria *à num.* 6. *vſque ad* 11. obnebulant *proximè* dictam reſolutionem; ad primum namque reſpondetur ex his, quæ diximus *ſuprà num.* 11. *& ſeq.* ex quibus patet, quòd immunitatis priuilegium non ſolùm reſpicit Eccleſiam, ſed & ipſum Reum; illa namque per ſe non indigebat tali exemptione, ſi non haberet ſubiectum, circa quod caderet, & exinde iſtud tanquam materia, ſupra quam exercenda eſt, conſiderandum venit, vtpote pars principalis quæ eſt Eccleſia habens in ſe illam excellentiam, quam participat immediatè ad ipſam confugienti, & mutuat reuerentiam loco ſacro debitam, & exinde colligitur, quòd ſuppoſitum in argumento eſt falſum, & non adaptabile ad caſum.

Ad ſecundum (de quo *ſuprà num.* 7.) 22
dicendum eſt: quod licèt Iudex procedere poſſit ſine tela iudicij, ſed attentâ veritate, quando à lege, vel ſtatuto eidem conceditur, hoc tamen non excludit, quòd Reum audire non debeat, & ſuas admittere defenſiones, vt concors 23
eſt omnium DD. ſententia: ergo vt id efficere valeat, certiorare debet Reum; modus autem certiorandi in Iure eſt citatio: ergo etiamſi Iudex procedere poſſit ſine tela iudicij, præciſè ille citandus erit ad ſuas defenſiones proponendas, & ſignanter in Cancellario, qui quamuis habeat facultatem iudicandi *ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam,* 24
& poſſit ſe informare iudicialiter, vel extraiudicialiter etiam *ad aurem*, vt multoties diximus *in præſenti Tractatu, & in meo Paſtor. Regul. p.* 3. *vot.* 4. *num.* 6. eo tamen non obſtante, tenetur efformare proceſſum iuxta diſpoſitionem, & formam præſcriptam *in foro* 1. *de competent. Iuriſdict.* vt diximus *ſuprà num.* 3. & latè *quæſt.* 15. *à num.* 3. *cum ſequent.* & exinde cùm in ritu iudiciali obſeruare debeat quidquid *ibidem*, & expreſſum, & ſtatutum, quoad ritum, & rectum conſtructionis proceſſus, quoad cætera verò erit adſtrictus obſeruare illud requiſitum præciſum, reſultans ex Iure; & cùm illud ſit, quòd fiat citatio (vt patet ex *ſuprà* dictis) *in dicta quæſt.* 15. *à num.* 16. *cum ſeq.* & *in quæſt.* 21. *num.* 6. *&* 7. *cum ſeq.* nihil inficit, quòd Iudex procedere poſſit ſine tela iudicij.

Ad tertium, de quo *ſuprà num.* 8. reſ- 25
pondetur, non eſſe veram ſententiam aſſerentem Aſſaſſinum citandum non eſſe: nam contraria eſt verior, & tenenda, vt cum Aretino, Felino, & Grammatico latè diſputat, ſequendo hanc opinionem, Farinacius *de teſtibus q.* 72. *à n.* 121. *vſque ad* 125. quem omnino videbis, &

P 4 Maſcard.

Maſcard. *de probat. concluſ.* 137 *n.* 3. *verſ. contrarium &c.*

26 Pixterquam quod non valet argumentum de delicto Aſſaſſini ad immunitatem: illud namque cunuincitur probabilibus argumentis, vt patet ex textu *in cap. vnico* ibi; *& poſtquam conſtiterit probabilibus argumentis de homicidio in ſexto*, & ita concludunt Gutierrez *lib.* 3. *quæſt. pract. quæſt.* 7. *num.* 21. & alij plures penes Farinat. *in praxi crimin. tom.* 3. *quæſt.* 86. *à num.* 41. *& tom.* 4. *quæſt.* 186. *num.* 41. At verò ad excludendam immunitatem requiritur plena probatio delicti, quæ Reum excludat, & inhabilitet, ne illa vti, & gaudere poſſit, teſte Deciano *in tract. crimin. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 2. *verſ. at inſurgit hic &c.* & exinde illatio, & æquiparatio de pœna Aſſaſſini ad priuilegium immunitatis non habet locum quod intelliges ad metas eorum quæ dicemus *infrà q.* 96. *& quæſt.* 97.

27 Ad quartum, de quo *ſuprà num.* 9. patet ſatisfactio ex his, quæ diximus pro reſponſione ad ſecundum, maximè in Cancellario, & cæteris Iudicibus, qui poſſunt procedere in cauſa cum probationibus ad ſui animi inſtructionem, in quibus dicendum eſt, quòd quando DD. volunt in illis non eſſe opus citatione, intelligendi ſunt, ſi tertij præiudicium non interuenerit; at verò ſi illud tertio ſequatur, & in forma Iudicij quoquomodo procedatur, tunc intereſſe habentem citandum fore conueniunt Abbas *in cap. Conquerente, num.* 6. *de reſtitutione ſpoliatorum*, & *in cap final. n.* 13. *verſ. Hæc poſſint tacere &c. de præſumptionibus*, & *ibidem* Innocentius *verſ. ſint autem in littera &c.* & *verſ. ſeq.* Felinus *numero* 15. Hoſtienſis *num.* 5. Decius *conſ.* 197. *num.* 7. *verſ. accedit.* Alexander *conſ.* 218. *num.* 1. *lib.* 2. aliſque.

28 Et quamvis plures DD. in contrarium huius reſponſionis videantur opponi, re tamen maturè inſpecta, nullatenus ſunt contrarij; nam intelligendi ſunt, quando materia, circa quam poſſet Iudex ſe informare, eſſet notoria, tunc etenim ſuperfluam eſſe citationem libenter fatemur, & latè probaui, & diffusè dixi *in meo tract. de Intruſione q.* 87. *à num.* 40. *vſque in finem*, & ideò cùm in præſenti agatur de tertij præiudicio videlicet Eccleſiæ, & Rei, nec ſit in caſu notorio notorietatis iuris vel facti continui. non datur releuans ratio, cur talis Iudex poſſit omittere citationem.

Ad quintum de auctoritate Remigij Goñi faciliimo negutio ſatisfit ex huc vſque adductis, ex quibus apparet hanc ſecundam opinionem tot fundamentis, & DD. auctoritatibus eſſe munitam, ſuámque nullo firmo argumento vallatam exiſtere, imò conſtare, ſe in falſo præſuppoſito fundare, cùm dicat ſufficere ſummarias tantùm probationes per Iudicem ſecularem aſſumptas, quod quamvis ſit alienum à veritate, & recto immunitatis iudicio, præcipuè, vbi verſatur præiudicium tertij, nec ſit in caſu notorio, ſatis liquet ex *proximè* dictis, & ideò auctoritas Goñi reprobanda eſt. 29

Ad ſextum, & vltimum de quo *ſuprà num.* 10. reſpondetur, dubitabile non eſſe ſtylum, & praxim ius facere quoad omnes, vt cum pluribus dixi *in meo Foro Conſcientiæ p* 1. *tract.* 4. *quæſt.* 6. *num.* 9. & *in meo Paſt. Regul. p.* 2. *quæſt.* 14. *num.* 20. & *p.* 3. *vot.* 1. *num.* 16. *verſ nec vrget &c.* attamen in præſenti caſu noſtræ quæſtionis nullatenus conſtat de tali praxi; imò de contraria, vt patet ex eo, quòd ſi exiſteret vniuerſaliter in vſu communi obſeruata, opus non eſſet, vt S. D. P. ſpeciale reſcriptum ad eum attribueret, & tamen videmus conceſſum fuiſſe à S. M. Clemente VIII. directum Archiepiſcopo Panormitano, vbi reſcripſit poſſe ſe informare per ſummariam, ſimplicem & extraordinariam probationem de qualitate delicti, vt Reus immunitate gaudere debeat, vel non, prout latè annotaui *in dicto meo Paſtoral. Regul. p.* 3. *vot.* 7. *num.* 14. & de prædicto reſcripto mentionem facit additio *ad conſ.* 211. Farinatij *tom.* 3. & copioſiùs, Gambacurt. *de immunit. lib.* 6. *cap.* 17. Guiurba omnino videndus *conſ.* 50. *à num.* 10. *cum ſeq.* Ergo ſi praxi iam erat admiſſum, ſuperfluum erat reſcriptum, & conſequenter concludendum eſt, non repetiri ſtylatum, nec practicatum. 30

Tùm & etiam, quia dato, quòd de 31
tali praxi conſtaret, intelligenda eſt, &
admitti poterat in caſu notorio iuris, vel
facti continui, in quo omiſſio citatio-
nis non nocet; ſecùs verò *in caſu dubiò*, 32
ſicut de quo agimus, præcipuè ſi præiu-
dicium tertij mediauerit. Tunc námque
talis praxis admiſſibilis nõ eſſet, Veſtrius
in praxi lib. 3. *cap.* 2. *num.* 8. Scaccia *de*
indiciis, *cap.* 57. *num.* 12. Gratian. *deciſ.* 70.
num. 7. Gozadin. *conſ.* 2. *n.* 15. & *conſ.* 92.
num. 33. taliter, quòd etſi parti nulla
competat defenſio, non debet omitti
citatio,

citatio, vt reſoluit Decianus *conſ.* 14. *num.* 85. *volum.* 3. *& conſ.* 35. *num.* 46. *in primo.*

33 Et exinde oritur, quòd nec à lege, vel ſtatuto remitti poteſt ne fiat citatio; Grammat. *deciſ.* 65. *num.* 5. Gail. *in ſuis obſeruat.* 75. *num.* 9. *&* 10. & *lib.* 2. *obſer. uat.* 31. *num.* 14. & alij plures. Imò nec à Principe tolli poteſt illud citationis requiſitum, vt plures referens tradit noſter Cenedo *in ſuis collect. p.* 2. *collect.* 94. *num.* 3. Ponte, *conſ.* 136. *num.* 64. *&* 65. *in* 2. Tribis. *deciſ.* 68. *num.* 1. & alij infiniti.

34 Et ratio prædictorum deſumi poteſt à iure naturali cui repugnat, vt auferatur cuique ſua defenſio, quæ quidem ſublata remaneret, ſi pars non citaretur, non habendo ſcientiam de inſtantia, & cauſa.

35 Ex quibus liquet non obſtare fundamenta pro prima opinione adducta, quorum reſponſiones colligere etiam poteris ex Farinat. *in dicto conſ.* 68. *à numero* 53. *vſque ad* 61. & magis conciſè ex Caſtro Palao *in opere morali*, *tit. de venerentia debita locis ſacris*, *diſp. unicâ*; *punct.* 13. *numero* 11.

QVÆSTIO XLV.

An proceſſus competentiæ publicari debeat Reo, vel alteri ex Curiis?

SVMMARIVM.

Suplicatio proceſsûs duplex eſt; vna pronunciatiua, altera inſinuatiua: Prima pertinet ad Iudicem; ſecunda verò ad partes contendentes. n. 1. & 2.

Publicatio proceſsûs pronunciatiua admittit nouam teſtium productionem, & examen; non verò inſinuatiua, quæ fit partibus. num. 3.

Publicatio proceſsûs fieri debet in quacumque cauſa. n. 4. & 6.

Acta tam ciuilia, quàm criminalia edenda ſunt Iudici, & parti habenti intereſſe. num. 5.

Publicatio proceſsûs, tam de iure ciuili, quàm municipali noſtri Regni fieri debet finito termino probatorio, & poſt concluſum in cauſa. n. 6. & 7. ac 10.

Publicationis defectus grauiter facit teſtium fidem vacillare. n. 7.

Sententia non annullatur ex eo, quòd in proceſſu non fiat publicatio teſtium etiamſi pars eam petat. num. 8. *intellige vt n.* 9. & ſeq.

Publicatio proceſſus non eſt de ſubſtantia eſſentiali ordinis iudiciarij. n. 8.

Publicatio proceſsûs eſt de ordine iudiciali, non verò de ſubſtantia iudicij. n. 9. *ſed contrà. n.* 10. & ſeq.

Publicatio proceſsûs in criminalibus eſt de ſubſtantia iudicij, quidquid ſit in ciuilibus. n. 11. & 13.

Proceſſus contentionis actitatus ante Cancellarium debet publicari poſt concluſum in eo. n. 12. & 19.

Proceſſus actitatus coram Cancellario, licèt immediatè non ſit criminalis; mediatè, & aliqualiter influit in criminalitatem. num. 13.

Publicatio proceſsûs æqualiter proficit Actori, ac Reo. n. 14.

Defenſio non debet auferri Eccleſiæ, & Reo in cauſis immunitatis Eccleſiæ. num. 14. & ſeq.

Publicatio proceſsûs fieri debet adhuc in cauſis ſummariis. n. 15.

Publicatio proceſsûs in cauſis matrimonialibus non debet omitti, & in illis, in quibus proceditur ſine ſtrepitu iudicij. n. 16. & 17. cum ſeq.

Publicatio proceſsûs fieri debet quando agitur pro diſſoluendo matrimonio. n. 18.

Iudices procedentes in cauſa ſine ſtrepitu, & figura iudicij tenentur publicare proceſſum coram eis actitatum. n 19.

Cancellarius tenetur publicare proceſſum contentionis eorum eo vertentem. numero 20.

Stylus facit ius quoad omnes, & pro lege habetur. n. 21.

PRo reſolutione huius quæſtionis 1
ſupponendum eſt, dupliciter conſi-
derandam eſſe publicationem proceſsûs;
alia namque eſt pronuntiatiua, alia verò
inſinuatiua. Prima eſt, quando Iudex 2
profert; *Publicamus &c.* Altera verò
quando teſtium depoſitiones partibus
ſunt inſinuatæ, & propalatæ, vt tradunt
Baldus *conſ.* 152. *à num.* 1. *& ſeq.* quem
refert, & ſequitur Guazzinus *de defen-
ſione Reorum*, *defenſ.* 22. *cap.* 1. *num.* 1. *&
ſeq.*

Et prædictæ publicationes differunt 3
in eo: nam in prima, quæ eſt Iudicis
pronunciatiua admittitur noua teſtium
productio, & examinatio; ſecus autem
in ſecunda inſinuatiua, quæ fit partibus,
vt docent Guazzin. *vbi proximè*, & plura
cumulans

cumulans Caualcan. *de teſtibus p. 4. à num. 121. cum pluribus ſeqq.* Farinac. *in eodem tract. quæſt. 75. capite 1. à numero 2.*

4 Et in vtraque publicationem proceſſus fieri debere, colligitur ex *authentica de teſtibus §. quia verò, collat. 7. conſtit 2.* de qua ea fit mentio *in Cod. ſub tit de probat. poſt legem, exceptione* 19. idémque infertur ex lege *is apud quem*, vbi *gloſſa, verbo, exhiberi, cod. de edendo,* & *ex textu in cap. in cauſis* 15. *de teſtibus, & atteſtationibus.*

5 Ex quibus deducunt communiter DD. haoc concluſionem, videlicet quòd acta tam ciuilia, quàm criminalia edenda ſunt non ſolùm Iudici, ſed & etiam parti intereſſe habenti, vt colligitur ex dicta lege, *is apud quem, cod. de edendo;* & tradunt Maranta *de ordine Iudiciorum, p.6. actu* 10. *num.* 56. *& actu* 11. *tit. de proceſsûs publicatione*, Cardoſo *in praxi Iudicum, & Aduocatorum, verbo, inſtrumenta*, *n.*28. *&* 32. & alij plures.

6 Ideóque tam de iure communi, quàm municipali noſtri Aragoniæ Regni fieri debet publicatio proceſsûs, finito termino pròbatorio, & poſt concluſum io cauſa; & patet etiam ex textu *in cap. finali §. ceſſante*, vbi gloſſa verbo, *Iudicius, de Hæreticis in* 6. & tradunt Iulius Clarus *in praxi criminali lib.*5.*§ final. quæſt* 49. *à num.* 1. *cum ſeq.* & alij peoes Barboſam *in collect. ad dictum caput finale num.*9. & peoes noſtrum Portol. *in ſcholiis ad Molin. verbo, Publicatio, à num.*3. *cum ſeq. fol* 104. Farinat. plures referens *tom.*2. *de teſtibus tit. de oppoſitione contra examen teſtium, quæſt.*75. *num.*7. *&* 10. doctiſſimus D. Ioannes de Solorzano *de Indiarum guberaat. tom.*2. *lib.* 2. *cap.* 29 *num.* 4. Et quia tanti viri auctoritas, apud me eſt magni momenti, & apud omnes valde præpooderat, libet ipſius verba traoſcribere, quæ talia ſunt.

7 *Nam teſtium publicationem, & cauſa concluſionem de ſubſtantia iudicij deſiderati, maximè inſpecto noſtro iure Regio, apertè docet Didacus Perez in rub. & leg. 6. tit. 11. lib. 3. ordinamenti. Et quamvis contrarium teneat Gregorius Lopez in l. 34. tit. 16. partit. 3. verbo, Arbitros, &c. & plures alij quos refert, & ſequitur Farinat. de teſtibus, quæſt. 75. numero 5. & ſeq. Certum tamen eſt, priorem opinionem admittendam eſſe, vbi à non facta publicatione, vel concluſione fuit appellatum, & quòd eius defectus, teſtium fidem grauiter vacillari facit, aut in totum eneruat, vt poſt innumeros Auctores concludit Farinat. vbi proximè numero 7. & 10. ac 11. Menochius omnino videndus de Arbitrariis lib. 1. quæſt. 33. Alexander ſtiacus in praxi capite 18. per totum. Vantius in tit. de nullitate ex defectu proceſsûs, num. 40. & 41.* Hæc Solorzanus, cui plures DD. adhærent; & hanc opinioоem veriſſimam iudico.

8 Aduertendum tamen eſt, quòd ſi publicatio proceſsûs non fiat, ex eo tamen ſententia non eſt irrita, nec vitiatur, aut annullatur, etiamſi pars petat proceſsûs publicationem; ex eo, quia regulariter loquendo de iure, non eſt de eſſentiali ſubſtantia ordinis iudiciarij, licèt oon rectè, ſed imò malè iudex efficeret, vt concludunt Menochius, & plures ab eo relati *de Arbitrariis q. 33. n.* 1. quem cum aliis ſequitur Ioannes Gutierrez *lib.*1. *practicarum quæſt.* 99. *n.*4. *cum ſeq.* Portol. *in ſchol. ad Molin. p.* 4. *verbo, Publicatio, num.* 6. *pag.* 105.

9 Et licèt Gutierrez *vbi proximè* cum communi rationem adducat ex eo, videlicet, quòd publicatio proceſsûs bene ſit de ordine iudiciali, noo verò de ſubſtantia iudicij, & exiode infert oon annullare ſeotentiam.

10 Sed hæc ratio non conuincit; cùm plures oumero, & auctoritate doctiſſimi DD. pro certo affirment, publicationem eſſe de ſubſtantia iudicij, maximè ex iuribus allegatis *ſuprà num.* 4. *&* 5. & patet ex allegatis per Solorzanum, & Portoles, *vbi proximè*, præcipuè inſpecto noſtro iure Aragoniæ, & Regni Caſtellæ, ſed quia hic articulus requirit loogam diſputationem, vt breuitati, ac conciſioni conſulamus, remittimus lectorem ad Auctores *ſuperiùs* allegatos, qui laxâ manu agunt de hac materia.

11 Alij tamen diſtingunt, ſi ſit in proceſſu ciuili, vel criminali, ita, quòd in primo noo ſit de ſubſtantia iudicij, vt publicatio fiat; ſecùs autem io criminali; quia tunc noo poteſt omitti, vt docet Caualc. *de teſtibus p.*4. *num.*124. *verſ. at in criminalibus &c.* & *in tract. de brachio Regio p.* 4. *num.*330. *& p.*5. *num* 133. quem refert, & ſequitur Sebaſtianus Guazzio *de defenſione Reorum p.* 2. *defenſ.*35. *cap.* 2. *numero* 3. & *p.* 1. *defenſ.* 22. *cap.* 1. *num.* 7. Vbi cum Iulio Claro *quæſt.* 48. *in principio*, & *quæſt.* 81. *numero* 5. *& aliis pluribus* concludit, quòd in proceſſu criminali offenſiuo, eius publicatio adeò ſit de ſubſtaotia; quòd ſi non fiat, ipſo iure vitietur. Io hac quidem cootrarietate, fortaſſe

taſſe ſub fœderis diſtinctione in concor-
diam reduci poſſe prædictos DD.exiſti-
mo;ita vt aſſerentes publicationem non
eſſe de ſubſtantia iudicij,intelligi poſſint
quoad proceſſum ciuilem; alios autem
contrarium tenentes, dicamus loqui in
criminali offenſiuo, & hoc pacto con-
trouerſia ſopiri poteſt.

12 Reducendo tamen hunc articulum
ad terminos ſtrictos præſentis quæſtio-
nis, videlicet, quoad proceſſum con-
tentionis coram Cancellario actitan-
dum; dicendum eſt, illius publicatio-
nem, & teſtium depoſitiones,publican-
das eſſe poſt concluſum in cauſa, ante
complementum illorum triginta dierum
à foro ſtatutorum,ſeu datorum pro illius
omnimoda, & totali conſtructione, ſeu
formatione.

13 Et ratio(meo partio videri)ea eſſe po-
teſt, quia licèt proceſſus Cancellarij ve-
rè, & realiter, immediatè dici nequeat
criminalis; mediatè tamen influit fre-
quenter, & operatur ſuos effectus circa
criminalitatem delictorum atrocium,
commiſſorum à Reis confugientibus ad
Eccleſiam, propter quæ illud quærunt
refugium;& exinde cùm ex declaratio-
ne Cancellarij ferè ſemper, & à com-
muniter accidentibus,pendeat liberatio,
vt Reus Eccleſiæ reſtituatur; vel con-
demnatio, ſi non gaudeat immunitate,
dici poteſt, quòd mediatè de cauſa cri-
minali agitur, in qua DD. *ſuprà* allegati
conueniunt,quòd publicatio fieri debet
ad effectum, vt pars videre poſſit, quid,
quomodo,& qualiter teſtes depoſuerint,
& opponere contra qualitates perſona-
rum, illorúmque dicta pro defenſione
cuiusvis ex ipſis partibus. Quibus qui-
14 dem æqualiter proficit, tam Reo,quàm
Actori, cùm reſpectiuè eiſdem conue-
niat,& liceat id efficere,ſitque omni iuri
conſonum, quòd in cauſa immunitatis
Eccleſiæ, & Reo defenſio non aufera-
tur, & quidquid eiſdem fauere poſſit,&
allegare queunt.

15 Et adhuc in cauſis ſummariis tractan-
dis conſuluit Bolognetus, *conſ. 36.col.3.
verſ. imò non obſtante* &c. publicationem
eſſe neceſſariam, ne parti defenſio aufe-
ratur, nec debent eſſe peioris conditio-
nis propter recurſum ad Eccleſiam,
quàm alij delinquentes criminaliter ac-
cuſati,quibus (vt *ſuprà* diximus) non de-
bet denegari publicatio proceſsûs,& ad-
16 miſſio ad ſui defenſionem, etiam poſt
concluſum in cauſa;vt in beneficialibus
reſoluit Maſcardus *de probat. tom. 1. in
principio ante concluſiones, quæſt. 17. à
num. 45. cum ſeq.* Ergo ſi in his requiri-
tur publicatio, à fortiori in cauſa immu-
nitatis; & in ſpecie ita concludunt Fo-
ler. *in practica criminali, canon. p.2. c.14.*
Farinat.*conſ.168.tom.2.*vbi *numero* 65. ita
ait.

De publicatione verò proceſsûs non vide- 17
*tur dubitandum, quin fieri debeat; aliter
per indirectum tollerentur defenſiones, ad
quas ipſa publicatio proceſsûs ordinatur:
vnde in his etiam cauſis neceſſaria eſt, in
quibus proceditur ſine ſtrepitu, & figura iu-
dicij; Ancharranus in capite final. in prin-
cipio de Hæreticis in ſexto, & ita etiam in
terminis, ſi conſtiterit, quòd facienda ſit
publicatio; tenet Rota in antiquis,deciſ.15.
de dolo, & contumacia* &c. vſque huc Fa-
rinatius, qui *in duobus ſequentibus numeris*
proſequitur materiam.

Et ex èius doctrina, quoad Tribunal 18
Cancellarij colligo,quòd ſi in Iudicibus
procedentibus ſine ſtrepitu, & figurâ
iudicij conſulit, & reſoluit Farinat.quòd
fieri debeat publicatio,multò magis per
Cancellarium qui licèt non ſit adſtrictus
ad apices iuris,ſed eidem liceat iudicium
ferre ſecundùm Deum, & bonam con-
ſcientiam (vt ſæpe diximus) eo tamen
non obſtante, tenetur efformare pro-
ceſſum ad *præſcriptum diſpoſitionis fori 1.
ſub. tit. de competentia Iuriſdictionis*, vt
multoties repetiuimus.

Prætereà confirmari poſſunt *proximè,* 19
dicta ex eo,quia quando agitur de cauſa
matrimoniali, & diſſoluendo matrimo-
nio, publicandos fore teſtes reſoluunt
Monticel.*in repertorio teſtium, rub.publica-
ri debent depoſitiones* & *fol.* 181. *colum.* 2.
verſ.antepenul. quem refert, & ſequitur
Farinat. *de teſtibus, quæſt.*75.*n.* 16.Ergo
ſi in prædictis caſibus publicatio eſt ne-
ceſſaria, à maioritate rationis idem di-
cendum erit in Cancellario; & eſt de
mente Caſtri-Palao. *in opere moral.tom* 2.
tit. de reuerentia debita locis ſacris tract.
11. *diſp. vnica, punct.* 13. *numero* 14.
in fine, & calce diſputationis ibi. *Facto
proceſſu, debet publicari, ne tollatur de-
linquenti, & Eccleſiæ defenſio, & pote-
ſtas allegandi in ſui iuris fauorem, ſi quid
habent &c.* Idem tenent Ciarlin. *contro-
uerſ. forenſ. cap.* 10.*num.* 150. quos refert,
& ſequitur Diana *tom. 6. reſolut. moral.
tract.* 1. *reſolut.* 30. *verſ.quæro quartò, in
fine.*

Ex quibus concludendum eſt, pu- 20
blicationem proceſsûs faciendam eſſe
in cauſis contentionum vertentibus co-
ram

ram Cancellario, & ita in noſtro Aragoniæ Regno ſtylus admittit, quidquid ſit in proceſſu criminali, vel ciuili, ad tradita per noſtrum Portol. *in ſchol. ad Molin. p. 4. verbo , publicatio num. 9. pag.* 105.

Et cùm in dicto proceſſu competentiæ ſic practicetur; non licet ab ſtylo recedere, qui facit ius quoad omnes, & pro lege habetur, vt cum Suelues *in ſemicent.* 2. *conſ.* 21. *num.* 3. & aliis, dixi *in meo foro conſcientiæ p.* 1. *tract.* 3. *quæſt.* 6. *num.* 9. *fol.* 82. & etiam in meo *Paſtor. Regul p.* 3. *vot.* 1. *num.* 16. *in fine pag.* 225. *& ſupra quæſt.* 44. *num.* 10. *&* 30. & ita concludendum eſt.

QVÆSTIO XLVI.

Sententia Cancellarij in caſu contentionis, an debeat partibus intimari?

SVMMARIVM.

Sententia Cancellarij circa contentionem Iuriſdictionis in Regnis Coronæ Aragonum intimari debet partibus. num. 1. & ſeq. *ſecus in Aragonia. num.* 22. & ſeq.

Sententia Cancellarij, ſi non fuerit intimata, non infert præiudicium parti, contra quam prolata fuit. n. 3.

Sententia Iudicis, debet partibus intimari, & acceptari, vel reprobari, vt ſit proficua. n. 4. & ſeq.

Actus præiudicialis, debet parti intimari, vt ei noceat. n. 5.

Intimatio legitima debet fieri, cuilibet parti, vt ei præiudicet, nec ſufficit ſententia vaga, ſed debet eſſe cum omnibus ſuis qualitatibus. n. 6.

Scientia explicita, & indubitata partis, requiritur in præiudicialibus, vt parti noceat. n. 7.

Scientia partis, in actibus præiudicialibus, non ſufficit in Aragonia, vt præiudicium poneret, ſed requiritur generalis intimatio. num. 8.

Sententia eſt ſtricti Iuris, & ideò non extenditur vltrà id, quod eius verba important. n. 9. & 10.

Citatio ad ſententiam an ſufficiat, ne poſt eius prolationem partibus intimetur. num. 10.

Intimatio ſententiæ non eſt neceſſaria de ſtylo Romanæ Curiæ, ſed ſufficit citatio ad illam antecedens, quidquid ſit de Iure. num. 10. & 11.

Sententia Iudicis, ſi parti non intimetur, ſed impediatur, præſumitur dolosè agere impedientem. n. 12. & 16.

Sententia præſumpta, quandoque vera æquiparatur. n. 12. *intellige vt* 13.

Intimatio ſententiæ licèt aliàs ſit neceſſaria, an idem obſeruari debeat in Iudicibus procedentibus ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam, & non adſtrictis ad apices Iuris. n. 14. & 15.

Intimatio ſententiæ eſt neceſſaria, etiam in Iudicibus procedentibus ad Arbitrium, & ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam. num. 15. & 16.

Scientia ſubſtantiæ, & qualitatis, ac circumſtantiarum ſententiæ requiritur per iſtius intimationem, vt parti noceat. n. 16. & 17.

Sententia definitiua eſt cauſa finalis iudicij. num. 18.

Lites, & contentiones iudiciales per ſententiam terminantur, & finis eidem imponitur. n. 18.

Sententia Iudicis attribuit cuique, quod ſuum eſt. n. 19.

Probatio ſententiæ partis litigantis de aliquo actu præiudiciali eſt difficilis probationis. n. 20.

Intimatio ſententiæ Cancellarij non eſt neceſſaria in Aragonia. n. 21.

Sententia Cancellarij, vel Arbitrorum poſtquam fuerit prolata, quomodo partibus debeat notificari? n. 22. & ſeq.

Stylus modernus in Aragonia admittit, vt in contentionibus Iuriſdictionis, Arbitri condemnent in expenſis partem victam, ne faciliè ſuſcitentur. n. 23.

Intimatio ſententiæ Cancellarij non fit in Aragonia, niſi quando tempore probationis partes repeeriuntur præſentes. num. 24.

Contentionem Iuriſdictionis ſi in Aragonia Cancellarius pronunciat pro Eccleſia, concedit in forma literas contra detinentem captum, vt ſtatim ipſum ad illam reſtituat. num. 25. *&* 26.

Appellatio non datur à ſententia Cancellarij in Regnis Coronæ Aragonum. num. 27.

Cancellarius in Aragonia, tenetur pronunciare contentionem intra quinque dies. num. 28.

Cancellarius non poteſt proferre ſententiam in trigiata diebus datis pro conſtructione proceſsûs, ſed præcisè in quinque immediatè ſubſequentibus. n. 29.

Cancellarius non poteſt prorogare tempus datum

*datum à foro ad pronunciandum ; & ſi non pronunciet, remanet pro Eccleſia contentio declarata.num.*30.

1 Difficultas huius quæſtionis in Regnis Coronæ Aragonum deciſa exiſtit, nam in Sardinia, & in Inſula Maioricarum expreſsè deciditur *in pragmatica Regni, titulo* 51. *numero* 31. per hæc verba:*el miſmo dia que ſe hiziere tal declaracion, ſe haya de intimar al official Eccleſiaſtico, o, al Arbitro, que por ſu parte ſeñalare en la contencion, y nombrar al Notario, y dar copia, &c.* Ex quibus verbis ſatis apparet intimationem ſententiæ Cancellarij neceſſariam eſſe ; & ita ibidem practicari docet Regens Vico *libro* 2. *titulo* 51. *numero* 31.

2 Idémque etiam ſtylari in Regno Valentiæ tradit ex Peguera *in praxi, capite* 26. *numero* 7. *verſ. Vlteriùs*, (*in fine*) D. Laurentius Mattbæu *de Regime Regni Valentia, tomo* 2. *capite* 7. §. 1. *numero* 133. & de lege municipali Catbaloniæ adeſt *pragmatica* 9. *de contentione iuriſdictionis.* Ex qua ita reſoluit Ferrer. *part.* 3. *obſeruationum, capite* 172. *verſ. vltimo*, vbi *in fine*, ita concludit : *In prafata conceſſione Regis Ferdinandi*, 2. *Septembris* 1510. *fol. mihi* 383. *conceſſum fuit quòd declaratio Cancellarij intimari debet Officiali Eccleſiaſtico, aut Arbitro pro illius parte electo, eodem die quo declaratio facta fuerit, & Notarius nominari, & copia dari, &c.* Hæc Ferrer. cui adhæret Peguera, *vbi proximè*, & eis relatis Cortiada *in praxi contentionum, tomo* 1. *deciſ.* 24. *num.*203.

3 Ideóque talis intimatio eſt neceſſaria ; vt ſi non fiat parti, contra quam fuerit declarata ſententia, præiudi-
4 cium non inferat, quia non ſufficit ſcientia illam eſſe prolatam, de eáque partem, in cuius fauorem fuit lata, illam habere, niſi etiam fuerit acceptata, Monter *deciſione* 77. *numero* 2. & parti aduerſæ intimata, Ruinus *conſ.* 200. *numero* 17. *volum.* 2. Rolandus *conſ.* 100. *num.* 148. *volum.* 4. Peregrinus *conſ.* 24. *numero* 24.

5 Et prædicta locum habent in quacumque diſpoſitione præiudiciali, vt docent Tiberius Decianus *conſ.* 1. *numero* 114. *volum.* 4. & latè doctiſſimus Iacobus Cancer *libro* 3. *variarum reſolut. cap.* 17. *à num.*422. *cum ſeq.*

6 Et ratio eſt, quia in præiudicialibus non ſufficit notitiam alicuius facti habere, niſi & etiam, vt quis ſciat eiuſdem facti omnes qualitates, & circunſtantias : Tiraquel. *de retractu Lignagier* §. 36. *gloſſ.* 2. *à numero* 30. *cum ſequent.* Cardinalis Tuſcus *tomo* 7. *littera S. concluſ.* 66. *numero* 1. & latè plures allegans Farinatius *in fragmentis criminal. part.* 2. *verbo Ignorantia n.* 233. & 234.

Taliter, quòd ſit ſcientia explicita, 7
& indubitata, Rota *Recentiorum, tom.* 1. *deciſ.*621 *num.*1. & in *meis recollectis Peña, tom.*2. *deciſ.* 940. *n.*13. vbi *mea annotatio* alias allegat, éſtque communis DD. opinio.

Ex quibus videmus in boc noſtro 8
Regno, quòd in actibus præiudicialibus non ſufficit ſcientia, ſed requiritur etiam intimatio in forma, vt patet ex congeſtis per Portol. *in ſchol. ad Molin. tom.* 3. *verbo Intimatio* : cùm igitur declaratio contentionis factæ per Cancellarium ſit præiudicialis parti contra quam profertur, fatendum videtur intimationem eſſe neceſſariam, Alexander *conſ.* 108. *num.* 2. *lib.* 5. Gratian. *tom.* 4. *diſcept. forenſ. cap.* 770. *num.* 5. Matthæus Coler. *de proceſſu executiuo, ad tit. de ſententia, & re iudicata, in repetitione ad textum, cum aliquibus, numero* 18. *fol.* 148. quem reperies coniunctum cum *tract. de appellationibus Iulij Caſaris Ruginelli, impreſſo Colonia de anno* 1653.

Sententia enim eſt ſtricti iuris, & plus 9
non diſponit, niſi in his tantùm, quæ de neceſſitate ex ea inferuntur ; & vltrà non extenditur, niſi in eo, in quo verba important. Bartolus *in l. Iulianus* 60. *num.*5. *ff. de conditione indebiti*, Surdus *deciſ.* 212. *n.* 13. quos refert, & ſequitur Niger Cyriacus *tom.* 1. *controuerſ. forenſ. controuerſ.*46. *n.*19. Gratian. *tom.*4. *diſcept. forenſ. cap.*694. *num* 46. & *to.*5. *cap.* 833. *à num.* 22. *cum ſeq.* conſequenter, vt parti conſtet de circumſtantiis, & qualitatibus reſultantibus ex contextura verborum ſententiæ, requiſitum neceſſarium erit vt intimatio fiat iuxta prolationem factam à Iudice.

Quam praxim iuri communi conſo- 10
nam eſſe apparet ex *gloſſa in cap. Concertationi* 8. *verbo, ſcienerit de appellat. in ſexto* vbi communiter notant DD. & latè tradit Lanceli. *de attentatis, p.*2. *limitat.* 5. *à n.*175. *cum pluribus ſeq. fol. mihi* 296. *in vltima impreſſione Venetiis de anno* 1598. Decianus *conſ.* 34. *numero* 3. Natta *conſ.* 162. *numero* 36. Oſaſcus *deciſ.* 162. *in fine*, & alij plures relati per Ruginell. *in tract. de appellat.* §. 4. *capite* 2.

à num. 35. *& ſeq.* vbi *n.* 33. allegat alios
dicentes ſufficere citationem factam ad
ſententiam, & inter cæteros Scacciam
in eodem tract. de appellat. cap. 2. *quæſt.* 12.
à num. 7 *& ſeq.* vbi multa cumulat ad in-
tentum, referens plures caſus, in quibus
11 ſola citatio ſufficit; & *n.* 29. concludit in-
timationem ſententiæ eſſe neceſſariam,
quidquid ſit de ſtylo Curiæ Romanæ, in
qua ſufficiet citatio ad ſententiam, vt
concludunt Bard. *de tempore vtili, cap.* 3.
n. 1. *verſ. hoc tamen tempus, in fine.* Veral-
lus *deciſ.* 130. *n.* 2. *p.* 3. Scaccia *vbi proximè,
in dicta quæſt.* 12. *à n.* 7. quos refert. Ru-
ginell. *vbi proximè n* 33.

12 Sed reuera recedendum non eſt à con-
cluſione *ſuperiùs* tradita, videlicet, requi-
ri intimationem ſententiæ cum eius in-
ſertione; qui enim non facit illam parti
intimari, præſumendum eſt doloſè pro-
cedere, vt docuit Rulandus *conſ.* 100.
n. 148. *lib.* 4. Albenſis *conſ.* 609. *n.* 5. qui
n. 6. *per dictum gloſſam in dicto cap. concer-*
13 *tationi, verbo ſciuerit*, reſoluit; quòd li-
cèt aliàs ſcientia præſumpta quandoque
æquipararetur veræ; attamen quandò ca-
ſus agitur, ex quo excluditur aliquis à
facultate, ſeu libertate appellandi, tunc
omnino neceſſariam eſſe certæ ſcientiæ
probatiunem cum omnibus ſuis qualita-
tibus; nec præſumptam ſufficere, etiam-
ſi ex contumacia elicita eſſet, putà, v.g.
vt ſi quis legitimè in domo ritè, & rectè
eſſet citatus ad audiendam ſententiam,
nec fuiſſet perſonaliter repertus, quia
adhuc in tali caſu requiritur indiuidua
intimatio ſententiæ prolatæ, vt latè tra-
dunt Stephanus Gratian. *deciſ. Marchia*
111. *numero* 2. *& 4. feréque per totam*,
Oſaſcus *deciſ. Pedemont.* 142. *n.* 35. *&* 36.
Barz. *deciſ. Bononien.* 153. Polidorus
Ripa *in tract. de noct. temp. cap.* 65. *nu-
mer.* 20.

14 Et licèt replicari poſſet, quòd prædi-
cta poſſent habere locum reſpectu Tri-
bunalium Iudicum procedentium ordi-
ne ſeruato, & publicè, ac generaliter
iuriſdictionem ordinariam exercen-
tium, Iuſtitiámque ad metas iuris mi-
niſtrantium, non verò in aliis, in qui-
bus proceditur ad arbitrium, & ſecun-
dùm Deum, & bonam conſcientiam,
ac omiſſo iuris ordine, ſicut ſtylus &
forus admittunt in Tribunali Cancella-
rij, & conſequenter in eo non debere
reſtringi ad perſonalem intimationem
authenticam cum requiſitis *ſuprà* ad-
ductis, ſed ſufficere quamcunque no-
titiam; maximè cùm nec in concor-
dia Reginæ Eleonoræ quoad Regna
Coronæ, nec in diſpoſitionibus Foro-
rum quoad Regnum Aragoniæ *ſub tit. de
Competentia iuriſdictionis* aliquid ſpecia-
le ſit diſpoſitum.

Sed reſpondetur, quòd etiam in ſen- 15
tentiis prolatis à talibus Iudicibus pro-
cedentibus cum facultate habendi ar-
bitrium de iuris ordine non ſeruato,
opus eſt intimatione, vt in ſpecie con-
ſuluit Ioannes Ceſallus *conſ.* 241. *à
numero* 52. *volum.* 2. qui *numero* 54.
ita ait.

Quinimò etiamſi D. Barnabas fuiſſet 16
*citatus, & dixiſſet, nolle comparere;
adhuc ſententia lata, ſibi non intimata,
non noceret, nec tempus curreret ad ap-
pellandum tanquam neſcienti, vt præcla-
rè tradit Angelus, l.* 1. *§. biduum poſt
principium, verſ. nec intelligitur ff. quan-
do appellandum ſit, & clarius, ac latius
in l. ſi ſententia, verſ. ſi quis ff. de appel-
lat.* & in *l. prima cod. de temp. appel-
lat. ſequitur Angelus Aretinus lib.* 1. *§.
final. ff. quando appellandum ſit, & quid-
quid ſit quando condemnatus fuit perſo-
naliter citatus, concluſio indubitata quan-
do fuit citatus, ad domum, vel per edi-
ctum, Capitius deciſ.* 139. *in ſecundo
caſu. Quæ concluſio quoque procedit, li-
cèt actum fuerit viâ Regiâ, & ordine omiſ-
ſo; alioquin non factâ notificatione, do-
loſè videtur verſatum. Felinus in capite
Canonum ſtatuta, colum. penultimâ
verſ. tertiò nota extrà de conſtitutionibus,
&c.* Hæc Ceſalus, cui conſonat Me-
nochius *de Arbitrariis Iudicum, lib.* 1.
quæſtion. 46. *numero primo*, vbi alius al-
legat.

Et licèt ipſe Menochius *numero* 3. 17
declaret primam concluſionem, vt
ſcilicet intimatio non ſit eſſentialis,
quando pars habuit notitiam ſenten-
tentiæ, contra ſe latè; attamen in *nu-
mero* 4. concludit, affirmare omnes, in
dubio renuntiationem requiri ad hoc,
vt quis certior reddatur, & conclu-
dit, neceſſariam eſſe ſcientiam ſub-
ſtantiæ, & qualitatis, ac omnium cir-
cunſtantiarum ſententiæ; & ad inten-
tum allegat *dictam gloſſam, in dicto ca-
pite concertationi, verbo, ſciuerit, de ap-
pellat. in ſexto.* Ex quibus oritur non
repugnare Menochium, nec ſe oppo-
nere ad id, quod dixerat in *numero* 1.
ſed imò aſſentiri prædictæ reſolutioni,
in cuius confirmationem latè videre
poteris Ruginell. *in tract. de appell. in di-
cto §.* 4. *cap.* 2. *num.* 44. *cum pluribus ſeqq.*
vbi

vbi copioſè agit de hoc articulo, & *à*
numero 40. accuratè reſpondet omnibus
obiectionibus, quæ in contrarium effor-
mari poſſunt.
18 Ex prædictis colligi poteſt motiuum,
propter quod intimatio ſententiæ ſit re-
quiſitum tam neceſſarium & præciſum;
nam vt optimè aduertit Maranta *in ſua*
praxi, ſeu *ſpeculo iudiciorum part. 2. in prin-*
cipio ſub tit. iudicij tela à num. 32. cum ſe-
19 *quent.* & tradunt communiter DD.
quòd cauſa finalis iudicij eſt, & dicitur
ſententia diffinitiua, quia ad eum fi-
nem controuerſia, ſeu lis deducitur in
iudicium, vt per ſententiam finis impo-
natur *l. properandum, cod. de iudiciis l. 1.*
ff. de re iudicata, & etiam, vt vnuſquiſ-
que ex illa conſequatur quod ſuum fuit,
cap. cùm æterni 1. de ſententia, & re iu-
20 *dicata in ſexto.* Sequitur exinde quòd
pars vincens fruſtra cauſam finalem
conſequeretur, ſi victa diffugio ignoran-
tiæ, poſſet ſe tueri; quo caſu cùm incum-
beret vincenti probare ſcientiam, quæ
difficilis eſt probationis, ſequitur exinde
magnam vtilitatem, & commodum ſe-
qui victori, & bono publico conuenire,
quòd per intimationem ſententiæ, vel
cauſæ, lites in longum non protrahantur
& parti Iuſtitiam foueoti nulla fraus fiat.
21 Ex dictis concludendum eſt, intima-
tionem ſententiæ Cancellarij inſtrumẽ-
taliter faciendam eſſe partibus, vel ſe-
cundùm ſtylum, aut praxim Regnorum,
vel Curiarum, in quibus ſententia fuerit
declarata.
22 Quæ quidem, licèt ita de iure proce-
dant, & in Regnis Coronæ, ita praxis ad-
mittat; in noſtro tamen Aragoniæ, cer-
tiſſimum eſt, ſententiam Cancellarij non
indigere intimatione, cuilibet ex parti-
bus contendentibus facienda, provt pra-
xi inconcuſſa, & ſtylo vniformi fit, quòd
prolatâ ſententiâ per Arbitros, ſi inter ſe
conueniant, conceduntur litteræ, & fit
inſtrumentum, quod præſentatur Eccle-
ſiaſtico ordinario, ſi in eius fauorem fue-
rit declarata contentio, vt ad vlteriora
cauſæ, quæ anſam dedit contentioni,
procedere poſſit in ſuo Tribunali: & ſi-
militer idẽ erit quoad Iudicẽ ſecularem.
23 At verò ſi prædicti Arbitri in expen-
ſis condemnauerint aliquam ex partibus
contendentibus, (provt ex ſtylo nouiori
fieri ſolet, ne facilè contentiones ſuſci-
tentur ſub prætextu, quòd antiquitùs id
raró accidebat;) tunc conceduntur litte-
ræ exequutoriæ, & intimatoriẹ, quẹ inti-
mantur parti condemnatæ ad effectum
ſoluendi expenſas. Si verò Arbitri in- 24
ter ſe non conuenerint, & ex eo cauſa
ad Cancellarium deuoluatur, provt diſ-
ponit *forus 1, ſub tit. de Competent. Iuriſd.*
& ille, ſeruatis ſeruandis declarat; tunc
nullatenus ſententia partibus intimatur,
niſi caſu, quo ipſe præſentes exiſtant,
tam in præcedenti caſu Arbitrorum,
quàm in ſecundo Cancellarij.
Et tunc ſi pro immunitate Eccleſiæ 25
fuerit declaratum, concedit litteras au-
thenticas ipſe Cancellarius, ſi pars vin-
cens eas voluerit; vel fit copia inſtru-
mentalis totius ſententiæ integraliter,
cum quibus, vel qua recurritur ad Mi-
niſtrum in ſuo poſſe habentem captum
vt iubeat reducere, vel ipſe reducat ta-
lem detentum, & captum intra termi-
num vnius diei, provt diſponitur *in fo-*
ro 2. ſub tit. de Competent. Iuriſdict.
Hanc praxim obſeruatam reperi à 26
maioribus meis anteceſſoribus; dum
munus Cancellarij huius Regni incœpi
exercere, & meis temporibus, ita ſtylaui,
& ex illis ad præſens nihil contrarium
inueni, & plura exemplaria allegare
poſſem; ſed de nouioribus patet *coram*
me in cauſis deciſis, de quibus *in meo*
Paſtor. Regular. p. 3. & de anno 1653. *in*
ſcribania gubernationis in proceſſu Procura-
toris Fiſcalis Archiepiſcopatûs Cæſaraugu-
ſtani ſub die 30. *Octobris, & ſub die* 2.
Septembris, 1655. *in proceſſu D. Matthiæ*
Bayetola, & Cabanillas & ſub die 27. *Fe-*
bruarij 1658. *in proceſſu excellentiſſimi*
DD. Ioannis Cebrian. Archiepiſcopi Cæſar-
auguſtani, ſuper competentia, &c. & ſi-
militer *in proceſſu Simonis de Caſſaius ſuper*
competentia ſub die 27. *Septembris* 1662.
& in *alio Petri Miranda ſuper competentia*
die 24. *Decembris eiuſdem anni*, & tandem
de anno proximè præterito 1663. *in proceſſu*
Petri Nauarro, & Vela Villæ de Arion, ſu-
per Competentia, &c. Qui quidem tres
vltimi proceſſus fuerunt actitati per
ſcribaniam generalis Gnbernationis, &
& Actuario Ioanne Franc. Caluera, ex
quibus, & aliis pluribus, conſtat de
dicta praxi.
Ratio autem, cur ita ſe habeant (meo 27
paruo videri) deſumi poteſt, ex eo, quia
cùm à ſententia Cancellarij non detur
appellatio, vt diximus *ſup. q.* 15. *n.* 16 *&*
ſeq. & in meo Paſtor. Regul. p. 2. *q.* 10. *n.* 52.
exinde videtur, intimationem non eſſe
neceſſariam; nam principaliter ad eum
effectũ requiri conueniunt DD. Et licèt 28
idem ſeruetur in cẹteris Regnis Coronẹ,
quòd à ſententia Cancellarij non detur

appellatio; attamen in noſtro reperitur aliquid ſpeciale diſpoſitum in prædictis foris ſub titulo de Competentia, videlicet, quòd Cancellarius, & Arbitri habeant terminum præfixum quinque dierum ad pronuntiandum, vt diximus *ſuprà quaſt. 16. ferè per totam*, nec poſſit prorogare tempus. Apparet igitur quòd in Aragonia Cancellarius intra quinque dies præcisè tenetur declarare contentionem, tranſactis triginta antecedentibus pro conſtructione proceſsûs, in quibus nequaquam ſententiam proferre poteſt, ſed ſolùm in quinque diebus ſubſequentibus, qui quidem in aliis Regnis Coronæ non attribuuntur, ſed tantùm triginta pro tota inſtantia, vt diximus *ſuprà quaſt. 16. à n. 3. & ſeq.*

29 Et exinde infertur, quòd cùm ipſe forus iam interpellauerit partes, pro tempore, quo præcisè ſententia debeat pronunciari taliter, quòd ipſe nequeat tempus prorogare, & forus ſtatuat, quòd ſi non pronunciauerit intra dictos quinque dies, declarata remaneat contentio in fauorem Eccleſiæ; ſequitur, quòd non indigent partes certiorari, quo tempore, die, & horâ ſententiæ prolatio fuerit publicata, cum ipſa lex illas interpellat, eo ipſo, quòd præfixit illum præciſum terminum quinque dierum, qui quidem in aliis Regnis Coronæ non fuerunt conceſſi: Et exinde colligo (ſaluo meliori iudicio) potuiſſe habere originem prædictam praxim, & ſtylum noſtri Regni pro omittenda intimatione ſententiæ Cancellarij.

QVÆSTIO XLVII.

An in notoriis formari poſſit competentia; & ſaltem ſuper dubio, de dubio, vtrùm ſit clarum, & manifeſtum, quod contenditur?

SVMMARIVM.

Contentio formari non debet in caſu notorio, & manifeſtè pertinente ad vnam, vel alteram ex curiis contendentibus. numero 1.

Contentio iuriſdictionis ſolùm habet locum in caſu dubio, non verò in notorio, & claro, vel non admiſſibili, n. 2.

Ratio eadem vbi viget; eadem debet procedere iuris diſpoſitio. n. 2.

Ratio eadem, ſeu motiuum vbi adeſt, eandem legem adeſſe dicendum eſt, non extensiuè, ſed comprehenſiuè. n. 3.

Contentio iuriſdictionis non admittitur in caſibus non admiſſibilibus, & in eis comprehenſiuè includuntur caſus notorij. num. 4.

Notorium quando dicatur, ad effectum, vt propter notorietatem, non debeat formari contentio iuriſdictionis. n. 5.

Contentio iuriſdictionis non formatur in Aragonia ſuper dubio de dubio; in aliis autem Regnis Coronæ admittitur, etiam in caſu claro. n. 6. intellige vt n. 7.

QVia principale obiectum huius quæſtionis, latè fuit extenſum *ſuprà quaſt. 36. & quaſt. 39.* ideò in præſenti parum, aut tantiſper immorabimur, & ſolùm (non per viam diſputationis cùm *ibidem* iam ſit exaratum quidquid ad præſentem poterat allegari & diſcurri) ſed per viam concluſionum dicimus: quòd in caſu notorio, & claro pertinente ad aliquam ex curiis Eccleſiaſticam, vel ſecularem reſpectiuè non debet formari contentio per Curiam, quæ per ſe habeat notorietatem. 1

Contentio enim præcisè debet eſſe dubia ex aliqua circunſtantia dubitabili, non verò ex cauſa notoria, & clara, vt patet ex congeſtis *ſuprà quaſt. 36. à n. 10. cum ſeq.* Et ratio eſt, quia nôn reperitur maior, cur non debeat formari in caſu non admiſſibili, & debeat in caſu notorio, in primo conueniunt omnes excludendam eſſe contentionem: Ergo idem dici debet in ſecundo; cum eadem vigeat ratio, & conſequenter eadem iuris diſpoſitio, *l. illud ff. ad legem Aquiliam l. quidam nummularios ff. de edendo cum vulgatis.* 2

Nec poteſt conſiderari caſus minùs admiſſibilis, quàm ille, qui reſultat ex notorietate, & iſte includitur in non admiſſibili; nam, vt colligunt communiter DD. ex *l. illud cod. de ſacroſanctis Eccleſiis*, & ex *l. his ſolis, verſ. ſatis etiam cautè putamus, cod. de reuocandis donationibus*, quòd vbi adeſt eadem ratio, ſeu motiuum, dicendum ſit eandem legem adeſſe non extenſiuè, ſed comprehenſiuè, vt tradunt Gonzalez *ad regul. l. 8. Cancellariæ §. 7. proœmij, n. 104. & 105.* & plures referens Gutierrez *lib. 3. quaſt. practic. quaſt. 17. à n. 84. cum ſeq.* & dixi *in meo Paſtor. Regul. p. 2. quaſt. 10. n. 52.* 3

Et

Et ideò caſus notorietatis comprehenſiuè includitur in caſibus non admiſſibilibus, quos referunt noſtri Practici Portol. *in ſcholiis ad forum 3. ſub tit. de competent. Iuriſdict. à num. 4. & ſeq.* Bardaxi *in commentariis ad tit. de competen. Iuriſdict. ad forum 3. pag.* 318. & plura cumulans don Michaël Cortiada *in praxi content. tom. 1. deciſ. 9. ferè per totam*, & *deciſ. 11. & 12. p. 1.* & alij de quibus egimus *ſuprà in dicta quæſt. 36. à n. 23. vſque*
5 *in finem*, & conſequenter concludendum venit, non eſſe formandam contentionem in notoriis, & manifeſtis, quæ quidem tunc erunt, ſi habeant requiſita, de quibus *ſuprà in hoc tract. in dicta quæſt. 36. num. 24. cum duobus ſeq.* & *quæſt. 39. à num. 10. cum ſeq.* & hæc quoad primam partem quæſtionis propoſitæ dicta ſufficiant.

6 Quoad ſecundam verò, dicendum eſt, quòd in noſtro Aragoniæ Regno non formatur contentio ſuper dubium de dubio, quidquid ſit in cæteris Coronæ, in quibus admittendam eſſe latè probauimus *ſuprà in dicta quæſt. 39. n. 1. cum ſequent.* taliter, quòd locum habeat, etiamſi dubium verſetur circa caſum notorium, & clarum, licèt prætendatur non eſſe fretum aliquâ probabilitate, quia adhuc tunc in prædictis Regnis Coronæ eſt contentio.

Quod quidem non repugnat *proximè* dictis, nam concluſio propoſita, quòd contentio non habeat locum in notoriis, intelligi debet de notorio iuris, vel facti continui, quod nullâ tergiuerſatione celari poteſt, in his enim non formatur contentio, ſecus autem in aliis notoriis, quæ ex partis, vel Curiæ atteſtatione iudicantur notoria, aut ex illis reſultat dubium de dubio, vt annotauimos *ſuprà, quæſt. 36. à numero 12. & ſeq.* & *quæſt. 39. à numero 8. vſque ad 12.* quia in eis in prædictis Regnis Coronæ præter Aragoniam formari poteſt, vt concludunt omnes DD. practici, & de plano talis ſtylus, & praxis obſeruatur &c.

QVÆSTIO XLVIII.

Contentio Iuriſdictionis inter Iudices Eccleſiaſticum, & ſecularem in quo loco formari debeat?

SVMMARIVM.

Tribunal Cancellarij exiſtit in propria domo ſua habitationis, ad quam accedere debent conſulentes pro vtraque Iuriſdictione. num. 1.

Arbitri pro decidenda contentione nominandi ſunt in loco, vbi captus reperitur in carceribus detentus. n. 2. & *4. cum ſeq.* *locus pro formanda contentione debet eſſe, vbi captus reperitur detentus à Iudice, qui inhibuit. n. 2.* & *6.*

Contentio formari non debet in loco, vbi captus immediatè non exiſtit in poſſe Iudicis inhibentis, ſed vbi cauſa tractatur. n. 3. intellige vt n. 6. & *7.*

Competentia Iuriſdictionis ſicut & nominatio Arbitrorum ad eam decidendam fieri debet in loco, vbi captus reperitur. n. 6. & *7.*

Conſequens qui vult, etiam & vult antecedens. n. 7. intellige de antecedenti neceſſario. n. 8.

Poſſeſſio beneficij legitimè adepta inducit præciſè collationem illius. n. 9.

Arbitrorum nominatio pro decidenda contentione, fieri non poteſt antequam illa formetur. num. 10.

DE materia huius quæſtionis egimus *ſuprà quæſt. 20.* vbi *à numero 4. & ſeq.* reſolutum reliquimus, quòd Tribunal Cancellarij exiſtit in propria ipſius domo, ad quam conſulentes tam togati, nominati pro Regia Iuriſdictione, quàm alij duo pro Eccleſiaſtica electi ad arbitrium ipſius Cancellarij in Aragonia accedere tenentur. 1

Similitérque *ſuprà, quæſtione 27. num. 9. & 10. cum ſeq. vſque in finem* latè egimus, & explicuimus in quo loco eligi debeant Arbitri, pro decidenda contentione Iuriſdictionis inter ambas Curias: modò inquirendum venit, in quo loco formari debeat. 2

Et dicendum eſt fieri debere, vbi Reus captus detinetur à Iudice, qui im- 3

mėdiatè iuhibuit;ſecus verò ſi perſona
immediatè in eius poſſe non exiſtat:tunc
enim, vt formetur contentio,erit locus,
vbi cauſa tractatur ; vt docet noſter
Portol.*in ſcholiis ad forum vltimum,ſub tit.*
de competent. Iuriſdictionis,volum. 1.*p.*461.
& latè annotauimus *ſuprà in dicta q.* 27.
n. 13. & *ibidem* retulimus verba dicti fo-
4 ri vltimi, & alia *pragmatica Cathalonia de*
anno 1554. *c.* 22. vbi expreſsè cauetur,
quod nuper diximus, videlicet, forman-
dam eſſe contentionem in loco, vbi ca-
ptus,qui immunitatem implurat,in car-
ceribus retentus reperitur; Ramirez *de*
lege Regia §.2.*n.*5. & alij allegati *ſuprà in*
5 *dicta quæſtione* 27. *n.*10. *& ſeq.* vbi *à n.*8.
concluſimus, Arbitrorum nominationem
faciendam eſſe in loco, vbi captus in
carceribus fuerit detentus, per expreſſa
verba *dicti fori finalis ſub tit.de competent.*
Iuriſdict. ibi; *Que los Arbitros de la compe-*
tencia ſe hayan de nombrar adonde el preſo
eſtuviere detenido &c.

6 Idque etiam ſtatutum reperimus in
cæteris Regnis Coronæ; vt patet ex
pragmat. dicta Cathalonia de anno 1554.
in tom. 2.*tit.* 51.*cap.* 22. *num.* 39. *& ſeq.*
de qua mentionem fecimus *ſuprà in dicta*
q. 27. *n.* 12. & conſequenter dicendum
erit,quòd diſpoſitio circa nominationem
Arbitrorum debeat extendi ad locum,
vbi in carceribus Reus detentus repe-
riatur,ad effectum,vt ibidem etiam con-
tentio debeat formari, tanquam ex ne-
ceſſario antecedenti,ex quo conſequens
7 reſultat, videlicet, quòd ſi nominatio
Arbitrorum facienda venit in dicto lo-
co,eodem prorſus modo ſimiliter forma-
tio contentionis fieri etiam debeat ex
iuris regula, quæ dictat,volentem Con-
ſequens, velle & etiam Antecedens.*l. ad*
rem mobilem l.ad legatum.ff.de Procuratori-
bus, l. cuicumque § *penult. in fine ff. de in-*
ſtitutoria actione cum vulgatis, de qua re-
gula plures caſus enumerat Cardinalis
Tuſcus *tom.* 2. *littera, C. concluſ.* 757.An-
tonius Gomez *tom.* 1. *variarum c.*3.*n.*23.
verſ. quarto fecit,Eſcobar *de ratioc. c.* 25.
*n.*11. & lij plures.

8 Et quamvis communiter DD. limi-
tent dictam regulam, vt locum non ha-
beat, ſi neceſſariò non ſequatur conſe-
quens ex antecedẽti,per textum *in l.cum*
lex,ff. de fideiuſſoribus,& docent Belletus
*p.*1.*diſquiſit. clerical.tit.de fauore clericorum*
perſonali §.14.*n.*25. *&* 27. *in nouiori im-*
preſſione Roma de anno 1654. latè Gonza-
lez plures referens *ad regulam octauam*
Cancellaria gloſſ. 5.*n.* 53. *&* 54. Vt v.g.
in probatione adeptionis poſſeſſionis be- 9
neficij, factæ ex auctoritate habentis po-
teſtatem conferendi,quia tunc per con-
ſequens neceſſarium deducitur,collatio-
nẽ præceſſiſſe;vt docet Rebuffus,plures
ſimiles caſus adducens *in tract. de paci-*
*ficis poſſeſſoribus, à n.*12.*vſque ad* 18.quem
cum aliis allegat Gonzalez, *vbi proximè,*
& in gloſſ. 14. *num.*45.quibus iunge Car-
dinalem Tuſcum *in dicta littera C. con-*
cluſ. 757.

Ex quibus ad noſtrum intentum col- 10
ligitur,limitationem *proximè* dictam non
officere reſolutioni nuper traditæ:enim-
verò cùm dictus forus finalis, & dicta
pragmatica Cathaloniæ decidant nomi-
nationem Arbitrorum ad declarandam
contentionem fieri debere, vbi captus
formans detentus reperitur in carceri-
bus, nec deueniri queat ad eorum no-
minationem, quin priùs contentio for-
mata exiſtat; inducitur antecedens ne-
ceſſarium per conſequens nominationis
Arbitrorum, quæ ibidem & non in alio
loco formanda veniat.

Qui quidem intellectus foueri poteſt 11
ex verbis proœmialibus prædicti fori vl-
timi, quæ inducunt cauſam finalem
ipſius diſpoſitionis. Ait enim in princi-
pio. *Otro ſi porque por auſencia de los Arbi-*
tros no ſe diferesca la determinacion de la
competencia &c. ſi enim ad obuiandas
dilationes, voluit forus ibidem nomi-
nandos eſſe Arbitros, potiori titulo
mihi formanda eſt contentio, ne par-
tes cogantur ad alium locum recurrere,
vt ex eo nequeant formare contentio-
nem propter grauamen diſtantiæ, &
expenſarum, ad quas vitandas; & alia
inconuenientia obuianda, fuit introdu-
ctum hoc medium decidendi contentio-
nes; vt multoties *in hoc tractatu* dixi-
mus & ideò quidquid conducat ad eum
finem, amplectendum eſt. Ex quibus
videtur concludendum, locum forman-
di contentionem illum eſſe debere, vbi
captus reperitur detentus à Iudice qui
inhibuit, & formauit.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XLIX.

An ſit formanda contentio, & procedat ad inſtantiam Curiæ ſecularis, quando laïcus comparuit coram Eccleſiaſtico, & litem conteſtauit, etiamſi ad inſtantiam Fiſci cōgnitio cauſæ repetatur?

SVMMARIVM.

Laïcus an poſſit prorogare Iuriſdictionem Eccleſiaſticam in praiudicium ſecularis coram illa comparendo. n.1. & ſeq.

Princeps ſupremus poteſt prohibere ſuis ſubditis ſecularibus, ne prorogent Iuriſdictionem Eccleſiaſticam coram Epiſcopo agendo. n.2. contra 7. & ſeq.

Reges, & Principes ſupremi poſſunt condere leges, ne ſubditi ſui prorogare valeant Iuriſdictionem Eccleſiaſticam in praiuditium ſui Iuris. n. 3. & 22. ſed contra num.7. & ſeq.

Quilibet Iuri, & fauori ſuo renuntiare poteſt. num. 4. limita ſi redundat in praiudicium alicuius ſupremæ Poteſtatis. num.5.

Laïci ſubditi alicuius ſupremæ Poteſtatis nequeunt prorogare Iuriſdictionem Eccleſiaſticam eidem ſe ſubiiciendo, ſecùs in ſubditis inferioris Poteſtatis. n.6. contra num.7. & ſeq.

Iudices Eccleſiaſtici in primitiua Eccleſia cognoſcebant de cauſis laicorum. n.7.

Iudex Eccleſiaſticus habet iuriſdictionem habitualem in quemcumque laicum, ſe eidem ſubiicientem, qui poteſt illam prorogare. n.7.

Princeps ſecularis non poteſt condere legem prohibentem laicis, ne poſſint ſine ipſius conſenſu prorogare Iuriſdictionem Eccleſiaſticam. n.8.

Laïci poſſunt prorogare Iuriſdictionem Eccleſiaſticam, ſi accedat conſenſus ſui Superioris, ſed non aliter. n.9. ſed contra num.10. & ſeq.

Laicus poteſt prorogare Iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici in quocumque caſu, ſi eidem ſe ſubiiciat. n.10.

Iudex Eccleſiaſticus & competens reſpectu Laïcorum in pluribus caſibus, de quibus remiſſiuè. n.10.

Laicus conſentiens, & ſe ſubiiciens Iuriſdictioni Eccleſiaſticæ, audiri, & admitti debet, cùm habeat facultatem prorogandi illam. n.11. & 12.

Laïci poſſunt in Epiſcopalem Iuriſdictionem conſentire, illámque prorogare in controuerſiis profanis. n.13. & 14.

Eccleſiaſticus Iudex omni æuo & apud omnes gentes poteſt regulariter iudicium ſerre quoad ſeculares. n.15.

Iudices Eccleſiaſtici regulariter ſunt incompetentes quoad laicos, non verò inhabiles, & incapaces, ſicut ſunt laici reſpectu clericorum. n.16.

Eccleſiaſtici trahi nequeunt ad Tribunalia ſecularia. n.17.

Iudex Eccleſiaſticus poteſt trahere ſeculares ad ſuum Tribunal. n.18.

Eccleſia in temporalibus poteſt uti ſua Iuriſdictione, quoad ſeculares. n.18.

Seculares poſſunt ſe ſubmittere Iudici Eccleſiaſtico, & per illam prorogationem erunt ipſius ſubditi; non tamen Eccleſiaſtici ad Iuriſdictionem ſecularem, quia in hac datur inhabilitas, repugnantia, & incapacitas. n.19.

Clerici vnquam fuerunt ſubiecti Iuriſdictioni ſeculari, ſicut laici fuerunt Eccleſiaſticæ. n.20.

Iudex Eccleſiaſticus ex conſuetudine acquirere poteſt iuriſdictionem in laïco, ſed non è contrà. n.21.

Leges ſeculares prohibentes laicis, ne poſſint comparere coram Iudice Eccleſiaſtico prorogando eius Iuriſdictionem, an ſint validæ. num.22. & 23.

Superior ſecularis non poteſt inhibere ſuis ſubditis laicis, ne litigent coram Iudice Eccleſiaſtico. num.24.

Iudex ſecularis non poteſt prohibere ſubditis ſuis, quos intelligit litigare coram Eccleſiaſtico, ne ibidem litigent, quando partes prorogaſſent eius Iuriſdictionem. num.28.

Laïcus attento Iure communi poteſt prorogare Iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici, licèt in aliquibus Regnis contrarium ſit ſtatutum. n.26. & 27.

Laïci in Regnis Aragoniæ poſſunt prorogare Iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici ſe eidem ſubiiciendo. n.28.

Iudex laicus non poteſt conqueri de Eccleſiaſtico, ex eo, quòd ſecularis prorogando ipſius Iuriſdictionem, coram eo litiget. num.29.

Laïcus ſe ſubmittens Iuriſdictioni Eccleſiaſticæ, prorogando eam, vtitur iure ſuo. num.30.

Curia ſecularis non poteſt formare Competentiam contra Eccleſiaſticam, repetendo

laïcum, qui coram eo litem conteſtauit, ettiamſi ad inſtantiam Fiſci cognitio repetatur. n. 31.

Contentio Iuriſdictionis non procedit, ſi Curia ſecularis repetat laicum litigantem coram Eccleſiaſtico, qui non tenetur eam formare. n. 31.

1 HVius quæſtionis reſolutio pendet ab alia ſatis controuerſa inter DD. an ſcilicet, laïcus in præiudicium ſecularis Iuriſdictionis poſſit compatere, & cauſam inchoare coram Iudice Eccleſiaſtico, ipſius Iuriſdictionem prorogando.

2 Plures namque abſolutè tenent fieri non poſſe; ſed imò Principi ſeculari habenti poteſtatem condendi leges, licete per eas cogere ſuos ſubditos laïcos, eiſque prohibere, ne protogent iutiſdictionem Eccleſiaſticam, ſe eidem ſubiiciendo.

3 Quod quidem per leges Caſtellæ ſtabilitum videtur in *l.* 4. *l.* 9. *&* 10. *ac* 11. *lib.* 4. *Regia conſtitut. tit.* 1. vbi Azeuedo ad intentum plurima congerit; aliiſque multi eandem ſententiam admittunt, fundati, in eo, quòd propter præiudicium proprium Regiæ Iuriſdictionis legitimè poteſt fieri, conſulendo commodo proprio, & vtilitati, reparando ſuum ius, & auctoritatem.

4 Licèt enim regula ſit, quòd cuilibet eſt licitum Iuri, & fauori ſuo renunciare, & dimittere, *l. cùm pater*, §. *libertis*, *ff. de legatis* 2. *l. Iudex circumuento*, *ff. de minoribus*, *l. poteſt ff. ad legem falcid. cap. ad Apoſtolicam de regular. cap. ſi de terra, in fine de priuilegiis*, & tradunt Antoninus Gomez *tom.* 2. *variar. reſol. cap.* 13. *num.* 17. Mar. Ant. *in eodem tract. variar. reſolut. lib.* 1 *reſolut finali, caſu* 13. Menoch. *conſ.* 89. *num.* 27. & alij plures.

5 Attamen prædicta regula limitatur, vt locum non habeat, quando poteſt redundare in præiudicium alicuius ſupremæ Poteſtatis, Octauia. *decis. Pedemont.* 78. *num.* 13. *&* 17. Azeued. *ad dictam legem* 11. *lib.* 4. *tit.* 1. *Regia conſtit. n.* 15.

6 Tum & etiam: nam etſi laïci poſſent protogare Iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici, per diſpoſitionem *textus in cap. ſignificaſti de foro competenti*; id tamen limitant aliqui DD. vt non procedat, quando laïci ſunt ſubditi perpetui alicuius ſupremæ Poteſtatis, vt conſuluit Menoch. *tom.* 4. *conſ.* 322. *num.* 20. & non aliter: Ergo non omnibus laïcis permiſſum eſt ptorogare Iuriſdictionem Eccleſiaſticam. Ex quibus fundamentis, & aliis, plures DD. prædictam ſententiam tenent.

Alij autem contrariam defendunt, ex 7 eo, quòd in primitiua Eccleſia Iudices Eccleſiaſtici indiſtinctè cognoſcebant de cauſis laïcorum, & exinde, licèt actu hæc excellentia ad præſens non exiſtat, habitu tamen radicata ſemper remanet, & exinde erit facultatiuum laïco prorogare Iuriſdictionem Eccleſiaſticam ſe eidem ſubiiciendo; & conſequenter probibitum eſſe Principibus 8 ſecularibus, condere legem impedientem laïcis, hanc prorogationem, & illam ferire immunitatem. Quod argumentum adducit ad intentum Azeuedo, *vbi ſupra num.* 16. & videre poteris Bobadillam *in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 150. *&* 192. Hæcque colligere poteris, ex congeſtis per noſtrum Seſſe *in tract. de inhibit. cap.* 9. §. 3. *à num.* 1. *cum ſeq.* vbi *num.* 7. diſtinguit, vt prædictæ opiniones in concordiam reducantur; cui adde Pettum Barboſ. *in Commentariis ad tit. de Iudiciis ad l.* 1. *art.* 3. *à num.* 133. *cum ſeq.* & Martam *de Iuriſdict. p.* 4. *centu.* 1. *caſu* 92.

Alij autem docent hanc prorogatio- 9 nem habere locum, ſi conſentiat, vel non contradicat Princeps ſecularis, prout latè diſputat Thomas Delbene *in tract. de immunitate, & Iuriſdictione Eccleſiaſtica tom.* 2. *cap.* 10. *dub.* 6. *ſect.* 2. *à num.* 13. *cum ſeq.* vbi de hoc articulo latè agit. Sed contra eum lato calamo inſurgit, & repugnant, quæ congeſſit Pettus Barboſa, *vbi proximè ad dictam l.* 1. *art.* 3. *à num.* 133. *cum pluribus ſeqq. & num.* 152. concludit non eſſe neceſſarium conſenſum Superioris, vt prædicta prorogatio ſuum debeat ſortiri effectum. Pluréſque referens, & varia exemplaria Cathaloniæ allegans tradit Cortiada, *in praxi contentionum deciſ.* 11. *num.* 45.

Ego quidem in hac opinionum va- 10 rietate veriorem, & tutiorem, ac Iuri magis conſonam cenſeo ſecundam ſcilicet poſſe laicum prorogare Iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici non ſolùm in caſibus, vbi de eo cognoſcere poteſt, de quibus latè Bobadilla, *in Polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *à num.* 27. *cum pluribus ſeqq.* ſed & etiam indiſtinctè in aliis quibuſvis controuerſiis profanis; vt patet *in dicto cap. ſignificauit, de foro competenti*; quidquid dicat Delbene, *vbi ſuprà*, volens reſtringere illius diſpoſitionem, vt locum ſibi vindicet, ſi accedat conſenſus, & voluntas Superioris ipſius laïci.

Quam

11 Quam quidem non eſſe neceſſariam, nec ex *dicto textu* colligi poſſe, optimè & accuratè aduertit Petrus Barboſa, *vbi ſuprà* in *dicta l.1. num.*133.*& ſeq.* latè Belletus *diſquiſit. clerical. p.*1. *tit. de fauore cleritorum perſonali*, §.2.*n.*30. vbi alios allegat idem tenentes.

12 Probatur prætereà ex *textu* expreſſo *in l. ſi quis ex conſenſu* 8. *cod. de Epiſcopali audientia*, quæ ita ait. *Si qui ex conſenſu apud Sacræ legis Antiſtitem litigare voluerint, non verebuntur, ſed experientur illius in ciuili duntaxat negatio, more Arbitri ſponte reſidentis, iudicium &c.* Idémque colligitur ex *l. Epiſcopale iudicium* 9. *eodem tit. cod. de Epiſcapali audientia* per hæc verba. *Epiſcopale iudicium ratum ſit omnibus, qui ſe audiri à ſacerdotibus elegerint, eámque illorum iudicationi adhibendam eſſe reuerentiam iubemus, quam veſtris deferri neceſſe eſt poteſtatibus, à quibus non licet prouocare. Per Iudicum quoque officia, ne ſit caſſa Epiſcopalis cognitio, definitioni exequutia tribuatur, &c.*

13 Ex quibus iuribus liquidò patet prædictam opinionem eſſe iuri conſonam; & licèt Gloſſa *in dicta l. Epiſcopale, verbo Audiri*, videatur inſinuare prædicta iura intelligenda fore, in duobus, Epiſcopo non ſubditis, conſentientibus tamen in eum, tanquam extraordinarium Iudicem, vel tanquam Arbitrum; poſteà tamen ipſa gloſſa *in verſ. item in dubio* ſic concludit. *Item in dubio præſumitur in eum, vt in Iudicem conſenſum potiùs, quàm in Arbitrum, vt ſic ſententia valeat, & actionem pariat &c.* Et conſequenter prædicta gloſſa non ſolùm non repugnat noſtræ opinioni, ſed imò potius eam confirmat.

14 Quam latiſſimè, & eruditè comprobat Auguſtinus Barboſa *in Paſtoral. p.* 3. *allegat.*108. *num.* 10. Vbi ait, dubio carere, quòd laïci poſſint in Epiſcopalem Iuriſdictionem conſentire, & illam pro controuerſiis profanis prorogare; & ad intentum allegat Sozinum *in dicto cap. ſignificaſti de foro competenti n.*45. *in principia, verſ. ſed quaro* &c.

15 Et *ibidem* accuratè probat, quòd omni æuo, & quoad omnes gentes, & ditiones conſtitutum, & admiſſum fuerat, Eccleſiaſticos Iudices quoad laïcos iudicium ferre, vt apud Egyptios, Romanos, Hebræos, Tyros, & alias plures Nationes &c. & ad intentum confirmat Barboſa hanc concluſionem ex variis Auctoribus; apud quos videre poteris, eiſque adde Bellet. *Vbi ſuprà, ſub titulo de fauore clericorum perſonali*, §. 1. *à n.*21. *cum pluribus ſequent.* Martam *de Iuriſdict. caſu* 151. *num.* 13.

16 Ex quibus infertur, quòd licèt regulariter Iudices Eccleſiaſtici ſint incompetentes, quoad laïcos; non tamen incapaces, & inhabiles, ſicut ſunt Iudices laïci reſpectu clericorum, *cap. ſi diligenti, cap. ſignificaſti, de foro competenti, cap. cùm non ab homine, cap. etſi cleri, cap. qualiter, cap. clerici de iudiciis cum aliis pluribus*, vt docent Marta *de Iuriſdict. p.* 2. *cap.*6. Carolus de Graſſis *de effectibus clericatûs, effectu* 1. *num.* 2. & *ampliat.* 7. *num.* 42. *&* 372. Anaſtaſius Germonius *de ſacrorum immunitate, lib.* 3. *cap.*5. *n.*65. & alij relati per Barb. *in collect. ad textum in cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſtitut. num.* 17. in quo conueniunt omnes DD. & videre poteris eundem Barboſam *in Paſtor p.*3. *allegat.*84. *num.*23. qui accuratè agit de hoc articulo.

17 Quod quidem adeò eſt verum in iure; vt nec Eccleſiaſtici ex ipſorum voluntate, & conſenſu, ad ſecularia Tribunalia trahi queant propter repugnantiam & incapacitatem quam laïcalis iuriſdictio habet reſpectu clericorum *iuxta textum in cap. qualiter, & quando, de iudiciis*, vbi communiter DD. Guazzinus *de defenſione Reorum, tom.* 1. *defenſ.* 1. *cap.* 28. *num.* 9. Carolus de Graſſis *vbi proximè in dicto effectu* 1. *à num.* 390. *cum ſeq.* Belcetus *vbi ſuprà in dicta tit. de fauore clericorum perſonali*, §. 2. *num.* 31. Azor. *p.*1. *inſtitut. moral. lib.* 5. *cap.* 15. *quæſt.* 2. & alij infiniti penes ipſos, bene tamen poterunt laïci ad Tribunalia Eccleſiaſtica accedere in quibus non datur repugnantia, vt Eccleſia in temporalibus, vti poſſit Iuriſdictione quoad ſeculares, Clementina Paſtoralis *de ſententia, & re iudicata cap. omnes*, vbi gloſſa *verbo Cæleſtis* 22. *diſtinct.* Azor. *p.* 2. *inſtitut. p.* 2. *inſtitut. moral. lib.* 4. *capite* 19. Alua Pelag. *de planctu Eccleſiæ lib.*1. *c.*14. quos cum aliis refert, & ſeqnitur Bellet. *vbi proximè in dicta* §. 2. *numero* 32. *& in tit. de fauore clericorum reali* §. 5. *in principio.*

18 Et conſequenter laïci per ſummiſſionem erunt ſubiecti Iudici Eccleſiaſtico, ſi eius Iuriſdictionem velint prorogare, quod quidem nequaquam clericus poterit efficere, reſpectu Iudicis ſecularis; cùm iſte omnino, & totaliter ſit incapax, & inhabilis talis prorogationis, *cap. cum non ab homine, cap. at ſi clerici, de iudiciis, cap. ſi diligenti*, & *ibi* gloſſa,

gloſſa penultima, & *cap. ſignificaſti*, vbi communiter DD. *de foro competenti*, quia habet negationem & abſolutam prohibitionem quo ad clericos, Anſaldus ad intentum omnino videndus *in tract. de Iuriſdict. p. 2. tit. 11. cap. 1. à num. 30.* præcipuè. *num. 38. & ſeq.* Thomas Delbene *de immunitate cap. 4. dub. 31. n. 9.* & *c. 5. dub. 5. num. 14.* & *cap. 6. dub. 4. num. 13.* latè Belletus *vbi ſuprà in dicto tit. de fauore clericorum perſonali, §. 2. à num. 22. vſque ad* 30. vbi rationem differentiæ copioſè aſſignat, apud quem videre poteris, ne in hoc tam certo longiùs immoremur.

20 Similitérque patet, quòd clerici vnquam laïcali Iuriſdictioni fuerunt ſubiecti, ſicut & ſeculares, Eccleſiaſticæ, vt patet *ex gloſſa penultima in cap. ſi Impetrator 96. diſtinct.* & tradunt Alexander *conſ. 8. num. 1. volum. 1.* Surdus *conſ. 301. num. 54. volum. 3.* & alij plures, quos refert, & ſequitur Belletus, *vbi proximè §. 1. à num. 24. cum pluribus ſeq.*

21 Prætereà quia conſuetudine poteſt priuatiuè Iudex Eccleſiaſticus acquirere Iuriſdictionem in laïcos, ſed non è contra Iudex ſecularis in Eccleſiaſticos; vt docent communiter DD. *in cap. cùm contingat*, & *in cap. licèt ex ſuſcepto, de foro competenti* & plures referens Diana *to. 4. reſolut. moral. tract. 1. reſolut. 53.* Ergo ſi ex conſuetudine conſequi poteſt, non repugnat, quòd laïci Iuriſdictionem Eccleſiaſticam prorogare valeant, aliàs enim conſuetudo nequiret honeſtari.

22 Et licèt non me lateat, in pluribus Regnis conditas eſſe leges Municipales prohibentes laïcis, ne poſſint Eccleſiaſticam Iuriſdictionem prorogare ſe eidem ſubiiciendo; vt diximus *ſuprà in hac quæſtione num. 3. & ſeq.* & colligitur in Regnis Caſtellæ *per l. 11. tit. 1. lib. 4 ordinamenti*, vbi Matienzo, & in Regno Luſitaniæ, *per ordinationem Regiam lib. 2. tit. 1. §. 14.* & in Nauarræ Regno, teſte Nauarro *conſ. 51. n. 4. de ſententia excommunicationis*, Et in Gallia ita practicari tradit Guillielmus Benedictus *in capite Rainutius, verbo, & vxorem, deciſ. 2. n. 53. de iure patronatus*, Auſterius *de poteſtate Eccleſiæ ſuper laicos, quæſt. 31.* & referunt noſter Seſſe *in tract. de inhibit. cap. 9. §. 3.* vbi accuratè in ſpecie, hunc articulum diſſerit, & plures referens Barb. *in collect. ad textum in dicta l. ſi quis ex conſenſu 8. cod. de Epiſcopali Audientia.*

23 Verùm plures dubitant de veritate harum legum & conſuetudinum; vt colligi poteſt ex traditis à Segura *in repetitione ad textum in l. 1. §. ſi vir vxori num. 138. ff. de acquirenda poſſeſſione*, Gutierrez *in Authentica, ſacramenta puberum; numero 151. cod. de in integrum reſtitutione*, quos cum aliis allegat Antonius Gomez *tom. 2. variarum reſolut. capite 14. numero 22.* & in ſpecie Marta *de Iuriſdict. p. 4. caſu 92.* Petrus Barboſa *in repetitione ad textum in dicta l. 1. art. 3. à numero 139. & ſeq.* de iudiciis Couarru. *in capite quamuis pactum p. 1. §. 3. num. 22. de pactis lib. 6.* & alij penes Auguſtinum Barboſam *in collect. ad textum in dicto cap. ſignificaſti n. 5. de foro competenti.*

24 Quibus iunge Belletum *vbi ſuprà in dicta p. 1. tit. de fauore clericorum perſonali §. 2. num. 30.* Qui poſtquam cum pluribus reſoluit poſſe laïcos prorogare Iuriſdictionem Eccleſiaſticam, eidémque ſe ſubmittere ſine licentia ſui ſuperioris ſecularis, ita concludit.

25 *Neque Superior ille poteſt huiuſmodi laicis inhibere, ne coram Iudice Eccleſiaſtico litigent, vt poſt alios dicit Hoſaſcus deciſ. 79. numero 4. quin immò Iudex ſecularis non poteſt prohibere ſubditis ſuis, quos intelligit litigare coram Iudice Eccleſiaſtico, ne coram eo litigent, quando partes prorogaſſent Iuriſdictionem, Alber. in l. 1. colum. 2. verſ. ſed numquid, ff. de iudiciis Alexander in l. 1. dicto §. & poſt operis colum. final. verſ. vtrum autem & C. quos ſequitur Oſaſcus deciſ. 78. n. 4. &c.*

26 Verùm quidquid ſit de hoc vltimo articulo, certiſſimum, & veriſſimum eſt, quòd attento iure communi poteſt ſecularis prorogare Iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici, vt in ſpecie cum pluribus tradit Auguſt. Barboſa *in dicta collect. ad textum l. ſi quis ex conſenſu 8. cod. de Epiſcopali Audientia*, vbi poſtquam *numero* 3. prædictam concluſionem retulit tanquam certiſſimam (& ibidem aduertere debes librariorum errorem; nam *in meo codice* ita dicit: *Notatur ad hoc quòd ſecularis poteſt prorogare Iudicis ſecularis Iuriſdictionem* &c. cum debeat dicere *Eccleſiaſtici*, vt manifeſtè infertur ex his, quæ *in ſequenti numero 4.* concludit,) immediatè ita proſequitur: *verùm licèt hæc, attento iure, veriſſima ſint in Regno Portugaliæ, & apud Hiſpanos prohibitum eſt pœnis &c.*

27 Ex quibus infertur, quod ſecluſis diſpoſitionibus legum particularium aliquorum Regnorum, prædicta concluſio,

Digitized by Google

ſio, de Iure commuoi inoffenſo pede, & de plaoo procedit, vt ſcilicet, liceat cuique ſeculari in cauſis profanis, & ciuilibus protogare Iuriſdictionem Eccleſiaſticam.

28 Vnde cùm in noſtris Regnis Coronæ non repetiatur lex ſpecialis iohibens, ſeu limitans, vel diſpooens contra dictam facultatem, de Iure communi permitteos, laïcis ſubiectionem Iuriſdictioni Eccleſiaſticæ per viam protogationis, poterunt eam efficere ſine iocurſione alicuius pœoæ, vel coorraoentione legis. Et confirmatur ex traditis à Seſſe *de inhibit. cap.9. §.3. num.*10. *&* 11. vbi ex hoc fundamento atteſtatur deoegaram eſſe Iurisfirmam in Curia Iuſtitiæ Aragooum, quam petebat Procurator Fiſcalis contra Epiſcopum Furoleo. de anno 1601. & aliam anteà prouiſam fuiſſe reuocatam.

29 Et ex hoc fonte dimanat geouina, & certa reſolutio ad præſeotem propoſitam quæſtionem, cùm enim nulla lex in noſtris Regnis Aragoniæ exiſtat, quæ impediat ſecularibus ſe ſubiicere Iudici Eccleſiaſtico, & ipſius Iuriſdictionem protogare, oulla iniuria irrogarur ſeculari Iuriſdictioni, eiúſque Magiſtratibus, cùm ſe ſubmittentes viantur Iure ſuo, &
30 abſolutè loquendo Iudex Eccleſiaſticus per dictam ſubiectionem purget incompeteotiam, qoam habebat reſpectu illius laïci, qui tunc verè, & realirer quoad eam partem ſit ſubditus ſuus.

31 Et ex hoc ſequitur, quòd ſi Curia ſecularis formaret contentionem contra Eccleſiaſticam repeteodo laïcum, qui coram eo litem conteſtauerat, inchoata cauſa non procederet, nec Iudex Eccleſiaſticus teneretur, aut compelli poſſet ad illam formandam, etiamſi ad inſtantiam Fiſci cognitio repetatur, & etiam io ſpecie decidit, & reſoluit Petrus Ferret *p.3. obſeruat. cap.*216. vbi concludit, contentiooem noo procedere, & ita pluries io Carhalonia fuiſſe declaratum, ex eo motino, quia Iuriſdictio Eccleſiaſtica tanquam fauorabilior poteſt protogari per ſeculares, &c. cui iunge Seſſe, *vbi proximè in dicto* §. 3. & conducunt, quæ *in ſequenti quæſtione* annotabimus.

QVÆSTIO L.

An debeat formari Competentia, cùm Iudex procedit in caſu, in quo habet Iuriſdictionem, vel in caſu non admiſſibili?

SVMMARIVM.

*Competentia Iuriſdictionis in caſu notorio formari non debet in Aragonia per Iudicem, cui manifeſtè cognitio pertinet. num.*1.

Competentia formanda non eſt in caſu non admiſſibili ex Iuris repugnantia. n. 2. & ſeq.

*Competentia ſi formetur per vnam Curiam contra aliam in caſu notorio, vel non admiſſibili, ex eo non impeditur Iudex habens pro ſe notorietatem ſuæ Iuriſdictionis ad vlteriora cauſæ procedere. num.*4.

*Caſus exceptus firmat regulam in contrarium. n.*5.

*Contentio Iuriſdictionis non habet locum in aliquibus caſibus n.*6.

*Contentio ſi ſemel fuit declarata, non poteſt in eodem articulo formari, vel ſi tendat ad impediendum proceſſum apprehenſionis, aut ſi captus non exiſtat in carceribus, vel ſi non conſiſtat in facto, ſed in mero Iure. n.*6. & ſeq.

*Iudices ſeculares inferiores tenentur formare contentionem, etiamſi Reus non ſit detentus in carceribus, non verò Regia Audientia, & Curia Iuſtitiæ Aragonum. num.*7. & 8.

*Contentionem formare non tenetur Iudex ſecularis inhibitus per Eccleſiaſticum in caſu, quo agat incidenter de aliqua circunſtantia neceſſaria, quæ incidat in principali cauſa legitimè coram eo vertente. num.*8.

*Iudex ſecularis non tenetur formare contentionem cum Eccleſiaſtico, ſi cauſa inhibitionis oriatur ex proceſſibus, qui in Aragonia vocantur priuilegiati. n.*9.

Iudex Eccleſiaſticus non tenetur formare contentionem cum ſeculari in caſu notorio pertinente ad ipſius Iuriſdictionem. n. 10.

*Ratio eadem vbi viget, debet & etiam comprehenſiuè procedere eadem Iuris diſpoſitio. n.*11. & 12.

Contentio in Aragonia non admittitur ſuper

ſuper dubium de dubio : ſecùs in cæteris Regnis Coronæ, in quibus etiam in claris locum habet. n. 13.

Dubium procedens ex notorietate ad effe-ctum formandi contentionem in Regnis Coronæ Aragonum, quomodo intelligatur, vide remiſſiuè. num. 14.

1 QVia de materia principali huius
quæſtionis latè egimus *ſuprà q.* 36.
à num. 10. *cum ſeq.* & *quæſt.* 39. *num.* 10.
ſimilitérque *quæſt.* 47. *num.* 1. *&* 4. *cum*
ſeq. ideò in præſenti breuiter dicendum
eſt, quòd in Aragonia non debet formari
contentio per iudicem procedentem in
caſu, in quo notoriè Iuriſdictionem pro-
2 priam habuerit; vel in caſu non admiſ-
ſibili ex facti continui, vel iuris repu-
gnantia, in eo, qui pætendit conten-
tionem, tam reſpectu Iudicis Eccleſia-
ſtici, quàm ſecularis; in quibus caſibus
non eſſe formandam contentionem in
noſtro Regno Aragoniæ (quidquid
ſit in aliis Coronæ) ſatis liquet ex de-
ductis *ſuprà in prædictis quæſtionibus.*
3 Et videtur de mente Fori *Por no re-*
ſponder 3. *ſub tit. de competentia Iuriſdi-*
ctionis ibi *Su Alteza de voluntad de la Cor-*
te, declara, diſpone, y ordena que ſi deſpues
de preſentadas las letras del Iuez Eccle-
ſiaſtico al ſeglar, o, del ſeglar al Eccleſia-
ſtico qualquiera de ellos que dexare de re-
ſponder dentro del tiempo de los tres dias
del termino foral en los caſos que fuere obli-
gado de reſponder &c.
4 Ex quibus vltimis verbis colligitur,
dari caſus in quibus Iudex Eccleſia-
ſticus, & ſimiliter ſecularis reſpecti-
uè non teneantur reſpondere litte-
ris intimatoriis, nec contentionem for-
mare; ſed poſſe ad vlteriora cauſæ pro-
cedere ſine intermiſſione, aut detentio-
ne inſtantiæ propter contentionem in-
5 tentatam, ex regula iuris quòd caſus
exceptus firmat regulam in contrarium
l. Quæſitum §. *Idem reſpondet*; vbi gloſſa;
& communiter DD. *verbo non poteſt ff.*
de fundo inſtructo cap. 2. *de coniugio lepro-*
ſorum cum vulgatis. Ergo cùm forus de-
cidat, & excipiat caſus, in quibus Iudex
non eſt adſtrictus reſpondere, ſequitur
exinde, ipſius limitationem locum ha-
bere, quando Iudex procedit in cauſa,
in qua notoriè habet Iuriſdictionem, &
cognitio ad ſe pertinet; tunc enim ina-
nis, & inefficax erit formatio conten-
tionis; & ita aduertit Portoles *in collect.*
ad dictum forum, Por no reſponder, *n.* 2.
vbi *in ſequentibus* enumerat quinque
caſus, in quibus prædicta reſolutio lo-
cum ſibi vendicat.
Primus eſt, quando contentio fuit iam 6
ſuper eodem numerico caſu declarata in
fauorem alterius ex Iuriſdictionibus; ſe-
cundus eſt, quando Iudex Eccleſiaſti-
cus formando contentionem, intentat
impedire proceſſum (quem in Arago-
nia vocamus, apprehenſionis) de quo
plura refert Cortiada *in ſua praxi conten-*
tionum p. 1. *deciſ.* 9. *à num.* 77. *ad* 81. in-
cluſiuè: Tertius, quando vult, vt com-
petentia diluatur, & formetur contra
Regiam Audientiam, Reo non exiſten-
te in carceribus detento. Idem Portoles
ad forum 1. *ſub tit. de competent. Iuriſdict.*
num. 69. *pag.* 42. vbi in Caſtella ita ob-
ſeruari affirmat ex Couarruuias *in pra-*
cticis quæſtionibus cap. 33. *num.* 4. & ex
Bernardo Diaz *in pract. criminal. c.* 116.
num. 16. *in addit.* Idémque etiam in
Gallia ſtylari refert ex Boërio *deciſ.* 64.
num. 4. *& deciſ.* 65. *num.* 10. & ex Iulio
Claro *in ſua praxi criminal lib.* 5. §. *finali*
quæſt. 83. *num.* 13. *verſ. & nota in propo-*
ſito &c. & de hoc articulo dicemus *in-*
frà quæſt. 53.
Aduertit tamen ipſe Portoles *ibidem* 7
num. 70. cum aliis pluribns, hoc locum
non habere cum cæteris Iudicibus præ-
ter Regiam Audientiam, cui ex con-
ſuetudine, priuatiuè talis prærogatiua
attribuitur; & conſequenter alij Iudi-
ces inferiores tenebuntur formare con-
tentionem, etiamſi Reus captus non
exiſtat in ipſorum carceribus detentus:
vt in ſpecie tradunt noſtri Practici Mi-
chaël Ferrer *in ſua methodo procedendi in*
proceſſu ſuper competentia Iuriſdictionis, &
Petrus Molin. *in prax. iudiciaria Regni*
Aragonum, in proceſſu de competencia de
Iuriſdicion, Seſſe *de inhibit. cap.* 9. §. 1.
num. 47. vbi *num.* 48. *& ſeq.* extendit
hanc excellentiam ad Curiam Domini
Iuſtitiæ Aragonum, & *ibidem* refert ali-
qua exemplaria idem confirmantia.
Quartus caſus eſt quando diſcordia exi-
ſteret, non ſuper facto, ſed ſuper mero
iure; hoc namque cùm certum debeat
eſſe, ceſſat dubium, & hos tres caſus
enumerat, & approbat etiam Bardaxi
in ſuis commentariis ad dictum Forum: Por
no reſponder 3. *pag.* 318.
Vltimò addit Portoles quintum ca- 8
ſum ſecundùm aliquorum DD. opinio-
nem; quando, ſcilicet, cauſa ſit per-
tinens ad Eccleſiaſticum, ſed inciden-
ter actitanda, & tractanda veniat co-
ram ſeculari popter connexitatem, &
commixtio

Digitized by Google

commixtionem cum cauſa principali, quæ coram ipſo agitur (de quo *alibi* diſſetuimus *ſuprà in hoc tractatu*) tunc enim non obſtante inhibitione Iudicis Eccleſiaſtici, poterunt ſeculares ad vlteriora procedere: & ita noſtri Practici concludunt: quòd in dictis caſibus tanquam notoriis, & manifeſtis non debeat formari contentio; & præter citatos, idem tenet Ramirez *de lege Regia* §. 2. *à n.* 13.

Sed dubium eſt, an idem iudicium efformari debeat in cæteris cauſis, & proceſſibus, quos in Aragonia vocamus, priuilegiatos, vt manifeſtationis, &c. quem articulum latè diſputat Seſſe *in dicto tract. de inhibit. cap.* 9. §. 2. vbi *n.* 3. *&* 9. ex variis exemplaribus, & fundamentis concludit eodem protſus modo procedere ſicut, & in cæteris *ſuprà* annotatis, licèt ipſe *n.* 7. conſulat, tutius, & vrbanius eſſe, vt Iudex ſecularis inhibitus per Eccleſiaſticum, reſpondeat litteris inhibitoriis, non firmando contentionem, ſed declarando cauſam, & motiuum, propter quam, vel quod non habeat locum monendo, & requirendo illum, vt deſiſtat, & reuocet litteras inhibitorias. Et exiſtimo hoc temperamentũ eſſe valde conſonum vrbanitati; & hunc ſtylum, & praxim ita ſeruati, teſtatur ipſe Seſſe, quibus iunge Cortiadam *in ſua praxi cantentionum to.* 1. *deciſ.* 9. *&* 10. *cum duabus ſeq.* & quæ diximus *ſuprà quæſt.* 36. *à n.* 14. *& quæſt.* 47.

10 Quæ omnia pari paſſu ambulant reſpectu Iudicis Eccleſiaſtici, quoad ſecularem, ille namque non tenebitur ſimiliter formate contentionem in caſu notorio, claro & manifeſto, pertinente ad ſuam iuriſdictionem, ſed poterit de præciſo inhibete Iudicem laicum renunciando itidem cauſam, & motiuum, & monendo, ac requirendo, vt deſiſtat; & ſi non effecerit, procedere valebit per cenſurarum comminationem, ipſarúmque exequutionem.

11 Cùm enim in ambobus eadem ſit ratio, debet & etiam procedere eadem iuris diſpoſitio. *l. illud ff. ad legem Achil. l. quidam nummularios ff. de edendo l. à Titio ff. de furtis cum vulgatis*; Enimverò cùm prædicta praxis, quoad Iudices ſeculares reſpectu Iudicum Eccleſiaſticorum, tam ſtylata, & admiſſa exiſtat, idem dicendũ eſt è conuerſo, non extenſiuè, ſed comprehenſiuè *l. illud cod. de ſacroſanctis Eccleſiis, l. itẽ veniunt. §. ait Senatus ff. de petitione hæreditatis*, Gutierrez plura cumulans ad intentum, & alios allegans *lib.* 3. *Tract. de Competentiis*. *practica quæſt.* 17. *à n.* 84. *cum ſeq.* Et ideò 12
quidquid diximus *ſuprà* quoad Iudices ſeculares, reſoluendum eſt etiam quoad Eccleſiaſticos, provt concludit ſimiliter Seſſe, *vbi ſuprà in dicto cap.* 9. §. 2. qui cùm *à n.* 8. *vſque ad* 24. plura allegauerit circa dictam praxim reſpectu Iudicum ſecularium *in dicta n.* 24. *in fine* ſic ait: *Et ea, quæ dicta ſunt de ſeculari, repetenda ſunt etiam in fauorem Eccleſiaſtici, &c.* Idémque tradit, eo ipſo relato, Cortiada *in praxi content. tom.* 1. *deciſ.* 15. *n.* 3. *&* 4. Nec Curia Eccleſiaſtica debet eſſe peioris, & inſetioris conditionis, quàm ſecularis. Fontan. *deciſ.* 318. *n.* 5. *p.* 2. & ex eius auctotitate ita tenet Cortiada *deciſ.* 17. *n.* 27.

Pro complemento tamen huius quæ- 13
ſtionis notandum eſt prædicta procedere in Aragonia, vt patet ex dictis; in cæteris autẽ Regnis Coronæ diuerſimodè obſeruatur in illis. Namque ſi vna Curia reſcribat in forma contentionis contra alteram, poteſt proponere dubium, an debeat necne efformari, ex eo, quia in eis admittitur etiam in claris formari ex ſtylo inconcuſſo ſuper dubium de dubio; vt diximus *ſuprà in hoc tractatu quæſt.* 36. & *quæſt.* 47. & adeſt expreſſa pragmatica Cathaloniæ 2. §. 2. *de content. iuriſdict.* & tradunt Cancer. *part.* 3. *variar. cap.* 10. *num.* 71. Fontan. *deciſ.* 313. *num.* 9. Vico *lib.* 2. *tit.* 51. *n.* 21. *in margine*, Matthæu *de regimine Regni Valentiæ tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *ſect.* 2. *n.* 50. *& ſeq.* quos refert, & ſequitur Cortiada *in dicta praxi content. p.* 1. *deciſ.* 15. *à n.* 7. *cum ſeq.* vbi *à n.* 16. accuratè diſputat: quomodo intelligi debeat dubium procedens ex notorietate, vt, hac non obſtante, deueniendum ſit ad formandam contentionem, apud quos videre poteris, cùm conciſioni, & breuitati conſulamus.

QVÆSTIO LI.

Contentio cùm formari debeat, & vna ex Curiis renuat illam formàre, quibus mediis vtendum ſit?

SVMMARIVM.

Iuriſdictio propria cuiuſvis Iudicis ſeruanda eſt. num. 1.

Iuriſdictio propria, ſi Iudicibus non conſeruatur, ordo naturalis præuertitur. n. 2.

R *Pontifices*

*Pontifices ſummi voluerunt, & decreuerunt, vt Principibus ſupremis ſecularibus non detraheretur aliquid de ſua Iuriſdictione. num.*3. & ſeq.

*Imperatores, & ſupremi Principes, nequeunt impedire Iuriſdictionem pertinentem ad Eccleſiam. n.*4. & 5.

Iuriſdictio ſecularis an poſſit cognoſcere incidenter de caſu pertinente ad Eccleſiam ratione connexionis cum principali. num 5.

*Maieſtates ſeculares præſeruare volunt, quæ pertinent ad Iuriſdictionem Eccleſiaſticam. n.*6.

*Iuſtitiam colere, & ſuum, cuique ſeruare eſt ſummum bonum, & omnes leges ita diſponunt. n.*7. & ſeq.

*Cæſari dandum eſt quod ipſius, & Deo quæ ſunt Dei. n.*8. 9. & 11.

*Omnis anima Poteſtatibus ſublimioribus ſubdita debet eſſe. n.*10.

*Debitum quodcumque ſoluendum eſt, videlicet, cui vectigal, vectigal; cui tributum, tributum, & ſic de cæteris. n.*10.

*Curiæ debent inter ſe ſeruare quodcumque ad quamlibet pertinet, ita vt Eccleſiaſtica iudicet, quæ ſua ſunt, & ſimiliter ſecularis quæ ad ſe conducunt, nec altera ipſarum mittat falcem in meſſem alienam. num.*11.

*Iudicia hominum ſunt varia, nec facilè in vnum conueniunt. n.*12.

*Cancellarius in Regno Coronæ Aragonum, introductus fuit, pro decidendis contentionibus ad vitanda ſcandala, quæ ex illis oriebantur. n.*13.

*Contentiones Iuriſdictionum inter Curias exortæ, decidendæ ſunt in Regnis Aragonum iuxta formam præſcriptam per ſuas leges municipales; nec Curiæ poſſunt effugere, aut renuere, formare contentionem, & pœnis, ac cenſuris compellendæ ſunt. num.*14.

*Ius, & lex differunt; nam Ius eſt nomen generale, lex verò ſpecies eſt Iuris n.*15.

*Iuriſdictio Eccleſiaſtica de perſe, & ſimiliter ſecularis debent inter ſe auxiliari ad habendam concordiam. n.*16. & 17.

*Principes ſeculares, non debent ſe immiſcere in rebus ſpiritualibus, ſicut nec Eccleſiaſtici in rebus profanis, & ſecularibus. num.*17. & 18.

*Chriſtus Dominus diſtinxit Poteſtates, & Officia Pontificum, & Imperatorum. n.*18. *intellige vt* 20.

*Curia Eccleſiaſtica, & ſecularis debet reſpectiuè in mediis licitis conſeruare, ac defendere quod ad ſuam Iuriſdictionem pertinet. n.*19.

Chriſtus Dominus commiſit Petro, & ſuis ſucceſſoribus non ſolùm Iura cœleſtis, ſed & terreni Regni. n. 20. *intellige vt* 21.

*Poteſtas ſecularis, & vniuerſalis quoad temporalia, qualiter ſit radicata in ſummo Pontifice. num.*21. & 28.

*Iuriſdictio ſpiritualis, ſemper actu remanet in Pontifice, temporalis verò vniuerſalis in habitu. num.*22.

*Curia ſecularis ſi renuat formare contentionem Iuriſdictionis prępoſitam ab Eccleſiaſtica, poterit hæc illam compellere ad eam formandam per cenſuras. num.*23. & ſeq.

*Iudex Eccleſiaſticus cenſuris vti debet, non verò pœnis pecuniariis. n.*24.

Curia Eccleſiaſtica ſi nolit formare contentionem Iuriſdictionis intentatam à ſeculari in caſu admiſſibili, poterit hæc illam compellere per occupationem temporalitatum. num 25. & *ſi non paruerit, deueniri poteſt ad alias pœnas. n.* 26. *intellige* vt ibidem.

IVriſdictionem propriam cuique ſer- 1
uandam eſſe, æquum, iuſtiſſimum,
valdéque neceſſarium, ac Deo maximè
gratum fore, nemu eſt, qui non videat,
cùm de contrario ordo naturalis, guber- 2
niúmque publicum, politicum, & œco-
nomicum confunderetur, & preuertere-
tur. Vt patet ex textu *in c.* 39. *peruenit* 11.
q. 1. *gloſ. in cap. in ſingulis Regnis, penult.
verbo Vice noſtra, de ſtatu Monarchorum gloſ.
in cap. finali verbo, minui, de confirmatione
vtili, vel inutili* Guido Papæ *deciſ.* 436.
num. 3. quem refert Anſaldus *de Iuriſdi-
ctione p.* 3. *in præfatione num.* 1. *&* 2.

Et exinde ſummi Pontifices volue- 3
runt, decreuerunt, & proteſtauerunt
nolle perturbare, minuere, vel detrahere
Principibus ſecularibus aliquid de Iuriſ-
dictione ad ipſos pertinente, vt colligi-
tur *ex textu in cap. nouit de iudiciis*, vbi
Innocentius III. ita ait.

*Non putet aliquis, quòd Iuriſdictionem Il- 4
luſtris Regis Francorum perturbare, aut
minuere intendamus, cùm ipſe Iuriſdi-
ctionem noſtram, nec velit, nec debeat impe-
dire, &c.*

Idémque ſtatutum reperitur per Ale- 5
xandrum III. *in cap. cauſam quæſt.* 7. *ſub
titulo, qui filij ſunt legitimi*, vbi cùm age-
retur de legitimitate Matrimonij, & ſi-
militer de cauſa ciuili inter laïcos in eadē
inſtantia, ita Pontifex reſcripſit Epiſco-
pis London. & Vigorien. *Nos attendentes,
quòd ad Regem pertinet, non ad Eccleſiaſti-
cam de talibus poſſeſſionibus iudicare, ne
videamur*

videamur iuri Regis Anglorum detrahere, qui ipſarum iudicium ad ſe aſſerit pertinere: Fraternitati veſtræ mandamus, quatenus Regi poſſeſſionum iudicium relinquentes, de cauſa principali &c. de quo videre poteris Balboam *in annuis academ. prælect. Salmant. tom.* 2. *pag.* 106. cum pluribus ſequentibus.

6 Quæ quidem omnia, non inferiorl conatu præuenta videmus in Maieſtatibus ſupremis ſecularibus, quæ feruido zelo, ac vigili diligentia præſeruare vuluerunt Iuriſdictionem Eccleſiaſticam & quæ ad ipſam pertinebant, prohibendo ſeculari, ne in cauſis ſpiritualibus & Eccleſiaſticis aliqualem exercerent Iuriſdictionem, vt decreuit piiſſimus ſempérque Laudandus Imperator Iuſtinianus *in authentic. de Sanctiſſimis Epiſcopis, collat.* 9. *cap.* 21. *ſi quis contra aliquem clericum cum ſeq. & cap.* 22. *ac* 23.

7 Et ad iutentum ponderanda ſunt grauiſſima verba Gregorij Papæ *lib.* 4. *Epiſt.* 33. *ſeu.* 77. ad Conſtantiam Reginam Galliæ, relata *in cap. ſi ſeculi leges* 12. *q.* 2. quæ ita ſe habent. *Si ſeculi leges talem iuſtitiam addere voluerunt, cur diuina inferior eſſe debebit? cùm in ipſius veritatis præſentia à Zachæo collaudatum ſit, vt ſi aliquem defraudârat in quadruplum reſtitueret; & quia in rebus ſummum bonum eſt Iuſtitiam colere, & cuique iura ſeruare* &c. Hæc, & alia ſimilia colligere poteris ex Anſaldo *in tract. de Iuriſdict. p.* 2. *in præfat. ad opus.*

8 Et meritò quidem ſummi Præſules, & ſupremi Principes ita fieri ſtuduerunt ſequendo veſtigia Chriſti Domini, de quo renunciatum reperimus *in Euangelio Matthæi* 22. *cap.* 21. quòd cùm Phariſæi vellent tentare Dominum in ſermone, miſerunt diſcipulos ſuos cum Herodianis interrogantes illum; ſi licebat ſoluere tributum Cæſari, vel non? Quibus reſpondit IESVS *oſtendite mihi numiſma cenſûs*, & offerentibus ei denarium ait illis: *Cuius eſt hæc imago & ſuperſcriptio*? qui dicunt *Cæſaris*; ſtatímque dixit illis: *reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.*

9 Ex quibus verbis colligunt ſacri expoſitores, quòd ex imagine, & inſcriptione conuincit inimicos illos callidos, & doloſos, declarando, reddendum fore Cæſari tributum, & attribuendum ſeculari, quod ei pertinet, ſicut & Deo, ac Eccleſiæ, quod ſuum eſt.

10 Idque etiam confirmatum videmus ex D. Paulo *Epiſt.* 13. *ad Romanos, capite* 17. vbi in eius initio ait: *Omnem animam poteſtatibus ſublimioribus ſubditam eſſe*, & *verſ.* 7. ita concludit: *reddite ergo omnibus debita: Cui tributum, tributum; cui vectigal, Vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem &c.*

Et exinde iuſtiſſimum, & æquiſſi- 11
mum eſt, vt cuique Curiæ reſpectiue, tam Eccleſiaſticæ, quàm ſeculari, quod proprium eſt ſuæ Iuriſdictionis, attribuatur; nec debet altera earum mittere falcem in meſſem alienam, ſed imò potius reddendum eſt Deo, & Eccleſiæ, eiuſque Curiæ quæ ſunt Dei, ſicut & etiam Cæſari ipſiuſque ſeculari curiæ quæ ſunt Cæſaris. Quam concluſionem ſatis de iure ſtabilitam eſſe apparet ex dictis, & eſt apud omnes in confeſſo.

Verùm cùm ſæpenumero acciderit, 12
iudicia hominum non conuenire ad facile ſe vincendum (vt quotidie experimur) reſultat exinde, quòd quandoque Eccleſiaſtica Iuriſdictio in hoc vel illo caſu cognitionem cauſæ pendentis prætendat ad ſe pertinere, & è contra ſecularis idem intelligat, cum qua ambiguitate, quælibet Curiarum defendebat ſuam prætenſionem omnibus modis, & mediis in noſtris Regnis Aragonum, etiam ad arma, & vim conuolando;
verùm Maiores noſtri ad tanta damna 13
vitanda, & vt publica pax, & tranquilla quies conſequeretur, cordatè, attentè, & prudenter excogitarunt medium, quo prædictæ contentiones Iuriſdictionis inter ambas Curias exortæ, deciderentur, mediante Cancellario, iuxta ſtylum, quo ab illo tempore vſque ad præſens vtimur; vt diximus *ſuprà in hoc tract. quæſt.* 1. *&* 2. *& in aliis pluribus.*

Quare, cùm in noſtro Regno Arago- 14
nie, per legem ſpecialem *in foro* 1. *ſub tit. de la contencion de Iuriſdicion*, & in aliis Regnis Coronæ perſæpe repetitam concordiam Reginæ Eleonoræ, & Çardinalis Conuenarum ſtatutum reperiamus, quòd cuique Curiæ tam Eccleſiaſticæ, quàm ſeculari præſeruetur ſua Iuriſdictio per declarationem Arbitrorum, vel Cancellarij reſpectiuè in ſuo caſu; rationi congruit, vt nequeat impediri, & quòd Curiæ non renuant contentionem formare in caſibus, in quibus procedit, & quòd compelli poſſit mediis licitis, & Iuridicis, ſi non efficiat.

15 Maximè, cùm de iure procedat ex
teſtimoniis Euangelicis *ſuprà* adductis,
& vt dixit D. Iſidorus *lib. etymolog. cap.* 2.
& refertur per Gratianum *in decreto c.* 1.
diſt. 1. Ius, & lex differunt; quia Ius no-
men generale eſt; lex verò iuris eſt ſpe-
cies; ergo cùm legem illius iuris habea-
mus, debitum eſt, vt iuxta eam attri-
buatur Deo, quod eſt Dei, & Cæſari,
quod Cæſaris, per medium, & organum,
præuentum in noſtris legibus, ad bonum
commune, & quietem publicam conſe-
quendam.

16 Præcipuè, cùm iuriſdictio Eccleſia-
ſtica de perſe, ſecularíſque de per ſe
teneantur, & debeant mutuò ſe auxi-
liari, & confouere ad adminiſtrandum
iuſtitiam, concordiámque ſeruandam,
ne iurgia, & diſcordiæ inter ipſas exci-
17 tentur, ad quod attendens Nicolaus
Papa in Epiſtola ad Michaëlem Impera-
torem, quæ incipit: *Propoſueramus*, &
habetur in decreto Gratiani *in cap.* cùm
ad verum *diſt.* 96. ita reſcripſit: *Cùm ad
verum ventum eſt, vltrà ſibi, nec Impera-
tor iura Pontificatûs arripuit, nec Pontifex
nomen Imperatorum vſurpauit: Quoniam
idem mediator Dei, & hominum homo Chri-
ſtus Ieſus ſic actibus propriis, & dignitatibus
diſtinctis officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit,
propria volens medicinali humilitate ſurſum
efferri, non humana ſuperbia rurſus in in-
fernum demergi, vt Chriſtiani Impera-
tores pro æterna vita Pontificibus indigerent,
Pontifices pro vſu temporali tantummodo
rerum, imperialibus legibus vterentur, qua-
tenus ſpiritualis actio carnalibus diſtaret
incurſibus, & ideo militans Deo minimè ſe
negotiis ſecularibus implicare, ac viciſſim non
ille rebus diuinis præſidere videretur, qui
eſſet negotiis ſecularibus implicatus* &c.
Hæc Nicolaus.

18 Ex quo grauiſſimo decreto colligunt
communiter DD. Chriſtum Dominum
diſtinxiſſe poteſtates, & officia Ponti-
ficis, & Imperatorum; vt quilibet eo-
rum reſpectiuè exerceret, quod ipſis
attributum erat, taliter, quòd Pontifex
iura Imperatorum, & è conuerſo Impe-
rator iura Pontificis nullatenus inten-
derent perturbare, vel vſurpare, vt tra-
dunt Dominicus Iacobatius *in tract. de
Concil. l.* 7. *articulo* 7. *poſt principium*, quem
reperies *in tom.* 13. *tractatuum p.* 1. *fol.* 190.
Nauarro *lib.* 2. *conſ. ad tit. de foro compe-
tent. conſ.* 1. *num.* 2. *& ſeq.* Suarez de Paz
in ſua praxi tom. 2. *in proœmio à numero* 1.
& ſeq. Ludouicus Correa *in relect. ad
textum in cap. inter alia de immunit. Eccle-
ſiarum p.* 2. *num.* 34. *ante finem* Noſter
Suelues *tom.* 2. *conſ. in ſemicent.* 2. *conſ.* 1.
n. 9. *verſ. maximáque concordia. &c.* Et alij
plures.

Et exinde quælibet Curia poterit, & 19
debet conſeruare, quod ad ſe pertinet
ex conceſſione iuris diuini, & Canonici.
Et licèt contrà dictum decretum Nico-
lai videatur poſſe opponi de *textu in c.* 1.
dist. 22. & ex *extrauaganti Ioannis* 22.
*quæſt. vnica, incipiente. Si fratrum, & Epi-
ſcoporum &c. ſub tit.* 5. *ne ſede vacante* &c.
in verſ. Sane &c. Ex quibus poteſt inferri, 20
quòd Chriſtus Dominus in perſona Pe-
tri, & in eo ſuis ſucceſſoribus ſimul, &
copulatiuè conceſſit, & commiſit non
ſolùm iura cæleſtis, ſed & terreni Regni;
& exinde in Eccleſiaſtica poteſtate exi-
ſtere vtrumque gladium, nec ſupre-
mis Poteſtatibus ſecularibus priuati-
uè fuiſſe attributum terrenum Re-
gnum, & Iuriſdictionem ipſius, quam
exercent.

Sed reſpondetur cum Cardinali Bel- 21
larmino *controuerſ.* 3. *generali, lib.* 5. *de
Romano Pontificatu, cap.* 4. quem refert,
& ſequitur Barb. copioſè agens, & plura
cumulans ad intentum huius articuli
conducentia, *in paſtor. p.* 1. *tit.* 3. *cap.* 2.
quòd prædicta iura intelligenda ſunt de
poteſtate ſeculari formaliter conſidera-
ta in ſuum finem naturalem, quâ non
vtitur ſummus Pontifex; alia verò iura
loquuntur de poteſtate materialiter tan-
tùm ſeculari in ordine ad finem ſuper-
naturalem, quam quidem reſideri in
Pontifice fatendum eſt.

Vel ſecundò reſponderi poteſt cum 22
Azor. *tom.* 2. *inſtitut. morali. lib.* 4. *ca-
pite* 19. *& finali quæſt.* 2. Quòd ſpiri-
tualis Iuriſdictio ſemper remanet in
Pontifice; non ſolùm iure, & habi-
tu, ſed etiam vſu, adminiſtratione, &
exercitio; at verò temporalem habet
habitu, ſimúlque & vſu, & habitu in
certis tantùm cauſis & caſibus, quæ qui-
dem in Imperatoribus, & ſupremis Po-
teſtatibus dicitur, & conſiderari debet
ordinaria, & propria, non verò commiſſa;
& cum hac diſtinctione, & in hoc ſenſu
conciliari poſſunt prædicta iura, quæ
aliàs repugnare videbantur; in quo non
immoror; cùm de principali obiecto
noſtri inſtituti non ſit prædictus articu-
lus, quem latè videre poteris penes Bar-
boſam, *vbi proximè*, & alios ab ipſo alle-
gatos; ſátque ſint prædicta ad ſumendam
genuinam reſolutionem præſentis pro-
poſitæ quæſtionis.

In

23 In qua dicendum eſt, quòd ſi altera ex Curiis renuat formare contentionem Iuriſdictionis propoſitam ab alia in caſibus, in quibus de Iure, ac de foro, & per leges, ac diſpoſitiones municipales, & ſtylum,& praxim noſtrorum Regnorum aliorúmque tenetur illam admittere, quòd in tali caſu omnibus mediis, modis,& pœnis compelli debet ad illam non excuſandam. Et hoc iuri conſonum eſt;nam, vt ait Ermogenianus *in l. contumacia* 53. *ff. de re iudicata, contumacia eorum, qui ius dicenti non obtemperant, litis damno coërcentur &c.* Hócque quidem in pluribus legibus ſtabilitum reperimus.

24 Quâ certâ concluſione ſic propoſitâ, modò eſt videndum, quænam ſint media ad effectum compulſionis formandæ contentionis. Et in primis ſi curia ſecularis nequeat illam formare, propoſitam ab Eccleſiaſtica in caſibus permiſſis; vti poterit gladio ſpirituali cenſurarum, cùm Iudex Eccleſiaſticus, illis, & non pœnis pecuniariis vti debeat, vt tradit Anſaldus *de iuriſdict. p.* 4. *tit.* 1. *cap.* 3. *n.* 14. & ita docent Fontan. *deciſ.* 318. *num.* 2. *p.* 2. quem refert, & ſequitur Cortiada *in ſua praxi content. p.* 1. *deciſ.* 15. *num.* 11. & dubio carere reperit idem Cortiada *deciſ.* 27. *num.* 1. & ita reſultat,quòd ſi Curia Eccleſiaſtica formauerit contentionem contra ſecularem, in caſu admiſſibili, eáque renuat illam formare, poterit tunc Eccleſiaſtica illam compellere aggrauando, & reaggrauando cenſuras, prout de Iure admittitur, donec id cum effectu vſque ad complementum efficiat.

25 Similitérque è conuerſo, ſi Curia Eccleſiaſtica noluerit in ſimili caſu formare contentionem propoſitam à ſeculari, poterit hæc, ſeruatis ſeruandis, illam compellere in omnibus Regnis Coronæ per occupationem temporalitatum; & quoad noſtrum Aragoniæ concludunt Seſſe *in tract. de inhibit. cap.*9. §.1. *num.*29. & *cap.*10.§.1. *num.*2. omneſque noſtri Practici;& quoad alia Regna Coronæ Cortiada *vbi proximè deciſ.* 15. *num.* 10. *& deciſ.* 28. *num.* 1. *&* 2. vbi allegat omnes practicos ita atteſtantes, & decidentes.

26 At verò, ſi neque per occupationem temporalitatum id efficiat, ſitque contumax, tunc, quod poſſit procedere ad acriora remedia,tradit Cortiada *in dicta deciſ.*28. *num.*164. ſed an fieri poſſit tam abſolutè, & ſicut tradunt plures DD.

Tract. de Competentiis.

ad effectum cogendi Iudices Eccleſiaſticos, vt pareant prouiſionibus, & decretis Iudicum ſecularium diximus *ſuprà, quæſt.*40. *&* 41. ad quas lectorem remittimus, cùm ea, quæ *ibidem* reſoluimus quoad inobedientiam Eccleſiaſticorum reſpectu Iudicum ſecularium, in præſenti repeti debeant ad effectum compellendi Curiam Eccleſiaſticam renuentem formare contentionem, vt à propoſito reſiliat.

Stylum autem quomodo ab vtraque Curia fieri debeat,tradunt proximè allegati DD. practici pro vnoquoque Regno,apud quos videre poteris.

QVÆSTIO LII.

Contentio an ſit formanda per Iudicem Eccleſiaſticum cum ſeculari, qui tanquam Exequutor, vel Commiſſarius detinet clericum captum, vel cum mandante illum detinente?

SVMMARIVM.

*Iudices ordinarij exequuntur ſententias delegatorum ab eis. n.*1.

*Iudices ordinarij exequuntur ſententias Arbitrorum nominatorum ab eis,quæ exequutionem merentur. n.*1.

*Appellatio non datur ab Exequutore ſententiæ, ſed ab eo, qui illam protulit. num.*2. & 3.

*Exequutio ſententiæ, vel alterius rei, eſt quid facti, & ideò ab ea non datur appellatio. num.*3.

*Mandatarius ſeu Exequutor ſententiæ ſolùm curare debet, vt res diſpoſita exequutionem habeat:careat tamen aliqua diſcuſſione, aut cauſa cognitione. num.*4.

*Exequutor,ſeu Commiſſarius Iudicis in his, quæ à principali fuerunt declarata, non habet aliquam Iuriſdictionem, ſed nudum miniſterium exequendi.n.*5.

*Contentio formari debet per Curiam Eccleſiaſticam cum ſeculari mandante, clericum detineri in ſuo poſſe; non verò, cum mandatario. n.*6. *&* 7.

Contentio non eſt formanda per Iudicem Eccleſiaſticum cum ſeculari, qui tanquam executor detinet clericum captum,ſed cum

 mandante,

*mandante, & ſi ita non fiat, non procedit contentio. n.*8.

1 HVius quæſtionis reſolutio pendet ab illa, de Iure communi reſultante *in l. à D. Pio ff. de re iudicata*, ex qua colligunt communiter DD. quòd ad Iudices ordinarios pertinet exequutio ſententiarum aliorum Iudicum ab eis delegatorum, quibus illa non datur, ſed delegantibus.

2 Idémque Iuris eſt in ſententiis Arbitrorum ab eiſdem electorum, quæ exequutionem merentur; nam fieri debet non per iſtos, ſed per illos: An autem Idem ſit in delegatis Principum, videre poteris gloſſam *in dicta lege à D. Pio Verbo à ſe, verſ. ſed quid in delegato, &c.* vbi de eo articulo agunt communiter DD.

3 Tum & etiam ex *lege ab exequutore* 4. *ff. de approbat.* ex qua patet, quòd ab executore ſententiæ non datur appellatio, ſed ab eo, qui ſententiam protulit.

Et ratio eſt, quia, vt ait gloſa *in l.*
4 *ab exequutione* 5. *verbo, ab exequutione, cod. quorum appellationes non admittuntur*, exequutio eſt quid facti, ſicut eſt aliquid mandare, Niger Cyriacus *tom.* 2. *controuerſ. forenſ. controuerſ.* 356. *num.* 31. Et exinde appellatio non cadit in eo, quia eſt Iuris, ſed debet fieri de ſuperiore mandante; non verò de Mandatario:
5 Iſte namque ſolùm operatur, vt rem diſpoſitam curet effectum ſortiri nullo diſcuſſo, diſputato, aut ventilato articulo, vt patet ex textu *in l. exequutorem* 8. *cod. de re iudicata* cuius verba ita ſe habent: *Exequutorem eum eſſe, manifeſtum eſt, qui poſt ſententiam, inter partes, audita omni, & diſcuſſa lite, prolatam rei iudicatæ, vigorem ad effectum videtur adducere ſine die, & conſule, &c.* Vnde infertur, quòd Exequutor, ſeu Commiſſarius Iudicis ordinarij in his, quæ ab eo fuerunt declarata, & exequuta, non habet ex ſe aliquam Iuriſdictionem, aut ipſius exercitium, ſed nudum tantùm miniſterium exequendi illud, quod à mandante fuit diſpoſitum, & ordinatum.

6 Ex quibus Iuribus, & aliis, & ex his, quæ apud DD. de ipſorum materia congerunt, & reſoluunt, ac diſputant, deducitur genuina deciſio præſentis quæſtionis, videlicet: quòd, cùm Exequutor, vel Commiſſarius Iudicis ſecularis detinens clericum captum de mandato Superioris, vel aliquid exequens ad Curiam Eccleſiaſticam pertinens, tantùm efficiat illud nudum miniſterium facti, non ex propria auctoritate, aut aliquali iuriſdictione, ſed ex iuſſione Superioris, ita diſponentis, ſitque tanquam quid accidentale, & reſultans ex inſtantia principali, nequit per ſe turbare Iuriſdictionem, aut ſibi applicare, quam nullatenus exercet, ad ſummúmque ſolum habet, & eſt tanquam (vt ita dicam) aquæductus per quem ſimplex inducitur miniſterium exequutionis, & mandati à Superiore remiſſi.

Et exinde eſt, quòd contentio for- 7
manda veniat cum Superiore comittente; non verò cum exequutore, ſeu Commiſſario; taliter, quòd ſi ita non fiat, tenebitur Cancellarius declarare, contentionem non procedere tanquam formata, cùm ſit formata cum Miniſtro capaci, & habili ad illam conſtituendam; & 8
ita in ſpecie reſoluit, & tradit Ferrer *p.* 3. *obſeruat. c.* 206. vt ex relatione Hieronymi Dalmau *in ſuis recollect.* ſeu *annotat. in verbo, contentio Iuriſdictionis quando formanda ſit, &c.* concludit ita fuiſſe reſolutum in Cathalonia in ſimili caſu, videlicet: Curiam Eccleſiaſticam formare debere contentionem cum Iudice mandante; non verò cum mandatario; háncque ſententiam, ego quidem etiam exiſtimo ſine difficultate procedere, ſatíſque conſona Iuri apparet ex his, quæ congerunt DD. *in dicta l. à D. Pio* 15. *ff. de re iudicata*, & *in dicta l. Exequutorem* 8. *cod. eodem tit.* quæ quidem apprimè prædictæ reſolutioni applicari poſſunt.

QVÆSTIO LIII.

Regia Audientia an formare debeat contentionem cum Curia Eccleſiaſtica Reo detento, non exiſtente in carceribus?

SVMMARIVM.

Contentio formari non debet in caſu notorio. num. 1.

Curia ſecularis in Regnis Aragoniæ non tenetur formare contentionem contra Eccleſiaſticam, ſi Reus non ſit detentus in Regiis carceribus. num. 2. *&* 20. *&*

quid

quid de iure communi procedat. n. 3. & 15. cum ſeq.

Pars formalis contentionis Iuriſdictionis eſt Iudex prætendens eam ad ſe pertinere. num. 4.

Iudex contendens de ſua Iuriſdictione, ius proprium dicit. n. 5.

Caſus clarus ad effectum non formandi contentionem dici non poteſt ille, ſi Reus non ſit in carceribus Regiis detentus, n. 6. *intellige vt n.* 7. & ſeq.

Contentio formari non debet in Regnis Aragoniæ per Regiam Audientiam, ſi Reus detentus non exiſtat in carceribus ſecularibus ex conſuetudine immemorabili. n. 7. & 8. *Quod extenditur ad Regna Caſtellæ. n.* 9. *& ad Curiam Iuſtitiæ Aragonum. n.* 10. *& quid in Regno Valentiæ. n.* 11. & ſeq.

Contentiones Iuriſdictionis in Regno Valentiæ formari debent, etiamſi Reus non exiſtat captus in Regiis carceribus. num. 12. & 13.

Opiniones extendere contra immunitatem Eccleſiaſticam, periculoſum eſt, licèt æquiſſimum ſit non defraudare, quod ad Iuriſdictionem ſecularem pertinet. n. 14.

Cauſa tam ciuilis, quàm criminalis ſi parti ſit præiudicialis quieſcere debet, ſi contentio Iuriſdictionis inter Iudices oriatur, donec declaretur. n. 15.

Præiudicium ſentit Curia Eccleſiaſtica, ſi in contentione Iuriſdictionis compellatur per ſecularem, vt Reum tradat in ſuis detentum. n. 16. & 17.

Stylus facit ius quoad omnes, & pro lege habetur. num. 18.

Extenſio fieri non debet de conſuetudine iuri repugnante. num. 19.

Clericus repertus in habitu Eccleſiaſtico non poteſt per Miniſtros ſeculares in carceribus detineri: quidquid ſit, ſi reperiatur in laïcali. n. 21. & 22.

1 DIximus *ſuprà quæſt.* 50. *à num.* 1. *cum
ſeq.* quod in caſu notorio non de-
bet contentio formari per Curiam quæ
2 pro ſe habet notorietatem, & *ibidem
num.* 6. *& ſeq.* enumerauimus inter caſus
notorios, quando Curia Eccleſiaſti-
ca format contentionem contra ſecula-
rem, Reo non exiſtente in carceribus
detento.
3 Et verè difficultate non carere reſul-
tat; & infertur, ex his, quæ latè con-
gerit Gabriel Pareja *in ſua praxi de vni-
uerſa inſtrument. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſo-
lut.* 6. *ſpecie* 2. *à num.* 206. *cum pluribus
ſeqq.* vbi copioſè ex variis iuridicis fun-
damentis probat, quòd in prædicto caſu
formatio contentionis effugi non poteſt
ex eo, quia illius formalis pars conſi- 4
deratur, & eſt Iudex contendens Iuriſ-
dictionem ad ſe pertinere; & conſe-
quenter, quòd Reus ſit necne in carce-
ribus detentus, nihil ſubſtantiale ponat
in eſſe, ſed indicetur tanquam quid acci-
dentale principalis prætentionis, vide-
licet, quòd quælibet Curia ſuam iuriſ-
dictionem tueatur.
Et conſequenter cùm tunc talis Iu- 5
dex contendens in cauſa propria, ius
dicat, quia proprium commodum de-
fendit, ſcilicet, cognitionem cauſæ ad
ſe pertinere; rationi conſonum non vi-
detur, vt Curia Eccleſiaſtica fraudata
reperiatur in formanda contentione, ex
eo, quòd Reus non ſit detentus in car-
ceribus, cùm iſtud eſſentialiter non fe-
riat cauſam principalem, & ad inten-
tum allegat Pareja quandam ſchedu-
lam Regiam directam Senatui compe-
tentiarum, & ſe remittit ad ea, quæ
tradunt Petrus Barboſa *in l. ſi quis ex
alteæo* 5. *num.* 111. *&* 113. *ff. de iudiciis*,
& Surdus *conſ.* 286. *n.* 6. & 14. *& ibidem*
ipſe Pareja latiſſimè agit de hoc articu-
lo, ad quem ſolidandum adducit octo
fundamenta; apud quem videre poteris,
cùm conciſioni, & breuitati conſulamus,
ne extra inſtitutum in longius protra-
hamur.
Infertur tamen ex dictis, quòd non 6
poteſt dici caſus clarus, & notorius ad
effectum, vt contentio formari non de-
beat per Curiam ſecularem, ex eo, quòd
Reus captus non exiſtat in carceribus,
quandoquidem tot fundamenta pon-
derata à Pareja videantur obnebulare
claritatem à nobis ponderatam.
Sed, eis non obſtantibus, certiſſimum; 7
& indubitatum eſt, in noſtris Regnis
Curiam ſecularem Regiam ordinariam
non teneri formare contentionem, nec
eam procedere in caſibus criminalibus,
donec Reus non exiſtat in Regiis carce-
ribus detentus.
Enimverò licèt non habeamus legem 8
municipalem ita ſpecialiter diſponen-
tem; habemus tamen conſuetudinem,
praxim, & ſtylum inconcuſſum à tem-
pore antiquiſſimo in Aragonia, & Ca-
thalonia; vbi ſine repugnantia, & con-
tradictione ſeruatur, vt vno ore teſtan-
tur tam Practici Cauſidici, quàm DD.
Iuriſconſulti amborum Regnorum; &
de noſtro peritiſſimus Michaël Ferrer *in
ſua methodo procedendi in cauſis ſuper com-*

petentia Iuriſdictionis in fine, Petrus Mo-
linus *in ſua practica iuridica del Reyno de*
Aragon, titulo proceſſo de Competencia de In-
riſdicion, verſiculo: y ſe aduierte, qué ſi
la compctencia fuere entre el Eccle-
ſiaſtico y la Audieocia Real &c. *fol. mihi*
405. *col.* 1. & ex eis ita ex praxi, & ſtylo
certiſſimo, ac antiquiſſimo noſtri Regni
fuiſſe iudicatum refert Portoles *in ſcho-*
9 *liis ad forum* 1 *ſub tit. de competent. Iuriſ-*
dict. num. 69. *&* 70. *pag.* 442. *tom.* 2. vbi
ex Couarrub. *in pract. quaſt. cap.* 3. *n.* 4.
& Salcedo *in addit. ad pract. criminal. Ber-*
nardi Diaz cap. 116. *num.* 6. extendit, vt
idem etiam procedat in Regnis Caſtellæ
ex decreto. S. M. Caroli V. vbi etiam
obſeruatur; Idémque repetit ipſemet
Portoles *in ſchol. ad Forum* 3. *einſdem tit.*
num 8. & ad ambos Bardaxi *in ſuis com-*
mentariis, videlicet, *ad* 1. *num.* 17. *&*
ad 3. *num.* 1. quibus conſonat Ramirez
de lege Regia §. 2. *num.* 13. Seſſe *de inhibit.*
cap. 9. §. 1. *num.* 47. *&* 48. vbi extendit
prædictam prærogatiuam, non ſolùm
ad Regiam Audientiam, ſed etiam ad
Curiam Iuſtitiæ Aragonum: Idémque
confirmat ipſe Seſſe *in dicto cap.* 9. §. 2.
num. 20. *& deciſ.* 113. *num.* 95. *in tom.* 2.
quibus adhæret Suelues *in tom.* 2. *ſuorum*
conſ. ſemicent. 2. *conſ.* 2. *n.* 8. vbi pro hac
extenſione allegat duo exemplaria, pro-
vt & etiam diximus *ſuprà in dicta q.* 50.
num 6. *&* 7.

10 Hæcque in noſtro Aragoniæ Regno
ſicut & Cathaloniæ, & Sardiniæ de pla-
no procedere, non eſt ambigendum,
vt docent doctiſſimus Cancer. *p.* 3. *va-*
riarum reſolut. cap. 10. *num.* 124. Fontanel.
deciſ 200. *num.* 11. *& deciſ.* 201. *num.* 14.
part. 1. Oliua *de iure Fiſci cap.* 14. *num.* 50.
& 88. Regens Vico *lib.* 2. *num.* 51. *in locis*
communibus num. 4.

11 In Regno autem Valentiæ aliter res ſe
habet, imò potius de contrario apparet,
cum non reperiatur ſtylus fixus, ſiqui-
dem hinc, & inde variè practicatus exi-
ſtat; videlicet, quòd contentiones for-
12 mentur per Curiam ſecularem ad in-
ſtantiam Eccleſiaſticæ, etiam non exi-
ſtente Reo in carceribus Regiis deten-
to, ſed in Eccleſiaſticis, teſte D. Lau-
rentio Matthæu *de regimine Regni Va-*
lentiæ tom. 2. *cap.* 7. §. 1. *num.* 54. vbi
allegat Cerdan. *in viſitat. carcerum cap.* 5.
num. 17.

13 Et licèt ipſe Matthæu in eodem *c.* 7.
§. 2. *à num.* 66. vſque ad 71. referat va-
ria exemplaria contentionum, in quibus
delinquentes in carceribus Regiis deti-
nebantur; attamen ipſemet in *dicto* §. 1.
n. 54. irrefragabile iudicat teſtimonium
Cerdani ad intentum, ad quod eum 14
allegat, maximè cum proteſtatione,
quam Matthæu profitetur in *dicto* §. 2.
num. 71. & ideò in illo Regno forman-
da videtur contentio, etiam Reo non
exiſtente in carceribus; præcipuè ex *di-*
ſpoſitione fori 27. *de Iuriſdict. omnium Iu-*
dicum, à quo recedere ſatis periculo-
ſum eſt, per ea, quæ refert, & inſinuat
Suelues *in ſemicent.* 2. *tom.* 2. *conſ.* 2. *nu-*
mero 10. *in fine* de Dino ex auctoritate
Angeli, Guillielmi Benedicti & Barba-
tia, ac Molfeſio, & Viuio, & eis relatis
Cortiada *in praxi content. p.* 1. *deciſ.* 24.
num. 37. Quæ horrere debent, & deti- 15
nere Auctores, ne ſatis contra immuni-
tatem Eccleſiaſticam ſine firmiſſimis, ac
validiſſimis fundamentis extendant ſuas
opiniones, licèt æquiſſimum, & Iuſtiſ-
ſimum ſit attribuere ſeculari Curiæ, quæ
ad eam pertinent, iuxta ea, quæ diximus
ſuprà quaſt. 51.

Quibus ſic conſtitutis, non obſtant, 16
quæ à Pareja ponderantur, & latè con-
geſſit; nam eis vnico verbo reſponderi
poteſt, videlicet, procedere, inſpecto
iure communi, iuxta quod certum eſt,
quod quoties pendet cauſa præiudicia-
lis parti, & eſt intentata per viam con-
tẽtionis, ſiue illa ſit ciuilis aut criminalis,
quieſcere debet donec declaretur; & idẽ
ſeruatur in noſtris Regnis (pendente
contentione iam inchoata) vt docent
Marauta *de ordine iudiciorum p.* 4. *princi-*
pali 20. *diſtinct. num.* 7. & ad probandum
allegat textum *in l. ſiue hareditate*, & *in*
l. cum ſtatus, & *in l. ſi res*, *cod. de ordine co-*
gnitionum, quem refert & ſequitur Ioan-
nes Gutierrez *in tract. de iuramento con-*
firmatorio p. 1. *cap.* 2. *numero* 14. vbi *à*
num. 11. plura cumulat ad intentum con-
ducentia.

Et ex eo oritur, quòd cùm præiudi- 17
cium ſequatur Curiæ Eccleſiaſticæ, tra-
dendo ſeculari Reum in ſuis carceribus
detentum, & exinde eſt, quòd inſpecto
iure communi, etiamſi non exiſteret
per Curiam ſecularem, nullatenus pote-
rat excuſari formatio contentionis. In
quibus terminis loquitur Pareja.

At verò, cùm in noſtris Regnis con- 18
traria praxis, & vſus antiquiſſimus repe-
riatur; & præcipuè in noſtro Aragoniæ,
quoad Regiam Audientiam, & Curiam
Iuſtitiæ Aragonum, ab illis non eſt re-
cedendum, cùm ſtylus faciat ius quoad
omnes, & pro lege habeatur, vt dixi
ſuprà

ſuprà alios allegans *quæſt*. 45. *n*. 21. Exinde ſequitur, quòd cùm in noſtris Regnis vigeat talis praxis, & continuata, ac vniformis conſuetudo antiquiſſima obſeruari debet, & ex eo ſequitur, quòd cùm iuri communi non ſit conſona, nec per noſtras leges municipales aliquid ſpeciale diſpoſitum reperiatur, non officiunt ponderata à Pareja, quæ tendunt ſecundùm ius commune.

20 Infertur prætereà ex eodem fonte; quòd cùm ſolùm prædicta reſolutio practicata repetiatur reſpectu Regiæ Audientiæ, & Curiæ Iuſtitiæ Aragonum, non debet extendi ad alios Iudices inferiores ſeculares in eiſdem, in quibus obſeruandum eſt, quod de iure communi procedit, vt in ſpecie tradit Portoles *in ſchol. ad forum* 1. *ſub tit. de competent. Iuriſdict. num. finali fol.* 443. & idem docuit Micaël Ferrer *in dicta methodo procedendi in cauſis ſuper competentia Iuriſdictionis*, Háncque limitationem Iuri conſonam eſſe affirmat (provt ita eſt) ex congeſtis per Gutierrez *vbi proximè*, & Alexandrum *conſ.* 149. *num.* 13. *volum.* 6. *& in l.* 4. *§. comdemnatus, ff. de re iudicata*, Couarru. *in pract. quæſt. c.* 33. *num.* 4. Bernardum Diaz *in pract. criminal. cap.* 116. *à num.* 6. vbi Salcedo *in addit.* quibus iunge Parejam *vbi ſuprà*. De quibus etiam videre poteris Cortiadam *in ſua praxi content. p.* 1. *deciſ.* 9. vbi *à num.* 15. *cum pluribus ſeqq.* latè agit de hoc articulo & *num.* 29. diſtinguit aliquos caſus, quando videlicet, Clericus fuit captus per Miniſtros ſeculares, repertus in habitu Clericali; de quo diximus *ſuprà quæſt.* 43. quia tunc ſtatim debet remitti ad ſuum Iudicem ante diſcuſſionem cauſæ Iuriſdictionis. At verò ſi in habitu laïcali captus fuerit, an debeat tradi, donec declaret Iudex Eccleſiaſticus ſuper exemptione clericatûs latè egimus *ſuprà in dicta quæſt.* 43. & plures allegat ipſe Cortiada *vbi ſuprà deciſ.* 2. *num.* 19. & etiam copioſè, & accuratè multa cumulat *in dicta deciſ.* 9. *num.* 20. *cum pluribus ſeqq.* diſtinguendo alios caſus circa obiectum præſentis huius quæſtionis, ideóque non me extendo, cùm apud illos videre poſſis.

Ex quibus omnibus tandẽ concludendum eſt ſine aliqua hæſitatione, quòd in prædictis Regnis contentio formari non debeat, donec Reus qui exemptionem & immunitatem à ſeculari Iuriſdictione prætendit, captus exiſtat in Regiis carceribus modis, & formis ac cum Iudicibus laïcalibus *ſuperiùs* ſpecificatis & non cum aliis inferioribus.

QVÆSTIO LIV.

An in contentionibus Iuriſdictionis dies termini computentur in termino, & an tempus pro illius declaratione currat de momento ad momentum?

SVMMARIVM.

Tempus datum in Regnis Aragonum pro decidendis contentionibus currit de momento ad momentum. n. 1. & 13.

Dies termini an computentur in termino. n. 2. & ſeq.

Dies termini pro decidendis contentionibus in Regnis Corona Aragonum an in termino dato à foro comprehendatur. n. 2. & 8. cum ſeq.

Cancellarius ſi non declaret contentionem in Regnis Corona Aragonum intra tempus à foro ſtatutum, cenſetur declarata in fauorem Eccleſiæ. n. 3. & 4.

Contentio Iuriſdictionis inſtrumentaliter debet intimari Cancellario ad effectum, vt ex illo tunc currant dies dati à foro pro eius declaratione, & an ille primus computetur in termino. n. 5. & ſeq.

Cancellarius in Aragonia tenetur declarare contentionem Iuriſdictionis, intra triginta, & quinque dies, & in aliis intra triginta tantùm. n. 5. & 6.

Dies termini non computatur in termino. n. 6. *intellige vt num.* 7. *limita vt num.* 10. & ſeq.

Dies termini in contentione Iuriſdictionis computatur in termino. num. 8. & 9. cum ſeq.

Tempus datum in Regnis Corona Aragonum pro decidendis contentionibus eſt continuum, & currit de momento ad momentum. n. 8. & 9. cum ſeq.

Dies termini in contentionibus Iuriſdictionis partim computatur, & partim non computatur in termino. n. 10. & 11. *cum. n.* 21. & ſeq.

Contradictoria dua non poſſunt ſimul eſſe vera, vel falſa in eodem ſubiecto. num. 11. *niſi reſpiciant diuerſos reſpectus. numero* 12.

Rem eſſe, & non eſſe repugnantiam habet. num. 11.

num. 11.*ſed verificari poteſt, ſi tendat quoad diuerſos reſpectus. n.*12.

*Contentionem Iuriſdictionis declarare debet Cancellarius, etiam in diebus feriatis quia currit tempus de momento ad momentum. n.*13.

*Dies, in quo Cancellario intimatur contentio, vt eam declaret, non computatur in termino pro illis horis antecedentibus ipſius diei; ſecus autem in ſequentibus ad complementum viginti, & quatuor horarum, ex quibus componitur, quia in termino computantur. num.*14. & 15. cum ſeq.

Notarius actuarius proceſsûs contentionis tenetur inſtrumentaliter eum intimare Cancellario, cum particulari nota diei, & hora, in quibus fecit intimationem. n. 15. & 16.

Forus primus Aragoniæ ſub titulo de competentia Iuriſdictionis, *decreuit, vt Cancellarius intra triginta dies decideret contentionem, & poſteà per forum Montiſonæ de anno* 1585. *alij quinque adaucti fuerunt. n.* 18. & 19.

Præpoſitio, ex, *appoſita* diei, *ipſum excludit, & includit ſequentes, taliter, quòd ille non computetur in termino. num.* 19. & 20.

Dictiones, A, *vel*, Ab, *ſeu*, ex, *ſunt excluſiua temporis antecedentis, & incluſiua futuri.* 18. & 19.

Terminus alicuius actus ſi diſponatur cum præpoſitione, A, *vel* Ab, *aut* ex: *veluti* à die, *vel*, ex die, *non computatur in termino ille dies. n.*21.

Dies termini computatur in termino, quando tempus præſtituitur ab intimatione actus; ſecus verò ſi ſit à die, quia tunc non computatur in termino. n. 22.

Dies termini an computetur in termino, ſolùm habet locum in diſpoſitione hominum; non verò in dilationibus, quæ à lege, vel ſtatuto præſtituuntur. n 23.

Tempus præſtitutum à lege, vel ſtatuto ad aliquid faciendum, ſtrictè intelligendum eſt ad illud ad quod lex declarat. num. 24. & 25.

Tempus ſtatutum à lege ad aliquem actum faciendum (præcipuè, ſi currat de momento ad momentum) non habet oculos ad retro, ſed ad futurum. n. 25.

1 HAnc quæſtionem latè extendere
decreui cum aliqua nouitate, ſumens
motiuum ex eo, quòd ſatis firmum,
deciſum, & obſeruatum reperimus, videlicet,
quòd tempus datum ad decidendas
contentiones in noſtris Regnis
Coronæ Aragonum, excepto Sardiniæ,
currat de momento ad momentum, vt
dixi *in meo Paſtorali Regul. p.* 3. *vot.* 8.*n.*4.
Ramirez *de lege Regia* §. 2.*num.*6. Portol.
in ſchol. ad forum 1.*ſub tit. de competent. Iuriſdict.* & me citato Cortiada *in ſua praxi
content. p.*1. *deciſ.* 21. *num.* 4. vbi *n.*38.
allegat DD. omnium noſtrorum Regnorum
confirmantes prædictam reſolutionem,
quam difficultate carere non eſt
ambigendum.

Ex ea tamen non ineptè alia pars 2
quæſtionis reſultat ex illo ſatis communi,
& vulgari dicterio, ſcilicet, an dies
termini computetur in termino taliter 3
(ad noſtrum intentum) quòd ſi eo computato
Cancellarius non declararet, haberetur
pro deciſa in fauorem Eccleſiæ
per expreſſam diſpoſitionem dicti fori
primi *ſub tit. de competent. Iuriſdict.* ibi. 4
*en caſo, que'l Canceller por ſu el Mageſtad
nombrado, y aſignado no hiziere la dicha
declaracion dentro del tiemp ſtatuido*, ipſo
facto *paſado el dicho tiempo ſea hauida
por declarada la dicha competencia de Iuriſdicion
en fauor de la Igleſia &c.* Idémque
in omnibus Coronæ Regnis diſpoſitum,
ac inconcuſſa & certiſſima praxi
diſpoſitum, & obſeruatum reperitur, &
apud noſtros, & exteros DD. eſt in
confeſſo.

Sed in hoc articulo non minimam, aut 5
vulgarem difficultatem inducit, an ille
dies, in quo contentio reſpectiuè intimatur
Arbitris, ſeu Cancellario inſtrumentaliter
(provt fieri debet ex adductis
à Portol. *vbi suprà num.* 23. *&* 24.
ac 32.) debeat computari, necne in triginta,
& quinque diebus in noſtro Regno,
& in aliis in triginta ad efficiendam
declarationem contentionis.

Qui quidem articulus ſatis eſt contro- 6
uerſus, inſpecto iure communi, & etiam
municipali aliquorum Regnorum, &
Prouinciarum; vt patet ex DD. allegatis
per noſtrum Cenedo *in ſingulari* 1.*per
totum* præcipuè *à n.*16. & habetur *in fine
poſt quæſtiones*: & ſimiliter per Ceballos
quæſt. practicabil. tom. 1. *quæſt.* 401. *per
totam.* Tiraquel. *de retractu lignag.* §. 1.
gloſ. 11.*à n.*17. *cum ſeq.* & ex aliis penes
noſtrum Suelues *tom.* 1.*in Centur. conſ.*15.
*num.*4. *& ſeq.* Vbi cum pluribus concludit
veriorem, & communiorem, ac praxi
receptam eſſe opinionem, quòd dies
termini non debeat computari in termino;
eámque vſu, & conſuetudine eſſe
obſeruatam ab eáque in iudicando, &
conſulendo non eſſe recedendum; &

ibidem

iisdem videre poteris cum Parladoro *l.1. rerum quotidianarum 5.p.cap.vltimo* §. 16. Ceuallos *vbi proximè numero* 6. Ioſepho Vela *diſſert.* 18. *numero* 18. *& ſeq.* Borrel. *conſ.* 19. *per totum* aliiſque pluribus.

7 Et licèt hæc concluſio regulariter loquendo, ita ſe habeat, ac, attento iure communi, mihi arrideat, attamen admitti non debet tam in genere & abſolutè, ſed iuxta diſtinctiones traditas à Gutierrez, Ceuallos, & Cenedo aliiſque DD. *ſuprà* allegatis, in quibus non immoror, cum *proximè* dicta ſufficiant, vt deuenire poſſimus ad principalem ſcopum præſentis quæſtionis, & noſtri inſtituti, videlicet, an in contentionibus prædicta concluſio locum ſibi vendicet.

8 In quo articulo Cortiada *Vbi ſuprà in dicta praxi content.p.1.deciſ.21.num.*38. quærit: an terminus triginta dierum conceſſus Cancellario in cauſis contentionum ſit continuus, tam de iure noſtri Regni quàm cæterorum? & ad intentum plures allegat; quod quidem certiſſimum, & ſine difficultate procedit.

9 Poſtmodum *num.* 40. ita proſequitur: *& currit terminus triginta dierum de momento ad momentum, & dies termini computatur in termino, vt fuit declaratum in Cathalonia per Molendich.tertium* 15. *Nouembris* 1578. *Conſultoribus Cordelles, Balle, Fonpaſtor, in fauorem Iacobi Paſtor Presbyteri contra Petrum Balleſtar. & latè pobat Fontanel. deciſ.* 409. *à num.* 17.*p.* 2. *Portol. ad forum* 1. *num.*23. *de competentia Iuriſdict.Ramirez de lege Regia* §. 2.*n.* 6. *Vrrutigoyti in Paſt. Regul.p.*3.*vot.* 8. *n.* 4. Hæc Cortiada, ex cuius doctrina clarè colligitur, quòd in contentionibus, ex eius opinione dies termini computatur in termino.

10 Sed reuera ſi attentè inſpiciatur Portol. *in dicto num.*13. ſolùm reſoluit, quòd tempus currat de momento ad momentum; at verò ſi in Arbitris vel Cancellario reſpectiuè dies termini computetur in termino pro declaranda contentione, nullum verbum profert, ſicut nec etiam Ramirez *in dicto num.* 6. vt ex inſpectione apparebit, ſimilitèrque nec ego *in dicto voto* 8. *num.* 4. de eadem re aliquid dixi, cùm tantùm in facti narratione dixerim, quòd deficiebant duæ horæ ad totale complementum temporis à noſtris Foris ſtatuti pro decidendis contentionibus, quod computatur de momento ad momentum, verùm ſi id erat, numerato, vel non die termini intimationis contentionis, nihil egi, nec reſolui, ſicut nec cæteri Auctores ab eo allegati. De *exemplari* autem *Cathaloniæ*, quod refert, cùm illud non viderim, nihil dicere poſſum; credo tamen tam diligentiſſimo, docto, & perito Magiſtro, ac Doctori, ita ſe habere.

11 Saluâ tamen reuerentiâ, & auctoritate amborum; exiſtimo, quòd in contentionibus dies termini debeat computari, & non computari in termino iuxta noſtros Aragoniæ foros, & in aliis Coronæ per Concordiam Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Conuenarum, cum qua currunt, ſeſéque gubernant in illis Regnis.

12 Et licèt prædicta concluſio repugnantiâ videatur habere; cùm Logica doceat non poſſe ſimul duas contradictorias veras eſſe in eodem ſubiecto, nec ſimul falſas; cùm reſultet ex principio methaphyſico, eandem rem ſimul eſſe, & non eſſe: quod ſequeretur ſi duæ contradictoriæ eſſent ſimul veræ, vel falſæ: verùm licèt ita ſe habeat prædicta Logicæ propoſitio, locum ſibi non vendicat, quando illæ duæ propoſitiones negatiua, & affirmatiua ſunt circa diuerſos reſpectus; quia tunc apprimè verificari poſſunt, vt (nemine dempto) docent omnes Logici.

13 Quo ſic ſuppoſito, dico ad noſtrum intentum rectiſſimè verificari poſſe in contentionibus, diem termini computari, & non computari in termino: enimverò cùm dies naturalis conſtituatur ex viginti, & quatuor horis, & terminus ad decidendas contentiones currat de momento ad momentum, vt iam diximus, ſintque continui & ſine aliqua momentanea interpolatione, taliter, quòd die feriatâ pronunciari debeat, vt dicemus *infrà quæſt. ſequenti*, & expreſsè diſponitur *in Foro, Porque las perſonas* 5 *ſub tit. de competent. Iuriſdict. fol.* 52. & ad eum Portoles *in comment.num.*5. & ad *dictum forum* 1. *eodem tit. num.* 23. conueniúntque omnes.

14 Sequitur exinde, quòd ſi intimatio contentionis fiat Arbitris, vel Cancellario v.g. ponamus, quòd contentio fuit formata, & intimata die decimâ Menſis Ianuarij, horâ vndecimâ ante meridiem, quæ quidem vndecim horæ antecedentes propriè ſunt ipſius diei decimi; & hæ quidem non computantur in termino ad effectum, vt concludatur, &

ſpiret

Digitized by Google

ſpiret die decimâ Februarij ad duodecimam horam noctis, ſed terminatur die decimâ menſis ſequentis in eadem hora vndecima; at verò cæteræ tredecim deficientes vſque ad complementum diei, in quo tempus cœpit currere computatur in termino; taliter, quòd ſi contentio differatur ad minimam ipſius partem, pro Eccleſia declarata cenſeatur, ex eo, quòd illa pars ſubſequens intimationi computatur in termino; & exinde oritur, non dari repugnantiam quòd dies termini contentionum computetur, & non computetur in termino, cùm ſit circa diuerſum tempus, & reſpectum.

15 Ex quibus prædicta reſolutio foueri poteſt in noſtro Regno ex vſu, & praxi, quā vidi ſemper ſtylari in plutibus proceſſibus, dum munus Cancellarij exercui, & ex aliis anteceſſorum meorum, ſimilitérque in præſentibus; videlicet, quòd Notarius actuarius proceſsûs inſtrumentaliter notificans contentionem Cancellario inferens in ipſo proceſſus intimationem & ſpecialiter teſtificans illam cum particulari annotatione, & expreſſione menſis, diei & horæ.

16 Et licèt Petrus Molinus *in ſua praxi iudiciali Regni Aragonum ſub titulo, Proceſſo de la competencia de iuriſdicion, verſ. todo loqual &c. fol.* mihi 404. *colum.* 2. Et Portol. *ad dictum forum* 1. *num.* 31. ſolùm aduertant, quòd talis intimatio contentionis fieri debeat per Notarium actuarium ipſius, qui in proceſſu relationem facit, qualiter tali die ſe intimaſſe Cancellario illam competentiam; ſed de hora nihil ſpecificant; verùm licèt illi non dicant, ego quidem fidem facio, omnéſque ſcribæ actuarij contentionum atteſtari poſſunt de tali praxi, & annotatione horæ ſpecificæ, imò de ſtatu in quo reperitur ad primum, ſecundū, vel tertium vel quartum horæ; de quo plura poſſem exemplaria adducere, quæ conſultò omitto, cùm ſit luce meridianâ clariùs, vt patet *ex ritu proceſſuum actitatorum.*

17 Sed vt *proximè* dicta, ad metas iuris, & noſtrorum fororum reducamus, breuitate, & conciſione, quâ potero (licèt ſit valde diffuſus articulus) reducere conabor. Eſt ergo ſupponendum, quòd dictus Forus primus de anno 1528. *ſub titulo de las competencias de las Iuriſdictiones, fol.* 51. *colum.* 2. decreuit per hæc verba. *Que el Canceller pronuncie la competencia dentro de treinta dias contaderos del dia, en que fueren cumplidos à los Arbitros aſsignados, &c.* & cum eadem verborum contextura vltimus Forus editus Montiſſone de anno 1585. *ſub tit. de Cancellario competentiarum fol.* 4. addidit alias quinque taliter, quòd ſicut ante ipſum in Aragonia, ſicut & in cæteris Regnis Coronæ ſolùm erant triginta ab illo tempore vſque ad præſens, in noſtro ſunt triginta, & quinque.

Et in ambobus foris legitur illa particula, *Deſde el dia* &c. quæ quidem inducit excluſionem antecedentis temporis, & incluſionem futuri, & ſubſequentis ab illo tunc; nam quoties apponuntur illæ propoſitiones *A*, vel, *ex*, veluti; *à die*, vel, *ab hora*, aut, *ex die*, & *hora* &c. ſunt omnino excluſiuæ temporis anterioris, & incluſiuæ futuri; vt docent Magon. *deciſ. Florent.* 8 *num.* 7. *verſ. & maximè ſi terminus* &c. Alexander *conſ.* 42. *n.* 5. *lib.* 3. Polidorus Ripa *de tempore nocturno, c.* 63. *à n.* 42. *cum ſeq. & c.* 5. *n.* 45. Vbi cum multis probat, quòd dictio *A die*, vel, *ex die*, idem ſignificat, quod *poſt diem* &c. Et innumeros referens Barboſa *de dictionibus vſu frequentibus, dict.* 1. *num.* 1. *&* 6. *cum ſeq.* & *dict.* 115. *num.* 14. vbi cum aliis reſoluit propoſitionem, *ex*, appoſitam *diei*, eum excludere, & cum Scaccia *de appellat. q.* 12. *num.* 57. concludit, excludere diem, à quo; vt non computetur; Quibus iunge noſtrum Sueſues *in Centur. tom.* 1. *conſ.* 15. *à n.* 4. *vſque ad* 10. qui multa congerit ad intentum. 18

Et ſicut excludit tempus antecedens, quod includit ſubſequens, probari poteſt argumento *textus in l. cum qui* 138. *in principio ff. de verborum obligationibus*, & *ex gloſſa inſl. vbi Lex ff. de regulis iuris, & in cap. quiſquis verbo, ex ea,* 4. *quæſt.* 5. & patet etiam ex alia celebri *gloſſa in Clementina* ſicut *verbo, à die, de appellat.* Quarum auctoritate ita tenet Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſa* 11. *n.* 18. *&* 22. qui latè agit de hoc articulo optimè Sueſues *in dicto conſ.* 15. *num.* 6. *&* 7. vbi alios allegat. 19 20

Quod quidem ſecuriùs procedit, quando terminus deſignatur ſub illis præpoſitionibus *A, Ab, ex*, veluti, *à die, ex die* &c. vt in ſpecie *dicti fori primi*, ibi: *contaderos deſde el dia*, &c. quia tunc indubitanter dies termini non computatur in termino; vt cum pluribus reſoluunt Tiraquel. *in dicta gloſſ.* 11. *n.* 51. Magon. *in dicta deciſ. Florentina* 8. *n.* 27. *&* 28. 21

& 28. ergo rectè infertur ex hac doctrina, quòd *ex verbis dicti fori primi* horæ antecedentis diei, in quo facta fuit intimatio contentionis, non debeant in termino computari, ſed ſint reſarciendæ ex die vltimo ſequenti ab vltimo, in quo terminus triginta & quinque dierum finiretur, facto calculo, non ab initio diei, ſed ab hora in qua contentio fuit intimata.

22 Hóeque multò magis procedit, quando terminus non proſtituitur ab actu intimationis. Sed à die intimationis (vt in præſenti) quia ſi ab actu fieret, facilius computatio numeraretur de momento ad momentum, cùm ex ipſo actu acciperet fomentum, & primævam ſuam fixam originem; qui quidem ſumi non poteſt, quando terminus ſtatuitur *à die*, vel *ex die*; enimverò cùm iſte conſtet ex viginti quatuor horis (vt iam diximus) non poteſt fixè ſumere initium in hac, vel in illa; & ita reſoluunt Baldus, & Felinus *in cap. ego N. colum. 1. de iure iurando*; & multos allegans, more ſolito, Tiraquel. *in dicta gloſſ.* 11. *numero* 24. Magon. *in dicta deciſion.* 8. *numero* 28. cùm igitur in noſtro *foro primo*, terminus diffiniatur, non ab intimatione actûs, ſed à die ipſius intimationis; ſequitur, quòd terminus currit phyſicè, & realiter ab eo inſtanti, non verò à die toto antecedenti; & conſequenter rectè innuitur, vt illa pars præcedens diei non comprehendatur in termino, bene tamen ſubſequens, ipſiúſque finem accipiet in vltimo inſtanti horæ diei correſpondentis ad vltimum complectentem trigeſimum quintum.

23 Et tandem pro complemento aduertere libet, quòd illa quæſtio, ſi dies termini computetur in termino in genere ſumpta, locum ſibi vendicat tantùm in terminis diſpoſitionem hominum, ſed omnino ceſſat, & excluditur in terminis, vel dilationibus legalibus, quæ ab ſtatuto, vel lege proſtituuntur (vt in noſtra ſpecie quæ-

24 ſtionis) quia tunc dies termini non computatur in termino, niſi pro ea parte, pro qua tempus legale declarat; vt voluerunt Baldus *in l. eos §. ſi autem, colum. 2. verſ. aut non procedit*, cod. de appellat. Cardinalis. Alexander *in cap. ſuper eo, colum. 4. limitat. 5. eodem titulo de appellat.* quos refert, & ſequitur Tiraquel. *in dicta gloſſ.* 11. *numero* 59.

Præcipuè cùm tempus à lege ſtatutum ſit continuum, & currat de momento ad momentum; tunc enim non habet oculos retrò, ſed ad futurum, in quo voluit præſcribere, formam numericam, arithmeticam, & ſpecificam, vt mathematicè, & non methaphyſicè terminaretur, & vltimum finem conſequeretur in reali, & vltimo termino ab ipſa lege, & ſtatuto deſignato: ergo cùm habeamus expreſſam diſpoſitionem legalem *in dicto foro* 1. & *in dicta concordia Reginæ Cleonoræ* cum deſtinatione termini dierum, computatio debet fieri ab eo momento, à quo actus intimetur ad futurum tempus mathematicum, & reale, taliter, quòd ad retro oculos non habeat. 25

Ex quibus hanc quæſtionem cum prædicta præciſione reſoluendam fore cenſeo, ſaluo in omnibus meliori iudicio, cui libens, & lubens, ſpontéque me ſubiicio, nam neminem vidi, qui ita ſpecificè præſcindat, diſtinguat, & reſoluat.

QVÆSTIO LV.

Cancellarius an poſſit declarare contentionem in diebus feriatis?

SVMMARIVM.

Tempus datum pro decidendis contentionibus eſt continuum, & currit de momento ad momentum. n. 1.

Contentionis declaratio an fieri poſſit diebus feriatis. n. 1.

Feriæ in honorem Dei inſtitutæ obſeruandæ ſunt ex diſpoſitione iuris diuini. numero 2.

Sabbata in honorem Dei dicata, celebranda ſunt ſtrepitu forenſi. numero 2.

Actus forenſes, aut contentioſæ iuriſdictiones prouiſi in diebus feriatis ſunt nulli, & irriti. n. 3.

Dies feriati in honorem Dei taliter, ſunt obſeruandi, vt actus forenſes non exerceantur, qui fieri non poſſunt, etiam

ex partium conſenſu. numero 4. & 28.

Actus iudiciales, facti, non ſolùm in diebus feriatis, in honorem Dei, ſed in feriatis per legis, aut ſtatuta particularia, vel ex conſuetudine ſunt nulli, & inualidi. numero 5.

Ius naturale eſt immutabile, nec per inferius poteſt reuocari. n.6. intellige vt 19. & ſequent.

Cancellarius non poteſt declarare contentionem iuriſdictionis in diebus feriatis. num.6.

Sed contrarium eſt verius. num.7. & ſequent. & 15.

Cancellarias in omnibus Regnis Aragonum poteſt declarare contentionet in quibuſcunque diebus feriatis à iure, vel ab homine. numero 7. & 15.

Sententiam non poteſt iudex proferre in diebus feriatis. num. 8. intellige vt ibidem & ſeq.

Iudex poteſt actus iudiciales exercere in diebus feriatis ſine incurſa nullitatis, ſi actio, vel inſtantia, aut res eſſet peritura. num.8.

Inſtantiam perituram dicimus, quando per breue tempus, ſine legali prorogatione declarari debeat. n.9.

Iudex ſindicatus, vel reſidentia poteſt procedere in diebus feriatis ſine incurſione nullitatis. n.10.

Licitum eſt, in diebus feriatis actus forenſes exercere ſine incurſione nullitatis, ſi vtilitas publica ſequatur. numero 11.

Contentiones, quòd poſſint declarari per Cancellarium in diebus feriatis, reſpicit vtilitatem publicam. numero 12.

Tempus datum Cancellario ad decidendas contentionet eſt continuum, & currit de momento ad momentum, in cóque comprehenduntur dies feriati. numero 13.

Cauſa pauperam, & miſerabilium terminari, & decidi poſſunt in diebus feriatis. num.14.

Carcerati pauperes numerari poſſunt inter miſerabiles perſonas. n.14.

Feriati dies non impediunt, vt Cancellarius in illis contentionem declaret. num. 15.

Feria in honorem Dei dicata tolli non poſſunt ſtatuto, aut conſuetudine, ita vt in eis actus forenſes fieri poſſint. n. 16.

Fallit, & intellige, vt num.17.

Ius naturale, & diuinum ſunt immutabilia per inferiora iura, gentium, vel ciuilia. num.18.

Iura naturalia quandoque abrogata videntur per ius gentium, vel ciuile. n. 19. intellige, vt n.21. & ſeq.

Captiuitas, & ſeruitus originem ſumpſerunt à iure gentium. n.19.

Omnes homines de iure naturali liberi naſcuntur. num.19.

Nemo cum alterius iactura locupletari poteſt. num.20. intellige, vt n.21.

Præſcriptio videtur contraria iuri naturali. numero 20. intellige, vt num. 21. & ſequent.

Seruitus, captiuitas, & præſcriptio non repugnant iuri naturali, ſed ei fauent. num.21. & ſeq.

Bella & ſeditiones originem ſumpſerunt ex hominum praua natura, & ex illis neces, & diſturbia ſeqaebantur, & vt euitarentur, introducta fuit ſeruitas, & captiuitas. n.22. & 23.

Multa admittuntur propter bonum publicum, & quietem vniuerſalem, quæ aliàs non concederentur. n.24.

Vſucapio, & præſcriptio introducta ſunt à iure ciuili propter bonum commune, & quietem publicam, ne rerum dominia eſſent in incerto. n.25.

Præſcriptio introducta eſt ob quietem publicam, vt finis litibus daretur. numero 25.

Vſura de iure ſunt reprobatæ, ſi tamen ad eius obligationem accedat iuramentum ſolui debent, quamvis poſteà repeti poſſint. n.26.

Medium declarandi contentionem per Cancellarium in Regnis Coronæ Aragonum introductum fuit propter bonum commune ad maiora damna vitanda. n. 27.

Cancellarius poteſt formare proceſſum contentionis in Regnis Coronæ Aragonum, etiam in diebus feriatis. n.28. & 29.

Sententiam de nocte non debet Iudex proferre. n.30. fallit quando in iudicio proceditur, attentâ veritate, & iuris ordine non ſeruato. n.31.

Cancellarius poteſt pronuntiare contentionem, vel die, vel nocte in quacunque hora termini dati ad declarandum ſicut alij Iudices procedenter, attentâ veritate, & iuris ordine non ſeruato. num. 30. & 31.

Nocturno tempore poſſunt Iudices ſententiam ferre, ſi procedant, attentâ veritate, & iuris ordine non ſeruato. n.31. & 32.

Diximus

1 Diximus *ſuprà in quæſtione antecedenti numero* 13. (vt eſt notum per noſtras leges) quòd tempus datum Arbitris, & Cancellario reſpectiuè in ſuis caſibus, pro decidendis contentionibus, eſſe continuum, curreréque de momento ad momentum; ex quo reſultat dubium propoſitæ quæſtionis; nam cùm ita ſe habeat, quæritur, an pro-
2 nunciatio fieri poſſit in diebus feriatis? cùm enim videamus, de iure diuino ferias inſtitutas in honorem Dei præciſè, & neceſſariò obſeruandas eſſe, dicente, & præcipiente Domino, *ſabbata celebrari debere*, vt patet *ex cap.* 1. *diſtinction.* 1. & docent Tiraquell. *in tractat. de priuilegiis piæ cauſæ, priuileg.* 156. *ad finem*, & latè noſter Suelues plura cumulans *tom.* 1. *in centur. conſ.* 79. *numero* 8. *& ſequent.*

3 Et exinde omnes actus forenſes, aut contentioſæ iuriſdictionis facti, & celebrati diebus feriatis in honorem Dei, & Sanctorum, ſunt nulli, & irriti, vt ex iuris diſpoſitione reſultat *ex l. ſi feriatis ff. de feriis, & l.* 2. *l. omnes Iudices l. dico feſtos cod. eodem tit. de feriis* in quo conſentiunt omnes DD. vt plures referens tradunt Suelues *in dicto conſ.* 79. & alios infinitos Cortiada *in ſua praxi contentionum, parte* 1. *deciſ.* 24. *numero* 56. *ad* 59. & ex errore librariorum allegat Suelues *conſ.* 29. & eſt 79. quibus iunge Fragoſum *de regimine Chriſtianæ Reipublicæ tom.* 1. *part.* 1. *libr.* 5. *diſput.* 14. *numero* 41. *verſ. iuuat Arbitrum, circa medium.*

4 Imò nec ex partium conſenſu fieri poteſt, vt patet *ex cap. conqueſtus, finali, de Feriis*, ibi. *Adeò conuenit ab huiuſmodi abſtinere, vt conſentientibus etiam partibus, nec proceſſus habitus teneat, nec ſententia, quam contingit diebus huiuſmodi promulgari, &c.*

5 Quòd adeò verum eſt, vt etiam talis prohibitio ſe extendat ad alios quoſcunque dies feriatos admiſſos ex conſuetudine, lege, vel ſtatuto generalibus, vel particularibus Ciuitatum Regnorum, & prouinciarum, aut alio quouis iure poſitiuo, de quo videre poteris D. Ioannem de Solorzan. *de Indiar. gubernat. tom.* 2. *libr.* 1. *cap.* 7. *à numero* 26. *& numero* 65. *cum ſequent.*

6 Maximè, quia ſi talis prohibitio originem ſumit à iure diuino, videtur dicendum, quòd neque ex lege canonica, ſeu ciuili, aut municipali, vel ex aliqua conſuetudine poſſit reuocari, aut honeſtari §. *ſed naturalia* 11. vbi communiter DD. *inſtitut. de iure naturali gentium, & ciuili*, & conſequenter, quòd Cancellarius nequibit declarare contentionem in diebus feriatis, ſaltem in illis, qui in honorem Dei ſunt dicati, de quibus fit mentio; & expreſſio *in dicto cap. finali de feriis.*

7 His tamen non obſtantibus, dicendum eſt ſine aliquo dubio, poſſe Cancellarium ſine periculo nullitatis pronunciare contentiones in quibuſcunque diebus feriatis, tam ex iure communi, quàm ex legibus municipalibus Ciuitatum, aut conſuetudinibus Regnorum ſtatutis, & obſeruatis, non ſolùm in noſtro Aragonum Regno, ſed etiam in aliis totius Coronæ.

8 Quæ quidem praxis iuri communi, canonico, & ciuili non repugnat; nam licèt prædicta regula in genere ſumpta ita ſe habeat, attamen fallit in pluribus caſibus, veluti ſi actio, ſeu inſtantia, vel res eſſent perituræ, & extinguerentur, vt patet ex *dicto capite, conqueſtus* vbi gloſſa *verbo, quibus*, & *verbo, neceſſitas, de feriis.*

9 Quod tunc conſideratur quando inſtantia per breue tempus omnino, & ſine aliqua prorogatione legali terminari debeat, vt reſoluit gloſſa finalis *in dicto cap. conqueſtus*, & poſt eam Gratianus *deciſione* 5. *in addit. numero* 5. qui plures allegat, Gail *libro primo, obſeruat.* 53. *numero* 13.

10 Et ita in cauſis Sindicatus, & reſidentiæ Iudicum procedi poteſt in diebus feriatis, vt plures referens docet Suelues *in dicto conſ.* 79. & in ſpecie Cancellarij, & denuntiatione Locumtenentium D. Iuſtitiæ Aragonum patet ex *foro* 5. *de Competentia Iuriſdictionis*, & ex *foro*, E, *porque* 8. *ſub titul. forus inquiſitionis in fine*, & ipſe Suelues *ibidem numero* 7. concludit prædictam reſolutionem iuri communi conformem eſſe.

11 Cuius rationem adduxit ex pluribus ab eo allegatis, videlicet, quia in prædictis, & aliis ſimilibus caſibus conſideratur, & verſatur vtilitas publi-

ca, & commodum vniuerſale, quod anteponi debet aliquibus actibus, qui licèt ſint vtilitatis, & deuotionis, non tamen ſunt tam proficui ad gubernium publicum, & conſeruationem pacis, ac tranquillitatis; & cum omnia
12 prædicta in declaratione contentionis facienda per Arbitros, aut Cancellarium in ſuis caſibus reſpectiuè, reperiantur: tum & etiam, nam tempus eſt breue, & exiguum, hócque medium ſit introductum propter bonum commune, & quietem publicam (vt dicemus *infrà numero* 27.) meritò reſoluendum eſt, poſſe contentionem declarari in quibuſcunque diebus feriatis.

13 Prætereà, quia tempus ad decidendas contentiones eſt continuum, & currit de momento ad momentum (vt latè diximus *ſuprà in quæſtione antecedenti.* Sed ſic eſt quòd quando tempus ita attribuitur, dies feriati in eo inueniuntur, & faciunt numerum, vt docet gloſſ. *in Clementina vnica, de reſtitutione in integrum*; & alia gloſſ. *in l. finali cod. de temporibus in integrum, &c.* noſter Portoles *in ſcholiis ad forum* 5. *ſub tit. de Competent. iuriſdiction.* Poſtius *de manutentione, obſeruatione* 84. *numero* 36. Ergo in Cancellario ita procedere debet.

14 Rurſus & tertiò ponderari poteſt, quòd cauſæ pauperum, & miſerabilium perſonarum agitari, & terminari poſſunt diebus feriatis propter pietatem, & commiſerationem illis debitam, vt alios allegans reſoluit Portoles *vbi proximè ad dictum forum* 5. *numero* 10. Nouatium *tom. 2. graua.* 187. *numero* 6. Sed ſic eſt, quòd, vt contentio formari poſſit, debet Reus, captus exiſtere in carceribus, (vt diximus *ſuprà quæſt.* 53.) captúſque in carceribus inter miſerabiles perſonas computetur; ergo gaudere debet priuilegio miſerabilium.

15 Tandem, & quartò ponderari poteſt, quòd ita per noſtros foros Aragoniæ expreſsè cautum reperitur, vt patet *ex foro* 5. *ſub tit. de content. iuriſdict.* qui ita ait: *Porque las perſonas, que eſtan preſas por juezes incompetentes, no ſean con luengas priſiones vexadas con prolixidad del tiempo del proceſſo de la Competencia, ſu Alteza de voluntad de la corte declara, que los dias, y tiempo de la competencia ſean continuos, y corran aſſi en tiempo de vacaciones, como de qualeſquiere otras fieſtas à los Arbitros, y Canceller, &c.* & ita reſoluunt Bardaxi, & Portoles *in ſcholiis ad eundem forum numero* 9. & Suelues *in dicto conſ.* 79. *num.* 6.

Quod idem in Cathalonia ex an- 16
tiquiſſima conſuetudine etiam ſtilatur, & admittitur, vt teſtantur Ferrer *part. 2. obſeruation. cap.* 88. Peguera *in practic. criminal. cap.* 26. *verſ. poſſet etiam dubitari, &c.* qui, Auctorum illius Regni, tam de antiquo, quàm ad præſens infinita exemplaria congerunt, eſſéque prædictam praxim luce meridianâ clariorem, & conſequenter admittendam, non tamen generaliter in omnibus, & quibuſvis cauſis, & caſibus, ſed in aliquibus ſpecialibus propter bonum commune, & vtilitatem publicam.

Et cum hac limitatione reſponde- 17
tur Tiraquello, qui alios plures allegat *in tractat. de priuilegiis piæ cauſæ priuileg.* 156. & Parladorio *libr. 2. rerum quotidianarum part.* 5. §. 4. *numero* 5. aliiſque tenentibus ferias in honorem Dei ſtatutas auferri non poſſe ſtatuto, aut lege particulari, quia ipſorum doctrina locum tantùm habet in abdicatione, vel abrogatione abſoluta, & generali feſtorum; non verò in aliquibus caſibus, vel cauſis propter bonum publicum introductis; & latiſſimè probat Cortiada *in ſua praxi contentionum tomo* 1. *deciſion.* 24. *à numero* 53. *vſque ad* 69. vbi prædicta quatuor fundamenta diffusè extendit, quæ quidem ex Portoles, & Suelues *vbi ſuprà* fuit mutuatus; & licèt ſatis concludenter videantur probare intentum, addere tamen decreui & aliud à me excogitatum, cum quo, meo paruo videri, adæquatè ſatisfiet his, quæ *in initio huius quæſtionis* pro contraria opinione ponderauimus.

Supponendum eſt ergo, vt ad cor- 18
roborationem prædictæ reſolutionis deueniamus, quòd iura naturalia, & diuina nequeunt mutari per inferiora iura gentium, & ciuilia, vt patet ex *dicto* §. *ſed naturalia inſtitut. de iure naturali gentium, & ciuili* éſtque apud omnes in confeſſo; ſed eo tamen non obſtante, aduertimus, & habemus plures leges iu-

ris

Digitized by Google

ris gentium, & ciuilis ex diametro ſe opponere, & repugnare videri iuri naturali, & diuino, hæcque iura ſuprema temperata, & extincta exiſtere per inferiora, vel ſaltem limitata.

19 Exemplum erit in iure gentium ex quo originem ſumpſit ſeruitus, & captiuitas §. *Ius autem gentium*, *inſtitut. de iure naturali gentium, & ciuili*; cùm de iure naturali omnes libri naſcantur §. 1. *&* §. *ſeruitus*, vbi gloſſa, *verbo*, *libertas*, & *verbo*, *contra naturam inſtitut. de iure perſonarum*, & expreſsè patet, *ex* §. 1. *inſtitut. de libertinis*.

20 Cui exemplo adhæreri poteſt, quòd de præſcriptione ſtatutum reperitur in iure canonico, & ciuili, vt patet *ex l. duodecim tabularum*, & *ex l. Imperatoris Iuſtiniani*, *in principio inſtitut. de vſucapionibus*, *& longi temporis præſcriptionibus*. Cùm tamen videamus iuri naturali repugnare aliquem cum alterius iactura locupletari; quo tamen non obſtante, ſi quis legitimè rem præſcripſit cum titulo, bona fide à iure ciuili ſtatuto, etiamſi non ſit verus dominus, conſequitur reale dominium, eóque priuat, & excludit eum, qui verus eſt dominus, taliter, quòd non poteſt recuperare rem, ſed imò repellitur ope exceptionis & præſcriptionis legitimæ; & tamen in dictis caſibus, & aliis ſimilibus præualet ius inferius: ergo ius naturale, & diuinum eſt mutabile.

21 Cui difficultati ſatisfit aduertendo, quòd tam captiuitas, ſeruitus, & præſcriptio introductæ ex iure gentium, & ciuili, non ſolùm repugnant naturali, ſed imò potiùs iſtud illis fauet, & adhæret, quærendo media, quibus conſeruentur.

22 Enimverò cùm ex hominum vſu, & communicatione, noſtra praua natura, bella, & ſeditiones introduxiſſet, & ex eis ſequeretur, quòd vltrò, citróque ipſi homines necarentur exercentes innumeras feritates; vt patet, *ex dicto* §. *ius autem gentium inſtitut. de iure naturali gentium*, *& ciuili*.

23 Exinde ius gentium ad vitandas tales inhumanitates introduxit captiuitatem, ex qua excuſabantur neces, cæteræque crudelitates maiores, cum hoc temperamento; & ideò ampliàndo, extendendo, vel interpretando ius naturale, non verò contradicendo:

24 aut repugnando, introduxit ius gentium captiuitatem, quam conſonam eſſe iuri naturali, ſuadetur, quòd diſponit, vt ex duobus malis inexcuſabilibus, eligatur, quod minùs lædit, præcipuè quando tendit, & cedit in vtilitatem, & commodum, ſeu bonum publicum, & quietem vniuerſalem, quia tunc multa conceduntur, quæ aliàs, nec concederentur, nec admitterentur; vt cum aliis probaui *in meo tract. de Intruſione*, *quæſt.* 15. *numero* 25. *& quæſtion.* 84. *numero* 4. *&* 5. & *in meo Paſtor. regul. part.* 1. *clauſ.* 5. *numero* 40. *&* 41. & *part.* 2. *quæſt.* 3. *numero* 28.

Et ex eodem motiuo introducta fuit vſucapio, & præſcriptio, ſi enim non exiſterent, rerum dominia in incerto eſſent, vt decidit Iuſtinianus *in principio inſtitut. ſub tit. de vſucapionibus*, *& longi temporis præſcriptionibus*, & *in aliis iuribus*; tum, & etiam, vt aliquis eſſet litibus finis *l. finali ff. pro ſuo*: ex quo bonum publicum, & quies vniuerſalis, pullulat, & ſequitur, vt dicit textus *in lege* 1. *ff. de vſucapionibus*: ſi enim ita non eſſet, quotidie orirentur inter homines infinitæ lites, & diſcordiæ, prætendendo, & allegando rem per longum tempus ab altero poſſeſſam, eſſe ſuam, vixque aliquis verus Dominus reperiretur, qui expoſitus non exiſteret, vt moleſtaretur præuertendo pacem, & quietem publicam, quod eidem iuri naturali ſummopere repugnat, & exinde ius ciuile ad illius conſeruationem, & iuxta ipſius mentem introduxit præſcriptionem. 25

Idem dicendum eſt de aliis ſimilibus caſibus, veluti de vſurarum ſolutione, quæ quidem omni iure reprobatæ omninò videntur, & ſi fuerint iuratæ ad maiora damna vitanda, de iure ciuili propter bonum commune ſoluendæ ſunt, quamvis poſtea repeti poſſint, vt dixi *in meo tract. de Intruſione*, *quæſt.* 84. *n.* 5. 26

Quibus ſic breuiter, & conciſè annotatis, ita ad noſtrum intentum propono meum fundamentum: Certum eſt enim quòd, antequam hoc medium declarandi contentiones per Arbitros, vel Cancellarium eſſet excogitatum, plura ſcandala, & iurgia experiebantur; nam quælibet Curia contendens, conabatur omnibus mediis, & modis ſuam defendere, & tueri prætentionem vſque adeo ad arma, & vim 27

deuenerint; vt patet ex his, quæ diximus *ſupra quæſt. 1.& 2.* ad quod obuiandum propter bonum commune, & quietem publicam tale medium fuit animaduerſum, & admiſſum, vt diximus *ſuprà quæſt. 2. à num. 20. & ſequent.* & vt faciliùs conſequeretur, diſpoſuerunt noſtri maiores, vt fierent breuibus, & continuis diebus, qui currerent de momento ad momentum, propter vtilitates, & conuenientias, quæ Reipublicæ & contendentibus ſequebantur, vt annotauimus *ſuprà quæſtione 3. numero* 10. *&* 11.

28 Et licèt dies Dominici, & alij dicati in honorem Dei, in omni iure faciant ſilere omnes, & quaſcunque diſpoſitiones forenſes; attamen non contradicendo, nec repugnando illi, ſed imò ad ipſius maiorem conſeruationem, & efficacius fomentum, ſicut in captiuitate, & præſcriptione admittitur, eodem modo diſpoſitum eſt, vt Cancellarius poſſit, & debeat (ſi tempus concluditur, vel aliàs iudicauerit expedire) declarare contentionem etiam in diebus feriatis, ſimilitérque in eiſdem formare proceſſum, facerèque quidquid ad continentiam cauſæ, ipſiúſque concluſionem oportuerit.

29 Ex quibus concludendum eſt, tam ex fundamentis iuridicis *ſuprà* propoſitis, quàm ex vſu, & ſtylo, ac praxi omnium Regnorum noſtræ Coronæ, poſſe Cancellarium ſine incurſione nullitatis decidere, & declarare contentiones in diebus feriatis.

30 Et ſimiliter in quacumque hora termini eidem præſcripti, ſiue die, vel nocte propter rationes, & motiua, *ſuperiùs* adducta, quidquid de iure videatur reſultare, quòd ſententia de nocte ferri nequeat *ex l.2.§.Magiſtratibus ff. de origine iuris capit. conſuluit. de officio delegati*, vt tradunt noſtri Portoles *in ſcholiis ad Molin. verbo ſententia, numero 7. & 8.* Suelues plures allegans *in dicto tomo 1. Centur. conſ. 79. numero* 17. quos cum aliis repetit Cortiada *vbi ſuprà in dicta deciſione* 24. *à n.*69.

31 Nam hæc regula fallit quoties in iudicio proceditur, attentâ veritate, & iuris ordine non ſeruato, vt ex Cabalcano *de brachio Regio part. 4.numero* 293. & *part. 2. numero 77. in fine*, & Cal. *de modo articulandi, gloſſ. 3. numero* 58. Menochio *de Arbitrariis lib. 1. quæſtion.* 62. Burgio *de modo procedendi ex abrupto quæſtion. 25. numero 24. & 25.* docet Suelues *vbi proximè numero* 18. & relato cum eiſdem ab eo allegatis, Cortiada *ibidem num.*73.

Et quamuis Suelues non loquatur 32
in terminis Cancellarij, ſed Iuſtitiæ Ganateriorum; attamen idem iudicium in vtroque caſu efformandum eſt ſicut & etiam in aliis quibuſvis cauſis, & inſtantiis, in quibus proceditur citra iuris ordinem, & ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam. Vnde cùm Cancellarius in Regnis Aragonum, & Cathaloniæ, ita pronunciare teneatur (vt ſæpè diximus) non eſt mirum, nec à iure alienum, vt etiam de nocte poſſit declarare contentionem, in qualibet hora comprehenſa in termino præſcripto, ad faciendam pronuntiationem, vt me citato, cum aliis tradit Cortiada *in dicta deciſ. 24. numero* 9. qui *à numero 72. ad 75.* latè agit de hoc articulo, & ante eum Suelues *in dicto conſ. 79. à num. 17. vſque ad finem*; apud quos videre poteris.

QVÆSTIO LVI.

Contentio ſi formari non poſſit quia dies ſunt feriati, & non regitur Curia, quid agendum ſit?

SVMMARIVM.

Cancellarius poteſt declarare contentionem in quibuſcunque diebus feriatis. numero 1.

Contentio an formari, & inchoari poſſit in diebus feriatis. numero 2.& 10. cum ſequent.

Iuriſconſultus non debet hærere in reſolutione caſus, vel dubij occurrentis ex eo, quòd nullus in ſpecie illum decidat. num. 2.

Contentio iuriſdictionis ſi veniat formanda tempore feriarum, quid agendum ſit. numero 3. & an recurri poſſit ad Bancum Regium num. 4.& 5.

Conſeruatores Iudices aſſueſcunt procedere ſatis celeriter, volentes ſe extendere in ſua iuriſdictione in his, ad quæ non poſſunt. num. 4.& 5.

Iuriſdictio conſeruatorum ſolùm habet locum in propulſandis notoriis, & manifeſtis iniuriis, & violentiis. numero 6. aliàs procedit, vt priuatus, ſicut, &

etiam

Digitized by Google

etiam ſi non habeat qualitates requiſitas per nouiorem Bullam Gregorij XV. num.7.

Conſeruatores vt ſint legitimi, & hodie procedere poſſint, debent habere qualitates expreſſas in Bulla Gregorij XV. qua abrogauit omnes antecedentes. numero 8.

Contentio iuriſdictionis non poteſt formari tempore feriarum. num. 9. *&* 10. *ſed contra. n.*11. & ſeq.

Contentio iuriſdictionis quomodocumque exorta, formari poteſt in quibuſvis diebus, feriatis. numero 11. *&* 12. cum ſequent.

Ratio eadem vbi viget, debet, & etiam vigere eadem iuris diſpoſitio. numero 12.

*Contentio iam inchoata, ſicut diebus feriatis declarari poteſt, ita & etiam de nouo intentari. num.*13.

*Medium declarandi contentionem iuriſdictionis in Regnis Aragonia introductum fuit propter bonum commune, & quietem publicam. num.*14.

*Iudices tenentur pauperibus ſubuenire, & prouidere, quæ ſunt fouentia, ſicut & etiam miſerabilibus perſonis, etiam tempore feriarum. num.*15.

Contentio vt formari poſſit debet captus exiſtere in carceribus detentus. numero 16.

Carceratus maximam experitur miſeriam. num. 16 *&* 17.

Carcer eſt mala manſio, & ſpecies ſeruitutis. num. 16. & 17.

*Carceratus reputatur inter miſerabiles perſonas. num.*17.

*Dies feriati in tempore æſtiuo, ſolent eſſe menſes Iuly, & Auguſti. num.*17.

Carceratio iniuſta eſt grauamen irreparabile, quia quotidie grauat. numero 18.

Dies feriati non impediunt, vt cauſæ alimentorum, aut dationis tutoris, vel vel Curatoris actitari non poſſint. numero. 19.

Tempus feriarum non attenditur in cauſis publicis, & fiſcalibus, in quibus cauſa intentari, & proſequi poteſt. numero 20.

*Dies feriales non ſunt attendendi in cauſis publicis pertinentibus ad vtilitatem, & bonum regimen Reipublica, tam principaliter, quàm ſecundariò, ne in illis cauſa tractentur. n.*21.

Vtilitas publica verſatur, vt Cancellarius intra tempus breue, à noſtris foris eidem conceſſum, declaret contentiones. n. 22.

Curia volens formare contentionem in diebus feriatis debet inſtare, moleſtare, & requirere aliam Curiam, & ſi intentum non conſequatur, poterit expedire ſuas literas iuxta ſtylum temporis non feriati.

Diximus *in quæſtione antecedenti* poſſe Cancellarium declarare contentionem in quibuſcunque diebus feriatis, tam à iure ſtatutis in honorem Dei, quàm in aliis quibuſuis ex diſpoſitione hominum ordinatis, & declaratis, & hoc non ſolùm diu, verùm etiam noctu, modò ſuccedit inquirere, quid agendum ſit ſi occurrat caſus pro formanda contentione tempore feriarum, an poſſit inchoari, vel ſit expectandum donec feriæ concludantur. 1

2 Et reuera, cùm neminem viderim, qui in ſpecie de hoc articulo quæſtionem ſpecialiter exagitet, iuſtè poſſem me detinere, ne illam exararem, vt alij peritiores, & doctiores illam ventilarent: fretus autem ex his, quæ dixi *in meo Paſt. Regul. part.* 3. *vot.* 8. *num.*11. *&* 12. ex doctrina Decij *in cap. cum in cunctis in principio numero* 32. *de electione*, quem allegat, & ſequitur Loterius *de re beneficiaria lib.* 1. *in apparatu*, qui reſoluunt non debere hærere iuriſperitum in reſponſione, & deliberatione quæſtionis, vel dubij occurrentis, etiamſi aliquem non reperiat, qui in ſpecie decidat, cùm ex legitimis fundamentis, ipſe fretus reſoluere queat.

3 Et præſentem quæſtionem non carere difficultate, patet ex his, quæ tradit Ripol. *lib.* 1. *variarum reſol. cap.* 1. *numero* 65. *& de Regaliis cap.* 11. *numero* 67. *& ſequent.* qui ſe refert *ad dictum cap.* 1. vbi diſputat, quid agendum ſit, ſi tempore feriato, in quo negotia, & aliqua non actitantur in Regiis Audientiis, & Curiis, eueniat caſus, in quo ſit neceſſarium contentionem formare. *Et in dicto numero* 56. refert quandam nouam praxim, quæ nouiter ex ſuo conſilio fuit adinuenta, felicémque exitum habuit, & poſtmodum fuit admiſſa, & approbata.

4 Species ita ſe habuit, quòd quidam conſeruator Religionis Sancti Ioannes Hyeroſolimitani moleſtabat quendam laïcum Baronem, vt ex certis terris ſolueret decimas Commendatariis de territorio Baroniæ, cùm ad ipſos pertinerent, ſed contra Baronem, præten-

debat ſuas eſſe, & ad ſe pertinere, illáſque ſemper collegiſſe, & cum tali poſſeſſione exiſtere; hoc non obſtante, Conſeruator ad vlteriora procedere volebat, non ex mediis iuridicis, & ordinariis, ſed celeriter, (vt aſſueſcunt) minando cenſuras, & alia, quæ minùs decentia videbantur, quod quidem accidit tempore quo Barcinone obſeruabantur feriæ Iulij & Auguſti, quæ ſemper vacant, ex quo dubium fuit; an poſſet Baro recurſum habere ad Bancum Regium.

5 In quo plures docti viri fuerunt voti, & opinionis, non eſſe locum ad Bancum Regium, niſi finitis feriis. Verùm cùm tempus vrgeret, nec Conſeruator vellet ſe continere (ait Ripol.) quæſiui medium, cùm quo detineretur, & certè ego non miror quòd illud exequeretur; nam multoties vidi aliquos Conſeruatores velle ſe extendere, necnon ſeſe præcipitare in ſuis prouiſionibus, & ex abrupto cenſuras promulgare, iuris ordine non ſeruato.

6 Et quod peius eſt, excedendo in ſua iuriſdictione, & ſibi attribuendo, quam non habent, cùm ſolùm locum ſibi vendicet in notoriis iniuriis, & manifeſtis violentiis; vt latè probaui *in meo Paſtorali Regular. part. 1. clauſ. 4. numero 3. & clauſul. 10. à numero 17. & ſequent. vbi numero 18.* reſolui cum pluribus, quòd ante aliquam prouiſionem debet ei conſtare de notoria iniuria, & manifeſta violentia, déque ipſarum qualitate, illis namque non exiſtentibus, procedit, vt priuatus, omninò carens iuriſdictione.

7 Et præterea habere debet requiſita, & qualitates, nominariqué cùm ſolemnitatibus declaratis, & decretis per S. M. Gregorij XV. in ſuo diplomate, ſeu Bulla ſpeciali reformatoria, ampliatiua, declaratiua, & diſpoſitiua modi, cum quo, quando, & quibus ſolemnitatibus, & requiſitis, ac etiam cauſis poſſunt Conſeruatores procedere, quæ quidem fuit conciſa ſub datum Romæ 20. Septembris 1621. eámque ad litteram inuenies *in dicto meo Paſtor. Regular. in initio*, iuxta quam

8 ac ad ipſius metas hodie procedendum eſt. Non ſe regulando ſecundùm diſpoſitionem Bonifacij VIII. *in cap. finali, de officio, & poteſtate Iudicis delegati*, & alterius Bullæ S. M. Clementis VIII. quæ incipit, *Sanctiſſimus in Chriſto*; & habetur *in nouiori Bullario Cherubini tom. 3. inter conſtitutiones prædicti Clementis, conſtitut.* 8. quia hæc iam ſunt reformata, & in pluribus aucta per Gregorium XV. *in dicta Bulla*, ideóque non ſunt ſequenda plura obſeruata, & reſoluta per Monctam *in ſuo tractat. de Conſeruatoribus*, alióſque Auctores agentes de eis, nec ſequi debent, quatenus ſe opponunt prædictæ Gregorianæ, quia ſua ſcripta typis fuerunt mandata ante illius promulgationem, & ita loquuntur ſecundùm ius, quod tunc vigebat, & de hoc articulo videre poteris praxim, & theoricam ad præſens obſeruandam, quoad Conſeruatores *in dicto meo Paſtoral. Regul. part.* 1. ad quod te remitto, quia *ibidem* aduertere poteris plura notatu digna, & in præſenti digreſſione veniam peto, cùm noſtrum inſtitutum immediatè non attingat, quod quidem ſemper ſine digreſſione præ oculis habeo.

Redeundo igitur ad medium relatum, & conſultum per Ripol. pro 9 propulſanda violentia Conſeruatoris recurſum celerem quæſiuit adeundo ad Vicarium Eccleſiaſticum Barcinon. coram quo in dictis feriis formauit contentionem cum ſupplicatione, & eiſdem ſolemnitatibus, & requiſitis, ſicut ſi fuiſſet in Regia Audientia, & eodem modo litteræ fuerunt expeditæ, & præſentatæ Conſeruatori; poſtmodum verò cauſa fuit executa, ventilata, & diſcuſſa, non tamen finita coram Eccleſiaſtico Iudice Barcinon. intra dictum tempus feriarum, quo completo, & congregato Regio Conſilio, cauſam ſibi euocauit, & *ibidem* fuit declarata contra Conſeruatorem, & pro libertate ſolutionis decimarum, vt latiùs patet ex congeſtis à Ripol. *vbi ſuprà.*

Ex quibus colligi, & induci poteſt, 10 quòd feriarum tempore non poteſt coram Cancellario inchoari, ſeu formari contentio; ſi enim fieri poſſet, non erat opus recurrere ad ordinarium Eccleſiaſticum Barcinon. vt coram eo illa ventilaretur ad effectum propulſandi talem violentiam Conſeruatoris.

Et reuera in hoc articulo (vt iam 11 dixi) neminem vidi, cuius veſtigia ſequi poſſim; Enimverò, licèt prædicta doctrina, ex praxi excogitata ab Accatio Ripol. ſubtiliter eſſet animaduerſa

ſa non tamen completè ferit, & decidit obiectum dubij, quòd generaliter verſatur, non ſolùm circa contentiones Conſeruatorum, aut Delegatorum cum aliquo particulari Eccleſiaſtico, aut laïco, ſed inſimul & copulatiuè circa Curias, etiam Eccleſiaſticam, & ſecularem, vel alios quoſcunque.

12 In quo articulo (ſaluo meliori Iudicio, & ſententia) exiſtimo contentionem formari, & inchoari poſſe in diebus feriatis, ſicut motis eſt, & in
13 aliis non feriatis. Ad quam reſolutionem ſumendam moueor ex eo, quia omnes rationes, & motiua, quæ vigent, vt contentio iam inchoata declarari valeat in diebus feriatis (de quibus *ſuprà in quæſtione antecedenti*) concludunt, & locum ſibi vendicant in illa de nouo introducenda, & inchoanda, & conſequenter eadem debet deſumi reſolutio *ad textum in l. illud ff ad legem Aquiliam l. Nummularios ff. de edendo cum vulgatis.*

14 Si enim admittitur pronunciatio in diebus feriatis, quia verſatur publica vtilitas, & bonum commune (vt ponderauimus *in quæſtione antecedenti à numero 7. & ſequent.*) hæc quidem ſatis apparet in inchoatione, ne partes vexentur cum tam longa feriarum dilatione; & hoc medium declarandi contentiones per Cancellarium, præcipuè, & immediatè fuit introductum propter bonum commune, & quietem publicam (vt multoties diximus & probauimus) ergo vt conſequatur, non debet apponi aliquod interuallum, quod illud retardet, & ideò non debet impediri, vel ſuſpendi propter ferias.

15 Secundò ponderari poteſt, quòd pro pauperibus, & miſerabilibus perſonis conceditur, vt tempore feriarum, ex officio charitatis, ſi aliquod grauamen, & incommodum, vel damnum conſiderabile recipiant dictæ perſonæ pauperes, & miſerabiles, poſſint ad Iudices recurrere, qui quidem, non obſtantibus feriis, tenentur illis ſubvenire; vt cum Portol. & Nobario diximus *ſuprà in quæſtione an-*
16 *tecedenti numero* 14. Sed ſic eſt quòd ad formandam contentionem, præciſè Reus captus, & detentus debet exiſtere in carceribus, vt probauimus *ſuprà quæſtion.* 53. ſitque carcer mala manſio, & ſpecies ſeruitutis *lib. 1. & 2. ff. de liberis hominibus exhibendis*, operetúrque alios miſerabiliſſimos effectus, de quibus latè Farinat. *in tract. de carceribus quæſtion.* 27. & Niger Ciriacus alios allegans *tom. 1. controuerſ. forenſ. controuerſ.* 172. *à numero* 51. *cum pluribus ſequent.*

Exinde eſt, quòd talis detentus in 17
carceribus volens, & intentans formare contentionem inter miſerabiles perſonas numeretur, ex dictis *in antecedenti quæſtion. numero* 14. ergo vt talis poterit etiam in diebus feriatis inchoare, & formare contentionem propter irreparabile grauamen, quod eidem reſultat ex longa carceris detentione propter dies feriatos. Qui quidem in 18
aliquibus Prouinciis, præcipuè in Cathalonia tempore æſtiuo ſunt in menſibus Iulij, & Auguſti; & de iure communi ita ſtabilitum reperitur *in l. Omnes 7. cod. de feriis.* Cúmque ex carcere reſultet carceratu quoddam grauamen irreparabile, quod quotidie grauat, vt docent Farinat. *in dicta quæſtion.* 27. *numero* 135. & alij penes Nigrum Cyriacum *in dicta controuerſ.* 172. *numero* 53. *cum duobus ſequent.* conſequenter vitandum erit; maximè quando tertij præiudicium non ſubſequitur (vt in præſenti) cùm æqualiter influat in ambas Curias Eccleſiaſticam, ac ſecularem: eiſdem namque reſpectiuè, ſicut & etiam alteri particulari conceditur formare, & inchoare contentionem in diebus feriatis, & quod ſeculari Curiæ attribuitur, ſimiliter & conceditur Eccleſiaſticæ, vice verſa: ergo cum verſemur in cauſa pia, nec partes damnum ſentiant, imò aliquod commodum, videtur dicendum non repugnare diſpoſitionibus iuridicis, vt in diebus feriatis contentio inchoëtur, & formetur.

Tertiò probatur *ex l. 2. ff. de feriis,* 19
ex qua patet, quòd in cauſa alimentorum, & datione tutoris vel Curatoris nihil impediunt feriæ, quod ita diſponit ius propter commodum, & pietatem cuiuſdam particularis: ergo à fortiori dicendum eſt in contentione, quæ non ſolùm reſpicit vtilitatem, & pietatem particularem, ſed & publicam.

Quartò ponderari poteſt textus *in lege, Publicas cod. eodem titul. de feriis*, ex 20
quo communiter colligunt DD. quòd

in

in publicis, & fiſcalibus cauſis non attenditur tempus feriarum ad effectum, vt intentari, & proſequi nequeant, vt docent Farinat. *in fragmentis criminalibus part. 1. littera F. numero 202.* Mar-
21 tinus Laudenſ. *in tract. de Fiſco quaſt. 36.* & accuratè Petrus Barboſa omninò ad intentum videndus *ad l. 1. ff. ſoluto matrimonio à numero 51. cum ſequent. pag. mihi 214.* vbi eleganter probat, quòd feriales dies non ſunt attendendi in cauſis publicis, tam principaliter, quàm ſecundariò, ſi accedat vtilitas publica, vt quia pertinet ad regimen, ſeu conſeruationem Reipublicæ, cui iunge Petrum Gregorium *lib. 2. ſyntagmatum iuris cap. 16. numero 73.* poſſemúſque adducere alios conſimiles caſus corroborantes eandem concluſionem, quos conſultò omittimus, ne ſatis nos extendamus.

22 Ex quorum doctrina colligitur, quòd cùm declaratio contentionis, vt fiat per Cancellarium breui tempore, verſetur vtilitas publica, vt colligitur ex noſtris foris, qui præſcribunt, & aſſignant triginta, & quinque dies continuos, currentes de momento ad momentum, (vt diximus *ſuprà in quæſtione antecendenti*) hócque pertineat ad regimen, & conſeruationem Reipublicæ propter commodum, & vtilitatem publicam, meritò dicendum videtur, quòd fieri poſſet quocumque tempore, etiam feriato: & ita reſoluendum cenſeo, & aliqualiter inſinuari poteſt eſſe de mente Tiraquelli *in tract. de priuilegiis pia cauſa priuil. 156. in fine.*

23 Ex quibus concludendo hanc quæſt. reſtat videre, quomodo fieri debeat; & exiſtimo, opus non eſſe recurrere ad medium, & praxim excogitatam à Ripol. de qua *ſuprà numero 4. & ſequent.* ſed quòd Curia, vel particularis intendens formare contentionem in diebus feriatis inſtet, moleſtet, aut requirat, & ſi intentum non conſequatur, expediat ſuas litteras cum nominatione Arbitri, more ſolito, iuxta ſtylum, eodem prorſus modo, ac efficeret tempore non feriato; enimverò cum hoc non ſit in conſideratione ex *ſuprà* dictis ſolitis fundamentis, ita etiam non mihi impedit, quòd formetur, & proſequatur contentio, non obſtantibus feriis, & ita hanc quæſtionem decidendam exiſtimo.

QVÆSTIO LVII.

Contentio an formari poſſit à Vicariis, & aliis officialibus Regiis inferioribus.

SVMMARIVM.

Fori Aragonia ſub titulo de competentia iuriſdictionis an comprehendant omnium Iudicum iuriſdictionem. numero 1. & ſequent.

Conſeruatores Iudices, & delegati an comprehendantur in foris, ſub titulo de competentia Iuriſdictionis. numero 2. & ſequent.

Contentionem formare poſſunt in Aragonia Iudices conſeruatores, & delegati. num. 3.

Vicarij officialium, & Iudicum Regiorum formare poſſunt contentionem. num. 4. *Sed contra* 5. & ſeq.

Contentio formari non debet cum iudice non habente propriam, & natiuam iuriſdictionem. num. 5.

Contentio iuriſdictionis non procedit cum Iudicibus inferioribus Regiis, aut Vicariis ſuperiorum. n. 5. & 6.

Vicarij, ſeu officiales Regij inferiores habentes precariam, & mandatam diſpoſitionem à ſuperioribus Iudicibus, nullum detrimentum habent ex ſe in turbatione exercitij iuriſdictionis, & ideò contentio cum iſtis, & non cum aliis formanda eſt. num. 7.

Contentio turbatæ iuriſdictionis formanda eſt cum eo, qui verè illam habet, non verò cum ipſius vicario. numero 8. & 11. cum ſeq.

Carcerari nemo poteſt (regulariter loquendo) etiam à publico inferiore officiali ſine mandato proprij, & natiui iudicis. n. 9. & ſeq.

Satellites abſque Iudicis ſuperioris præcepto nequeunt aliquem capere. numero 10.

Apparitor ſi propria autoritate captionem efficiat, licebit capto impunè reſiſtere. num. 11.

Fori Aragonum ad effectum formandæ contententionis admittunt, tam Iudices delegatos, quàm conſeruatores ex antiqua

tiqua conſuetudine, licèt in aliis Regnis Corona aliter ſe habeat. numero 12.

Delegati., & Conſeruatores poſſunt in cauſis ſibi commiſsis contentionem formare cum Iudicibus Eccleſiaſticis aliiſque ſecularibus. n. 13.

Iuriſdictio conſeruatorum, ſeu delegatorum propria eſt ipſorum in cauſis eiſdem commiſsis. n. 14.

Conſeruatores Iudices in aliquibus æquiparantur Ordinariis n. 14.

Vicarÿ, & mandatarij Iudicum ſuperiorum nihil ex ſe poſſunt exercere. numero 14.

Locumtenentes officialium Regiorum nihil poſſunt exercere, præſentibus principalibus, niſi iſti ex legitima cauſa ſint impediti. n. 15.

Etſi effecerint aliquid, nullum erit. numero 16.

Locumtenens Officialis Regij habet iuriſdictionem habitualem quoad legitimas abſentias, ſui principalis. numero 17.

*Contentio formari non debet cum Locumtenente Officialis Regij in his, quæ pertinent ad illud officium. n.*17.

Contentio vt legitimè formetur, requiritur, quòd Iudex, contra quem tendit, habeat propriam iuriſdictionem. n. 17. *&* 18. *limita vt* 19.

Locumtenens Iudicum Ordinariorum Regiorum quandoque ex priuilegio, aut aliàs habet ſimultaneam iuriſdictionem, quæ per ambos exercetur, & tunc, ſi contentio ſuſcitetur contra alium Iudicem, poterit cum eorum quolibet formari. n. 19.

Locumtenentes Iudicum Ordinariorum ſecularium Regni Aragonum habent in pluribus caſibus priuatiuam iuriſdictionem in diuerſis ciuitatibus; & ſi in illis ſe offerat contentio cum eis; & non cum principalibus formari debet. n. 20. & 21.

Contentio vt legitimè formetur, fieri debet ab eo, & cum eo, qui propriam habet iuriſdictionem, & prætendit eſſe turbatam. num. 22.

1 HÆc quæſtio licèt aliàs in puncto
iuris communis, aliquam poſſet
habere difficultatem ex his, quæ latè
diſputat noſter Regens Seſſe *in tract.
de inhibit. cap.* 9. §. 1. *à num.* 39. *cum
pluribus ſequent.* Vbi quærit: an fori
noſtri competentiarum comprehen-
dant omnem iuriſdictionem, tam de-
legatam, quàm ordinariam, & etiam
Conſeruatorum.

Et pro vtraque parte plura adducit, 2
quæ in præſenti conducere poſſint;
nam prius aliqua fundamenta cumu-
lat, quæ excludunt delegatos, & con-
ſeruatores, ne valeant contentio-
nem formare, & ex eis poſſemus dice-
re, Vicarios, & alios Regios officiales 3
inferiores eſſe impeditos, ad illam for-
mandam; at verò ipſe Seſſe *ibidem
num.* 44. *& ſequent.* quem refert, & ſe-
quitur Suelues *tom.* 1. *in Centur. conſ.* 85.
num. 5. concludunt, quòd in noſtro
Aragoniæ Regno ex antiqua conſue- 4
tudine interpretatiua potiùs, quàm in-
ductiua ſeruatur contrarium; & Suel-
ues teſtatur ſæpius ſe vidiſſe practi-
cari, & conſequenter videtur dicen-
dum, quòd cùm dictis Vicariis, ſeu
officialibus Regiis poſſit contentio
formari, cum iſti ſint tanquam dele-
gati, & commiſſarij, & exinde nun
eſſe opus recurrere ad ſuperiores
principales ad prædictum effe-
ctum.

Sed reuera contrarium eſt te- 5
nendum, nam contentio, cum illis
nullatenus procedit, cum hæc tan-
tummodo admittitur cum Iudici-
bus qui verè, & natiuè competen-
tes ſunt; non verò cùm illis, qui vi-
ces gerunt; vt reſoluunt Cancer
tomo. 3. *variar. reſol. cap.* 10. *à nume-
ro* 21. *cum pluribus ſequentibus*, & eo
allegato, Pareja *de vniuerſ. inſtrument.
edit. tom.* 1. *titul.* 2. *reſol.* 6. *ſpecie* 2. *nu-
mero* 231. ipſiſque relatis Cortiada *in
praxi contentionum tom.* 1: *deciſ.* 11.
numero 69. *& numero* 70. varia exem- 6
plaria Cathaloniæ refert decidentia
contentionem non procedere, quan-
du per inferiores Iudices Regios for-
maretur cum Curia Eccleſiaſtica. Id-
que videtur pari paſſu ambulare cum
aliis Curiis Vicariorum, ex traditis à
Ferrer *part.* 3. *obſeruat. cap.* 169. *&*
216. & Cortiada *vbi proximè deciſ.* 9.
numero 92. *ad* 97.

Et fortaſſe ratio deſuml poteſt ex 7
eo, quia cum iſti vicarij, & alij in-
feriores Officiales Regij de per ſe non
ſentiant aliquod detrimentum, aut
commodum, ſeu incommodum, cum
mutuatam, & quaſi precariam ha-
beant iuriſdictionem à ſuperiore, qui
iiſdem illam participat, ſequitur,
quòd

quòd cum illo, & non cum iſtis
contentio ſuſcitanda eſt: & cum hæc
8 reſpiciat ſemper reparationem dam-
ni, ex eo, quòd illud ius conferatur,
prætendens, & intelligens ſuum eſſe:
exinde, qui verè, & natiuè eſt iudex
petere debet reintegrationem, ſeu ap-
plicationem ſuæ prætenſæ iuriſdictio-
nis turbatæ, non verò Vicarius, qui
nullam habet, quam quidem ratio-
nem videtur inſinuare Pareja *vbi ſuprà
in dicta ſpecie 2. numero.* 131. *circa me-
dium.*

9 Hócque ſnaderi poteſt ex eo, quia ex
iuris diſpoſitione, nemo carcerari po-
teſt, etiam à publico officiali (regula-
riter loquendo) ſine Iudicis proprij, &
natiui mandato, vt patet *ex textu in le-
ge finali, cod. de exhibendis Reis*, & ex his
quæ tradit Riccius *in praxi Curiæ Ar-
chiepiſcopalis Neapolitanæ, ſiue deciſioni-
bus Curiæ p.* 1. *deciſ.* 204. *incipient. per
ritum Curiæ Archiepiſcopalis Neapolita-
næ* 170. citatus, &c.

10 In tantum, quòd ſatellites abſque
Iudicis præcepto nequeunt aliquem
capere, vt latè reſoluit Farinat. *de car-
11 ceribus quæſt.* 32. *num.* 31. & exinde
Apparitori reſiſti poteſt impunè, ſi
captionem propria authoritate efficiat
iuxta textum in l. prohibitum 5. *cod. de
iure Fiſci lib.* 10. quam commendat
Antonius Faber *in eod. ad tit. quando
liceat vnicuique ſine Iudice ſe vindicare
lib.* 3. *codicis tit.* 17. *definit.* 1. Ergo ſi
in iſtis, qui aliqualiter aliquid magis
habent, quàm nudi Vicarij, procedit,
vt de per ſe, & propria authoritate
nihil efficere valeant, à fortiori in illis
dicendum eſt, quòd ad effectum for-
mandæ contentionis, ſint quaſi non
eſſent, & conſequenter, quòd fieri
debet cum mandante.

12 Aduertendum tamen eſt, quòd licèt
in noſtro Aragoniæ Regno ex Foris
competentiarum videatur induci,
quòd comprehendant tam Iudices or-
dinarios, quàm delegatos, & conſer-
uatores, vt concludunt Seſſe, & Suelues
vbi ſuprà quibus iunge Fermoſinum *in
cap. ſi Clericus quæſt.* 17. *num.* 1. *de foro
competenti*, adeſt etiam antiqua con-
ſuetudo id admittens, vt diximus *ſu-
prà*; in cæteris autem Coronæ contra-
ria praxis ſtylatur, vt concludunt Can-
cer *p.* 3. *variarum, cap.* 10. *à n.* 12. *&* 45.
cum ſequent. Fontanell. *de pactis nupt.
tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſſ.* 20. *p.* 3. *n.* 5. *&* 8. *&
deciſ.* 323. *part.* 2. *num.* 7. *&* 8. Oliuan
de iure Fiſci cap. 11. *num.* 11. *&* 21. *&
cap.* 12. *n.* 26. cæteríque DD. Cathalo-
niæ, quibus iunge latiſſimè Cortiadam
in ſua praxi contentionum tom. 1. *deciſ.* 29.
à n. 16. & pro noſtro Regno *ibidem à
num.* 27. vbi in ferè tota deciſione de
hoc articulo plura congerit: & pro
Regno Valentiæ Matthæu *de regimine
Regni Valentiæ, tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *ſect.* 4.
num. 114. *& ſect.* 5. *num.* 192. & pro Sar-
dinia Regens Vico *ad pragmaticas Regni
tit.* 51. *n.* 45. *&* 46.

Ex quibus colligitur, quòd non po- 13
teſt argui de Delegatis ad Vicarios, &
alios inferiores Officiales Regius ex
praxi in Regno noſtro admiſſa in dele-
gatis, & conſeruatoribus, cum in iſtis
ex antiqua conſuetudine interpretati-
ua ita admiſſa ſpecialiter ſic fiat; præ-
terquam quòd longa datur differentia
inter delegatos, & conſeruatores, cum
dictis Vicariis Regiis; illi namque ex
ſe in cauſis ſibi delegatis poſſunt con-
tentionem formare cum Ordinariis
Eccleſiaſticis, aliiſque Iudicibus ad
præſcriptum, quòd cæteri formare ſo-
lent, & tenentur, vt dixi *in meo Paſtor.
reg. part.* 2. *clauſ.* 10. & me citato, latè
Cortiada *vbi ſuprà deciſ.* 34. *à n.* 142. *vſ-
que in finem.*

Hi namque propriam, licèt delega- 14
tam habent facultatem, & in aliquibus
æquiparantur ordinariis, vt cum pluri-
bus reſolui *in dicta clauſ.* 10. *n.* 10. at ve-
rò nudi Vicarij nihil ex ſe poſſunt
exercere, & ſic ad oculum patet, argui
non poſſe de illis ad iſtos, nec æquipa-
rationem procedere.

Hócque maiorem firmitatem habet, 15
cùm videamus in Officialibus Regiis
locum tenentibus Ordinariorum, vt in
Zalmetina Cæſarauguſtæ, aliorúmque
Iuſtitiarum Regni habentium Locum-
tenentes, quod ſi iſti exerceant aliquid
in Ciuitate, vel loco pertinens ad Offi-
cium, præſente principali, niſi ex legi-
tima cauſa, vel impedimento, veluti in-
firmitatis, aut alterius iuridicij, erit
nullum, & inefficax, vt tradit Suelues
tom. 2. *ſemicent.* 1. *conſ.* 27. *n.* 10. qui *n.* 13.
ita concludit.

Et in Aragonia practicatur vbi Or- 16
dinario, Regia contraria non ſit, aut
conſuetudo contraria; locumtenens
actum vllum iuriſdictionis non exer-
ceat, niſi Iudex ordinarius, vel abſens,
vel impeditus extiterit, vt notū eſt, &c.

Ex

17 Ex qua doctrina infertur, quòd cum Locumtenens ſit Miniſter abſentiarum ſui ordinarij principalis, eo præſente, caret Iuriſdictione, licèt ipſam habitualem habeat; & eo non obſtante, ſi Locumtenens formaret contentionem quando legitimè non exercet; in dicto caſu non deberet admitti, quia tunc operaretur tanquam quilibet priuatus: ergo à fortiori idem dicendum eſt cum Vicariis & Mandatariis Regiis, qui de per ſe omnino carent Iuriſdictione, quæ quidem præciſè eſt neceſſaria, tanquam eſſentiale, & formale fundamentum illius, qui format contentionem.

18 Et in corroborationem prædictorum addere poſſem plura exemplaria prouiſionum, & confirmationem variarum iuris firmarum expeditarum in Curia Iuſtitiæ Aragonum annullantium actus, & ſententias Locumtenentium iudicum ordinariorum, exiſtentibus iſtis præſentibus ſine legitimo, & forali impedimento, ex eo motiuo, quia carent Iuriſdictione; & nouiſſimè ita fuit declaratum in dicta Curia Iuſtitiæ Aragonum in proceſſu Ioannis de Eſpada ſuper iuris firma in ſcribania de Cuello. Itaque tanquam obiectum principale requiritur, quòd formans habeat propriam Iuriſdictionem,& conſequenter non erit pars legitima ad ipſam intentandam ille, cui mandatur, & committitur, ſed principalis mandans, & committens.

19 Ex proximè dictis aduertendum eſt, quòd in pluribus locis, & Ciuitatibus noſtri Regni conceditur ex priuilegiis, vel ordinationibus, aut ſtatutis, quod Locumtenens habeat cumulatiuam, & ſimultaneam Iuriſdictionem cum Iuſtitia, vel Iudice ordinario, ita vt ille, præſente iſto, exercere valeat Iuriſdictionem ordinariam ſimultaneè; & in tali caſu cum quolibet eorum contentio procedit, ex eo quia licet duæ ſint perſonæ, vna tantum conſideratur ad prædictum effectum cum vnica tantùm ſit Iuriſdictio, licèt per duos adminiſtrata, qui vnum tantùm efficiunt habentem requiſitum neceſſarium ad conſeruandam Iuriſdictionem, quod eſt principale obiectum, (vt iam diximus *ſuprà*) vt contentio legitimè formetur per partem aptam.

20 Secundò notandum eſt, quòd tales Locumtenentes, & inferiores iudices ſeculares, licèt in cauſis priuatiuè pertinentibus ad ſuos principales nequeant aliquid exercere, niſi eis abſentibus, vel alio legitimo impedimento detentis; attamen in pluribus ciuitatibus, & locis noſtri Regni attribuitur Locumtenentibus auctoritas, & Iuriſdictio propria, vt cognoſcere, & pronunciare poſſint in certis caſibus, & cauſis minoribus, & inferioribus, vt in pœnis incurſis in rebus ruralibus, & in ſalariis famulorum, aliiſque ſimilibus, ad quarum cognitionem, & expeditionem, Curiam celebrant, vt videmus in Locumtenente Calmetinæ Cæſarauguſtæ, & in aliis aliarum Ciuitatum Regni. Quod ſi talis Locumtenens fuerit moleſtatus in illis, de quibus ex foris noſtris poteſt, & debet exercere Iuriſdictionem, poterit tunc quoad illam partem formare contentionem pro tuendo ſuo proprio iure, quod prætendit vſurpatum exiſtere.

Et ſimiliter in illo caſu iudex Eccleſiaſticus cum eo, & non cum principali, contentionem formare tenebitur propter rationes *ſuprà* repetitas, videlicet, quòd vnicum mobile, ex quo cognoſci debet, cum quo contentio formanda ſit, ſolùm intelligatur eſſe; an contendens habeat propriam, natiuam, & actualem Iuriſdictionem, quam defendere teneatur, prætendátque eſſe turbatam, quæ dicta ſufficiant pro deciſione huius quæſtionis. 21

QVÆSTIO LVIII.

Contentionem an formare poſſit Curia Eccleſiaſtica pro repetitione Clerici alterius Diœceſis, etiamſi non deliquerit in loco in quo eſt captus, nec ſit eius originarius, nec domicilium in eo habeat?

SVMMARIVM.

Contentio, & Arbitrorum nominatio ad eam declarandam fieri debet in loco, vbi Reus captus reperitur. num. 1.

Contentio an formari poſſit per Epiſcopum pro Clerico alterius Diæceſis, & non ſubditi ſui, qui detentus exiſtit in carceribus Regiis n.2. & reſoluitur affirmatiuè. n. 8. & ſeq.

Immunitatem omnem Eccleſiaſticam tenetur Epiſcopus defendere, etiam ſi ſit pro iuribus alterius Epiſcopi. numero 3. & 7.

Immunitatis priuilegium eſt generale, & non reſtringitur ad hoc, vel illud indiuiduum. num. 4. *non obſtante iuramento. num.* 5. *aut cum Epiſcopi conſenſu. num.* 6.

Immunitatis Eccleſiaſticæ priuilegium reſpicit vniuerſalem Eccleſiam, & ideò renunciari, vel cedi non poteſt. numero 4.

Contentionem formare tenetur Epiſcopus, pro repetendo clerico capto in Regiis carceribus, etiamſi ſit alterius Diæceſis, vel non ſubditus ſuus. num. 8. & 11. cum ſeq.

*Immunitas Eccleſiæ prætenſa non tam reſpicit perſonam prætendentem illam quàm præiudicium, quod reſultat vniuerſali Eccleſiæ. num.*9.

*Epiſcopus debet eſſe clypeus pro tuenda immunitate Ecleſiæ. num.*10.

1 DIximus *ſuprà quæſt.* 48. *numero* 2.
& ſequent. quòd locus pro formanda contentione, & pro nominatione Arbirrorum ad illam declarandam debet eſſe, vbi captus reperitur in carceribus Regiis detentus; ex quo reſul-
2 tat præſens dubium, an videlicet, per Eccleſiaſticum formari poſſit, ſi talis Clericus captus prætendens exemptionem ſit alrerius Diœceſis, nec ibidem deliquerit, nec ſit originarius, aut in illo loco domicilium non habeat.

3 Et pro reſolutione, ſupponendum eſt omnes Epiſcopos, alióſque iudices Eccleſiaſticos in ſuamet Iuriſdictione habere intrinſecè inhibitam obligationem defendendi, tuendi, & confouendi immunitatem Eccleſiaſticam, quæ quidem non reſpicit hoc, vel illud indiuiduum, ſed totam remanere in quolibet ipſorum, ſicut & in vniuerſis, ambóque comprehenſos, & collectiuè adſcriptos remanere ratione vniuerſalis priuilegij immunitatis.

4 Et exinde oritur, quòd non poteſt cedi, aut renunciari, quia reſpicit fauorẽ vniuerſalem omnium rerum Eccleſiaſticarum totiúſque ſtatus Eccleſiaſtici ipſiúſque reuerentiam, excellentiam, & venerationem, vt habetur *in capite, ſi diligenti* 12. *capite ſignificaſti* 18. & *ibidem gloſſ.* & communiter DD. *de foro competenti.*

Taliter quòd nec iuramento fieri 5
queat obligatio efficax, nec ex illo, aliquod præiudicium ſtatui generari valeat; vt latiſſimè cum pluribus reſoluit Thomas Delbene *in tract. de immunit. tom.* 1. *capite* 1. *de dubit.* 14. *numero* 7. *&* 8. & *tom.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 34. *numero* 3. éſtque omnium DD. concors opinio.

Sicut nec etiam cum conſenſu, & ap- 6
probatione, ac ratificatione proprij, vel alieni Epiſcopi, quia nec ex eo talis renunciatio immunitatis locum habere poteſt, vt plures allegantes docent Fondritus *de præuentione iudiciali, part.* 1. *capite* 20. *numero* 2. Fermoſinus *in dicto capite, ſi diligenti, quæſt.* 5. *numero* 1. *de foro competenti*, Thomas Delbene *vbi proximè in dicta dubit.* 14. *numero* 9. *& ſequent.* & *capite* 4. *in dicto tom.* 1. *dubit.* 31. *numero* 2. & *capite* 5. *dubit.* 13. *numero* 3. & *tom.* 2. *capite* 9. *dubit.* 34. *numero* 3. Idémque Delbene *in tract. de Parlamentis, dubitat.* 4. *ſect.* 19. *ſubſect.* 27. *numero* 21. *in fine* & *dubit.* 27. *ſect.* 8. *ſubſect.* 3. *numero* 3. alijque innumeri.

Et conſequenter quilibet Epiſcopus 7
debet, & tenetur ex ſuæ dignitatis natura confouere totiſque viribus tueri, & defendere Eccleſiaſticam immunitatem, & exemptionem à iudicibus ſecularibus, & quoad eum effectum de per ſe, & ſine alterius dependentia vtitur iure proprio, & non alieno ex vi poteſtatis, & obligationis vniuerſalis, & particularis propriæ, ita quòd ſi non effeciſſet, grauiter delinqueret, & ſuæ obligationis immemor exiſteret.

Ex quo oritur, quòd cùm agatur de 8
immunitate, & exemptione pertinente ad clericum alterius Diœceſis, vel non committentem delictum, vbi fuit captus, nec ſit originarius, ſiue domicilium ibidem habeat; hoc tamen non obſtante repeti poterit à non ſuo Epiſcopo, vbi reperitur, formando contentionem, quæ in
eius fauorem declarari debet; quia tunc 9
immediatè non conſideratur perſona capti, quæ forſan in aliis cauſis & caſibus ad ſuũ proprium Epiſcopum poſſet pro-
ponere fori declinatoriã; ſed ſolùm reſpi- 10
citur præiudiciũ, quod reſultat vniuerſali immunitati,

immunitati, ad cuius propulſationem propriiſſimè Epiſcopus quilibet eſt clypeus pro illius defēſione, & reparatione.

Ex quibus ſine hæſitatione, & dubio concludendum eſt, *in præſenti, q.* Curiam Eccleſiaſticam in prædicto caſu poſſe repetere talem clericum in carceribus detentum, & quidem, ſi non reſtituatur per iudicem ſecularem, detinentem ipſū, debere procedere cum cenſuris, aut formare contentionem, quæ de plano in eius fauorem declaranda eſt, & proceditur: & ita in ſpecie cum pluribus exemplaribus reſoluunt Ferrer *p. 3. obſeruat. c.* 178. & remiſſiuè Regens Vico *ad pragmaticas Regni Sardiniæ, lib. 2. tit.* 51. *in locis communibus num.* 5. latiſſimè Belluga *in ſpeculo Principum, rub.* 11. §. *item dubitatur, per totum*, vbi accuratè ſatisfacit omnibus, quæ contra prædictam reſolutionem opponi poſſent, à quo mutuauit Ripol. *variarum reſolut. cap.* 1. *num.* 31. *vſque ad* 36. & eis relatis, ſequitur Cortiada *in ſua praxi contentionum tom.* 1. *deciſ.* 9. *num.* 69. & ita hanc opinionem ſecuriſſimam, firmiſſimam, ac tenendam eſſe, concludunt omnes prædicti DD. nec ab ea in iudicando & conſulendo recedendum fore ſentio.

QVÆSTIO LIX.

Contentiò ſi ſimul legitimè fuerit declarata, & vtraque pars, vel altera ipſius acquieſcere nequeat declarationi; ſed imò, quæ ſuccubuit, renuat obedire, quomodo contra eam procedatur?

SVMMARIVM.

Modus dirimendi contentiones Iuriſdictionis ſtabilitus in Regnis Aragoniæ introductus fuit ad vitanda ſcandala, & ſedandas lites. n. 1.

Controuerſias iurgantium conuenit æquitati, & rigori celeri ſententia terminare. num. 2.

Cancellario priuatiuè pertinet declaratio contentionum Iuriſdictionis, ſi Arbitri priùs non conueniant. num. 3.

Appellatio, aut alius recurſus non datur à ſententia Cancellarij in cauſis contentionum. n. 3.

Sententia Cancellarij in cauſis contentionum, ſi partes non obediant, quid fieri debeat? n. 4. & 12. cum ſeq.

Fruſtrà quæritur de eo, quod nullum operatur effectum. n. 4

Effectus aliquis ſi non ſequatur ex actu, vel facto inutiliter ex eis diſputatur. n. 5.

Contumacia, & inobedientia eorum, qui ius dicenti obtemperant, litis damno coërcendi ſunt. num. 6.

Sententia ſola Cancellarij quoad contentiones operatur eoſdem effectus qui reſultant ex tribus conformibus, vel vnà tranſeuntibus in rem iudicatam. n. 7.

Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, pro veritate habetur, & conſtituit ius quoad partes. n. 8.

Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, producit actionem iudicati, & exequi poteſt, ſi pars vincens voluerit, & eſt ad inſtar legis, vel iuris, & conſideratur tanquam ipſius pars. n. 9. & 10.

Sententia Cancellarij circa contentiones inducit rem, & cauſam claram, ac notoriam, ſicut illa, quæ tranſiuit in rem iudicatam. num. 11.

Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, eſt res clara, & non dubia. n. 12.

Contentio Iuriſdictionis admitti non debet pro rebus claris, ſed pro dubiis tantùm. num. 12.

Curia renuens obedire ſententiæ Cancellarij, compelli debet cum pœnis, vt pareat. num. 13.

Curia nolens formare contentionem in caſu admiſſibili compelli poteſt pœnis ad illam formandam. n. 14.

Curia ſecularis renuens obedire ſententiæ Cancellarij poteſt per Eccleſiaſticam compelli per cenſuras; & è contra ſecularis per occupationem temporalitatum. n. 15. & 16. *intellige vt n.*17.

*Inobedientes ſententiis iudicum, quæ tranſierunt in rem iudicatam, ſunt perturbatores quietis publicæ. n.*18.

Iudex declaratus incompetens per legitimam ſententiam, quæ habet vim rei iudicatæ, ſi proſequatur, procedit, vt priuata perſona. n. 19.

Bono publico intereſt, vt Curiæ contendentes de Iuriſdictione acquieſcant ſententiæ Cancellarij, vel alterius habentis eandem poteſtatem. n. 20.

HÆc quæſtio ſatis vtilis, & neceſſaria apparet, pro conſequendo finem, & effectum, ad quem in noſtris 1

coronæ Aragonum Regnis introductus,
& ſtabilitus eſt modus, & forma termi-
nandi contentiones, cùm tendat ad vi-
tanda ſcandala,& ad lites, & iurgia con-
tentionum Iuriſdictionis occurrentium
inter iudices dirimenda; vt diximus *ſu-
prà quaſt.3.n.10.*& *quaſt.8.n.11. & in aliis
pluribus.*

2 Quod quidem noſtri maiores attèn-
derunt, ſequentes conſilium Gregorij
Papæ *in cap. 2. de ſent. & res iudic.* vbi ita
ait: *Iurgantium controuerſias celeri ſenten-
tia terminare, & æquitatis conuenit, & ri-
gori.*

3 Et exinde meritò procurari debet,
quidquid opponatur huic fini; & cùm
Cancellarius ſit iudex, cui priuatiuè in-
cumbit, & pertinet declaratio conten-
tionum, ſi primi Arbitri non conue-
niant; vt diximus *ſuprà quaſt.* 1. *num.* 6.
& 14. *cum ſequent.* & multoties *in aliis
quæſtionibus*, nec ab eius ſententia detur
appellatio, aut ſupplicatio, vel alius re-
curſus, vt patebit ex *infrà* dicendis *q.*61.
& plures allegantes, docent noſtri Seſſe
deciſ. 113. *num.*7.*tomo* 2. Ramirez *de lege
Regia* §.2. *n.* 10. Cortiada *in praxi con-
tentionum p.*1, *deciſ.* 12. *num.* 42.

4 Ideò inquirendum eſt, quid fieri de-
beat, ſi pars ſuccumbens, nequeat obedi-
re, aut acquieſcere declarationi, vel ſen-
tentiæ per Cancellarium pronunciatæ?
fruſtrà enim quereretur de eo, quòd
nullum operaretur effectum. *l.* 3. *ff. quan-
do dies legati cedat. l. non oportet, ff. de
legat.* 2.

5 Tum & etiam, nam inutiliter diſpu-
tatur de validitate actûs, cuius nullus
eſt effectus, *l.* 1. *cod. ne uxor. pro merito*:
quapropter æquum eſt, vt præſcribatur
forma, & ſciatur pœna, quâ Curia ino-
6 bediens puniri,& compelli poſſit, vt ſen-
tentiæ, & declarationi Cancellarij ac-
quieſcat, & obtemperet.

7 Nam inobedientia, & contumacia
eorum, qui ius dicenti non obtempe-
rant, litis damno coercendi ſunt; vt in
pluribus decretis Canonicis, & ciuilibus
ſtabilitum reperitur; præcipuè *in l. con-
tumacia* 53. *ff. de ſententia, & re indicata*;
cùm igitur ſententia Cancellarij produ-
cat eoſdem effectus, qui in iure re-
ſultant ex tribus conformibus ſenten-
tiis, vel ex vnica, quæ tranſiuit in rem
iudicatam, videlicet, quòd pro veritate
8 habeatur, vt patet ex lege, *Res indica-
ta* 207. *de regulis iuris*; tum & etiam, quòd
conſtituat ius inter partes *c. Cùm inter* 13.
§. *quamuis verſ. attendentes* ibi. *Ius ex*

ſententia factum fuit &c. *de ſententia, & re
iudicata.*

Tertius effectus eſt, quòd competat 9
actio iudicati, *l. Miles* 6. §. *finali ff. de re
iudicata l. ſi Prætor* 75. *in fine ff. de iudiciis
l.*1. *cod. de Arbitris.*

Quartus, quòd exequi debeat, ſi pars 10
vincens voluerit, *l. à Diuo Pio ff. de re iu-
dicata*, & *toto titulo de except. rei iudicatæ.*
Et tandem habet, & eſt ad inſtar legis,
vel iuris, & conſideratur tanquam pars,
& ipſius ſequela, vt per Cabedum *deciſ.
Luſit.* 212. *n* 5. *part.* 1.

Prætereà, quia ſententia Cancellarij 11
inducit rem, & cauſam claram, ac no-
toriam, ſicut & illa, quæ tranſiuit in
rem iudicatam; vt docent noſtri Portol.
in comment. ad forum, Por no reſponder 3.
ſub. tit. de compet. iuriſdict. Seſſe *in tract.
de inhibitionibus, capite* 9. §. 2. *numero* 18.
& 19. & alij penes Matthæum *de re-
gimine Regni Valent. tom.*2. *c.*7. §.1. *ſect.*2.
num. 50.

Nam, vt ait Scaccia *in tract. de iudiciis*, 12
*lib.*2. *cap.*2. *n.*664. Ripol. *in pract. vicar.*
Barcinon. *rubrica* 11. *n.* 14. *verſ. Tertiò*
&c. res clara iudicari debet poſt ſenten-
tiam latam: ſed ſic eſt, quòd in claris
contentio admitti non debet, vt diximus
*ſuprà q.*47. & latè comprobant Cancer
lib. 3. *variorum, cap.* 10. *num.* 70. Gam-
bacurta *in tract. de immunitate Eccleſia-
ſtica, lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 2. *&* 4. & *cap.* 4.
n. 4 & alij penes Matthæum, *vbi ſuprà*,
& Cortiadam *in praxi contentionum, tom.*1.
deciſ. 12. *n.* 37. *& ſequent.* & *num.* 45. Ergo
cùm caſus, in quo Cancellarius declarat
contentionem pro vna, vel altera Curia,
per ſuam ſententiam dicatur, & ſit cla-
rus; ſequitur, quòd nullâ ratione iudex
ſuccumbens, erit fretus, propter quam
effugere valeat paritionem, quam ſi non
effecerit, per coactionem pœnæ, com-
pellendus erit; pro quo videre poteris,
quæ dicemus *in quaſt. ſequenti.*

Ex quibus concludendum eſt, Cu- 13
riam renitentem obedire, & parere de-
clarationi Cancellarij, compellendam
eſſe omnibus pœnis adæquatis, & neceſ-
ſariis, vt acquieſcat; quod quidem fieri
debet ad metas, & iuxta ea, quæ dixi-
mus *ſuprà q* 51. *à n.*13. *cum ſequent.*

Enimverò, ſi in caſu admiſſibili, in 14
quo procedit formatio contentionis Iu-
riſdictionis, ſi altera ex Curiis, tam Eccle-
ſiaſtica, quam ſecularis illam excuſet,
nec velit ipſam formare, poteſt compelli
modis, & formis *ſuprà* adductis *in dicta
q.*51. *n.* 24. à fortiori in præſenti proce-
dit,

Digitized by Google

dir,cùm ex ſententia *ſuprà* propoſiti effe-ctûs reſultent, & ſequantur, qui quidem impediri nequeunt, ſed imò obediri, & ideò ſi Curia ſecularis non paruerit, nec acquieuerit, tunc Eccleſiaſtica po-
15 reſt vti, & debet gladio cenſurarum cum grauatione & regratione illarum, ſeruatis tamen iuris terminis in ipſarum prolatione, vt latè diximus *ſuprà in dicta quaſt.* 51. *à num.* 24. *cum ſequent.* vbi plures Doctores allegauimus.

16 Sic & etiam,ſi Curia Eccleſiaſtica,vel Iudex Eccleſiaſticus renuerit,poterit ſecularis procedere ad occupationem temporalitatum, iuxta ea, quæ reſoluimus *ſuprà in dicta quaſt.* 51.*n.*25. *vſque in finem*; & poteris Doctoribus *ibidem* adductis addere noſtros eruditos Aragonenſes Practicos; Ramirez *de lege Regia* §. 2. *num.* 11. & latiſſimè Seſſe *de inhibitionibus capite* 8. §. 3. *ferè per totum*; præcipuè *à numero* 199. *vſque in finem*, *& in duobus* §§. *ſequentibus.* Fontanel.
17 *deciſ.* 318. *à numero* 2. *cum ſequent.* Aduertere tamen libet circa has prouiſiones temporalitatum, & aliàs pœnas imponendas Eccleſiaſticis perſonis, regulandas, & metiendas fore ad metas eorum, quæ *ſuprà* annotauimus *quaſt.* 40. *&* 41. aliàs ſcrupulis non carere, ſatis apparet ex *ibidem* congeſtis.

18 Ratio autem, cur iudex reſpectiuè, non acquieſcens ſententiæ Arbitrorum, ſeu Cancellarij prædictis pœnis cogendus ſit, meo paruo iudicio, ea adduci poteſt; quia tunc ſuppoſitâ declaratione, à qua non datur appellatio, ſupplicatio, vel recurſus, vt diximus *ſuprà numero* 3. & latè *infrà quaſt.* 61. videtur turbare quietem publicam renuendo, & quantùm in ſe eſt, impediendo, vt tales ſententiæ exequutioni mandentur, turbando quietem publicam; cùm per prolationem ſententiæ, contentioni finis imponatur, attribuendo Iuriſdictionem illi, in cuius fauorem fuit declarata, & interdicendo alteri contendenti cùm ad eum non pertineat.

19 Et conſequenter, quidquid innouer, & prouidear, dicemus efficere tanquam priuatam perſonam carentem Iuriſdictione, à qua omnino remanet deſtitutus, eo ipſo, quòd contra eum fuit pronunciatum, ad *Tract. de Competentiis,* tradita per Salgadum *de Regia protectione p.* 1. *capite* 1. *praludio* 3. *num.* 218. *& ſequent.* & plures referens *cap.* 3. *à num.* 12.

20 Ex quibus colligitur, bono publico, & quieti Reipublicæ intereſſe, vt Curiæ, ſeu iudices contendentes acquieſcant, & obediant ſententiis, & declarationibus factis, quoad contentiones Iuriſdictionis per Arbitros, & Cancellarium reſpectiuè in ſuis caſibus, aliàs; quòd detur coactio cum pœnis, vt per ipſas obediant eis, quæ conducunt ad bonum gubernium (prout eſt) quòd contentiones declarentur, & exequantur ad præſcriptum noſtrorum fororum, & iuxta concordiam Reginæ Eleonoræ, de qua *in hoc tract.* multoties mentionem fecimus.

QVÆSTIO LX.

Contentio, ſi ſemel fuerit declarata, an iterum ſuper eodem articulo, efformari valeat?

SVMMARIVM.

Contentio, ſi ſemel fuerit declarata, non poteſt ex eadem cauſa, & inter eaſdem perſonas iterum efformari. num. 1. & ſeq.

Contentione ſemel declaratâ, ſi iterum alia Curia victa velit eandemmet efformare, non tenetur reſpondere, literis inhibitoriis alterius Curiæ. num. 2. & ſeq.

Contentio Iuriſdictionis, ſi ſemel fuerit declarata, non poteſt abſolutè ampliùs ſuper eadem iterum refricari de iure municipali Regnorum Hiſpaniæ. num. 4. & ſeq.

Sententia ſola Cancellarij, vel Arbitrorum quoad contentiones habet priuilegium ſententiæ tranſeuntis in rem iudicatam. num. 6. & 7.

*Sententia, ſi tranſiuit in rem iudicatam, iterum de ea inter eaſdem perſonas diſputari non poteſt. n.*7.

Appellatio, ſupplicatio, aut alius recurſus non admittitur à ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, ſicut nec à declaratione

Cancellarij, quæ producit eoſdem effectus. num. 8.

Tribunal Reſidentiæ & ſindicatûs Locumtenentium Iuſtitiæ Aragonum in Aragonia in pluribus eſt conſimile Tribunali Cancellarij. num. 9.

Tribunal Inquiſitorum proceſſuum (vulgò iudicantium denunciationes Locumtenentium Iuſtitiæ Aragonum) quomodo in Aragonia procedat. numero 10. & 11.

Sententia Tribunalis (vulgò Inquiſitorum proceſſuum, & iudicantium) exequi debeat priuilegiati ſine appellatione, vel alio quolibet recurſu. num. 11. & ſequent.

*Sententia Cancellarij, & iudicum (vulgò iudicantes) ſtatim atque pronunciatur, tranſit in rem iudicatam, & ideò ab ea non datur appellatio. n.*12.

Appellatio non datur à ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam. n. 12.

Sententia, ſi tranſiuit in rem iudicatam, non poteſt ampliùs, de ea iterum agi, vel diſputari inter eoſdem litigantes. num. 12.

Res iudicata impedit nouum litis ingreſſum inter eaſdem perſonas, & facit rem notoriam, ac de albo nigrum, num. 13. & 14.

Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, ſemper præſumitur iuſtè lata, & facit ius quoad omnes, habetque vim conſuetudinis, vel legis. num. 14. & 15.

Intentari non poteſt de nouo cauſa ſindicatus Locumtenentium Iuſtitiæ Aragonum, ſi per iudicantes fuerit declarata. num. 16.

Argumentum de Tribunali iudicantium de ſindicatu valet, quoad Tribunal Cancellarij circa effectus ſententiarum ab illis pronunciatarum. n. 17.

Ratio eadem vbi viget, valet argumentum de vno caſu ad alium. n. 18.

Contentio ſemel iam declarata, poteſt iterum in aliquibus caſibus de nouo efformari, qui referuntur. n. 19.

Sententia, continens notoriam iniuſtitiam, vel patentem nullitatem, non tranſit in rem iudicatam. n. 20.

*Sententia Cancellarij non impedit, quòd de nouo contentio non poſſit efformari, ſi patenter ex inſtrumentis notoriis, aliiſque probationibus legitimis, & claris conſtet, rem aliter ſe habere, quàm fuerit iudicatum. n.*21.

Partes habentes intereſſe citandæ ſunt in cauſa, vt ſententia eis noceat, vel proficiat. num. 22.

HVius quæſtionis reſolutio in noſtro Aragoniæ Regno facillimo negotio deſumi poteſt; cum habeamus expreſſam diſpoſitionem foralem, quæ illam decidit, *in foro:* otroſi por quanto &c.6.*ſub tit.de la competen.de Iuriſdic.* cuius verba ita ſe habent: *Otroſi por quanto parece inconueniente que por vn miſmo delicto, declarada vna vez la competencia, otra vez ſe aya de formar. Su Alteza de voluntad de la Corte declara, que formada la competencia por vno de los Iuezes ſeculares, y declarada por los Arbitros, o, Canceller, a, hauida por declarada en fauor de la Ygleſia, que ningun otro Iuez ſecular, aſſi de la Ciudad de Zaragoça, como de otra qualquiera parte del Reyno, pueda intrometerſe en conocer de la perſona del Coronado; o, de la cauſa, ſi por aquella, ſe huuiere formado por el Coronado la competencia; y eſto ſe entienda, ſi ſecundariamente fuere apellidado por los miſmos delictos, y caſos ſobre que fue la primera competencia; conſtando legitimamente, que es por la miſma cauſa, o, delicto.* Hæc forus. 1

Ex quibus verbis liquidò patet, quòd ſemel legitimè declaratâ contentione, abſolutè non poteſt iterum efformari; & iſte eſt caſus exceptus, in quo Curia, contra quam de nouo efformatur cum litteris inhibitoriis alterius Curiæ, non tenetur, nec debet reſpondere, aut formare ex diſpoſitione fori, *Por no reſponder &c.* 3. ibi. *En los caſos que fuere obligado reſponder* &c. *ſub tit. de competen. Iuriſdict.* & ita notat Portol. *in commentariis ad eundem forum num.* 3. vbi teſtatur ita fuiſſe deciſum; quam concluſionem inoffenſo pede apud noſtros practicos reperies, vt tradunt idem Portol. & Bardaxi *in commentariis ad dictum forum,* Otroſi, *in principio,* & *n.*2. Suelues *tom.*1. *in centuria, conſilio* 85.*n.*7. & alij noſtrates. 2

Quod idem in Cathalonia procedit, & ſtylatur in vim concordiæ Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Conuenarum; vt obſeruant Cancer, *p.* 3. *variarum capite* 10. *numero* 95. Fontanella *deciſ.* 318. *numero* 2. & 15. *cum ſequent. part.* 2. Ripol. *in practi. vicaria Barcin. Rubrica* 11. *numero* 13. & 19. Peguera *in* 3

praxi

praxi capite 26. *verſ. ex prædictis ergo &c. folio mihi* 164. Idémque ſeruari in Regnis Valentiæ, & Sardiniæ teſtatur Cortiada *in praxi contentionum part.* 1. *deciſ.* 12. *n.* 40. *in fine.*

Et non ſolùm in noſtris Regnis Coronæ, ſed etiam in Regnis Caſtellæ, ſtabilitum reperitur *in l.* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopilationis cap.* 8. per hæc verba. *Y que de aquella remiſſion, que hizieron no aya reclamacion, ni otro recurſo alguno, &c.* & in iuſſione ad cœtus generalis creationem edita, ita ait. *En la qual dicha Iunta ſe aya de conocer, y conozca ſumariamente de los miſmos autos, los quales han de tener ſubſtanciados los Tribunales dentro de ocho dias, de como ſe commençare la competencia, y decidirſe, y executoriarſe con auto de la dicha Iunta ſin que aya de auer maior lugar, ſupplicacion, ni otro recurſo; &c.*

4 Ex quibus ita in illis Regnis ex dictis legibus obſeruari ſine dubitatione teſtatur Pareja *tom.* 1. *de vniuerſa inſtrum. editione tit.* 2. *reſolutione* 6. *ſpecie* 4. *num.* 314. vbi ita ait. *Et propterea abſque dubio affirmandum videtur, quod, ſemel expedita cauſa contentionis inter Magiſtratus orta, nullatenus poſſit ampliùs refricari, &c*

5 Imò de Iure communi prædicta concluſio deciſa, & canonicata reperitur *in cap. de his* 6. *de accuſationibus*, & docet Portol. *in commentariis, ad dictum forum*, Otroſi, *num.* 2. & *in ſcholiis ad Molin. in verbo, abſolutio, à num.* 2. *& ſequent.* latè Seſſe *deciſ.* 106. Cenedo *in Collect. ad decret. collectanea* 113. & plures referens Hortenſius, Cabalean. *de brachio Regio p.* 4. *num.* 240. *copiosè* Farinat. *in praxi crimin. p.* 1. *quaſt.* 1. *à num.* 51. *& quaſt.* 4. *à principio*, & alij infiniti.

6 Nec diſſonat de Iure ciuili, cùm pateat ex textu *in lege, ſi cui* 7. §. *iiſdem criminibus ff. de accuſationibus.* Et ratio eſt; quia, cùm ſententia Cancellarij ſecum ferat priuilegium ſententiæ tranſeuntis in rem iudicatam, conceſſum ab ipſa lege ex authoritate ſupremæ poteſtatis, quæ illum efficit Iudicem legalem cum circunſtantiis ab ipſis foris præſcriptis, quarum vna eſt, vt ſuper eodem articulo, & inter eaſdem perſonas iterum contentio de nouo efformari nequeat poſt declarationem, ſed quòd euaneſcat, & ſpiret, eo ipſo, quòd fuerit declarata per Arbitros, eiſque diſcordantibus per Cancellarium; vt tradunt Suchus *conſilio* 85. *numero* 7. *centuria* 1. Regens Leon *lib.* 2. *deciſ.* 208. *num.* 9. *& ſequent.* Suelues *in Semicenturia* 2. *tom.* 2. *conſilio* 19. *numero* 13. Tondutus *de præuentione iudiciali p.* 2. *cap.* 38. *numero* 8. *&* 9. éſtque apud omnes in confeſſo.

Exinde eſt, quòd ſicut ſententia tranſacta in rem iudicatam in ſe intrinſecè continet, quòd de ea ex eadem cauſa nequeat iterum diſputari; ſic ſimiliter in declaratione Cancellarij, idem iudicium efformandum eſt: 7 8
& ſicut ab illa non admittitur appellatio, ſupplicatio, aut alius recurſus, ita & etiam in hac, quæ omnimodè eoſdem producit effectus, quos res iudicata, vt multa cumulans tradunt noſter Portol. *vbi ſuprà ad dictum forum*, Otroſi, *de Competencia Iuriſdictionis, num.* 3. (qui *num.* 10. *& ſequent.* adducit aliquos caſus, in quibus contentio de nouo inſtitui poteſt, vt *infrà* dicemus) Pareja, *vbi ſuprà dicto titulo* 2. *reſol.* 6. *inſpect.* 4. *à num.* 314. *cum ſequent.* à quibus plurima mutuauit D. Michaël Cortiada, *vbi ſuprà in dicta deciſ.* 12. *à num.* 40. *vſque ad* 113. vbi copioſiſſimè agit de hac materia, cum diuerſis ampliationibus, & limitationibus prædictæ reſolutionis, apud quem videre poteris, ne hîc tranſcribamus, quod *ibidem* tam latè eſt extenſum; nam congeſſit, quidquid per plures DD. diſperſum exiſtit.

At verò addere libet quoddam fundamentum ſatis germanum præſentis quæſtionis in praxi noſtri Regni Aragouiæ in alio conſimili Tribunali, in quo tam laxiores bene non admittuntur, ſicut & in aliis; vt de contentione iam declarata per Arbitros, & Cancellarium in aliquibus caſibus poſſit iterum diſputari ab eiſdem numero contendentibus. 9

Ad quod ſupponendum eſt, quòd per noſtros foros, & leges municipales ſtatutum reperitur *in Rubrica, & titulo, Forus Inquiſitionis, &c.* circa ſindicatum Locumtenentium D. Iuſtitiæ Aragonum (vulgò *Denunciationes*) in quibs ſpecificè diſponitur, & præſcribitur forma, quo modo proceſſus 10

ceſſus efformandus ſit per Inquiſitores proceſſuum (ita appellantur, qui conſtruunt proceſſum ſindicatus, ſeu denunciationis) & ſimiliter, intra quod tempus debeat terminari; vt patet *ex Foro, E porque 8. &c. ſub titulo, Forus Inquiſitionis &c. folio 78. in nouiori impreſſione*, & *in foro E porque las ſentencias, que por los dichos judicantes, folio 83. colum. 3. eodem titulo*, vbi iudicantibus præſcribitur tempus, intra quod ſuam ſententiam proferant abſoluendo, vel condemnando Locumtenentem, accuſatum, & ſindicatum; quam quidem exequendam eſſe priuilegiatè (vt nos dicimus) decernitur ſine aliqua appellatione, vel alio quolibet recurſu, ibi. *E porque las ſentencias, que por los dichos Iudicantes ſe daran, ſin impedimento alguno ſean executadas. Ordenamos, que aquellas, o, cada vna de ellas, ſe ayan de executar dentro del tiempo de los dichos quarenta dias por los dichos Iudicantes, &c.*

11 Et paulò inferiùs; *las quales ſentencias ſian executadas por via priuilegiada: è que las dichas ſentencias, ni los proceſſos, è intermedios de aquellas, è aquellos, è las ditas executiones con los incidentes, dependientes, è, emergentes, no puedan ſeier empachadas, ni empachados por qualesquiere firmas de dercito, encara que ſian de tercero, o, de tercera perſona, o, perſonas, o, de contra fuero feito, o, facedero, ni por apelacion, adjuacion, euocacion, remiſion, ni por qualquiera inhibicion de aquellas, o, de cada vna de ellas, ni por manifeſtacion de perſona, ni de bienes de poder de Officiales, ni por otra qualquiera defenſion de fuero, de dercito, obſeruancia, vſo, è coſtumbre del Reino de Aragon quanto quiere juſta, è razonable: ni por alegaciones, ni exceptiones de no ſeier, ſernada la forma del preſente fuero, &c.*

12 Ex quibus colligitur, quòd, factâ declaratione, & pronunciatâ ſententiâ per iudicantes, adeſt res iudicata, quâ exiſtente, de eadem cauſa, & inter eaſdem perſonas litigantes ampliùs agi, vel diſputari non liceat, nec poſſit; vt accuratè cum pluribus aduertit, & reſoluit Suelues *tom. 1.*
13 *in centuria, conſilio 99. num. 15.* & impedit litis ingreſſum. Portoles *in ſcholiis ad Molinum, verbo, Firma, à numero 151. cum ſequent.* Seſſe *de inhibitionibus capite 5. numero 12. cum ſequent.* quos ad intentum refert, & ſequitur idem Suelues, *vbi proximè, conſilio 23. num. 3.* & patet etiam ex obſeruantia *vſus Regni* 19. verſ. *etſi forte, ſub titulo de pignoribus*, de quo videre poteris Guiurban. *deciſ. ciuili 20. Regni Siciliæ*, vbi plures allegans multa ad intentum cumulat pro effectibus ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam.

Hæc enim facit rem notoriam, & 14
de albo nigrum *l. ſi non ſortem §. hæredi ff. de condict. indebiti l. Ingenuum ff. de ſtatu hominum l. Res iudicata, ff. de regulis Iuris*; & tradunt communiter Doctores, *in capite ſuborta, de re iudicata*: & multa congerit Maſcar. *de probationibus, concluſione 1296. à numero 14. cum pluribus ſequentibus.* Cardinalis Tuſcus *tom. 6. litera, R. concluſione* 267. Mar. Ant. *variarum reſolutionum lib. 1. reſolutione 76. numero 2. & reſolutione 94. num. 11.*

Prætereà ſemper præſumitur ſen- 15
tentiam iuſtè fuiſſe latam *l. Herennius §. Caia ff. de vſuris, capite In præſentia de renunciatione.* Idem Marius Antonius *vbi proximè reſolution. 50. numero 30. & reſolut. 71. numero 4. & libro 3. reſolution. 13. numero 1.*

Iuſuper, habet vim conſuetudinis, 16
& legis, Gama *deciſ. Luſitana 174. numero 10.* facítque ius quoad omnes *l. ſi ſeruus §. ſi hæreditatis, verſ. & cum ius ff. de legat. 1.* Rota *in recentioribus Farinacij tom. 1. p. 1. deciſ. 78. numero 1.*

Cùm igitur per noſtros foros, & 17
leges quoad effectus ſententiæ prolatæ per iudicantes, vel per Inquiſitores proceſſuum reſpectiuè in ſuis caſibus in noſtro Regno prohibitum ſit, quòd de illa inter eaſdem perſonas, & pro eadem cauſa iterum, & de nouo denunciatio, ſeu accuſatio intentari valeat; vt expreſsè patet ex dictis foris *ſuprà* allegatis; & cùm valeat argumentum de vno caſu ad alium, *ex dicto foro*, Otroſi, *de competentia Iuriſdictionis*; & *ex dicto foro*, E porque las ſencias, *ſub titulo, Forus inquiſitionis &c.*

vbi

vbi vtrobique cauetur æqualiter, ne iterum de cauſa deciſa diſcutiatur.

18 Seqnitur exinde propter identitatem rationis, quòd ſicut in denuntiationibus, aut ſindicatu non admittatur; vt agitari queat inter eaſdem partes de eadem cauſa iam declarata; ſic ſimiliter in contentionibus *ad l. illud, ff. de lege Aquilia, l. A Titio, ff. de furtis, l. quidam nummularios, ff. de edendo cum vulgatis*; & latè per Parejam *vbi ſuprà, in dicto tractatu de inſtrumentorum editione tom. 1. in dicto titulo 2. reſolut. 6. ſpecie 4. num. 316. cum ſequent.* qui loquitur in terminis contentionis; & præcipuè ad intentum *à num. 319.* & conſequenter nemo dubitare debet prædictam reſolutionem in praxi certiſſimam eſſe.

19 Verùm, licèt hæc ita ſe habeant; ſunt tamen aliqui caſus, in quibus eadem contentio iterum efformati poteſt; vtpote ſi ad inſtantiam tertij intereſſe habentis, qui non fuit in cauſa, eam intentare voluerit, vel, ſi inſtituatur contra alterum ex aliis delinquentibus, qui priùs non fuerunt vocati, & citati in prima contentione, aut, ſi ex noua cauſa, aut nouo delicto efformetur, vt latè aduertit Portol. *in ſcholiis ad dictum forum*, Otroſi, *à num. 10. vſque in finem.*

Vel ſi qualitas attributiua Iuriſdictio-
20 nis declaretur non liquere, quia tunc rectè recurri poteſt ad Tribunal contentionum, vt ſuper eo articulo pronuncietur; vel ſi etiam iterum formetur ex capite notoriæ, & manifeſtæ, & clariſſimæ iniuſtitiæ, & nullitatis ex inſtrumentis patentibus, & notorlis, aliiſque probationibus notoriis, & legitimis, ex quibus reſultet rem aliter ſe habere, quàm fuerat iudicatum; tunc
21 enim de nouo contentionem intentari poſſe, & in duobus caſibus antecedentibus latiſſimè reſoluit, & expendit Pareja plura adducens *in dictâ reſolut. 6. ſpecie 4. à num. 318. vſque ad 341.*

Et tandem idem dicendum eſt, ſi
22 non fuerit ſeruata forma præſcripta *in foro 1. ſub titulo de competentia Iuriſdictionis*, aut *in concordia Reginæ Eleonoræ, & Cardinalis Cenuenarum*, aut ſi Procurator fiſcalis vtriuſque Curiæ, & inſimul pars non citetur; nam qui non fuit citatus, poterit eandem contentionem iterum intentare, cùm ambæ habeant intereſſe; & conſequenter citandæ ſunt; vt alios allegans dixi *in meo Paſtorali Regul. p. 3. voto 1. num. 16. & voto 8. num. 44. & 69.* Quas quidem limitationes partim ennmerat Cortiada *in dicta deciſ. 12. à num. 71. cum ſeq.* vbi copiosè; & diligenter adducit diuerſas ampliationes, & ſublimitationes, & quoad hunc articulum vide *infrà quæſt. 71.*

QVÆSTIO LXI.

Contentio ſi ſit pronunciata per Cancellarium, an detur appellatio, ſupplicatio, vel alius recurſus?

SVMMARIVM.

Sententia Arbitrorum, ſeu Cancellarij facit rem iudicatam, taliter, quòd pars inobediens puniri poteſt, tanquam perturbator quietis publicæ. n. 1.

Contentio ſi ſemel fuerit declarata per Iudicem competentem, non poteſt iterum efformari. n. 2.

Appellatio, ſeu alius recurſus non admittitur contra ſententiam prolatam per Arbitros, vel Cancellarium, ſed ſtatim exequi debet num. 3. & 4. cum ſeq. & 22.

Contentio ſemel declarata, ſecum fert omnes effectus rei iudicatæ. num. 4. & ſeq.

Fiſcalis Regius in Regno Valentiæ eſt Iudex contentionum ſuſcitatarum inter Regies Officiales. num. 6. à qua datur appellatio. num. 7.

Cancellarius declarans contentionem pro vno, vel altero Iudice non infert præiudicium aliquod parti, nam à quolibet eorum ſuam conſequetur iuſtitiam. n. 8. ſed contra n. 10. & 12. cum ſeq.

Controuerſia, ſi oriatur inter Dominum, & Vaſſallum, per æqualem Curiam terminari debet. n. 9.

Contentio, ſi inter ſolos iudices circa præuentionem oriatur, & ſuperior vni eorum cauſam adiudicet, non licebit à partibus appellari. n. 10. & 11. cum ſequent.

Doctores plures ſequentes eandem ſententiam ex vnico, vel vniformi fundamento, & nihil addendo, non plures, ſed vnus computandus eſt. n. 11.

Appellatio non datur à declaratione contentionis pronuntiata per Arbitros, aut Cancellarium. num. 12.

Præiudicium

Praeiudicium reſultans ex declaratione contentionis facta per Cancellarium, nocet non ſolam Curia, ſed & parti contendentibus, ſi contra eas declararetur. n. 13.

Contentionem qui format, ex eo ſit, quia præſumitur habere intereſſe conſiderabile, vt ſua cauſa decidatur in Tribunali, quod implorat. num. 14.

Tribunal Eccleſiaſticum ſemper ſe gerit mitius, quàm ſeculare. n. 14.

Curia contendens de Iuriſdictione habet intereſſe conſiderabile, vt in eius fauorem declaretur. n. 15.

Iuriſdictionis materia eſt res valde æſtimabilis. n. 15. & 16.

Perſonæ illuſtres raro ſe oppignorant in rebus parui præiudicij. n. 16.

Iuriſdictio etiam minima ſine Principis auctoritate conferri non poteſt. n. 17.

Pacta, conuentiones, aut compromiſſa fieri non poſſunt circa Iuriſdictionem, ſine aſſenſu, & voluntate ſuperioris. n. 18.

Iuriſdictionem qui vſurpat, committit crimen læſæ Maieſtatis. n. 19.

Immunitas Eccleſiæ non ſolùm reſpicit eam, ſed & ipſam confugientem ad illam, & ideo ambo citandi ſunt ad cauſam. numero 20.

Sententia Cancellarij intimari debet ambabus Curiis, vel reo contendentibus, cùm ſit res grauis præiudicij. n. 21.

Appellatio non admittitur in contentionibus à ſententia Arbitrorum, vel Cancellarij, non ex eo, quod in illis agatur de modico præiudicio, ſed ex aliis fundamentis validiſſimis. n. 22. & ſeq.

Cauſæ, quæ ventilantur in Tribunali Cancellarij, ſunt magni ponderis. n. 26.

1 EX duabus immediatè antecedentibus quæſtionibus reſultat præſens; cum enim in prima *à num. 7. & ſequent.* reſolutum relinquamus, quòd ſola ſententia Arbitrorum, ſeu Cancellarij reſpectiuè in ſuis caſibus, operatur eoſdem effectus, qui in iure reſultant ex tribus conformibus ſententiis, vel vna, tranſeuntibus in rem iudicatam, taliter, quòd ſi pars ſuccumbens renuat obedire, compelli debeat, & puniri tanquam perturbator quietis publicæ.

2 Et *in proximè antecedenti quæſt.* ſimiliter diximus, quòd ſimul declaratâ contentione per iudicem competentem, non poteſt iterum efformari ex eadem cauſa, & inter eaſdem perſonas, & circa eundem articulum.

3 Ex quibus tanquam è fonte dimanat inquirere; an detur appellatio ſupplicatio, vel alius recurſus à ſententia prolata per Arbitros, aut Cancellarium circa contentiones. In quo dicendum eſt, nullatenus locum habere appellationem, aut ſupplicationem, ſeu alium recurſum, ſed imò ſtatim exequi debere.

4 Enim verò cùm ſecum ferat omnes effectus rei iudicatæ, vt diximus *ſuprà quæſt. 59. à num. 3. & 7. cum ſequent.* & *in quæſt. antecedenti à n. 6. & ſequent.* exinde oritur, quòd appellatio, & alij recurſus denegati remaneant; ſed quia in ſpecie de hoc articulo latè egimus *ſuprà q. 30. per totam*, ideo omittimus repetere, quæ *ibidem* extendimus, licèt apprimè adaptentur.

5 Verumtamen; cùm, quando dictam quæſt. trigeſimam extendimus, reſeruauiſſemus aliqua notatu digna, & particularia, vt in medium proponerentur, atteſtor, teſtifico, & propono cum omni veritate, & ingenuitate, quòd tribus abhinc annis, quando hæc ſcribo ex paruo meo ingenio, erat iam ſupradicta quæſtio 30. exarata, & extenſa prout iacet *ſuprà*, antequam D. Michaël Cortiada in lucem ederet primum tomum ſuæ praxis contentionum, & cùm in præſenti aliquid addere vellem, inueni quòd dictus Cortiada latiſſimè, & exactiſſimè in propriis terminis exagitat eandem quæſtionem; & quamvis *in aliquibus qq. antecedentibus* ipſum allegauerim, attamen illum addidi poſtquam ad manus meas volumen peruenit pro omnibus Regnis Coronæ; *deciſ. 25.* ideóque nolui in longius protrahi, cùm otioſum ſit repetere, quod tam laborioſè congeſſit ex Doctoribus noſtris Practicis, aliorúmque Regnorum, in quibus obſeruata, ſtylata, & practicata reperitur prædicta concluſio, referendo exemplaria, & caſus, in quolibet eorum exequutos, denegando appellationem à ſententiis Arbitrorum, ac Cancellarij, & in eius defectum, tertij in ipſius locum nominati.

6 Et in Regno Valentiæ ita etiam obſeruari aduertit D. Laurentius Matthæu *de Regimine Regni Valentiæ tom. 2. cap. 7. §. 1. num. 134.* vbi loquitur de Cancellario; & reſoluit, ab eius ſententia nullatenus dari appellationem, & in confirmationem alios allegans.

7 Poſt modum verò *in eodem cap. 7. §. 5. num. 9.* concludit ex expreſſis verbis fororum illius Regni *ſub tit. de Competentia Iuriſdictionis*, quòd Aduocatus Fiſcalis

Domini

Domini Regis,eſt Iudex contentionum
inter Regios Officiales ſuſcitatarum;&
*paulò inferiùs num.*21. quærit, an ab eius
ſententia, & pronunciatione detur ap-
pellatio; & licèt aliqui Doctores con-
cludant, denegandam fore, ipſe tamen
num. 22. *& ſequent.* contrariam tuetur
ex variis fundamentis,& exemplaribus;
& *num.*28. teſtatur, eſſe receptiſſimam,
& communem opinionem in illo Regno,
à qua non eſt recedendum; libuitque
mihi hoc annotare, ne Matthæu ſibi
contrariari videatur ex aliqua æquiuo-
catione; cùm ipſe priùs reſoluiſſet, non
dari appellationem *in dicto* §. 1. *n.* 134.
pro quo etiam conſulere poteris Regen-
tem Leon *deciſ.* 208. *à num.*28. *cum ſeq.
tom.*2.

8 Vnum tamen hic omittere non placet;
nam cùm dictus D. Michaël Cortiada *in
dicta deciſ.* 25. *num.* 32. *in* 3. *fundamento
prædictæ reſolutionis*, intendat probare
cum aliis ab eo allegatis, ſupradictam
concluſionem ex variis argumentis,pro-
ponit vnum non admiſſibile,per hæc ver-
ba: *Tamen quando Iudex tertius pronun-
ciat cuius ſit Iuriſdictio,appellari non poteſt,
quia præſumendum, & vero ſimile eſt, quòd
vnus Iudex ita bene, ſicut alius iudicabit,
& partis modicũ intereſt, cui eorum Iudicum
Iuriſdictio adiudicetur; & ideò conueniens
eſt,à tali declaratione appellationem non ad-
mitti: ita affirmauit omnium primus Inno-
centius in cap. Paſtoralis num.* 3. *&* 8. *de
reſcriptis, quem ſequuntur, & laudant An-
gelus in l.* 2. *num.* 2. *Fulgoſius num.* 12.
Iaſon num. 38. *Curtius Iunior num.*24. *ff.
ſi quis in ius vocatus non ierit, Baldus in
cap. Paſtoralis num.* 10. *de reſcriptis, quos
& alios citat Portol. foro* 1. *num.*27. *de com-
petentia Iuriſdictionis, Seſſe deciſ.* 113.
*num.*26. *& à num.*126. *lib.* 2. *& de inhibit.
cap.* 9. §. 2. *num.* 27. *Suelues conſilio* 19.
*num.*7. *lib.*3. *Regens Leon deciſ.* 2. *num.* 3.
*lib.*3. *San Felitius deciſ.* 5. *n.* 6, *Tondutus
de præuentione iudiciali cap.*38. *num.*8. *&* 9.
Hæc Cortiada.

9 Et certè Portoles,& Seſſe eiſdem ferè
verbis ita concludunt: at verò Suelues
in dicto conſilio 19. *à num.*6. ſolùm conclu-
dit, quòd à ſententia Cancellarij, vel
Arbitrorum non datur appellatio;quòd
autem hoc ſit modici præiudicij non di-
cit; Regens autem Leo *in deciſ.*2. *num.*3.
nec verbum aliquod ad intentum con-
cludit, cùm in illa ſolùm diſputet,quòd
ſi controuerſia otiatur inter Dominum,
& Vaſſallum, terminari debet per Cu-
riam æqualem. Et denique Tondutus
ſolùm reſoluit,quòd, ſi contentio ſit de
præuentione inter ſolos Iudices, & Su-
perior vni eorum cauſam adiudicet,
quòd non licebit partibus litigantibus
appellare: at verò quòd ſit propter mo-
dicum præiudicium, nequaquam dicit.
Vltimò noſter Bardaxi *in comment. ad
dictum forum* 1. *de Competentia Iuriſdi-
ctionis num.*5. *verſ. Præterea, &c.* opinio-
nem Angeli,& aliorum refert,quam re-
futat, & non admittit.

Verùm quidquid ſit, negari non po- 10
teſt, prædictam rationem ſequutam, &
approbatam eſſe à prædictis doctiſſimis
viris, qui poſt Innocentium eam admi-
ſerunt; ſed certè nullo nouo, & diuerſo
fundamento,& conſequenter dicendum
non eſt, plures Doctores defendere,
quòd materia contentionum eſt parui
præiudicij;ſed eſſe vnum,quem ſequun- 11
tur ex vno, eodémque fundamento,qui
adhærent Innocentio,vt accuratè aduer-
tit in ſimili contingentia Philippus De-
cius *conſilio* 494. *num.* 15. Azor *tom.* 1.
*inſtitutionum moralium lib.*2. *cap.* 13. *q.* 1.
verſ. quando agitur, &c. circa medium.
Curtel. *contra Dianam lib.* 1. *quæſt.* 27.
*num.*18. & latè patet ex his, quæ dixi *in
meo foro conſcientiæ*, ſiue *Paſtorali inter-
no p.*2. *tract. vnico,quæſt.*5. *num.*32. *&* 33.
cum ſequent.

Quibus ſic conſtitutis certiſſimum eſt, 12
quòd, declarata contentione per Can-
cellarium, non datur appellatio, ſuppli-
catio, vel alius recurſus contra illam,
ſed non ex eo,quòd ſit parui præiudicij,
cùm partis modicum interſit,cui ex Iu-
dicibus contendentibus Iuriſdictio ad-
iudicetur; nam præſumi debet, quòd
tam vnus, quàm alter æquè benè iudi-
cabit; non enim ad validitatem, & cer-
titudinem prędictę reſolutionis opus eſt,
ſe tueri illo fundamento, quod in Iure
ſatis periculoſum eſt,ſed ex aliis ſolidis,
& certiſſimis, de quibus Portol. Seſſe, &
Cortiada *in locis ſuprà relatis*; & nos di-
ximus *ſuprà in dicta quæſt.* 30. & conſe-
quenter otioſum eſt,vti hoc argumento,
ſed aliis ab ipſis ponderatis.

Enim verò, meo paruo videri, con- 13
uincitur ex eo, quia hoc modicum præ-
iudicium dupliciter conſiderari poteſt,
videlicet, aut reſpectu partis,vel Curia-
rum reſpectiuè de per ſe efformantium
contentionem,& in ambobus caſibus re-
ſultat partibus graue damnum, & præ-
iudicium; ergo non poteſt modicum re-
putari.

Quòd parti ſit nociuum, patet ex eo, 14
quia

quia formando contentionem, ſi eidem non ſequeretur damnum, fruſtra videretur implorare auxilium,& iuriſdictionem Iudicis,cui vult eſſe ſubiectum, faciendo expenſas, & alia incommoda, quæ lites ſecum ferunt; & ita credendum eſt, partem habere intereſſe, & commodum conſiderabile, vt ſua cauſa definiatur, vt terminetur in hoc, & non in illo Tribunali; maximè, cum videamus, quòd in Eccleſiaſtico mitiùs agatur, quàm in ſeculari; & propterea, iuſtiſſimè timere poteſt iudicem cui repugnat, non eſſe eidem fauorabilem ſed ſuſpectum, nec poſſe ſuſpicionem probare, & per hoc medium conſequetur, quòd per aliam viam non poſſit adipiſci, & ideò dici nequit, quòd ex eo, quòd ab hoc, vel illo Iudice ſua cauſa decidatur non ſentit præiudicium conſiderabile.

15 Et quoad Curias ad oculum patet; in eis namque non poteſt ratio adducta verificari; nam, ſi contentio fuerit declarata in fauorem vnius, ſilentium imponitur alij Curiæ contendenti, & prætenſa iuriſdictio per eam totaliter extincta remanet quoad cauſam deductam in contentionem,& conſequenter non habent iudicem,qui repareт illud damnum; & cùm materia iuriſdictionis ſit res tam æſtimabilis, & quæſita, vt diximus *ſuprà*
16 *quæſt.* 20. *à num.* 11. *& ſequent.* exinde videmus noſtros maiores tanto conatu, curâ, & vigilantiâ, quando accidebat contentio inter Curias, illam defendere procurabant, etiam deueniendo ad arma, vt diximus *ſuprà quæſt.* 1. *&* 2. ad quod euitandum inuentum,& excogitatum,ac admiſſum fuit medium decidendi contentiones per Arbitros, & eis diſcordantibus, per Cancellarium: quomodo ergo credibile eſt, quòd perſonæ tam ſublimes, prudentes,& doctæ, ſi res eſſet parui præiudicij ſeſe oppignorarent per vias violentas, & periculoſas, & fortaſsè ſcandaloſas, ſi in eorum æſtimatione magni non penderent.

17 Ex quo ſequitur, quòd excellentia, Iuriſdictionis ſemper eſt ſummoperè æſtimabilis, adeò, vt etiam minima;ſine auctoritate Principis conferri non poſſit, *l. Et quia* 6. *ff. de Iuriſdictione omnium iudicum l. Priuatorum conſenſu cod eodem tit.* & tradit Anſaldus *de Iuriſdictione part.* 3. *tit. vnico de iudiciis cap.* 1. *n.* 12. Si enim minima Iuriſdictio requirit Principis auctoritatem, quo ergo pacto dici poteſt, præiudicium paruum reputari, ſi Cancellarius illam attribuat huic Curiæ, excludendo alteram? ergo præciſè fatendum eſt, conſiderabile præiudicium ſequi Curiæ, vel parti, contra quas contentio declaretur.

Imò potiùs Iuriſdictio eſt res tam excellens, & ſuprema, vt ſuper ea pacta conuentiones, & compromiſſa fieri nequeant ſine aſſenſu, & auctoritate Superioris, vt accuratè cum pluribus docet D. Ioannes de Solorzan. *de Indiarum gubernatione tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 74. 18

In tantùm, quòd vſurpans Iuriſdictionem committit crimen læſæ Maieſtatis, vt per Farinatium *tom.* 4. *de crimine læſæ Maieſtatis quæſt.* 114. *inſpect.* 1. *numero* 1. *&* 2. quem cum aliis refert Franc. Niger. Ciriacus *tom.* 3. *controuerſiarum forenſium controuerſ.* 408. *numero* 35. de quo plura poſſemus cumulare. 19

Et maximè ponderari poteſt, quòd cum ex dictis *ſuprà, quæſt.* 44. *ex num.* 11. *cum ſequent.* pateat, quòd immunitas Eccleſiæ non ſolùm reſpicit ipſam, ſed & etiam ipſum Reum confugientem ad Eccleſiam, taliter, quòd ambo citari debeant. 20

Similitérque diximus, & latè probauimus *ſuprà quæſt.* 46. quòd ſententia Cancellarij debet intimari omnibus contendentibus (quidquid ſit in Aragonia, ex ſtylo, & praxi) tam Reo, quàm procuratori, vel Sindico pro Eccleſia, ex eo, quod ſit res grauis præiudicij; ergo quocumque modo conſideretur, non poteſt, illud effugi. 21

Ex quibus, & aliis, quæ circa hunc articulum conſiderari poſſent, concludendum eſt, non dari appellationem, ſupplicationem, vel alium quemlibet recurſum à ſententia Arbitrorum, ſeu Cancellarij reſpectiuè in ſuis caſibus propter fundamenta adducta à Doctoribus *ſuprà* allegatis, & à noſtris *ſuprà* adductis *in dicta quæſt.* 20. *à num.* 12. *& ſequent.* non verò propter modicum præiudicium, quod ſequi poteſt partibus; non obſtantibus his, quæ refert Bardaxi *in commentariis ad dictum forum* 1. *ſub tit. de competentia Iuriſdictionis num.* 5. *verſ. Præterea*, admittendo in prædicto caſu appellationem, & reprobando contrariam opinionem ex eo ſolo fundamento, quòd ſit modici præiudicij, quia non agitur de intereſſe conſiderabili. 22

Et certè, ſi prædicta opinio Ibandi de Bardaxi, quatenus ſe opponit prædictæ 23

dictæ reſolutioni , ſolùm ſe muniret
in eo fundamento , meo paruo vide-
ri , admittenda foret ; ſed cùm ad eius
ſoliditatem non indigeat eo argumen-
to , ſed aliis ſolidiſſimis , exinde non
adhæreo eius opinioni, quoad princi-
pale obiectum huius quæſtionis , ſed
tantùm quatenus ipſe refutat , quod
non agatur de intereſſe , vel præiu-
24 dicio conſiderabili , vt ex eo tollatur,
& interdicatur appellatio , ſupplicatio,
ſeu alius recurſus ; quod fundatur
ex conſiderationibus adductis à Portol.
Seſſe , & Cortiada *vbi ſuprà* ſequen-
tibus Innocentium , & Angelum , quos
refert , eiſque adhæret , & ſubſcribit
Paulus Antonius Delbene *tomo 2. ſin-
gul. Doctorum* , *ſingulari* 113. qui qui-
dem non fundatur in eo , quòd ſit
magni, vel parui præiudicij , & ideò,
vt manifeſtiùs pateat , libet eius
verba tranſcribere , quæ ita ſe
habent.
25 *A Sententia , qua quis pronunciat
ſe Iudicem competentem , poteſt appella-
ri , gloſſa eſt notabilis in authent. Ha-
bita finali , in fine cod. ne filius pro
patre : ſecus quando eſſet diſcordia inter
duos Iudices Ordinarios , vel delegatos,
& Superior , vel Arbitri electi ad fi-
niendum controuerſiam pronunciarent eo-
rum alterum competentem , quia tunc
à tali ſententia non appellatur ; ita
dicit Innocentius in capite ſuper litte-
ris de reſcriptis , quem ſequitur An-
gelus in l. ex quacumque ff. ſi quis
26 in ius vocatus non ierit.* Hæc Del-
bene. Cum quibus , & his quæ di-
ximus *ſuprà quæſtione* 20. *à numero* 5.
præcipuè *numero* 11. *& ſequentibus.*
vbi probauimus , quòd cauſæ conten-
tionum , quæ ventilantur in Tribuna-
li Cancellarij ſunt magni ponderis , &
conſequenter , quidquid reſultauerit
ex eius ſententia , finem imponimus
huic quæſtioni.

QVÆSTIO LXII.

Cancellarius vbi habere debeat Tribunal ad decidendas contentiones?

SVMMARIVM.

Tribunal Cancellarij exiſtere debet in domibus ſua propria habitationis. num. 1.

Cancellarius declarare tenetur contentiones in ſuo Tribunali , quod exiſtere debet in domibus ſua propria habitationis. num. 1. & 2.

Officium Cancellarij Competentiarum in Regnis Coronæ Aragonum eſt excellens. num. 2. *&* 6.

Stylus in Aragonia admittit , vt Tribunal Cancellarij exiſtat in domibus ſua propria habitationis. num. 2. & 3.

Cancellarius in Aragonia in ſuo Tribunali , Regios Conſiliarios præcedit , ſicut Locumtenens Generalis Domini Regis. num. 3.

Tribunalia , ſeu Aula Regia non exiſtunt in domo Locumtenentis Generalem Gubernationem Aragoniæ , etiamſi præſideat , ſed exiſtere debent in Domibus Diputationis. n. 4.

Cancellarius in Cathalonia præcedit Generalem Gubernatorem illius Regni. numero 5.

Contentiones declarantur in omnibus Regnis Coronæ Aragonum Domi Cancellarij , vel tertij , in eius locum ſubrogati , & ibidem exiſtit Tribunal. numero 7. & ſequent.

Aduocatus Fiſcalis Regius in Aragonia eſt ſemper Arbiter cum alio nominato per Curiam Eccleſiaſticam pro decidendis contentionibus , quæ declarandæ ſunt in Ciuitate Cæſaraugustana , & in domo Fiſcalis ad quam accedere debet alter Arbiter. num. 11. & 12. cum ſequent.

Fiſcalis Regius Regni Valentiæ eſt Iudex contentionum Regiorum Officialium. numero 12.

Proceſſus contentionis efformari debet coram Arbitro Eccleſiaſtico in loco ei bene viſo, etſi non conueniat cum Regio Fiſcali (qui eſt alter pro iuriſdictione ſeculari) deuoluitur ad Cancellarium. n. 13. & ſeq.

Contentio coram Arbitris terminari debet intra quinque dies, etſi non conuenerint, vel non declarent deuoluitur ad Cancellarium; at ſi inter ſe conuenerint, remanet ſopita quoad ipſos. num. 15.

1 IN *quæſt. 1. in initio huius tractatus num. 11.* diximus, quòd Tribunal Cancellarij debet exiſtere domi propriæ ſuæ habitationis, poſtmodum etiam *ſuprà in quæſt. 20.* diſputauimus, vbi Cancellarius debeat declarare dubium contentionis, & *ibidem* concluſimus, debere etiam fieri in eiuſdem domibus; & conſequenter idem dicendum eſt in præſenti, videlicet, quòd in illa exiſtat efformatum Tribunal ex motiuis latè ponderatis *ſuprà in dicta quæſt. 20.*

2 Et licèt non habeamus forum ita expreſsè diſponentem; ſtylus, & praxis ita obſeruauit ſumma cum ratione propter magnitudinem, aut excellentiam officij, prout latè patet ex dictis, & congeſtis *ſuprà in prædicta quæſt. 20.* & etiam ex traditis à Suelues *tom. 2.* 3 *ſuorum conſiliorum in 1. ſemicenturia, conſilio 41. num. 12. vol. 2.* vbi probat prædictum ſtylum eſſe inconcuſsè admiſſum, taliter, quòd ibidem præcedit Regios Conſiliarios vocatos ad conſulendum, & æquiparat Cancellarium Locumtenenti Generalis Gubernationis D. Regis, & illum exce- 4 dit quoad eam prærogatiuam habendi Tribunal in domo propria ſuæ habitationis; quam quidem non habet Locumtenens Generalem Gubernationem, cùm tunc Tribunalia exiſtant in domibus Diputationis, ad quas ipſe Gubernator (etiamſi præſideat) accedere debet; & ſic videmus, quod circa hanc partem Cancellarius maiori excellentia fulget, quàm Gubernator, licèt aliàs ſit tam nobile, & ſublime officium.

5 Idémque in Cathalonia ex Regia declaratione ſeruatur; nam Cancellarius præcedit Gubernatorem in omnibus actibus, vt de viſu teſtatur Michaël Ferrer *par. 3. obſeruat. cap. 83.* vbi ad litteram ponit epiſtolam Regiam declarantem prædictam præce- 6 dentiam in fauorem Cancellarij illius Regni. Quodquidem inducit maximam celſitudinem in Cancellario; & patet ex his, quæ lato calamo congerit Suelues *in dicto conſilio 41.*

In aliis autem Regnis Coronæ idem 7 ſtatutum, & obſeruatum reperimus ex ſpecialibus conſtitutionibus, & pragmaticis, vt videmus in Cathalonia vbi fuit reſolutum in Curia anni 1564. *cap. 6.* & eſt *c. Curia contentionum ſub tit. de contentione iuriſdictiom. in ordine 5. fol. 212.* & tradit Ferrer *in dicta 3. parte obſeruat. cap. 85. & cap. 172. in vltimo verſiculo incip. Adde, circa medium.*

Et in Regno Sardiniæ adeſt etiam 8 Regia Pragmatica provt concludit Regens Vico *ad Regias Pragmaticas lib. 2. tit. 51. num. 41.*

Similitérque in Regno Valentiæ, 9 vt inſinuat D. Laurentius Matthæu *de regimine Regni Valentiæ tomo 2. capite 7. §. 1. numero 127.* ibi. *Et in domo Cancellary congregantur, ibique ſententia ferenda diſputatur, &c.*

Tum & etiam prædictam reſolu- 10 tionem ſtylari in Regno Maioricarum, ſicut & in aliis Coronæ refert, & reſoluit Cortiada *in ſua praxi contentionum tom. 1. deciſ. 24. num. 2.* hócque inoffenſo pede currit, tam in Cancellario, quàm in tertio ſubſtituto propter eius abſentiam, vel impedimentum.

In Arbitris autem nominatis à Cu- 11 riis ad decidendam contentionem aliter exequendum eſt, nam, vt diximus *ſuprà quæſtione 1. numero 8.* quælibet Curia, vel pars de perſe, & pro ſe nominat Arbitrum ad præſcriptum *fori 1. ſub tit. de la Competencia de Iuriſdicion*, & in noſtro Regno de conſuetudine, & ſtylo inconcuſſo, quoties formatur in Ciuitate Cæſarauguſtana, ſi ibidem captus eſt reus, ſemper eſt Aduocatus Fiſcalis D. N. Regis pro iuriſdictione ſeculari vt 12 diximus *ſuprà quæſtione 1. num. 8. & quæſtione 24. num. 9.* Sicut & in Regno Valentiæ eſt etiam Regius Fiſcalis contentionum Officialium Regiorum, vt diximus *ſuprà in quæſtione antecedenti numero 6. & 7.* & vtrobique 13 pro Eccleſiaſtica eſt ille, quem Curia, ſeu Iudex Eccleſiaſticus ad libitum ſuæ voluntatis nominauerit; & extra dictam Ciuitatem debet fieri in loco vbi captus fuerit in carceribus detentus, vt diximus *ſuprà quæſtione 48.* coram quibus efformatur proceſſus in quacumque parte

eis

eis benè viſa, & opportuna ſine reſtrictione loci intra terminum quinque die-
14 rum, & intra eundem terminum currentem de momento ad momentum, (vt latè diximus *ſuprà quæſt.* 16. & in aliis tenentur decidere contentionem, etſi non declarauerint, deuoluitur ad Cancellarium.

15 Notandum eſt autem, quòd quando contentio pendet coram Arbitris in dicta Ciuitate Cæſarauguſtana, proceſſus inchoatur, & concluditur coram Arbitro Eccleſiaſtico, qui intra dictum terminum quinque dierum, tenetur accedere ad domum propriæ habitationis D. Fiſcalis Regij ad conferendam, & decidendam contentionem exortam, & ſi inter ſe non conuenerint, remanet extincta, & totaliter ſopita quoad ipſos vt diximus *ſuprà in duabus quæſt. antecedentibus*; ſi verò diſcordauerint, deuoluitur ad Cancellarium, vt multoties repetiuimus.

16 Ex quibus concludendum eſt, quòd Tribunal Arbitrorum extra Cæſarauguſtam eſt locus eis benè viſus, licèt viderim practicari (& in hac Ciuitate Barbaſtrenſi ita fit, & in tota Diœceſi) quòd Arbiter ſecularis accedit ad domum Arbitri nominati per Curiam Eccleſiaſticam; at verò Cæſarauguſtæ erit domus propria Fiſcalis Regij: in Cancellario autem ſemper haberi debet, & exiſtere in domibus ſuæ propriæ habitationis, vbi iudicialiter contentiones terminandæ ſunt, quamuis aliàs proceſſus coram eo efformandus conſtrui poſſit in loco eidem, & partibus commodiori iuxta praxim vniformem noſtri Regni, aliorúmque Coronæ.

QVÆSTIO LXIII.

Arbitri, & Cancellarius reſpectiuè in ſuis caſibus in decidendis contentionibus, an exerceant iuriſdictionem ordinariam?

SVMMARIVM.

Arbitri, & Cancellarius in decidendis contentionibus, an vtuntur iuriſdictione ordinariâ, vel delegatâ, anceps eſt quæſtio. numero 3. & ſequent.

Iuriſdictio, quæ partim eſt delegata, & partim ordinaria, dicitur anomala. num. 3.

Iuriſdictio Arbitrorum, & Cancellarij in decidendis contentionibus eſt ordinaria. num. 3.

*Territorium non eſt de eſſentia, vt iuriſdictio ordinaria exerceatur. n.*4.

*Arbitri, & Cancellarius in ſua iuriſdictione declarandi contentiones habent territorium, licet limitatum ad eas, & vtuntur iuriſdictione ordinaria. n.*4. & 5. cum ſeq.

*Arbiter electus ex legis, vel ſtatuti diſpoſitione verè, & realiter eſt Iudex. num.*6.

*Arbitri à lege, vel ſtatuto neceſſarij, ab eiſdemque nominati, ſunt Iudices ordinarij, & exercent iuriſdictionem ordinariam. num.*7.

*Delegati dicuntur Arbitri, etiam à lege nominati, quia territorio carent, nec habent aliquem ſubditum. n.*8.

Iuriſdictio ordinaria non poteſt eſſe, ſi careat vniuerſalitate cauſarum. numero 9.

*Iuriſdictio ordinaria exiſtere poteſt ſine territorio. n.*10.

Modus terminandi contentiones Iuriſdictionum ſtatutus in Regnis Coronæ Aragonum introductus eſt propter bonum commune, & quietem publicam. numero 11.

*Cancellarius ſpecificus adeſt reſpectiuè in quibuſuis Regnis Coronæ Aragonum ex nominatione D. N. Regis, qui in quolibet eorum declaret contentiones illius, ſed non aliorum. n.*12.

Cancellarius nominatus à D. N. Rege in Regnis Coronæ Aragonum habet territorium, videlicet, Regnum ad quod fuit nominatus. num. 13. *extende etiam ad Arbitros pro eadem cauſa. num.* 14. & 15.

*Firmæ in Aragonia ſolùm prouidentur in Curia Iuſtitiæ Aragonum priuatiuè quoad alia Tribunalia. n.*15.

*Lex ſtatuens, vt Arbiter nominetur, ſi adſit contentio, non tribuit illi ſpecificam iuriſdictionem ante declarationem perſonæ, quæ tale Arbitrium exerceat. n.*15. & ſeq.

*Iuriſdictio attributa officio per aliquam legem, ſeu ſtatutum, tunc eſt in actu, cùm nominatur perſona, quæ illud exercent. num.*16. & 17.

Iuriſdictio attributa officio, ſi hoc vacat, quaſi dormitat exercitium illius, donec

nominetur perſona, qua exercet. n. 17. & 18.

Arbitri, & Cancellarius habent vniuerſalitatem cauſarum, & ideo ſunt ordinarij Iudices. n.19. & 26.

Cancellarius, & Arbitri ſolum habent cognitionem quoad contentiones Iuriſdictionis, & non poſſunt ſe intromittere in meritis cauſa. n. 19.

Delegatus erit Iudex, ſi Princeps, aut lex, vel ſtatutum commiſerit ei Arbitrium ſuper cauſam particularem, ſecus ſi ſuper vniuerſalem, ſeu certum genus cauſarum; quia tunc erit Ordinarius. num. 20. & ſeq.

Commiſſio à lege, vel Principe officio facta, non verò perſona, continet exercitium iuriſdictionis ordinaria. n.21.

*Iuriſdictio eſt ordinaria, ſi alicui committitur arbitrium ſuper cauſam vniuerſalem, ſeu certum genus cauſarum. num.*21. & 22.

Ordinarius Iudex dicitur, cui committitur vniuerſitas cauſarum. numero 23. & ſeq.

Iuriſdictio erit ordinaria, ſi Princeps dicat, committo tibi hos caſus, & omnia, qua requirunt ſpeciale mandatum. numero 24.

*Iudex eſt ordinarius, cui committitur Arbitrium ſuper cauſam vniuerſalem. num.*25.

Arbitri, & Cancellarius priuatiuè quoad alios Iudices cognoſcere debent. de contentionibus Iuriſdictionum. numero 26.

*Cancellarius, & Arbitri cognoſcere poſſunt tantùm de contentione Iuriſdictionis, non verò de meritis cauſa. num.*27.

Arbitri, & Cancellarius in articulo contentionum habent vniuerſalem cognitionem earum, ex quacumque cauſa ſuſcitatarum. num. 28. & 29.

Iuriſdictio ordinaria committitur, quando certa cauſa certo Officiali per legem remittitur, vt eam determinet. n. 30. & 31.

Arbitri, & Cancellarius in declarandis contentionibus vtuntur iuriſdictione ordinaria, cum habeant territorium, & vniuerſalitatem cauſarum, ſintque à lege ad eum effectum deputati. numero 31.

1 IOannes de Pareja *in ſuo tractatu de vniuerſa inſtrument. edict. tom.* 1. *tit.* 2. *reſol.*6.*ſpecie* 1. mouet hanc quæſtionem quoad Iuriſdictionem cœtus generalis competentiarum Regnorum Caſtellæ; & *numero* 119. aſſerit voluiſſe in explicatione talis quæſtionis ediſcere potiùs ab aliis, quàm iudicium ſuum, & cenſuram (vſque illuc à nemine exagitatam) interponere. Et certè licèt ipſe cum Baldo *in capite Paſtoralis, numero* 7. *de reſcriptis* dicat, quòd in tanta materia, & aſſumpto eſt nimis modica formica; ſed revera cordatè, diffusè, & curiosè extendit quidquid ad intentum cumulari poterat.

2 Ex quo cùm mihi aperta via, ſemitáque demonſtrata ſit, illius veſtigiis inhærendo apprimè potero vela dare ventis, & nauim propellere remis; & licèt poſtmodum D. Michaël Cortiada *in ſua praxi contentionum, tom.* 1. *deciſ.* 16. *numero* 41. eandem ſuſcitet quæſtionem, oihil noui addit his, quæ per Parejam erant reſoluta; ſed tantummodò 3 poſtquam conciſè allegauit Doctores aſſerentes tales Arbitros eſſe delegatos, & alios diceotes eſſe ordinarios, alios verò reſoluentes anomalam exercere Iuriſdictionem, videlicet, partim ordinariam; tamen *numero* 42. concludit ipſe Cortiada, cum Pareja, & 4 aliis eſſe ordioarios; & *numero* 45. & 46. ſe fundat in eo, quòd non eſt de eſſentia Iuriſdictionis ordinariæ, vt ſit coniuncta territorio; præterquam quòd Arbitri habent territorium circumſcriptiuè, licèt limitatum ad hanc ſpeciem cauſarum; & *in dicto numero* 46. ſe remittit ad Parejam *vbi ſuprà in dicta ſpecie* 1. *à numero* 126. *vſque in finem*: & addit Blanc. *de compromiſſis, quæſt.* 6. *numero* 4. *& ſequent.* Scobar *de Pontif. & Regia Iuriſdictione in ſtud. Generalibus c.*9. *n.*5. *& ſequent.*

5 Quæ quidem ſententia veriſſima, & amplectenda eſt, diceodúmque venit, prædictos Arbitros, & Cancellarium, ſimúlque tertium in eius locum ſubrogatum reſpectiuè in ſuis caſibus vti Iuriſdictione ordinaria in declaratione contentionum, vt latè diximus *ſuprà quæſt.* 6. *à numero* 8. *cum ſeq.* Et licèt Pareja *vbi ſuprà* pro negatiua adducat decem Argumenta vſque ad *num.* 151. attamen validiſſimis fundamentis probat, & reſoluit eſſe Iudices ordinarios, reſpondétque coocludenter fundamentis contrariis; & exinde noo immoror remittendo lectorem ad prædictos grauiſſimos Doctores, & ad ab eis plures numero allegatos, & ſolùm in medium proferam, quod ex

meo

meo paruo ingenioſo,excogitare, & colligere potui.

6 Et in primis certiſſima eſt concluſio, quod Arbiter electus ex legis, vel ſtatuti neceſſitate verè, & realiter eſt Iudex, præditúſque iuriſdictione; vt patet *ex l. ſi eum exceptione §. hac autem actio ff. quod metus cauſa l. more de Iuriſdictione omnium Iudicum. l. ſi Arbiter ff. de probationibus l. 1. codi. de recept. Arbitris, cap. ab Arbitris* 11. *de officio, & poteſtate Iudicis delegati in* 6. cum aliis adductis per Parejam *in dicto tit.* 2. *reſol.* 6. *ſpecie* 1. *num.* 172. vbi plures Doctores allegat, quibus iunge noſtrum Suelues *tom.* 1. *in centuria, conſilio* 99. *num.* 2. *verſ. his nihil aduerſantibus &c.* & Cortiadam *in dicto*
7 *tom.* 1. *deciſ.* 8. *numero* 50. qui alios refert concludentes Arbitros neceſſarios à lege, vel ſtatuto, ab eiſdémque nominatos eſſe Iudices ordinarios, iuriſdictionémque ordinariam exercere, quidquid dicant Matthæu, & alij ab eo allegati *in tract. de Regimine Regni Valentia tom.* 2. *capite* 7. §. 1. *numero* 119. vbi ſine aliquo argumento, vel ratione aſſerit eſſe delegatos.

8 Quæ quidem opinio conuincitur expreſsè ex congeſtis per Scacciam *lib.* 2. *de iudiciis cap.* 2. *num.* 3. Blanc. *de compromiſſis quæſt.* 6. *à num.* 4. Tondutum *de contentione Iuriſdictionis par.* 2. *cap.* 4. & alios plures per Parejam allegatos *in dicto tom.* 1. *de inſtrumentorum edit. titulo* 2. *reſolutione* 6. *ſpecie* 1. *numero* 184.

9 Principale fundamentum contrariæ opinionis conſiſtit in eo, quòd tales Arbitri non habent territorium, non ſolùm ſubiectiuè, verùm & etiam nec circunſcriptiuè; cùm nullum ſubditum habeant, & couſequenter nec iuriſdictionem ordinariam ex latè congeſtis per Loterium *de re beneficiaria lib.* 1. *quæſt.* 23. *à num.* 14. *ad* 20. *cum ſequentibus*, qui referunt Pareja *vbi proximè num.* 138. & Cortiada *in dicta deciſ.* 26. *num.* 44.

10 Tum & etiam nam in eis non reperitur ratio eſſentialis, & conſtitutiua, quæ influit tanquam antecedens neceſſarium ad exercendam iuriſdictionem ordinariam, videlicet, vniuerſalitas cauſarum, & perſonarum intra terminos territorij; cùm igitur vtrumque deficiat in prædictis Arbitris, & Cancellario, nullatenus eis iuriſdictio ordinaria attribui poteſt. Verùm quidquid ſit de hoc articulo; an illa exiſtere poſſit ſine territorio; in quo verior, & communior ſententia eſt, non eſſe de eſſentia Iuriſdictionis ordinariæ territorium habere, vt concludunt Mathæatius *in l. Imperium num.* 183. *& ſequent. de Iuriſdictione omnium Iudicum*; latiſſimè Petrus Barboſa *in l. cum Prater.* 12. §. 1. *à num.* 45. *cum pluribus ſequent.* de iudiciis, & alij penes Parejam *vbi proximè num.* 185. quos refert Cortiada *ibidem num.* 45.

Attamen hoc addere libet ex meo 11
paruo cogitatu, videlicet, quod ſi probauero Arbitros, & Cancellarium verè, & realiter habere territorium, non ſolùm formale, ſed & etiam materiale, & in ſimul vniuerſalitatem cauſarum, claudetur os contrarium ſentientibus. Et vt promiſſa adimpleam, ſupponendum eſt, quòd multoties *in hoc tractatu* diximus, videlicet, hunc modum terminandi contentiones mediantibus Arbitris, & Cancellario introductum fuiſſe propter bonum commune, & quietem publicam, & propter alia motiua, de quibus *ſuprà quæſt.* 1. *&* 2. & quoad noſtrum Regnum Aragoniæ patet *ex foro* 1. *ſub tit. de Competentia Iuriſdictionis*, & quoad cætera Coronæ ſatis exprimitur in repetita concordia Reginæ Eleonoræ, &
Cardinalis conuenarum; & vtrobi- 12
que ſpecificè diſponitur, quòd in quolibet Regno adſit Cancellarius, qui in eo declaret contentiones taliter, quòd vnus v. g. Aragoniæ nequeat aliquid efficere, aut declarare reſpectu contentionum, quæ in Cathalonia ſuſcitantur, vel, è contra, & ſic de reliquis; itaque quilibet ſpecificus Cancellarius reſpectiuè pro vnoquoque Regno eſt deſtinatus in illo territorio formali, & materiali, itavt coram alio Iudice contentiones, quæ occurrant, nequeant declarari, niſi per Cancellarium nominatum à D. Rege quoad illud Regnum ad illum effectum; ergo ad oculum patet habere territorium.

Sin minus dicat mihi, qui huic con- 13
ſiderationi non acquieuerit, quam differentiam inueniet quoad alios Iudices ordinarios prædictorum Regnorum, non ſolùm de illis, qui ordinariam iuriſdictionem exercent in Ciuitatibus, vel aliis locis, ſed & etiam de Curiis, & Aulis Regiis Togatorum.

Et licèt replicari poſſit id verum eſſe
reſpectu Cancellarij ex eo, quòd ſit
certa, & indiuidua perſona nominata,
& ab omnibus cognita ad illum effe-
14 ctum, ſicut & ſunt alij Togati reſpectiuè,
pro qualibet Aula cum aliqua deſtina-
tione certarum cauſarum, quæ in aliis
expediri nequeunt, vt in Aragonia vi-
demus, quod Firmæ (vt nos dicimus)
priuatiuè ad alia Tribunalia non proui-
dentur, ſed tantummodò in Curia Iuſti-
tiæ Aragonum.

15 At verò in Arbitris diuerſum iudi-
cium efformari debet, cùm iſti indiui-
dualiter non ſint cogniti, dependeant-
que à nominatione Curiarum, & par-
tium contendentium, nec ſciatur quis
futurus erit, donec ſpecificè ab ipſis Cu-
riis nominentur, & conſequenter vi-
detur vagam, & incertam eſſe illorum
iuriſdictionem, cùm ſi fixè non pateat
quis ſit Iudex qui exerceat, phantaſti-
ca potiùs iuriſdictio, quàm realis con-
ſiderari poteſt.

16 Sed facillimo negotio reſpondetur,
quòd officium in abſtracto continet in-
trinſecè in ſe auctoritatem Iuriſdictio-
nis, & influit in concreto eo ipſo, quòd
Arbiter nominetur; itaque retinet in ſe
virtutem, & habitum agendi, tanquam
cauſam habitualem, quæ remanet in ipſa
lege ita diſponente; & in actu in tali
Arbitro nominato, miniſterio eiuſdem
legis attribuentis ei ſuam auctoritatem,
fictione Iuris, & in ſimul exercitium,
17 quod ipſa lex de perſe actualiter adim-
plere non poterat, & ſic tanquam cauſa
influens influit virtutem influendi, &
ſtatim producit eam in Arbitris, ſtatim
atque nominantur cauſant actualem,
quæ actu producit effectum, videlicet,
iuriſdictionem actualem, quam in ſe ha-
bitualiter, & influxiuè ipſa lex conti-
nebat.

18 Hócque in quocumque officio exer-
cente iuriſdictionem experitur, nam etſi
ſit vacans non ex eo dicemus, illud eſſe
priuatum, & vacuum iuriſdictione,
quam in ſe continet, ſed potiùs dicemus
quodammodo dormitare, quoadvſque
nominetur perſona, quæ ipſum exer-
ceat, & adminiſtret, & tunc transfun-
ditur in illum iuriſdictio, quæ erat de-
tenta; vt in ſimili tradit doctiſſimus D.
Ioannes de Solorçano, *in ſua Politica In-
diana lib. 5. cap. 5. pag.* 290. *verſ.* Pero
ſin embargo de eſto, *in fine*; quæ omnia
apprimè adaptantur Arbitris, in quibus
circa prædicta nulla differentia reperiri
poteſt reſpectu Cancellarij, aut aliorum
Iudicum, ex eo quòd Iuriſdictio depen-
deat à nominatione facienda in vim le-
gis; & exinde ſatisfactum videtur ob-
iectioni, & ſimul propoſitioni *ſuperiùs*
adductæ de territorio.

Maiorem difficultatem inſinuat ſe- 19
cunda pars, videlicet, quòd Arbitri, &
Cancellarius habeant vniuerſalitatem
cauſarum cùm videamus, quòd illorum
cognitio tantummodò ſe extendere va-
leat ad contentiones, nec poſſint ſe in-
tromittere in meritis cauſæ; vt latè di-
ximus *ſuprà quæſt.* 17. & etiam *infrà
quæſt. 67. à num.* 1. ergo cùm tantùm
habeant reſtrictam cognitionem ad con-
tentiones, videntur carere vniuerſalita-
te cauſarum, quæ neceſſaria iudicatur,
vt iuriſdictio ordinaria attributa cen-
ſeatur.

Sed re vera, eo non obſtante, dicen- 20
dum eſt, prædictos Arbitros, & Cancel-
larium exercere iuriſdictionem ordina-
riam ex vniuerſalitate cauſarum; & ad
comprobationem diſtinguendum eſt,
quòd ſi lex, vel ſtatutum, aut Princeps
committit Arbitrium iudici, ſuper cau-
ſam particularem, tunc talis Iudex erit
delegatus, tanquam reſtrictus ad illud
tantum negotium; & nequaquam exer-
cere Iuriſdictionem ordinariam.

Secùs verò ſi ſuper cauſam vniuer- 21
ſalem, ſeu certum genus cauſarum at-
tribuatur iuriſdictio, quia tunc erit or-
dinaria, vt pulchrè, & cordatè docet,
& reſoluit Pater Baptiſta Fragoſo *de re-
gimine Reſpublicæ Chriſtianæ tom.* 1. *diſ-
putatione* 10. *de Iudice ordinario, ac de-
legato* §. 1. *num.* 111. cuius verba hic
annectere libet, vt ex eis ſatis appa-
reat veritas prædictæ concluſionis.

Et cùm priùs Fragoſo *num.* 110. *an- 22
tecedenti* dixiſſet, quòd commiſſio facta
à lege, vel Principe officio, non verò
perſonæ, ſit iuriſdictio ordinaria, ita
concludit *in dicto n.* 111. *In dubio di-
cendum eſt, eſſe delegatum, ſi Arbitrium
committatur à Principe Iudici, ſeu Vi-
cario ſuper cauſam particularem; eſſe verò
ordinarium, ſi committatur Arbitrium ſuper
cauſam vniuerſalem, ſeu certum genus
cauſarum, nempe ſuper cauſas omnes
fideicommiſſorum per textum inſtitut. de
fideicommiſſaria hæreditate, Afflictus in
rubrica de officio ordinarij num.* 5. *Bart.
in dicta l. Ambitioſa, de decreto ab ordi-
nario faciendo, & Ruinus conſilio* 62. *n.* 1.
lib. 5. *Ex eo quòd Ordinarius dicitur, cui* 23
committitur vniuerſalitas cauſarum, nempe

proviſio

proviſio beneficiorum , ſeu diſpenſutiones
votorum , ſeu defunctorum voluntates , quo-
rum vnunquodque ſignificat vniuerſalitatem
cauſarum ; facit lex cum Prator §. 2. *ff. de*
iudiciis : in quo ſenſu non diſplicet Lap.ſen-
tentia in cap. 2. de officio ordinarij dicentis
24 *eſſe ordinarium , cui ſit commiſſio ſimul, aut*
diuiſim aliquorum , qua requirunt manda-
tum ſpeciale , ſi Princeps dicat : committo
tibi hos caſus ; & addat clauſulam generu-
lem ; & omnia, qua requirunt ſpeciale man-
datum ; cum ſit ordinarius , cui vniuerſitas
cauſarum committitur per dictum caput ,
Romana, in principio : ſequitur Ancharranus
in dicto cap. 2. de officio ordinarij , & Do-
minicus ibi num. 9. quos ſequitur Marcus
Antonius Genuen. in ſua praxi c. 66. num. 25.
Hæc Fragos.

25 Ex cuius doctrina clarè infertur,
quòd ſicut iudex, cui committitur arbi-
trium ſuper cauſam vniuerſalem , velu-
ti fideicommiſſorum , aut prouiſionum
beneficiorum , & his ſimiles , exercet
Iuriſdictionem ordinariam , & eſt ordi-
26 narius: ita ſimiliter, cùm Arbitri, & Can-
cellarius ex diſpoſitione legis habeant
vniuerſalem cognitionem quarumcum-
que contentionum , taliter, quòd per
ipſos ſolos , & non per alios declarari
valeant ; attributa eſt eiſdem Iuriſdi-
ctio ordinaria propter vniuerſalitatem
quarumcumque contentionum ſuſci-
tandarum.

27 Nec *proximè* dictis obſtat , quòd , li-
cèt tam Arbitri , quàm Cancellarius
cognoſcant de contentionibus , non ta-
men de meritis cauſæ , ſupra quam illæ
cadunt , & conſequenter non procedit
argumentum ex æquiparatione iudicis
fideicommiſſorum , vel collationum be-
neficiorum &c. qui quidem cognoſcunt,
& habent Arbitrium reſpectu illarum
cauſarum ipſis commiſſarum.

28 Quia reſpondetur quòd vniuerſalitas
Arbitrorum , & Cancellarij non debet
conſiderari reſpectu cauſarum in con-
tentionem deductarum per Curias præ-
tendentes ad ſe cognitionem pertinere ,
ſed reſpectu declarationis vniuerſalis
illius incidentis , quod quidem vniuer-
ſaliter , & priuatiuè ad illos expectat in
quacumque ſpecie cauſarum Iuriſdi-
ctionis in controuerſiam deductarum ad
29 effectum , vt Curia , quæ victoriam ob-
tinuerit , ad vlteriora procedere valeat,
claudendo os Curiæ contra quam fuit
declaratum , & exinde in articulo con-
tentionum, ſicut & in illis fideicommiſſo-
rum &c. habent eandem vniuerſalita-
tem influentem , & nutrientem Iuriſdi-
ctionem ordinariam.

Inſuper roboratur prædicta conclu- 30
ſio ex eo , quòd etſi prædicta Iuriſdictio
Arbitrorum , & Cancellarij non tam
vniuerſalis exiſteret (prout ad oculum
patet ex *proximè* dictis) adhuc ordina-
ria eſſet cenſenda ; nam quando per le-
gem , & ſtatutum certa cauſa committi-
tur certo officiali , ea Iuriſdictio dicitur
ordinaria , vt punctim reſoluit Petrus
Barboſa *in comment. ad legem* 1. *ff. de iudiciis*
art. 1. *n.* 220. vbi *n.* 221. ita concludit.

Exemplum erit ſi cauſa particularis com- 31
mittatur per legem certo officiali ; nam hac
Iuriſdictio quaſi data per legem cenſebitur
ordinaria l. More, de Iuriſdictione omnium
iudicum ; & in ſpecie tradit Gloſſa *in l.* 1.
verbo , ſpecialiter, cod. ne licet potent. quam
extollit Paulus Caſtrenſis *in l. à iudice n.* 9.
cod. de iudiciis. Decius *in cap. caterùm n.* 7.
de iudiciis, Neuican. *conſilio* 35. *num.* 13.
& conſequenter tanquam ordinaria ad-
mittit prorogationem iuxta regulam ge-
neralem huius textûs &c.

Ex quibus colligitur , quòd ſi conſi-
deremus Arbitros, & Cancellarium tan- 32
quam habentes vniuerſalitatem conten-
tionum , vel tanquam iudices, & officia-
les per noſtras leges ſpecialiter , & irre-
miſſiuè deputatos ad eum effectum
vtuntur Iuriſdictione ordinaria , & ha-
bendi ſunt pro iudicibus ordinariis cum
territorio , & vniuerſalitate cauſarum ;
& videtur inſinuare Ludouicus à Pe-
guera (licet non figat pedem) *in ſua pra-*
ctica criminali cap. 26. *ſub tit. Quando im-*
munitas Eccleſia allegatur , verſ. Infertur
nunc ex pradictis & *pag. mihi* 160. & de
hoc articulo plura cumulat Petrus Bar-
boſa *in l. cùm Prator* 12. §. 1. *à num.* 37.
vſque ad 71. apud quem videre poteris.
Quæ omnia intelligere debes iuxta ea
quæ annotauimus *ſuprà quaſt.* 6. *à num.* 8.
cum pluribus ſequent.

QVÆSTIO LXIV.

Cancellarius an poſſit punire teſtes coram ſe falsò deponentes?

SVMMARIVM.

Cancellarius excercet Iuriſdictionem ordi-
nariam. n. 1.
Cancellarius an poſſit punire teſtes coram

ſe falsò deponentes. numero 2.

*Arbitri non poſſunt punire teſtes falsò coram ſe deponentes. n.*2. & 8 *intellige vt n.* 9.

Caucellarius eſt tertius Arbiter pro decidendis contentionsbus, caſu quo duo nominati pro Curiis inter ſe non conueniant. num. 3.

Teſtes Clerici, falsò deponentes coram Iudice ſeculari, non poſſunt ab eo puniri nec in perſonis, nec in bonis. n. 4. & 18.

Miles ſi fraudauerit vectigal non poteſt peti contra eum pœna fraudationis per iudicem vectigolium propter exemptionem militie, licèt aliàs teneatur reficere vectigol.n. 5.

Cancellarius non poteſt directè, & immediotè cognoſcere de meritis cauſa, ſupro quam cadit contentio. n. 6.

*Teſtem folsò deponentem coram Cancellario poteſt ipſe punire tom in bonis, quàm in perſona iuxto qualitotem delicti. u.*7.

Miles falſum teſtimonium dicens coram iudice non ſuo, poteſt ab eo puniri, non obſtante priuilegio militari. u. 7.

*Iudex habens Iuriſdictionem ordinariam continet in ſe poteſtatem puniendi teſtem aliàs non ſubditum ſuum, etiamſi reſpectu pœna non ſit competens, dummodo non ſit incopax, vt laicus reſpectu clerici. num.*8. & 17.

Arbiter à lege, vel ſtatuto habens Iuriſdictionem poteſt punire teſtem coram ſe falsò deponentem. n. 9.

Concellarius eſt tertius Arbiter à lege deſtinatus pro decidendis contentionibus vtens Iuriſdictione ordinaria, & ex eo poteſt punire teſtes coram ſe falsò deponentes. num. 9.

Teſtis falsò deponens coram Iudiee aliàs non ſuo, efficitur de eius foro, vt ab ipſo puniri poſſit. n. 10.

Cancellarius eſt Iudex Eccleſiaſticus, & ideò poteſt punire non ſolùm laicum coram ſe folsò deponentem, ſed etiom clerieum quomodocumque exemptum. n. 11. *intellige vt num.*12.

*Cancellarius poteſt punire teſtes cuiuſcumque gradûs, & conditionis exiſtant, tam exemptos, quàm non exemptos, ſi falsò coram ſe depoſuerint. n.*12. & 13.

*Arbitri à partibus electi Iuriſdictione carent; ſecus autem ſi ſint à lege, vel ſtatuto nominati. n.*14.

Partes tenentur ſe ſubiicere ſententia prolato ob Arbitro nominato ò lege, vel ſtatuto ad decidendam talem cauſam. n. 14.

Iudex laicus eſt omnino incapax Iuriſdictionis reſpectu clerici, non verò Eccleſiaſticus quoad laicum. num. 15.

Teſtis folsò deponens coram iudice non ſuo ab eo puniri poteſt, ſi non habéat incapacitotem iuris, ſed reſiſtentiom. n. 16.

Pœna vectigalis eſt realis, mulcta verò reſpicit perſonam. n. 17.

*Mulcta, vel pœna non poteſt imponi clerico per Iudicem laicum tom in perſona, quàm in bonis. n.*17.

*Iudicis Maieſtas læſa remanet, ſi teſtis coram eo falsò deponat, & ideo ab ipſo puniri poteſt. n.*18.

SVppoſitâ reſolutione nuper in quæſt.
antecedenti ſumpta videlicet, quòd 1
Cancellarius exercet, & habet Iuriſdictionem ordinariam; modò in præſenti ſuccedit inquirere; an poſſit ille punire teſtes coram ſe falsò deponentes.

Et primò videtur ei eſſe interdictum,
quia cùm id Arbitris ſit prohibitum, 2
l. Non diſtinguemus §. de officio, & l. ſicut dies ff. de Arbitris, & docent Angelus *in l. vacantia, cod. de bonis vacantibus lib.*10. Lanfrancus *de Arbitris in 7. diuiſione n.*81. *verſ. trigeſimo ſeptimo* &c. quos refert, & ſequitur Fragoſo *de Regimine Christianæ Republica tom.* 1. *p.* 1. *lib.* 5. *diſput.* 14. *de Arbitris, & Arbitrotoribus* §. 1. *num.* 41.
ſequitur, quòd cùm Cancellarius ſit 3
tertius Arbiter propter diſcordantiam duorum priorum à lege nominatorum ad effectum decidendi contentiones, vt diximus *ſuprà quæſt.* 6. & etiam dicemus *infrà quæſt.* 66. non poterit punire tales teſtes coram ſe falsò deponentes.

Secundò probatur ex eo, quia pote- 4
ſtas laica non poteſt cognoſcere, nec punire clericum coram ſe falsò deponentem, non ſolùm in perſona (vt eſt concors omnium Doctorum ſententia) verùm nec etiam in bonis iuxta veriorem, & ſecuriorem opinionem, quam defendunt Ceballus *in tractatu de cognitione per viam violentia part.* 2. *quæſt.*67. Ioannes Gutierrez *practicarum quæſtionum lib.* 1. *quæſt.* 24. *ſi quæro*. Duardus *in Bullam cœnæ Domini lib.* 2. *can.* 15. *quæſt.* 15. *num.* 34. & alij penes Dianam *tom.* 1. *reſolutionum moralium tract.* 2. *reſol.* 110. quibus iunge Thomam Delbene, & alios plures ab eo allegatos *in eodem tractatu de immunitate, & Iuriſdictione Eccleſiaſtica cap.* 9. *dubit.* 19. *num.* 2. optimè Marius Curtellus *de priſca, & recenti Eccleſia libertate* contra Dianam *lib.* 2. *quæſt.* 42. *num.* 22. & 23. & magis in ſpecie *quæſt.* 110. ergo ſic ſimiliter non poterit Cancellarius punire teſtem laïcum, nec clericum coram ſe falsò deponentes, ſed tenebitur illos ad ſuum Iudicem remittere.

Tertiò

5 Tertiò ponderari poteſt, quòd ſi miles fraudauerit vectigal, peti non poteſt contra eum pœna fraudationis, nec in ipſum exequi per iudicem vectigalium propter exemptionem militiæ, licèt aliàs vectigal reficere teneatur, vt colligitur *ex lege tertia cod. de vectigalibus*, & tradit Curtellus *vbi proximè in dicta quæſt.* 42. *num.* 24. ergo videtur idem dicendum de Cancellario; nam ſicut Iudex vectigalium non poteſt exequi pœnam in militem, non obſtant fraude, propter exemptionem militiæ; eodem modo teſtis exemptus deponens falsò coram illo, non per eum, ſed per ſuum iudicem plecti debet.

6 Quartò, quia Cancellarius non poteſt cognoſcere directè, & immediatè de meritis cauſæ, vt diximus *ſuprà quæſt.* 17. *& infrà quæſt.* 67. ſed talis cognitio falſitatis quodammodo reſpicere poteſt, ſeſéque commiſcere influendo in cauſam principalem, ſi admitteretur cognitio, & punitio talis teſtis falsò deponentis; ergo erit interdicta.

7 His tamen non obſtantibus, dicendum eſt, poſſe Cancellarium punire teſtes, coram ſe falsò deponentes, tam in bonis, quàm in perſonis ſecundùm qualitatem, & alias circunſtantias falſitatis; ſicut enim ſi miles falſum teſtimonium ediderit coram aliquo iudice non ſuo, poteſt ab illo puniri (etiamſi ſit paganus) non obſtante ſua militari exemptione, & priuilegio, vt reſoluunt Aiala *lib.* 3. *de iure belli cap.* 8. *num.* 5. Cabal. *reſolut. crimin. caſu* 294. *num.* 257. Carleual. *de iudiciis, lib.* 1. *diſp.* 2. *n.* 478. Iulius Chriſpol. *in caſibus milit. caſu* 33. Sanfelicius *deciſ.* 250. *num.* 16. Fermoſinus *in cap. Propoſuiſti quæſt.* 4. *num.* 13. *de foro competenti*, quos refert, & ſequitur Cortiada, *in praxi contentionum tom.* 1. *deciſ.* 11. *num.* 28. Sic à fortiori, in Cancellario idem dicendum venit propter excellentiam, & magnitudinem officij; vt ſæpius *in hoc tractatu* ponderauimus.

8 Præterea facit, quod iudex habens imperium, & Iuriſdictionem ordinariam, prǽditus exiſtit poteſtate puniendi talem teſtem coram ſe falsò deponentem, etiamſi reſpectu pœnæ non ſit competens, dummodò non ſit incapax, vt iudex laïcus reſpectu clerici, vt cum pluribus reſoluit Iulius Clarus *in ſua practica ciuili, & criminali lib.* 5. §. *Finali q.* 38. *num.* 13. vbi annotatio *in additionatis Genouæ de anno* 1636. *ſumptibus Petri Choüet folio mihi* 179. *verſ. vlteriùs quæro: ſed quæro numquid index* &c. allegat ad intentum Angel. de Vbald. *in repetitione legis ſi vacantia, cod. de bonis vacantibus lib.* 10. qui cùm *num.* 140. *& ſequent.* priùs dixiſſet, quòd teſtis falsò deponens coram Arbitro, in quem fuit compromiſſum, ab eo nequeat puniri, poſtea pergit, & ita concludit.

Dicit tamen, quòd ſi eſſet Arbiter habens Iuriſdictionem ab ſtatuto prout in Ciuitate Peroſij poſſet puniri, & ita de iure procedere, &c. Ex qua doctrina colligitur, quòd cùm Cancellarius habeat Iuriſdictionem ordinariam, vt latè probauimus *in quæſt. antecedenti*, ſitque tertius Arbiter habens illam à lege, vel ſtatuto, vt etiam diximus *ſuprà, quæſt.* 6. ſequitur, quòd habebit illam poteſtatem puniendi talem teſtem, & patet expreſsè *ex l. Nullum cod. de teſtibus*. 9

Ratio eſt, quia teſtis falsò deponens coram iudice aliàs non ſuo efficitur de eius foro, ratione falſæ depoſitionis, vt reſoluunt Couarruuias *practicarum quæſt. cap.* 18. *num.* 8. quem refert, & ſequitur Ioannes Gutierrez *in dicto lib.* 1. *practicarum quæſtionum, quæſt.* 24. *num.* 2. latiſſimè Farinacius *tom.* 2. *ſub tit. de oppoſitione contra dicta teſtium, quæſt.* 67. *à num.* 26. *cum ſequent.* Fachineus *lib.* 9. *controuerſiarum cap.* 28. *& ſequent.* Donellus *lib.* 25. *commentariorum iuris ciuilis pag. mihi* 103. Marta *de Iuriſdictione part.* 4. *caſu* 228. *à num.* 3. *cum ſequent.* Anguianus *de legibus lib.* 3. *controu.* 29. *num.* 47. & in ſpecie pro Cancellario tradit copioſè Peguera *in ſua praxi criminali c.* 26. *ſub tit. de proceſſu quando immunitas, Eccleſiæ allegatur, verſ. Præterea poteſt dubitari* &c. quem refert *in deciſ.* 60. *num.* 2. *& deciſ.* 79. *num.* 6. Accatius Ripol *variarum reſolutionum cap.* 1. *à num.* 137. vbi *num.* 139. *&* 140. concludit, quòd cùm Cancellarius ſit Iudex Eccleſiaſticus, & Eccleſiaſticâ authoritate creatus non ſolùm punire poteſt laïcum teſtem, etiam priuilegiatum quacumque exemptione, ſi coram eo falſum teſtimonium ediderit; ſed etiam quemcumque clericum quomodocumque etiam exemptum; pœna tamen extraordinaria, remittendo ipſum quoad alias circunſtantias cauſæ ad ſuum proprium Iudicem; vt imponat eidem condignam pœnam, quia cùm Cancellarius non ſit Iudex incapax reſpectu talis clerici, exinde oritur, quòd non habet repugnantiam, & incapacitatem, quæ in iudice laïco conſideratur reſpectu 10 11 12 13

reſpectu clerici, quamvis alias poſſit procedere ad punitionem quorumcumque ſecularium, coram ſe falsò deponentium, etiamſi mediatè, vel immediatè non ſint ſubditi ſui, & ita securè dicendum, & concludendum eſt poſſe Cancellarium abſolutè, & ſine aliqua reſtrictione perſonarum ſub quolibet prætextu exemptionis, aut alterius tituli punire teſtes coram ſe falsò deponentes.

14 Nec huic reſolutioni obſtant argumenta in principio contra eam ponderata; nam ad primum, de quo *ſuprà n.* 2. reſpondetur diſtinguendo inter Arbitros à partibus nominatos, & inter eos, qui à lege, vel ſtatuto ſunt conſtituti tanquam Arbitri neceſſarij, quorum iudicio partes præciſè tenentur ſe ſubiicere; & de primis procedit argumentum: nam cùm Iuriſdictione careant, talem punitionem habere nequeunt, ſecus autem ſecundi, in quorum numero eſt Cancellarius (vt *ſuprà* probauimus) & ex eo diuerſum ius conſideratur in eo, vt eſt communis DD. ſententia, & cum pluribus tradit Fragoſo *in dicto tom.* 1. *de Regimine Chriſtianæ Reipublicæ p.* 1. *lib.* 5. *diſput.* 14. §. 1. *num.* 41. *& ſequent.* & alij penes Farinacium *tom.* 2. de oppoſitione contra dicta teſtium *q.* 67. § 2. *num.* 44. & ſic non valet argumentum de Arbitris à partibus nominatis ad Arbitros legales.

15 Nec ſimiliter officit ſecundum, de quo *ſuprà num.* 4. nam non poteſt fieri ſimilitudo, aut æquiparatio, ſeu paritas de iudice laïco reſpectu Eccleſiaſtici ab aliis iudicibus reſpectu aliorum, in quibus non datur incapacitas, & iuris reſiſtentia, ſicut in laïco, in quo nunquam dari poteſt caſus vbi ipſe immediatè poſſit cognoſcere de cauſis, & perſonis clericorum, quæ directè tendant contra ipſos, etiamſi iudex Eccleſiaſticus eſſet negligens iuxta veriorem, & ſecuriorem opinionem Doctorum deductam *ex cap. Qualiter*, & quando de iudiciis, & latè tradunt Guazzinus *de defenſione Reorum tom.* 1. *defenſione* 1. *cap.* 28. *num.* 9. Suarez *lib.* 4. *contra Regem Angliæ cap.* 14. Gratianus *tom.* 2. *diſceptationum forenſium c.* 238. *à num.* 72. *cum ſequent.* & alij plures penes Thomam Delbene *tom.* 2. *de immunitate cap.* 9. *dubit.* 19. *num.* 3. *&* 4. *cum ſequent.* Dianam *tom.* 1. *reſolutionum moralium tract.* 2. *reſolut.* 110. *&* 111. *aliiſque in locis*, & in terminis Ripol. *variarum iuris reſolutionum cap.* 1. *à numero* 138. Marta *de Iuriſdictione part.* 4. *centuria* 2. *caſu* 128. *numero* 9. *cum ſequent.* vbi plures alios allegat, & de hoc articulo latiſſimè agit; quibus iunge Marium Curtellum *de priſca, & recenti Eccleſiæ immunitate lib.* 2. *quæſt.* 42. *n.* 22. & 23. & ita ſecundum argumentum remanet extinctum.

Sicut & etiam tertium de quo *ſuprà* 16
numero 5. ipſique namque ſatisfit ex
his, quæ diximus *in reſponſione ad primum*; nam communis regula Doctorum
eſt, quòd teſtis falsò deponens coram
iudice non ſuo, ab eo puniri poteſt non
obſtante quocumque priuilegio exemptionis, dummodo tamen non ſit incapax, ſed incompetens; cùm verò
fraus vectigalis non tollat exemptionem
ad effectum, vt per ſuum Iudicem 17
exempti pœna exequatur; cùm illa ſemper ſit realis; at verò punitio, vel mulcta iudicatur perſonalis; & exinde in priuilegiato fieri debet per ſuum Iudicem ob fraudatum vectigal; in Clerico autem, nec in perſona, nec in bonis fieri poteſt, niſi priuatiuè per iudicem Eccleſiaſticum; vt aduertit Curtellus *in dicta quæſt.* 42. *numero* 23. *&* 24. & ita argumentum, nec vrget, nec facit ad intentum.

Ad vltimum de quo *ſuprà num.* 6. re- 18
ſpondetur; quòd illa punitio Cancellarij directè, vel indirectè non reſpicit merita cauſæ, ſed tantùm punitionem delicti perpetrati, propter audaciam, & temeritatem falſæ depoſitionis, coram tanto Iudice, ex quo ipſius auctoritas, & maieſtas quodam modo læſa, & ſpreta remanet; ad quam reparandam, & reſarciendam tantummodò tendit illa ſatisfactio; & conſequenter nihil rangit nec habet connexam cauſam cum meritis principalis; & ideo illa conſideratio nequaquam offuſcat ſupradictam reſolutionem.

QVÆSTIO

QVÆSTIO LXV.

Arbitri, & Cancellarius, an poſſint condemnare in expenſis, eáſque taxare, & exequi?

SVMMARIVM.

Arbiter an poſſit mulctare partes compromittentes. n. 1. & ſeq.

Arbiter à partibus electus non poteſt eas mulctare, ſi in compromiſſo non fuit attributa talis facultas. num. 2. *ſecus eſt in Arbitro neceſſario ex legis diſpoſitione. numero* 3.

Condemnare poteſt in expenſis Arbiter, tam à lege, quam à partibus nominatus. n. 4. & 9. *Quod extende etiamſi in compromiſſa non ſit aliquid de expenſis expreſſum num.* 5.

Cancellarius, & Arbitri pro decidenda contentione poſſunt in expenſis condemnare. num. 6. & 9. cum ſequent. *Quod extende ad omnia Regna Hiſpaniæ. num.* 7. & ſeq.

Iudices ordinarij in ſua ſententia poſſunt in expenſis condemnare aliquam ex partibus litigantibus. n. 8.

Arbitrium conceſſum Cancellario, & Arbitris pro decidenda contentione eſt tanquam reale iudicium, ex legis diſpoſitione attributum. n. 9.

Arbitri pro decidenda contentione in Aragonia multoties condemnant in expenſis aliquam ex partibus contendentibus. num. 11.

Condemnatio expenſarum fieri non debet, ſi cauſa fuit dubia, vel intricata pro qualibet ex partibus. num. 12.

Expenſarum condemnatio fieri non debet, quando partes habuerunt aliquam cauſam litigandi. n. 12.

Cancellarius, licèt poſſit condemnare in expenſis, rarò id efficit, cùm prius per Arbitros cauſa fuerit ventilata; ex quo arguitur illam eſſe legitimam. n. 13.

Expenſarum condemnatio facta per Cancellarium vni ex partibus contendentibus, per quem exequi debeat. n. 14.

Cancellarius in Aragonia condemnat partem victricem in ſex ducatis pro ſalario Conſulentium. n. 15. *& quare. n.* 23.

Expenſarum condemnatio fieri non debet contra partem victricem. n. 16. & 30.

Conſulentes Cancellario, pro decidenda contentione introducti ſunt in Aragonia ex conſuetudine; non verò ex diſpoſitione fororum. n. 17. & 23.

Cancellarius ſolus facit ſententiam in Aragonia pro decidenda contentione, & eius declarationi ſtandum eſt, licet quatuor conſulentes contrarium ſentiant. n. 17.

Conſulentes Cancellario in Aragonia pro decidenda contentione ſunt tanquam Aſſeſſores voluntarij, ſed non neceſſarij. numero 18.

Conſultatio de rebus minimis parum refert, vt fiat; ſecus in rebus maioris ponderis. n. 19

Conſilium aliorum quærere in rebus magnis maximè conuenit, præcipuè, ſi reſolutio ab vno ſolo pendeat. n. 19. & 20.

Conſulentes Cancellario in Aragonia pro decidenda contentione accedere debent ad illius domum ſuæ habitationis. numero 20.

Vir faciens aliquid graue ſine conſilio comparatur Ciuitati, cuius diruta ſunt mœnia. n. 21.

Nihil ſine conſilio facias, & poſt factum non pœnitebit. n. 22.

Sententia Cancellarij in contentione declaranda quâ formulâ verborum accipiatur. num. 24.

Salarium ſolui debet Aduocato, & Procuratori. n. 25.

Merces aliquando differt à ſalario. num. 25.

Salarium honorarium diuerſum eſt à mercede pro labore. n. 25.

Arbitri ſi in declaratione contentionis inter ſe conueniant ſoluenda ſunt ſex ducata per partem vincentem ob ſuum ſalarium, etiamſi altera pars condemnetur in expenſis. n. 26. *ſed hodie contrarium ſtylatur. n.* 29. & ſeq.

Eccleſiaſticus iudex eſt legitimus laïcorum in contractibus iuramento vallatis. n. 27.

Laïcus ſe ſubmittens Iuriſdictioni Eccleſiaſticæ in inſtrumento vel contractu, poteſt Eccleſiaſticus de illius cauſa cognoſcere. num. 28.

Expenſarum condemnatio, ſi fiat per Arbitros in declaratione contentionis comprehenduntur in illa ſex ducata pro ipſorum ſalario. n. 29. & ſeq.

Declaratio contentionis fieri debet ex diſpoſitione fori Aragoniæ per duos Arbitros nominatos à Curiis, & ſi non conueniant inter ſe, deuoluitur ad Cancellarium. n. 30. & 37.

Firmans ad declarandam Iuriſdictionem Eccleſiaſticam tacitè ſtipulatur expenſas in præſentatione firmæ. n. 31.

Controuerſia fuit magna inter Arbitros in

in Aragonia circa declarationem contentionis an in condemnatione expenſarum facta vni ex partibus comprehendi debeant ſex ducata pro illorum ſalario. num. 31. & 32. *ſed hodie iam eſt ſopita. num.* 33.

Sententiam fauorabilem qui obtinet, tenetur ſoluere ius ſententia. n. 32.

Expenſas omnes tenetur ſoluere pars victa in contentione Iuriſdictionis, ſi in illis fuerit per Arbitros condemnata. n. 33.

Salarium ſex ducatorum ſoluendorum Arbitris declarantibus contentionem cum condemnatione expenſarum comprehenditur in ea n. 34. & ſeq.

Conſultores adhibiti Cancellario per ipſius nominationem ad decidendam contentionem introducti ſunt ex conſuetudine, non verò ex fori diſpoſitione. n. 37.

Cancellario nihil ſoluitur propter ius ſententia declarantis contentionem, ſecùs in Arbitris, quibus attribuuntur ſex ducata. num. 38. & 39.

1 DVbium huius quæſtioois oritur ex alia ioter Doctores ſatis cootrouerſa, quam io ſpecie mouet Baptiſta Fragoſo *tom.1.de regimine Chriſtiana Reipublica p. 1. lib. 5. diſp. 14. num.* 30. vbi quætit: ao Arbiter poſſit mulctare partes compromittentes; & alij teoent eſſe permiſſum; alij tameo oegant.

2 Sed verior, & magis communiot opinio eſt, quòd talis facultas oon reſideat in Arbitro à partibus electo, oiſi expreſsè in compromiſſo ab illis fuerit attributa; vt cum Bartolo *in l. Non ex omnibus ff. de Arbitris*, & aliis pluribus reſoluit Farioatius *tom. 1. l.1. tit. 3. de delictis, & pœnis quaſt.* 18. *num.* 47.

3 At verò ſi Arbitri ſint neceſſarij ex legis, vel ſtatuti diſpoſitione, certum eſt, fas illis eſſe mulctam, & pœnam iodicere; vt cum Camillo Borrel. *de compromiſſis* §. 3. *gloſſ. 2. num.* 10. *&* §. 6. *gloſſ. 3. à num.* 14. *cum ſeq. & in ſumma deciſ. tom.* 1. *tit. 46. de contumacia, num.* 83. *&* 84. docet Ftagoſo, *vbi proximè in dicto num* 30. *in fine primi verſ. qui in ſequenti, incipiente;*
4 *condemnare autem* &c. indiſtinctè concludit poſſe Arbitros coodemnare in expenſis; & ad intentum allegat Ioannem Baptiſtam Peruſinum *de Arbitris l. 9. cap. 6. col. 3. ad finem, verſ. Item an poterit Arbiter contumacem* &c. & latè *c.* 19. quem etiam reperies *tom. 3. tractatuum part.* 1. *pag.* 224. io oouiori impreſſione & Mar. Ant Blanch. *in tractatu de compromiſſis in q. 6. principali n.* 15. *verſ. limita prædictam concluſionem*, eúmque itidem reperies *tom.* 13. *tractatuum p. 1. pag. mihi* 138. Lancelot. plures refereos *de attent. part. 2. cap.* 15. *num.* 69.

Idque exteodit, etiamſi in compromiſſo noo fuerit aliquid expreſſum de expenſis, & fructibus, eorúmque taxatione, & condemoatiooe dummodo fiat intra tempus datum pro declaratione, ſed non extra; & ita concluduot Pater Ludouicus Molina *to. 5. de Iuſtitia & iure, tract. 5. diſp. 44. num* 8. Flamio. Cartar. *in deciſ. Genuenſi 5. num. 5. & 9. cum ſeq.* & alij plures peoes ipſos. 5.

Ex quibus deducitur, quòd cum Arbiter, & Cancellarius pro decidendis cooteotiooibūs priuatiuè ſiot Iudices à lege deſtinati ad effectum illas declarandi; & exerceant Iuriſdictiooem ordinariam, vt diximus *ſuprà q.* 63. non eſt dubitaodum, quio ipſi reſpectiuè in ſuis caſibus poſſint io ſeotentia coodemnare in expeoſis Curiam, vel partem victam. 6

Et in Caſtella adeſt lex Regia ita diſponens, vt tradit Salgado *de Regia poteſtate, part. 1. cap. 2. à num.* 238. *cum ſeq.* & in noſtro Regoo ſic inſiouat Seſſe *de inhibit. cap. 4. n.* 14. Michaël Molio. *in ſua praxi iudiciali Regni Aragonum ſub tit. Proceſſo de la competencia de la Iuriſdicion, in nouiori impreſſione*; & in Cathalonia Fontanella *deciſ.* 314. *à num.* 10. *& deciſ.* 315. *à num.* 15. *& ſequent. tom.* 2. Cortiada *in ſua praxi contentionum tom. 1. deciſ.* 22. *num.* 82. *& deciſ.* 26. *n.* 14. Et pro Regno Valentiæ Matthæu *de regimine Regni Valentia tom. 2. c. 7.* §. 1. *n.* 123. *in fine ex ſuo practico Domenech. in obſeru.* §. 9. Et tandem io Sardioia idem obſeruari teſtatur Cortiada *vbi proximè in dicta deciſ.* 22. *n.* 82. *in fine, vbi n.* 83. *& ſeq.* enumerat aliquos caſus in quibus Curia, vel pars victa condemnari poteſt io expenſis per Caocellarium. 7

Et tatio eſt, quia ſicut alij iudices ordinarij proptiam exercentes Iuriſdictiooē poſſuot in expenſis condemoare (quando de iure procedit) ſic ſimiliter Arbitri, & Cancellatius cùm ſint iudices à lege conſtituti per ea, quæ diximus *ſuprà in dicta q.* 63. *&* 64. poterunt io expenſis condemnare; præcipuè cùm tale Arbitrium illis conceſſum coouenіat, & ſit taoquam reale iudicium *iuxta text. in l. 1. de receptis Arbitris, & qui Arbitrium &c.* 8

Exinde oritur, quòd proptiiſſimè ex ſua Iuriſdictione poteruot io expenſis condemoare, maximè cum videamus Arbitros à partibus electos poſſe itidem 9

idem

idem efficere; vt cum pluribus reſoluit
Lancelot. *de attent. part. 2. quæſt.* 15. *n.* 69.
quos refert, & ſequitur Fragoſo *de regi-*
10 *mine Chriſtiana Republica p. 1. l. 5. diſp.* 14.
n. 30. *verſ. condemnare, &c.* & conſequen-
ter à maioritate rationis, reſoluendum
eſt in Arbitris à lege conſtitutis vtenti-
bus iuriſdictione natiua, propria; non
verò à partibus ſuperaddita; & ita cer-
tiſſimum eſt, poſſe Arbitros, & Can-
cellarium in expenſis & damnis con-
demnare, vt plures referens tradunt
Cortiada *vbi ſuprà in dicta deciſ.* 22 *n.* 82.
& deciſ. 24. *n.* 148. latè Fontanella *de-*
ciſ. 315. *n.* 16. *cum pluribus ſeq. part.* 2. &
alij, *ſuprà* allegati *n.* 4.

11 Et in noſtro Regno quotidie practi-
catur, præcipuè coram Arbitris; & nouiſ-
ſimè patet ex proceſſibus, & exemplari-
bus *infrà* referendis, & annotandis in
calce huius quæſtionis; licèt regulariter
& à communiter accidentibus in Can-
cellario non ita fiat ex eo, quia cum an-
tequam ad eum contentio deuoluatur,
iam priùs cauſa fuerit coram Arbitris
diſcuſſa, & ob ipſorum diſcordantiam ad
illum, tanquam ad tertium conuolet re-
ſolutio, vt diximus *ſuprà q.* 6. *n.* 4. & pa-
12 tebit ex *infrà* dicendis *in quæſt. ſeq.* ſequi-
tur, quòd ſi Arbitri inter ſe non conue-
nerunt, ex eo reſultet cauſam eſſe du-
biam, & intricatam, & conſequenter
partes habuiſſe titulum dubitabilem, &
legitimum formandi contentionem; quo
caſu condemnatio expenſarum, locum
habere nequit *l. Qui ſolidum* 8. §. *etiam ff.*
de legatis 1. *gloſſ. in* §. *oportet. verbo, ſolo, in*
Authent. de iudiciis, Gratianus *tom.* 1. *diſ-*
cept. forenſ. cap. 33. *n.* 1. Franciſcus Niger
Cyriacus *tom.* 1. *controuerſiarum forenſium,*
controuerſia 61. *n.* 17. & tradunt commu-
niter DD.

13 Ex quo reſultat, quòd licèt Cancella-
rius multoties ex ratione *proximè* dicta
non condemnet in expenſis, id fit, non
quia careat facultate, & auctoritate con-
demnandi in illis, ſed quia partes non te-
merè ſe intruſerunt, vt patet ex dictis.

14 Data ergo condemnatione per ſen-
tentiam, per quem debeat fieri illius exe-
quutio, dubitari poteſt; de quo videre
poteris Fontanellam *deciſ.* 314. *n.* 19. *p.* 2.
noſtrum Seſſe *in tractatu de inhibitioni-*
bus cap. 4. §. 2. *n.* 14. *cum ſeq.* Cortiadam *vbi*
ſuprà in dicta deciſ. 22. *n.* 77. *cum ſeq.* qui-
bus iunge Salgadum *de Regia protectione*
part. 1. *cap.* 2. *à n.* 241. *cum pluribus ſequent.*
vbi latè, & copioſè agit de hoc articu-
lo, ibidémque reprobat Seſſe, & alios, ſed
cum breuitati conſulam, non immoror,
cum penes ipſos ſatis cordatè materia
exagitetur, apud quos videre poteris.

Sed antequam huic quæſtioni finem 15
imponamus libet inquirere de quadam
ſatis notabili praxi noſtri Regni in Tri-
bunali contentionum coram Cancella-
rio ſtylata, videlicet, quòd in declara-
tione ſententiæ attribuentis victoriam
vni ex partibus contendentibus ſemper
condemnatur victrix in expenſis ſex
ducatorum argenti pro ſalario quatuor
conſulentium in dicta inſtantia ab ipſo
Cancellario nominatorum ad eum ef-
fectum, videlicet, duorum legatorum
ex Aulis Regiis, & aliorum duorum
iuriſperitorum, Eccleſiaſticorum, ſeu ſe-
cularium, de quibus mentionem feci-
mus *ſuprà quæſtione* 1. *numero* 10. & in
aliis.

Quod quidem ſatis repugnare omni 16
iuri apparet; quapropter in præſenti
inquirere, & diſcurrere volui, vnde talis
condemnatio honeſtari potuerit, & ex
quo principio, & cauſa originem, & mo-
tiuum habuit.

Suppono igitur, (vt in medium pro- 17
feram, quod ex meo paruo ingenio ex
cogitare potui, cum neminem viderim
qui in hoc articulo animum accommo-
daſſet pro eius explanatione, tam ex no-
ſtris Practicis, quàm ex externis.) Dico
ergo, quod in noſtris foris, & diſpoſitio-
nibus ab ipſis ſtatutis nullatenus fit ali-
qua mentio de talibus conſulentibus,
nec ad effectum declarandi contentio- 18
nes ſunt cogniti, ſed totaliter, & indi-
ſtinctè, ac priuatiuè pronunciatio Can-
cellario committitur, cui omnimodè
ſtandum, & parendum eſt; vt diximus
ſuprà quæſt. 1. *n.* 14. *&* 18. Ex quo conie-
cturare poſſumus, quod ipſe Cancella-
rius de partium voluntate ab initio illos
introduxiſſet ad maiorem ſatisfactio-
nem miniſtrandi iuſtitiam: aut fortaſſe,
quod ipſi contendentes eidem ſuppli-
caſſent, quod conſultores adhiberentur, 19
non tanquam Aſſeſſores neceſſarij, ſed
tanquam voluntarij, qui eidem adiuua-
rent, & conſulerent, nam magis adæ-
quatè iudicium efformare poterat aſſo-
ciatus cum aliis quatuor iuriſperitis,
quàm ipſe ſolus.

Nam vt ait Ægidius *de regimine* 20
Principum: Quantò aliquid eſt magis ter-
minatum, tantò minus eget conſilio; nec
debet fieri conſultatio de rebus minimis;
nec vnus deliberare debet ſolus, ſed alio-
rum adhibere conſilium, &c. Ex quo

colligitur quòd non tam cordatè poteſt
vnus ſolus deliberare ; eſſéque valdè
conueniens, aliquos quærere conſilia-
rios; quocirca non eſt abs re præſume-
re, quòd ab initio Cancellarius intro-
duxit illos, tanquam conſultores,& de-
riuatum fore in ſucceſſores ex tali prin-
cipio, tum propter grauitatem cauſarũ,
quæ ibidem terminantur; tum etiam
propter auctoritatem Officij, & Tribu-
nalis;cùm negari non poſſit valde æſti-
mabile eſſe accedere debere ad domum
ſuæ propriæ habitationis duos Togatos
ex Aulis Regiis, quos ipſe elegerit ad
horam per ipſum deſtinatam, vt dixi-
mus *ſuprà quæſt. 62.*

21 Tum & etiam ſuaderi poteſt hæc con-
ſideratio ex quadam ſimilitudine, quam
tradit Antonius Monacus *in Meliſſa p.1.
ſerm. 11. ex Sal.* vbi ita ait: *Qualis Ciui-
tas eſt,cuius diruta ſunt Mœnia; talis eſt vir,*
22 *qui non omnia cum conſilio agit*, *&c.* Qua
propter cum ferè ſemper hoc munus
obtineant viri prudentes,litteris, & dig-
nitate Eccleſiaſtica pollentes,vt diximus
*ſuprà quæſt.5.n.2.*exinde induci poteſt vo-
luiſſe ad maiorem ſecuritatem vti con-
ſilio aliorum,iuxta illud *Eccleſiaſtici c.32.
verſ.24 Fili ſine conſilio nihil facias,& poſt
factum non pœnitebit.*

23 Ex quibus infero,quòd cum nulla lex
noſtra requireret, vt conſulentes adhi-
berentur, ſed illud factum fuit, vt cauſa
cum maturo conſilio terminaretur, ex-
inde pars vincẽs titulo gratitudinis,& in
obſequium laboris (quia præſumi debet
illos appoſuiſſe,& pars victoriam repor-
taret) tribueret illam paruam quantita-
tem ſex ducatorum ſeparatam, & inde-
pendentem ab expenſis reſultantibus
ex proceſſu.

24 Hócque ſuaderi poteſt ex contextura
verborum, quibus in prolatione ſen-
tentiæ ferè ſemper vtitur Cancellarius,
ait enim: *Neutram partium in expenſis con-
demnãdo demptis ſex ducatis pro ſalario Do-
minorum conſulentium*, *&c.* Ex quibus in-
ducitur non attribui ratione expenſarũ
mercedis ex labore, de quo *in lege Sala-
rium 7.ff.mandati,vel contra*; ſed pro ho-
25 nore ex parte eius,cui debetur iuxta tex-
tum *in l.ſi remunerandi gratia 6.ff. eodem
tit.mandati*, ibi. *Si remunerandi gratia ho-
nor interuenit erit mandati actio*, *&c.* vbi
gloſſa marginalis dicit,quòd illud verbũ,
Honor,idem importat,quod *Salarium*; &
poſtmodum gloſſa Acurſij *in verbo*, *Ho-
nor*,declarat, id eſt,*donatio*, vel *remunera-
tio aliqua;ideò ſic dicta,quia honor eſt ei, cui
datur, &c.* Idem aduertit Aluericus de
Roſate *in ſuo dictionario littera S. verbo
Salarium verſ.1.in fine.* Quæ doctrina ad
noſtrum caſum applicari poteſt,& con-
iecturari,quòd illud exiguũ ſtipendium
ſex ducatorum potiùs dici debeat hono-
raria donatio facta à parte vincẽti,quàm
grauamen ex condẽnatione expenſarũ,
& exinde colligere poſſumus motiuũ ex
quo ſtylus noſtri Regni admiſit talem ſo-
lutionem;quæ quidem aliàs ex diametro
repugnans foret diſpoſitionibus iuris.

Inſuper hoc etiam Practicatum repe- 26
ritur temporibus præteritis coram Ar-
bitris,ſi in declaratione contentionis in-
ter ſe ſe conueniebant condemnãdo ali-
quam ex partibus in expenſis: nam in
iſtis ſex ducata argenti, quæ Arbitris at-
tribuuntur, non comprehendebantur,
ſed pars vincens illa ſoluere tenebatur,
& per ipſos Arbitros ſpecificabatur in
cauſis,in quibus notoriè firmans ſine le- 27
gitima cauſa contentionem intentabat,
veluti ex obligatione guarentigia (vulgò
Comanda) vel cenſualis, ſeu alterius
contractus iuramento vallati, cuius vir-
tute propter tranſgreſſionem, & iura-
menti appoſitionem circumfertur iuriſ-
dictio Eccleſiaſtica.

Sicut & etiam in inſtrumentis conti- 28
nẽntibus clauſulam ſummiſſionis Iudi-
cis,& in aliis ſimilibus caſibus, ſi Iudici
Eccleſiaſtico firma præſentetur, vt non
procedat contra obligatum; tunc con-
tentionis declaratio in fauorẽ Curiæ Ec- 29
cleſiaſticæ inoffenſo pede currit; quo
caſu præteritis temporibus Arbitri con-
demnabant firmantem in expenſis, non
verò in dictis ſex ducatis,ſub hac forma
verborum. *Declaramus, & pronunciamus,
&c. condemnando in expenſis firmantem,
demptis ſex ducatis pro Salario noſtro exol-
uendo, &c.*

Et licèt Arbitri ſuper hoc magnam 30
inter ſe ſuſcitarent altercationem ex di-
ctis ſuprà, videlicet quòd rationi, & iu-
ris diſpoſitionibus repugnare videba-
tur, quod,fouens iuſtitiam,& victoriam
conſequens,eſſet adſtrictus,& condem-
natus ad aliquid perſoluendum, nam
habebat aliquam connexitatẽ condem-
nationis. Præcipuè,quia in Arbitris ceſ-
ſat conſideratio, aut motiuum *proximè*
adductum reſpectu conſulentium Can-
cellario maximè cùm ipſi per forum ſint
Iudices proprij, ad quos pertinet de- 31
claratio, & conſequenter locum ſibi
vendicat diſpoſitio dictæ legis *Sala-
rium 7.ff.mandati*; & per conſequens in
generali

generali condemnatione expenſarum includenda eſſe prædicta ſex ducata.

31 Et inſuper quia pars firmans in ipſamet ſcriptura, ex qua fundat ſuam intentionem ad declinandam iuriſdictionem Eccleſiaſticam ſecum fert ſtipulatas omnes expenſas, & ſic, ſuppoſitâ earum condemnatione legitimâ, videtur dicendum, teneri etiam ad dicta ſex ducata; quæ quidem ac alia ponderabantur in diuerſis cauſis pro parte Arbitrorum pro Curia Eccleſiaſtica nominatorum.

32 At verò Fiſcalis Regius (qui vt diximus *ſupra quæſt.* 1. *n.* 8. & *quæſt.* 24. *n.* 9. ac *quæſt.* 62. *n.* 11.) eſt Arbiter pro iuriſdictione ſeculari in contentionibus terminandis per Arbitros in Ciuitate Cæſaraugustana) contrarium defendebat ex eo; quia qui obtinet ſententiam fauorabilem tenetur ſoluere ius ſententiæ; & ideò ſex ducata ſunt ad eum effectum tanquam quid ſeparatum ab aliis expenſis reſultantibus ex proceſſu, &c. Et cum hac praxi, & ſtylo, licèt cum aliqua repugnantia, temporibus præteritis Arbitri currebant.

33 Poſtmodum verò attendentes ad rationes, & motiua reſultantia ex iure communi, & noſtris legibus municipalibus in aliis conſimilibus cauſis, & quòd in illis non ſit aliquid ſpeciale præuentũ, & diſpoſitum, conuenerunt Fiſcalis Regius, & alius Arbiter pro Curia Eccleſiaſtica nominatus, vt prædicta ſex ducata venirent, & comprehenderentur in generali condemnatione expenſarum; taliter
34 ter quòd pars victa cum cæteris expenſis condemnata etiam remaneat in ea quãtitate. Quod quidem valde intereſt bono publico ad coërcendam facilitatem, ne dicam temeritatem, plurium volentium ſe excuſare facere id, ad quod tenentur & ſunt obligati, præſentando firmam (prout nos dicimus, *volandera*) ſub prætextu, quòd non ſunt condemnati in prædictis expenſis; & nimis durum eſt, vt patiatur tale detrimentum, qui pro ſe habet notorium ius.

35 Quapropter hodie ſic inconcuſsè ſtylatur, videlicet, quòd, factâ condemnatione expẽſarum, in ea remaneant comprehenſa ſex ducata pro iure ſententiæ Arbitrorum; vt fuit declaratum, & exequutum in aliquibus contentionibus huius meæ Diœceſis per meam Curiam, & iuriſdictionem formatis; vt patet in proceſſu Iuratorum locorum de Salas Altas, y Baxas, ſub die 7. Decẽbris 1660. & alia eiuſdem loci de Salas ſub die 25. Maij 1661. Et altera Iuratorum loci de Poçan de Vero ſub die 13. Septembris 1660. & alia Iuratorum loci del Grado ſub die 19. Martij 1662. nécnon alia Iuratorum de Fanlo, & aliorum locorum Vallis de Vio in cauſa Auguſtini de Fanlu ſub die 6. Maij 1662. quæ quidem contentiones fuerunt per meam Curiam proſecutæ, cui quidem firmæ fuerunt præſentatæ, & Arbitri condemnârunt firmantes in omnibus expenſis cũ incluſione ſex ducatorum; & etiam idem fuit practicatum in proceſſu Iuratorum locorum de Ainſa, Sinues, & Spoſa ſub die 26. Nouembris 1663. Et prætereà certam notitiam habui ex perſona fide digna, & omni exceptione maiori, quòd in Curia D. Iuſtitiæ Aragonum, & Scribania Ioannis de Añes reperitur quidam proceſſus contentionis Michaëlis Petri Sanjuan, & Xabalico, & Catharinæ Forcada coniugum Cæſaraugustæ habitatorum ſuper iuris firma, & competentia, & die 13. Iulij 1662. fuit pronunciatum per Arbitros; competentiam Iudicis Eccleſiaſtici locum habere condemnando firmantem in expenſis taxandis. &c.

Ex quibus, & aliis exemplaribus iam hodie diuerſimodè practicatur, quàm 36
in præteritis temporibus: & certè negari non poteſt, hunc ſtylum magis iuri conſonum eſſe, ſatiſque vtilem, & neceſſarium ad reprimendam, coërcendam, & detinendam facilitatem, qua plures vtebantur firmis, offuſcando iuſtitiam, & quærendo diffugia, vt cum illis creditores exiſterent impediti, ne procederent contra debitores: vt atteſtari poſſunt, quòd poſtquam prædictæ contentiones huius meæ Diœceſis fuerunt declaratæ cum condemnatione expenſarum proceſsũs, & inſimul ſex ducatorum; ſeculares conuenti in Tribunali hoc Eccleſiaſtico propter debita inſtrumentalia iuramento vallata, non tam facilè ſe tuentur recurſu firmarum *volandarum*, quibus anteà quotidie vtebantur; & ideò approbo, & ſummoperè laudo prædictam praxim.

Quam quidem extendere, & admittere 37
re in Tribunali Cancellarij non eſt abs re; licèt fatear, quòd in illo ſolutio ſex ducatorum diuerſimodè conſiderari poteſt ex traditis *ſuprà in hac quæſt. à numero* 15. *vſque ad* 24. cùm conſultores fuerint ex conſuetudine introducti ad impertiendam partibus maiorem

ſatisfactionem declarationis, de quibus noſtri fori mentionem non fecerunt, ſecus autem de Arbitris, quos ipſe forus 1. *ſub tit. de competentia iuriſdictionis* proprios, & primos Iudices deſignauit ad decidendas contentiones; taliter, quòd Cancellarius nihil efficere poſſit, donec illorum diſcordia faciat deuoluere cauſam, & contentionem ad ſuum tribunal, tanquam ad tertium Arbitrum; vt diximus *ſuprà quaſtione 6. à numero 2. & ſequent.* & dicemus *infrà in quaſtione ſequenti.*

39 Et ideò non tam ſtrictè conſiderari poteſt quoad Cancellarium (cui partes nihil contribuere, & ſoluere debent propter ius ſententiæ; nam tantùm conceditur annuum ſtipendium (certè ſatis paruum, inſpectâ magnitudine, & excellentiâ officij) ſicut quoad Arbitros, qui quidem à foro nullum habent deſtinatum ſalarium, ſed tantùm illa ſex ducata à parte miniſtranda ratione laboris, & tanquam ius ſententiæ, & ideò iuſtiſſimè, vt ipſius ſequela exſoluenda ſunt à parte condemnata.

40 Hæc animaduertere libuit ſub cenſura cuiuſvis meliùs ſentientis, cui libenter adhærebo, & ſubſcribam: enimverò, cùm à nemine ex noſtris Practicis de hoc articulo verbum aliquod fuerit factum, faciliter in aliquo errore capi, & conſilio labi potui, de quo veniam peto, & correctionem admittam.

QVÆSTIO LXVI.

Cancellarius an declaret, vt tertius, cauſas contentionum, tanquam habens poteſtatem à Curiis Generalibus?

SVMMARIVM.

Cancellarius eſt tertius Arbiter à lege conſtitutus pro decidendis contentionibus. numero 1. & 17.

Cancellarius non cognoſcit de contentione, ſi primi duo Arbitri inter ſe conueniant. num. 2. & 4.

Arbitris duobus quandoque attribuitur, vt eis diſcordantibus, nominent tertium, vel partes in ipſo actu compromiſſi illum deſignant. n. 3. & 8.

Arbiter tertius nominatus in caſu diſcordia aliorum duorum, non habet cognitionem, donec illa ſequatur. numero 4.

Cancellarius, eſt Arbiter tertius, medius, & legalis pro dirimendis contentionibus iuriſdictionis in omnibus Regnis Coronæ Aragonum. numero 5. & 6. cum ſequent.

Arbiter tertius nominatus à partibus in euentum diſcordia aliorum duorum, in quibus compromiſerunt, nihil agere poteſt ante diſcordiam. numero 8. & ſequent.

Iuriſdictio Cancellarij ad decidendam contentionem eſt ſuſpenſa, & quaſi dormitans, donec duo primi Arbitri non diſcordent. n. 8. & 9.

Contentionem iuriſdictionis qui intentat in Aragonia ignorare non poteſt, quod fieri debet mediantibus Arbitris, & eis diſcordantibus, medio Cancellario. num. 10.

Cancellarius an teneatur adhærere vni ex Arbitris, qui in contentione diſcordarunt, vel poſſit de per ſe diuerſimodè declarare. n. 11. & ſeq. *reſoluitur affirmatiuè.* num. 14.

Arbitri duo ſi ſint electi, & in caſu diſcordia tertius nominetur, an iſte poſſit diſcedere à declaratione amborum, vel teneatur cum vno illorum concordare, numero 11. & 12. cum ſequent. *intellige, vt* n. 13.

Arbiter tertius, electus à partibus in caſu diſcordia aliorum duorum, tenetur ſe conformare cum vno illorum, ſecus ſi ſit electus à Iudice. n. 13. & 16.

Cancellarius tenetur ſe conformare cum vno ex duobus Arbitris diſcordantibus in contentione iuriſdictionis. numero 14. & ſequent.

Cancellarius nequit in declaratione contentionis ſe diuertere vltra metas, quæ impediant attribuere iuriſdictionem, cui debeatur. n. 15.

Iuriſdictionum materia in contentionibus eſt indiuiſibilis. n. 15.

Licèt iam latè de materia huius quæſtionis *ſuprà* differuimus, attamen in præſenti aliqua addere libet, cùm ex his, quæ *in proximis quaſtionibus* reſoluta reliquimus, neceſſarium videatur aliqua annotare, & diffuſiùs explanare pro reſolutionibus 1

nibus in illis, iam ſumptis; & diceodum eſt, Cancellarium eſſe conſtitutum tanquam Arbitrum tertium pro decidendis contcotionibus.

2 Enimverò ſicut diximos *ſuprà in quaſtione antecedenti numero 38. & 39. & in aliis pluribus*, Cancellarius non intrat, nec poteſt aliquid efficere quoadvſque duo primi Arbitri inter ſe non conueniant, taliter, quòd ſi concordanerint contentio in omnibus, & per omnia ſopita, & extincta remaneat, ipſorúmque declaratione parendum ſit, vt patet ex dictis *ſuprà quaſtione* 61.

3 Exinde ſequitur, quòd Caocellarius ſolùm procedere valet io diſcordia Arbitrorum ad inſtar aliorum, quibus à partibus attribuitur, vt ipſi in caſu diſcordantiæ nomioent tertium, vel ipſæmet partes deſigneut io inſtrumento compromiſſi certam perſonam, quæ declarare valeat, vt tertius in euentum diſcordantiæ, & donec hæc effectualiter non ſit ſequuta, carer aliquo exercitio: attamen

4 ſtatim atque diſcordant priuatiuè ad ipſum pertinet; ita ſimilirer per diſpoſitionem noſtrorum fororum ſtabilitum reperitur, videlicet *in foro* 1. *ſub tit. de la competencia de la juriſdicion*, vbi expreſsè decernitur, nominandos eſſe duos Arbitros à Curiis reſpectiuè contendentibus, fieríque Iudices proprios, & legitimos ad declarandam contentiooem; & in euentum diſcordantiæ ipſorum præuenit forus, quòd Caocellarius, tanquam tertius declarer adhærendo vni illorum, & per ſuam ſolam pronunciationem ſit ſententia, vt patet ex verbis expreſſis dicti fori *ibi*.

5 *Y en caſo que los dichos Arbitros dentro de los dichos cinco dias no ſe concordaren, el Canceller Eccleſiaſtico nombradero por ſu Mageſtad, ſiendo preſente en la Ciudad donde ſe preſenta la Audiencia Real, y del Iuſticia de Aragon dentro de treinta dias contaderos del dia, que fueron cumplidos los cinco dias à los dichos Arbitros aſſignados; ſea tenido, y obligado, oidas las partes intereſadas, y los juezes contendientes, ſi alguna coſa quiſieren dezir ante el dicho Canceller, declarar la dicha contencion dentro del dicho tiempo ſegun Dios, y buena conſciencia adereciendo à la parte, que le parectere ſer mas juſto. A la declaracion, y determinacion del qual los dichos juezes contendientes hayan, y ſean tenidos de eſtar, &c.*

6 Ex qua clauſula ſatis apparet, Cancellarium eſſe rertium Arbitrum legalem medium, vt cauſæ conrenrionum terminentur, ipſiſque fiois imponatur; & ita in ſpecie concludunt omnes noſtri Practici; & latè diximus *ſuprà quaſt. 6. à num. 2. & ſequent.* vbi plures allegauimos, & *quaſt.* 17. *numero* 3. & 8. & *quaſt.* 29. *num. 6. & ſequent.* Hócque in omnibus Regnis Coronæ vniforme eſſe rradit Seſſe *deciſ.* 113. *num.* 37. *tom.* 2. vbi ex Boſio *tit. de captura*, *num.* 40. refert idem Mediolani ſeruari; & pro Regno Valentiæ Leon *deciſ.* 208. *num.* 26. *to.* 2. qui ad literam refert Bullam S. M. Gregorij XI. Datam Auenione, quinto Kalendas Decembris, Pontificatus ſui anno 1. vbi in fine ira habetur. *Quod ſi dicta perſona intra dictos tres menſes non potuerint, vel noluerint terminare, tertium eligere teneantur, qui cum ambobus, vel eorum altero, infra menſem dictum dubium decidat, & eius deciſioni pareatur, &c.* Et *ibidem* adoertit Leon, quòd ille tertius (de quo in decreto Apoſtolico,) eſt Cancellarius noſtrorum Regnorum reſpectiuè quoad ſingulum ipſorum; Idémque inſinuat Matthæu *de Regimine Regni Valentia tom.* 1. *cap.* 2. §. 2. *ſectione* 3. *numero* 170. & *tomo* 2. *cap.* 7. §. 1. *ſect.* 1. *numero* 9. & *ſect.* 4. *num.* 121.

7 Idque etiam dicitur de Cancellario Regni Sardioiæ, & Maioricarum, vbi regulantur contentiones ad inſtar aliorum noſtrorum Coronæ ad metas repetitæ concordiæ Sereniſſimæ Reginæ Eleonoræ, teſte Vico *ad Pragmat. Regni libr.* 2. *tit.* 51. & *ibidem gloſſ. marginalis in fine*; & *numero* 28. *cum gloſſa marginali*. Et in Cathalonia omnes concludunt Caocellarium eſſe tertium Arbitrum contentionum propter diſcordantiam, priorum duorum; vt cum Olib. *in vſat. Alium namque de iure Fiſci cap.* 11. *cum multis ſequent.* Ferrer. & Peguera, tradit Cancer *part.* 3. *obſeru. tit. de contentione iuriſdictionis cap.* 10 *numero* 17. & eo relato, Pareja *de inſtrumentorum edit. tomo* 1. *titul.* 2. *reſolut.* 6. *ſpecie* 2. *numero* 159. *in fine*, eóſque cum pluribus allegar nouiſſimè Cortiada *in praxi contentionum tom.* 1. *deciſ.* 17. *numero* 3. & *ſequent.*

8 Hæcque reſolutio fulcitur ex eo, quòd diximus *ſuprà in initio numero* 3. (& eſt

notum) videlicet, quòd partes tranſigentes in duos Arbitros (prout quotidie fit) in actu compromiſſi ex vniformi voluntate conueniant; vt ſi Arbitri, in cuius fauorem compromittunt, inter ſe non conueniant ſit tertius N. qui quidem ſuſpenſus exiſtat quoadvſque adueniat caſus diſcordiæ, quâ exiſtente, tunc reuiniſcit illa facultas, quæ quaſi dormitans exiſtebat, vſque ad eum euentum.

9 Sic ſimiliter in noſtris Regnis contentiones priùs terminandæ ſunt per Arbitros, & ſi ipſi inter ſe non conueniant, ſuſcitatur iuriſdictio Cancellarij, quæ pro illo tunc ſuſpenſa exiſtebat ad caſum diſcordantiæ; ex qua, vt contentio indeciſa non remaneat, inſurgit Cancellarius, vt tertius pro declaratione in fauorem vnius ex partibus contendentibus ex diſpoſitione noſtri fori Aragoniæ, & in aliis Regnis virtute prædictæ concordiæ.

10 Et cùm partes ſe ſubiiciendo ad formandam contentionem ignorare nequeant, quando cognitio deuoluatur Cancellario, & quòd tunc ipſe de per ſe, & ſolus debet, tanquam tertius à lege vocatus, ad eum effectum; conſequenter deducitur eſſe tertium Arbitrum de partium voluntate, habitualiter electum vſque ad caſum diſcordiæ priorum Arbitrorum in vim legis; *argumento textus in cap. ſi contra 4. & cap. ab Arbitris 11. de officio, & poteſtate Iudicis delegati in 6.* & *in l. Diem proferre §. ſtare ff. de receptis Arbitris*; *& in l. 1. cod. eodem* & docent Seſſe *de inhibitionibus cap. 9 §.2. num. 25. & 26. & cap. 10. § 1. num.* 43. & alij plures penes Cortiadam, (qui idem ſentit *in dicta ſua praxi contentionum tom. 1. deciſ. 17. num. 4.*) Cancer *part. 3. variarum cap. 10. n.* 17.

11 Sed hîc aduertere libet quædam pulchra annotatu ad intentum prædictæ reſolutionis, videlicet: an Cancellarius poſſit diuerſimodè declarare, ac quilibet ex Arbitris de per ſe ſenſerũt, vel ſi teneatur vni illorum adhærere: anſámque mihi dedit quædam diſputatio ſatis controuerſa ex iure communi reſultans, videlicet, an duobus Arbitris diſcordantibus, ſi tertius eligatur, poſſit iſte proferre diuerſam ſententiam à duobus illis, vel teneatur cum vno illorum concordare.

12 In quo dubio pro vtraque parte ſatis intricata, & non fixa reſolutio reperitur: vt colligi poteſt *ex gloſſ. in l. Item ſi vnus 17. §. Principaliter 6. verbo Auctoritati*, vbi Bartolus, & Baldus *ff. de receptis Arbitris.*

In qua hæſitatione adhibendam eſſe 13 diſtinctionem, reſoluunt Gabriel *de Arbitris concluſ. 1 num. 1. & 4.* Pacianus *de probationibus lib. 1. cap. 47. num. 108.* quòd ſi tertius eligatur à Iudice, poſſit ab aliis diſſentire; ſi verò ſit electus ex voluntate partium, adſtrictus remaneat ſeſe cum altero eorum conformare.

Ex quibus ad noſtrum intentum neminem vidi, qui circa Cancellarium quoad Arbitros pro reſolutione ſuum animum inclinauerit; & meo paruo iudicio dicendum ſentio, quòd tenetur ſe conformare cum vno ex Arbitris diſcordantibus attribuendo iuriſdictionem vni ex Curiis, quæ melius ius videbitur ei habere. 14

Moueor ex eo, quia, cùm Cancellarius ſit ſpecificè per legem deſtinatus ad dirimendas contentiones iuriſdictionis, nunquam voluit lex, quòd extra metas illarum directè aliunde ſe poſſet diuertere; cùm materia iuriſdictionis (regulariter loquendo) in contentionibus ſit indiuiſibilis; nam vel pertinet ad Eccleſiaſticum, aut ad ſecularem, in quo fundatur diſcordia Arbitrorum, dicente vno ex eis, quòd ad Eccleſiaſticum, & altero, quòd ad ſecularem, & tunc Cancellarius ſuper eo articulo tanquam tertius declarare tenetur: ergo neceſſum erit vni illorum adhærere; nec poterit ſententiam ferre circa diuerſam materiam, quæ deuiet principaliter à contentione iuriſdictionis; & ſic erit adſtrictus ad ſe conformandum cum vno Arbitrorum. 15

Nec obſtat, quòd ſi tertius fuerit electus à Iudice, liberè poſſit diſſentire (vt diximus *ſuprà*) & conſequenter, quòd cum Cancellarius ſit quodammodo tertius nominatus per noſtras leges, reſultat, talem nominationem operari debere eoſdem effectus, qui pullulant per nominationem Iudicis. 16

Sed re vera ex ipſa inſtantia colligitur ſolutio; nam cùm ita ex lege ſit cautum, ſimilitérque ſit partibus notum, quòd Cancellarius, & non alter futurus ſit tertius Arbiter propter diſcordiam, infertur, quòd per voluntatem ipſarum partium iam tacitè exiſtat: vt diximus *ſuprà num. 10.* conſequenter locum ſibi vendicat ſecundus caſus diſtinctionis nuper propoſitæ; videlicet, quòd, ſi tertius ſit electus ex partium voluntate, 17

teneatur

teneatur ſe conformare cum vno, vel altero.

18 Et ita per legem municipalem Luſitaniæ eſſe diſpoſitum, reſoluit Valaſcus *de partitionibus cap. 9. num. 6.* licèt dicat illam legem eſſe ſubiectam variis interpretationibus: & eo allegato, tradit Franciſcus Niger Cyriacus *tom. 1. controuerſiarum Forenſium cap. 159. à num. 1. cum ſequent.* vbi latè agit de hac materia. Ex quibus concludendum eſt, Cancellarium eſſe tertium Arbitrum in omnibus Regnis Coronæ Aragonum deſtinatum per Curias generales pro decidendis contentionibus iuriſdictionum, & per nominationem D. N. Regis; vt diximus *ſuprà, quæſt. 17. num. 20. & ſequent.*

QVÆSTIO LXVII.

Cancellarius in declaratione contentionis an poſſit apponere modum, & conditionem procedendi?

SVMMARIVM.

Cancellarius non poteſt directè cognoſcere de meritis cauſa, qua anſam dedit contentioni. num. 1.

Cancellarius eſt tertius Arbiter legalis pro decidendis contentionibus; & ideò de eis tantùm cognoſcere debet. n. 2. & 3. intellige, vt n. 4.

Contentio ſi ſemel fuerit declarata, debet remitti cauſa ad Curiam, qua victoriam obtinuit. 3.

Cancellarius incidenter cognoſcere poteſt de meritis cauſæ principalis, ſi opus fuerit pro decidenda contentione. n. 4.

Qualitas delicti ſi in contentione declaranda, inquirenda veniat, poterunt Arbitri, & Cancellarius de illa cognoſcere. num. 5.

Sententia Arbitrorum, ſeu Cancellarij declarans contentionem habet vim diffinitiuæ tranſeuntis in rem iudicatam. n. 6. & non poteſt dici interloquutoria. num. 7. & ſequent.

Arbitri, & Cancellarius ſtatim atque reſpectiuè declarant contentionem, totaliter quoad eam functi ſunt munere ſuo; & ex eo illorum ſententia non eſt interloquutoria, ſed diffinitiua. num. 8. & ſeq. *nec poſſũt aliquid addere, vel detrahere. n. 10.*

Iudex poteſt reuocare, ſeu limitare ſuam ſententiam interloquutoriam, iam per eum prolatam in diſcurſu inſtantiæ antequam finiatur. n. 11.

Cancellarius in Aragonia non poteſt apponere modum, & conditionem in declaratione contentionis partibus contendentibus. n. 12. & 13. cum ſeq.

Arbitri iuris, pro decidenda cauſa ſuſpicionis electi, ſolùm de ipſa, non autem de principali, cognoſcere poſſunt. n. 13.

Cancellarius in Cathalonia poteſt apponere modum, & conditionem iudicibus contendentibus in ſua pronunciatione. n. 15.

Contentio ſi contineat plures articulos ſeparatos, poterit Cancellarius attribuere vnum Curia Eccleſiaſtica, & alterum ſeculari, ita vt iudicet, pertinere ad quamlibet ipſarum. n. 16.

Cancellarius non poteſt ſcindere ſuam ſententiam in fauorem Curia Eccleſiaſticæ, & ſecularis, ſi articuli contentionis ſint inſeparabiles; ſecus autem, ſi ſint diuerſi. num. 16. & 17.

Sententia Iudicis eſt indiuiſibilis, ſi vnum tantùm caput contineat, vel plura ita connexa, vt vnum ab altero inſeparabiliter dependeat. n. 18. ſecus ſi ſint ſeparabilia, & diuiſibilia. n. 19. & ſeq.

Sententia tot ſunt, quot ſunt capita, qua in illis declarantur. n. 19. & 20.

Contentio ſi generaliter fuerit formata pro omnibus cauſis ciuilibus ab vna ex Curiis pratendente ad ſe pertinere; poterit Cancellarius declarare, non obſtante illa generalitate. n. 21.

1 HÆc quæſtio maximam habet connexionem, & dependentiam ab illa, quæ copioſè *ſuprà quæſt. 17.* extenſa remanet; in qua reſolutum reliquimus *à num. 2. cum pluribus ſequent.* videlicet, nullatenus poſſe Cancellarium directè, & immediatè cognoſcere de meritis cauſæ, quæ anſam, & motiuum dedit, vt contentio formaretur: ex eo quia, 2 cum ſit Arbiter tertius legalis nominatus reſtrictiuè pro decidendis contentionibus propter diſcordantiam duorum priorum Arbitrorum; vt diximus *in quæſt. antecedenti num. 1. & 5. cum ſeq.* exinde ſequitur, quòd non poterit ſe extendere vltra id, quòd ipſa lex eidem attribuit per textum *in l. Non diſtinguemus 32. §. de officio Arbitri 15. ff. de receptis Arbitris*, & *in cap. peruenit de Arbitris*; & patet ex his, quæ diximus *ſuprà in dicta quæſt. 17. à n. 4. cum ſequent.* Sed 3 ſic eſt, quòd in noſtro Aragonum Regno

X 4 per

per forum. 1. *ſub titul. de contentione iuriſdictionis*;& in aliis Coronæ per repetitam concordiam Regiæ Eleonoræ, & Cardinalis Conuenarum ſolùm attribuitur Arbitris, & Cancellario, vt poſſint cognoſcere ad quam ex Curiis contendeotibus pertineat iuriſdictio; ergo noo poterunt ſe extendere ad cauſam principalem, quæ totaliter remitteoda eſt ad Curiam io cuius fauorem declaratur; vt colligitur ex allegatis *ſuprà in dicta quaſt.* 17. quibus iunge Cortiadam *in ſua praxi contentionum, tom.* 1. *deciſ.* 16. *n.* 101. vbi loquitur de Arbitris & ad intentum allegat noſtrum Portoles *ad dictum forum* 1. *num.* 20. & Fermoſin. *in cap. ſi quis contra Clericum quaſt.* 29. *n.* 17. *de foro competenti*; & latiùs idem Cortiada *vbi proximè deciſ.* 24. *à num.* 75. *cum pluribus ſequent.* vbi concludit ſeruari in omnibus Regnis noſtræ Coroaæ, prout omnes Scriptores,& Practici conueniunt, ſicut & etiam in Regnis Caſtellæ ex traditis à Pareja *de inſtrum. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſol.* 6. *n.* 4. *&* 81. Idémque reſultat itidem de iure commuoi per textum *in dicta l. Non diſtinguemus §. de officio ff. de receptis Arbitris*; & docent Portoles *vbi ſuprà, num.* 34. *& ſequent.* & alij plures peoes Barboſam *in collectanea ad textum in cap. cum dilectus, de Arbitris.*

4 Quæ quidem regula generalis temperanda eſt in caſu, in quo iocideoter neceſſaria ſit cognitio cauſæ principalis ad expeditiooem, & proouociatiooem contentionis vt latè diximus *ſuprà in dicta quaſt.* 17. *à num.* 8. *cum ſequent.* & conſooat Cortiada *in dicta deciſ.* 24. *numero* 78. ex Fontanella *deciſ.* 338. *n.* 32. *& ſequent.* & pooit exemplum, v. g. ſi allegaretur aliqua poſſeſſio ſeu cooſuetudo, vel præſcriptio, quæ induceretur excluſionē qualitatis cauſæ prætenſæ ab vna ex Curiis, vel parte contendeotibus.

5 Quibus addo illud exemplum in Reo extracto ab Eccleſia propter homicidium proditionale, vel aliud delictum ex exceptuatis in iure, & in Bulla Gregoriana, in quibus Eccleſiæ immunitate gaudere noo poteſt, tunc enim, & in ſimilibus caſibus præciſè Cancellarius cogooſcere, & ſe intromittere poterit incidenter ad decidendam qualitatem rei in cootentionem deductæ per ea, quæ latè diximus *ſuprà in dicta quaſt.* 17. *à num.* 8. *cum pluribus ſequent.*

6 Ex quibus colligitur, quòd ſententia Arbitrorum, & Caocellarij habet vim diffinitiuæ,& producit eoſdem effectus, quos illa, quæ tranſiuit in rem iudicatam; vt latè diximus *ſuprà quaſt.* 59. *à num.* 7. & *quaſt.* 61. *n.* 1. *& ſeq.*

Et exinde immeritò D. Laurentius Matthæu *de regimine Regni Valentia to.* 2. *cap.* 7. §. 1. *num.* 132. tradit, ſententiam Cancellarij verè eſſe interloquutoriam ibi. *At cum declaratio principalis cuiuſvis contentionis verè interloquutoria ſit nempe ſuper competentia iuriſdictionis, &c.* quod probat ex Fontanella *deciſ.* 318. *num.* 11. & aliis ab ipſo allegatis; & reddit rationem, quia ſolemnitates à iure ſtatutæ in promulgatione diffinitiuæ non obſeruaotur in ſententia Cancellarij, & Arbitrorum, &c. 7

Sed re vera talis reſolutio ſuſtineri non poteſt, ſed imò dicendum, ſeotentiam Arbitrorum, & Cancellarij habere vim, & dici diffinitiuam; prout accuratè cum pluribus defendit Cortiada *in dicta deciſ.* 24. *num.* 79. *&* 80. ex eo irrefragabili fundamento: Enimverò dato, quòd illi contentionem declarent, eo ipſo totaliter functi ſunt munere ſuo quoad illam inſtantiam; taliter, quòd iterum de illa agitari, diſputari, vel appellari, non liceat: vt latè diximus *ſuprà quaſt.* 60. *&* 61. ſequitur ergo, quòd noo poteſt qualificari pro interloquutoria; vt expreſsè reſoluit Franciſcus de Tooduti *de prauentione iudiciali part.* 2. *quaſt.* 38. *num.* 4. *in fine* per hæc verba. 8

Probatur, quia huiuſmodi decreta, quibus Iudex ſe competentem, aut alium Iudicem incompetentem eſſe declarant, habent vim ſententia diffinitiua. Bartolus in l. Quod iuſſit, num. 9. *verſ. Quadam eſt interloquutoria, ff. de re iudicata. Maranta in ſpecul. part.* 4. *tit. de ſententia, num.* 43. *Miſingerius centuria* 3. *obſeruat.* 55. *quia per talia decreta finitur officium Iudicis, &c.* Hæc Tondutus. 9

Ex cuius doctrina, & aliorum ſatis reſultat, quòd, cùm Arbitri, & Cancellarius ſtatim atque proonciaot contentiooem, amplius de ipſa inter eaſdem perſonas, & ex eodem articulo oibil addere, ſeu declarare, aut detrahere valeaot, ergo ipſorum ſententia potius diffioitiua, quàm interloquntoria iudicanda eſt, quæ quidem ſtatim producit omnes effectus veræ diffioitiuæ, ex traditis *ſuprà in dictis quaſtionibus* 59. *&* 60. 10

Præterea, quia in iure notum eſt, quòd Iudex poteſt reuocare, vel retractare ſenteotiam interloquutoriam per eum prolatam in diſcurſu inſtantiæ, antequam hæc totaliter ſit extincta, iuxta textum 11

textum *in cap.cum ceſſante 60. de appellationibus*; *& in l. Quod iuſſit* 14. vbi communiter Doctores *ff. de re iudicata*; & innumeros referens, & plura cumulans tradit Salgado *de regia protectione,to.1.p.1. cap.5.à num.5.cum pluribus ſequent.* quibus iunge Franciſcum Nigrum Cyriacum *to.1.controu.forenſium,controuerſ.126.n.27.* ſed Arbitri, & Cancellarius nullatenus poſſunt reuocare ſuam ſententiam (vt iã diximus) ergo non poteſt dici, quòd ſit interloquutoria. Ex quibus,& aliis, quæ ad intentum ponderari poſſent, adhæreo opinioni Cortiadæ, quam veriſſimam cenſeo; ſicut & illam D. Laurentij Matthæu non admittendam.

12 His ſic conſtitutis, ſtrictè deneniendo ad principale obiectum præſentis quæſtionis, aſſerendnm eſt, nequaquam poſſe Arbitros, & Cancellarium reſpectiuè apponere modum,& conditionem procedendi in cauſa principali in ſuis pronunciationibus, & ſententiis, Iudicibus, vel Curiæ in quorum fauorem declarauerint, & in noſtro Regno Aragoniæ de plano procedit, vt in ſpecie, & expreſsè reſoluit Portoles *in commentariis ad dictum forum 1. ſub tit. de competentia iuriſdictionis num.* 35. cuius verba tranſcribere libet, vt noſtra praxis munita exiſtat anctoritate tanti viri, ſitque exequuta, & ſtylata diuerſis exemplaribus, vt non diſſonet his, quæ in Cathalonia pluribus, & frequenter è contrario obſeruata reperiuntur: verba igitur noſtri Portoles ita ſe habent.

13 *Et magis in ſpecie hoc docet Francus in cap. Ab Arbitris n.1.de officio delegati lib.6. vbi inquit, Arbitros iuris pro decidenda cauſa ſuſpicionis non autem de cauſa principali cognoſcere poſſe*; *& idem aſſerunt alij: & ſecundùm prædictam ſententiam fuit deciſum per Cancellarium,&c. in proceſſu Franciſci Gaſcon ſuper competentia iuriſdictionis die* 2. *Decembris* 1557. *Et hæc ſententia vſque adeo in hoc Regno recepta eſt, quod Cancellarius in ſua ſententia nullam conditionem Iudici, in cuius fauorem ſententiam protulit, imponere poterit, prout in ſimili ita voluit Iaſon in l. 2. n.12.ff. de re iudicata Gutierrez de iuramento confirmatorio 1.par. cap.2.n.16. & Iulius Clarus § finali qu.37. numero 2. verſ. Quinimo, &c.* Hæc Portoles, qui *ibidem* latè proſequitur alia conducentia ad hunc articulum, apud quem videre poteris; eique conſonat Fontanella *deciſ.* 318. *numero 11. part.2.*

14 Quæ quidem praxis fundari poteſt in verbis, & diſpoſitione dicti fori 1. *ſub tit. de la competencia de Iuriſdicion*; vbi poſtquam præſcripſit modum, formam, & tempus, intra quod Arbitri debeant declarare, & quod, ſi inter ſe non conueniant, in tali caſu, deuoluatur ad Cancellarium, vt ipſe contentionem decidat, ita ait *Sea tenido, y obligado oidas las partes intereſadas, y los juezes contendientes, ſi alguna coſa quiſieren dezir ante el dicho Canceller, declarar la dicha contencion dentro del dicho tiempo, &c.* Ex quibus finalibus verbis ſatis liquet, quòd forus noluit attribuere Cancellario aliquam directam cognitionem cauſæ præter illam, quæ tenderet ad dirimendam contentionem applicando Curiæ, quod ad ipſam pertinet, & diſſoluendo eius manus, vt ad vlteriora procedere valeat ſine moleſtatione, vel impedimento, ſeu reſtrictione, vel conditione iuxta terminos iuris; & conſequenter modum, & conditionem apponere non poterit in ſua declaratione, quoad cauſam, quæ dedit motiuum contentioni; & hæc quidem in noſtro Aragoniæ Regno de plano procedunt.

15 In Cathalonia autem contrarium omnino ſtylari tradunt Michaël Ferrer *part. 3. obſeruat. cap.* 224. *&* 235. Oliuan. *de iure Fiſci cap.* 12. *numero* 24. & alij penes Fontanellam *deciſ.* 318. *numero* 10. *part.* 2. quos refert Cortiada *in dicta deciſ.24.à num.* 81. *cum ſequent.* vbi more ſolito, plura numero refert exemplaria, quæ quidem multoties in ſuis deciſionibus magis inſeruiunt prolixitati, quàm ad corroborationem aſſumpti, fortaſſe certiſſimi, & noti, & ſine repugnantia, aut contradictione; & *ibidem* adducit fundamenta, quibus talis praxis Cathaloniæ fulcitur.

16 Verùm poſteà *n.* 96. exiſtimat, eique magis arridet noſter ſtylus, aut praxis Aragoniæ, dicens, ſibi in puncto iuris magis placere, licèt non audeat ſeſe opponere praxi tam obſeruatæ in Cathalonia, totiéſque declaratæ; & apud ipſum videre poteris hunc articulum, cum copioſè agat de ipſius materia.

17 Aduertit tamen noſter Portoles *vbi ſuprà, n.35.in fine in verſ. verum eſt tamen, &c.* & ex eo Cortiada *vbi proximè n. 97.* quòd licèt aliàs Cancellarius Aragoniæ nequeat apponere modum,& conditionem in ſua declaratione,& ſententia poteſt nihilominus pronunciare in fauo-

rem

rem Curiæ Eccleſiaſticæ quoad vnum articulum, & quoad alterum pro Curia ſeculari, de quo ambo adducunt varia exemplaria: ſed hæc concluſio intelligenda eſt, quando articuli ſunt ſeparabiles, non verò ſi ſint inſeparabiles, & taliter connexi, vt vnus ab altero diſcernibilis non ſit; vt patet *in exemplari contentionis adducto per Portoles*: vbi quæſtio erat circa matrimonium, & furtum; & quoad primum, fuit cauſa remiſſa ad Curiam Eccleſiaſticam, & quoad furtum ad ſecularem: Hócque non infringit prædictam reſolutionem *ſuperius* adductam ex ſtatim dicendis.

18 Et quamvis Portoles, & Cortiada rationem non adducant, deſumi poteſt ex his, quæ in iure reſultant; licèt enim certa ſit concluſio, quòd ſententia debet eſſe indiuiſibilis, intelligenda eſt, quando vnum tantum contineat caput, vel articulum; aut ſi plures articuli complicentur, ſintque ita connexi, & reſpectiui, vt inſeparabiliter alter ab altero dependeat, tunc enim Iudex non poteſt diuerſimodè ſententiam proferre quoad vnam, vel alteram partem, ſed collectiuè tenetur attribuere omne ius vni parti, vt declarauit Rota penes S. M. Gregorij XV. *deciſ.* 232. *num.* 3. vbi Beltraminus *littera C. num.* 6. copiosè cumulat alias diciſiones.

19 At verò ſi cauſa contineat plura capita diuerſa, & ſeparata, poterit Iudex quoad ea difformiter pronunciare in fauorem vnius circa certum articulum, vel caput, & in fauorem alterius quoad aliud; & tunc non conſideratur vna indiuidua ſententia, ſed tot, quot ſunt capita. *l. etiam* §. *ex cauſa ff. minoribus.* Gloſſa *in cap.* 2. § *nos autem, verbo, eadem, de ordine cognitionum. l. Quadam mulier, ff. familiæ erciſcundæ. l. Cornelia Pia ff. de iure patronatus*; & plures referens tradit Scaccia *de appellationibus quæſtion.* 17. *limit.* 21. *ſub numero* 191. & alij penes Salgadum *de Regia protectione part.* 3. *cap.* 15. *numero* 4. & multoties ita declarauit, & obſeruauit Rota penes Gregorium XV. *deciſ.* 552. *num.* 1. vbi *ibidem* Beltraminus *n.* 6. alios allegat quibus iunge Duran. *deciſ.* 133. *numero* 4. & 5.

20 Ex quibus ad noſtrum inrentum colligitur, quod *in proximè dicto caſu*, ſi in eadem ſententia Cancellarius declaret competentiam Iudicis Eccleſiaſtici locum habere, & de iure procedere quoad vnum articulum, vel partem ſeparatam ab alia, debeátque cognoſcere de illo; & Iudici ſeculari alterum articulum remittat, vt de eo ſententiam proferat; ex eo non infertur apponere modum, & conditionem; quia tunc tot ſententias pronunciat, quot ſunt articuli ſeparati reſultantes ex ipſo proceſſu, in quo ipſamet capita ſeparata influunt, ita vt licèt vnum videatur, conſideranda ſunt plura quoad effectum pronunciationis reſpectu cuiuſuis articuli: & ex prædicta ratione licebit Cancellario contentionem declarare forma, & modo *ſuprà* tradito; cùm ſua ſententia tendat ad deciſionem articulorum in illa deductorum.

Tandem hic remiſſiuè aduertere libet, quod latè diſputat Portoles *vbi ſuprà à n.* 36. *& ſeq.* an, ſcilicet, ſi partes, vel Curiæ generaliter, v.g. in omnibus cauſis ciuilibus contra aliquem motis, vel mouendis, ad ſuum Tribunal accedant, & trahant ſuper quo contentio fuerit formata, poſſit Cancellarius ſuper omnibus generaliter pronunciare; & *num.* 37. *cum ſequent.* ex varijs ſolidiſque fundamentis reſoluit affirmatiuè, quam ſententiam veriſſimam, & tenendam cenſeo ex motiuis, & rationibus ab ipſo Portoles, *ibidémque* adductis *vſque ad numero* 40. apud quem videre poteris. 21

QVÆSTIO LXVIII.

Cancellarius an poſſit vt ſuſpectus recuſari per Curias, vel partes contendentes de iuriſdictione; & dato, quòd fieri poſſit, coram quo ſuſpicio proponenda ſit; quæque forma in recuſatione ſeruari debeat?

SVMMARIVM.

Cancellarius in Aragonia, ſicut & in cæteris Regnis Coronæ, poteſt, vt ſuſpectus recuſari. num. 1. & 19.

Suſpicio oppoſita contra Cancellarium, pro decidenda contentione, debet eſſe vera, & non ficta, quæ probanda eſt ab eo, qui illam oppoſuit. n. 3.

Suſpicio oppoſita contra Iudicem de iure ciuili ſufficit, quòd proponatur, & aduertetur

tur cum iuramento; ſecus de iure canonico, nam requirit, quòd realiter probetur. n.4.

Suſpicio contra Cancellarium, & alium quemcunque Iudicem proponi debet in ſcriptis, & cauſa expreſſione, medioque iuramento. numero 4. *&* 5. cum ſequent.

*Cauſæ, quæ faciant Iudicem ſuſpectum, proponendæ ſunt in ſcriptis, & etiam probandæ, vt procedat ſuſpicio; nec ſufficiet iuramentum. n.*5. & 6. & 19.

*Cancellarius ſi ſuſpectus à parte proponatur, non ſufficit, quòd pars iuret cauſam ſuſpicionis eſſe veram, ſed requiritur plena probatio. n.*6.

Cancellarius in Cathalonia non cognoſcit de cauſis ſuſpicionum contra eum oppoſitis, licèt coram ipſo debeant proponi. n. 7. *ſecùs in Aragonia. n.*8.

Iudices, dati pro ſuſpectis, nequeunt de iure communi cognoſcere de cauſis ſuſpicionum contra ipſos appoſitis. num. 9. *ſecùs practicatur in Aragonia. numero* 10. & ſeq.

Cauſæ legitimæ in Aragonia, vt Iudex ſuſpectus reputetur, ſunt reſtrictæ ad certum numerum; quidquid de iure communi aliter reperiatur. n. 11.

Cancellarius datus ſuſpectus ex cauſa notoria, & manifeſta, quæ ipſum comprehendat clarè, & diſtinctè, ſtatim tenetur ſe abſtinere, etiam ſine declaratione. n. 11. *&* 12.

*Iudex, vt ſuſpectus declaretur, plures cauſæ ſunt expreſſæ in iure, quæ deſcendunt ex quinque riuulis. n.*13.

*Suſpicionum cauſæ contra Iudices in Aragonia ſolùm admittuntur, quæ in foris ſunt expreſſæ; nec datur extenſio ad alios caſus, etiam conſimiles. n.*14.

*Poſitiones, & articulos ſuſpicionum ſi pars contra Cancellarium opponat, tenetur reſpondere illis. n.*15. *&* 19.

*Cancellarius in Aragonia tenetur reſpondere poſitionibus ſuſpicionum datis à parte, & ſi fiat cum delatione iuramenti, tenetur cum eo reſpondere, ſecùs in Cathalonia. num.*15. *&* 16. *Quòd extende etiam ad Cancellarium Sardiniæ. n.*17.

*Formam recuſandi Cancellarium, vt ſuſpectum ad declarandam contentionem, vide remiſſiuè. n.*18.

1 LIcèt de omnibus in præſenti quæſtione propoſitis latè egerimus *ſuprà qq.*11. *&* 12. neceſſarium duximus iterum de ea in præſenti aliqua annotare, & dicere; cùm enim poſtquam illas quæſtiones extendimus, in lucem ediderit diligentiſſimus, & ſatis laudandus D. Michaël Cortiada primum tomum ſuæ praxis contentionum, vbi *deciſ.* 18. copioſè egit de hoc articulo, exinde in animo habui, & decreui aliqua prædictis quæſtionibus addere.

Primò igitur conuenimus poſſe Can- 2
cellarium vt ſuſpectum recuſari, iuſtâ, & legitimâ ſubſiſtente cauſâ, vt diximus *ſuprà dicta quæſt.* 11. *à n.* 13. *cum ſequent.* &, me cum aliis citato, concludit Cortiada *in dicta deciſ.* 18. *num.* 10. *in fine,* vbi ſolida fundamenta, quibus prædicta reſolutio fulcitur, vtrobique videre poteris, ſimúlque reſponſum ad fundamenta contrariæ ſententiæ; quam quidem concluſionem veram eſſe, tam in Aragonia, quàm in aliis Regnis Coronæ, non eſt dubitandum; vt annotauimus *ſuprà in dicta quæſtione* 11. *à numero* 27. *cum ſequent.*

Talíſque cauſa ſuſpicionis debet eſſe 3
vera, & non ficta, ſimúlque probanda ab eo, qui illam proponit; vt concludunt noſter Portoles *in ſcholiis ad Molinum, verbo, Iudex, n.* 63. *&* 64: Seſſe *deciſ.* 41. *num.* 1. *& ſequent. to.* 1. Guazzinus *de defenſione Reorum, defenſ.* 1. *cap.* 19. *num.* 63. *cum duobus ſequent.* vbi plures allegat; & Cortiada *vbi proximè num.* 45. *&* 46. Guiurba *deciſ. ciuil. Regni Siciliæ* 48. *numero* 3. *& ſequent.*.

Itaque in Tribunali Cancellarij quoad 4
proponendam ſuſpicionem contra illum ſequenda, & obſeruanda eſt diſpoſitio iuris canonici *in cap. cum ſpeciali, & cap. Paſtoralis, de appellationibus, cap. legitima eodem tit. in* 6. cùm aliis adductis *ſuprà in dicta quæſtione* 11. videlicet, quòd cauſa ſuſpicionis realiter exiſtat, & cum effectu probetur, taliter, quòd non ſit ſufficiens illud, quod de iure ciuili ſtatutum reperitur *in l. Apertiſſimi*, & *ibi* Gloſſa communiterque DD. *ff. de iudiciis*, ſcilicet, ſat eſſe, quòd pars opponens ſuſpicionem, medio iuramento, ipſam aduerauerit: enimverò, (vt iam dixi,) hoc non admittitur in præſenti, ſicut ſtylatum, &
practicatum fuit coram me, dum in hoc 5
noſtro Regno Aragoniæ munus Cancellarij exercui in proceſſu Procuratoris Fiſcalis Archiepiſcopatus Cæſarauguſtani ſuper competentia iuriſdictionis de anno 1663. nam cùm ad inſtantiam Aduocati Procuratoris Fiſcalis Regij contra me ſuſpicio oppoſita fuiſſet, eam obtulit, & præſentauit in ſcriptis cum expreſſione cauſarum, ſimúlque cum iuramento tradendo ſchedulam, &

petitionem

petitionem cum ſpecialitate, & indiuiduatione omnium prædictorum; vt videre poteris *in meo Paſtorali regularium part.3.vot.8.n.3.*

6 Et ideò non eſt ambigendum, quòd in dicta recuſatione neceſſaria ſit expreſſio cauſæ in ſcriptis, declaratæ, ſimúlque probatio per Curiam, vel partes opponentes Cancellario quamcunque ſuſpicionem, ob quam intendant, ne contentio per illum, ſed per alium tertium in eius locum ſubrogatum declaretur, ſeu pronuncietur, aut decidatur per eum ſed per alium nominandum cum requiſitis, & circunſtantiis, de quibus *ſuprà quæſt.9. à n.3.& ſequent.*& *q.10.n.3.*ad tradita per Gail. *lib.1.obſeru.33.n.13.* Guazzinum *in dicta defenſ.1.cap.19.n.103.* Carolum de Graſſis *exceptione 24.n.11.* & alios penes Cortiadam *vbi ſuprà in dicta deciſ.18.n.54.& 55.* Quæ autem cauſæ ſint releuantes, & admiſſibiles in noſtro Aragoniæ Regno, videre poteris penes Portoles *in ſcholiis ad Molinum in verbo Iudex, à n.45. cum pluribus ſequent.* Suelues alios allegantem *t.1.in centuria, conſ.23.n.6.* ex quib. prima pars dubij reſoluta remanet.

7 Ad ſecundam autem præſentis quæſtionis deueniendo, videlicet, coram quo cauſæ ſuſpicionis propoſitæ contra Cancellarium allegari, & exagitari debeant. Et in Cathalonia fieri debet coram D. Rege, & in eius abſentia è Regno coram Prorege, ambobúſque abſentibus coram Gubernatore Viceregiam gerente; vt patet ex Pragmatica *Primeramente 6. de contentione iuriſdictionis*, & ex Ferrer, & Ripol *variarum reſolutionum cap.2.n.180. & 181.*& ita ex eis reſoluit Cortiada *vbi ſuprà, n.65.& ſeq.*qui plura congerit.

8 In noſtro autem Regno aliter ſtylatur, & obſeruatur; nam ipſe Cancellarius cognoſcit de cauſis ſuſpicionum coram ipſo propoſitis, & contra eum oppoſitis; vt copioſè diximus *ſuprà in dicta quæſt.12. à n.24.in fine, cum pluribus ſeq.* vbi in fomentum huius praxis varia fundamenta adduximus, & in medium propoſuimus.

9 Licèt enimverò aliàs de iure communi Iudices ipſi recuſati nequeant terminare, vel decidere proprias cauſas ſuſpicionum eiſdem oppoſitas iuxta textum *in l. Apertiſſimè, Cod. de iudiciis cap. Cum ſpeciali. Cap. Secundò requiris, de appellationibus* cum aliis allegatis per Ramon *conſ.3. n.117.* Fontanell. *deciſ.2.n.17.p.1.* Ripol. *variar. reſol. cap.2.n.134.*& alij plures.

10 In noſtro tamen Regno certum eſt, aliter practicari, quàm ſtabilitum reperitur de iure canonico, & ciuili: vt latè tradunt Portoles *vbi ſuprà in dicto verbo, Iudex, à n.41.* Seſſe *deciſ.41. à n.4.& ſeq. tom.1.& deciſ.200. à num.2.tom.2.* Suelues *in dicto conſilio 23.n.6.* & me citato, Cortiada *in dicta deciſ.18.num.64.in fine, & num.651.* & ita vſu receptum reperies per me exiſtentem Cancellarium, prout videre poteris, tibique patebit ex his, quæ dixi *in meo Paſtorali regularium part.3.dicto voto 7.n.7.& 18. cum ſequent.*

Ideóque dicendum eſt cauſas recuſationis Cancellarij coram eodem fore proponendas, atque ad ipſum pertinere declarationem, an ſint necne legitimæ. 11 Quod quidem intelligendum eſt, dummodò ſit aliqua releuans cauſa dubitandi: ſi enim notoriè, & manifeſtè conſtaret, palámque pateret de cauſis expreſſis *in noſtris foris*, videlicet, *in foro Por quanto, ſub tit. de iudiciis*, & *in foro vnico, tit. de las ſoſpechas.* anni 1564. & in aliis adductis per Molinum *in verbo Iudex à quo, folio 189. in 1.colum.*vbi Portoles *in* 12
verbo, Iudex, à n.46. qui enumerat illas, quæ ſtrictè, & non aliæ in noſtro Regno ſunt admiſſibiles ad tradita per Seſſe, & Suelues *vbi proximè*; tunc etenim propter euidentiam facti opus non erit, vt declarentur, ſed erit ſufficiens, quòd proponantur; ſpecificentur, & propalentur apud ipſum Cancellarium, qui ſtatim tenebitur ſe abſtinere, vt ad vlteriora procedatur.

Et quamvis de iure communi plures cauſæ ſint releuantes, vt Iudex ſuſpectus declaretur, vt per Doctores ſpecificantur, quæ quidem deſcendunt ex quinque riuulis, qui poſteà influunt & poſteà ſe commiſcent in varios, & diſtinctos caſus, videlicet, Amor, Odium, 13
Præiudicium, Timor, & Ignorantia. Ex 14
quibus fontibus ſuſpiciones tanquam ex origine ſcaturiunt in alias ſpecies, vt aduertit Cabal. *de Brachio Regio part.3. num.344.* quem refert, & ſequitur Sebaſtianus Guazzinus *vbi ſuprà in dicta defenſione 1. cap.21.n.1. circa finem*, & *ibidem n.2.& ſeq.* qui vſque ad concluſionem cap. refert 53. caſus, qui (vt ipſe ait) ſunt frequentiores, & magis quotidiani.

Sed in noſtro Aragoniæ Regno non 15 datur extenſio aliqua ad quoſcunque alios caſus, etiam conſimiles, ſed præcisè reſtringendi ſunt ad expreſſos, & ſpecificatos in prædictis foris, vt docent

omnes

omnes noſtri Practici, & videre eſt penes Seſſe *deciſ.* 414. *num.* 1. *& ſeq.* & *deciſ.* 415. *num.* 3. *cum ſequent. tom.* 4. Suelues *vbi ſuprà in dicto conſilio* 23. *à num.* 6. qui alios allegat, ſimúlque refert duo moderna exemplaria.

16 Aduertendum tamen eſt, quòd ſi articuli, aut ſuſpicionum poſitiones contra Cancellarium datæ fuerint à parte, ipſáque ſupplicet reſpondere, nullatenus poterit effugere reſponſionem.

17 An autem compelli poſſit, & teneatur, vt cum iuramento fiat, diuerſimodè in Regnis Coronæ practicatur, cum videamus in Cathalonia non eſſe adſtrictum ad iurandum, ſed tantùm ad proferendum nudum reſponſum poſitionibus, vt docet Ferrer *parte* 3. *obſeruat. cap.* 92. *num.* 5. *& final. verſ. eſt etiam aduertendum, &c.* Fontanella *deciſ.* 23. *num.* 9. *&* 10. *parte* 1. At verò in noſtro Aragoniæ Regno aliter ſe habet; nam Cancellarius tenetur reſpondere cum iuramento poſitionibus datis à parte cum delatione iuramenti, & ita egomet ipſe practicaui, vt patet & conſtat *ex dicto voto* 8. *num.* 2. & me citato, conſonat Cortiada *in dicta deciſ.* 18.

18 *num.* 85. *in fine.* vbi *num.* 86. credit idem ſeruari in Regno Sardiniæ, qui *ibidem in ſequentibus numeris* proſequitur materiam huius articuli apud quem videre poteris; cùm breuitati conſulamus.

19 Quæ autem forma ſeruari debeat in recuſatione Cancellarij diximus *ſuprà quæſt.* 12. *à num.* 18. *& ſeq.* & etiam reperies *in dicto meo voto* 8. *n.* 1. & me etiam citato, remiſſiuè apud Cortiadam *vbi proximè, num.* 74. *in fine & num.* 94. ex Ferrer *parte* 3. *obſeruationum cap.* 92. *& cap.* 97. tradit praxim, & modum nominandi tertium in locum Cancellarij, quando legitimæ ſunt ſuſpiciones: ex quibus concludendum eſt, quoad noſtrum Regnum Cancellarium poſſe dari ſuſpectum, cauſáſque ſuſpicionum coram eo eſſe proponendas, ipſúmque de illis cognoſcere; ſimilitérque teneri reſpondere articulis, & poſitionibus delatis ad illius iuramentum, & in cæteris ad hunc articulum conducentibus, vide, quæ diximus *ſuprà quæſt.* 12. *&* 13.

QVÆSTIO LXIX.

Cancellarius ſi declarat contentionem; an contra ipſius ſententiam agi poſſit de nullitate?

SVMMARIVM.

Sententia Arbitrorum; ſeu Cancellarij in contentione producit eoſdem effectus, qui reſultant ex tribus conformibus. num. 1.

Nullitas in quocumque genere cauſarum opponi non poteſt contra tres ſententias conformes. num. 2. *&* 4. *limita vt n.* 8. & ſeq.

Modus terminandi contentiones in Regno Aragoniæ introductus fuit, vt breui temporis ſpatio finirentur. n. 3. *&* 4.

Nullitatis exceptio ſi admitteretur in contentionibus fruſtraretur finis, propter quem forma terminandi illas fuit præſcripta. n. 3. *&* 4.

Lites dirimere eſt proprium officium iudicis. num. 5.

Sententia vt valeat, in dubio pronunciandum eſt. n. 6.

Nullitatis exceptio contra ſententiam, in dubio non habet locum. n. 6.

Nullitas oppoſita contra ſententiam, non debet retardare eius exequutionem. numero 7.

Lites ne ſint immortales, curandum eſt. num. 7.

Nullitas contra ſententiam Cancellarij admitti debet, ſi ſit clara, & euidens, ac in continenti ex actis probata. num. 8. & ſeq. *ſecus ſi aliquod dubium, etiam minimum, reſultet. n.* 16.

Cauſæ, quæ inducunt notoriam nullitatem contra ſententiam Cancellarij referuntur. n. 9. *&* 10.

Nullitas notoria, & euidens contra ſententiam Cancellarij oritur, ſi ex actis euidenter conſtat, non fuiſſe ſeruatam formam, & alia requiſita noſtrorum fororum. n. 10.

Exceptio nullitatis ſententiæ admittitur de iure contra tres conformes, ſi notoriè conſtat ex actis de illa. n. 11.

Sententia habens notoriam nullitatem reſultantem ex actis nunquam tranſit in rem iudicatam. n. 12.

Notorietas nullitatis ſententiæ colligitur, quando

*quando euidenter ex ipſis actis reſultat. num.*13.

*Nullitas notoria ſententiæ, ita patenter conſtare debet ex actis, vt in continenti de ea pateat, nec ſufficit, quod pars dicat ſe offerre paratam ad illam probandam, vt ex eo executio trium conformium ſuſpendatur.n.*14.

*Nullitas notoria ideò talis dicitur, quia diſputationem non patitur, ſed palam oculis corporeis demonſtratur in continenti. num.*15.

Sententia Cancellarij non poteſt impediri ſub prætextu cuiuſuis nullitatis. numero 16.

Limita niſi ſit euidens, clara, & manifeſta reſultans ex ipſis actis, & in continenti probata. num. 17. & ſeq.

*Nullitatem notoriam qui allegat contra ſententiam Cancellarij, tenetur illam in continenti probare, & quod euidenter reſultet ex ventre proceſſus. num.*17. *&* 18.

*Nullitas oppoſita contra ſententiam, ſi quoquomodo appareat non eſſe releuantem, aut minus legitimam, admitti non debet. num.*19

1 HÆc quæſtio reſultat ex traditis *ſuprà quæſt.* 59. *à num.* 7. *cum ſeq.* vbi latè probauimus ſententiam Arbitrorum, & Cancellarij reſpectiuè producere eoſdem effectus, qui reſultant ex tribus conformibus, nec ab illa admittendam fore appellationem, aut alium recurſum, ſed ſtatim exequi debere, vt etiam diximus *ſuprà quæſt.*60. *à*
2 *num.*11. Sed quando tres ſententiæ conformes adſunt in quocumque genere cauſarum, tam ciuilium, quàm criminalium, Eccleſiaſticarum, vel ſpiritualium, agi non poteſt de nullitate iuxta textum *in Clementina* 1. vbi communiter Doctores de ſententia, & re iudicata, Menochius *de Arbitrariis lib.* 2. *centuria* 1. *caſu* 9. *per totum*, & *centuria* 3. *caſu* 202. *num.* 52. & *conſilio* 343. *à num.* 40. Marcheſanus *de commiſſionibus tom.*2. *parte* 3. §. 4. *cap.*4. *pag.*139. *à num.* 3. *cum ſequent.* Gratianus *tom.*1. *diſceptationum forenſium cap.*42. *num.* 1. *&* 2. Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancellaria gloſ.* 56. *numero* 67. *verſ. ſicut etiam, &c.* & alij plures; quæ concluſio communis eſt, & admiſſa apud omnes Doctores; ergo non poteſt agi de nullitate contra ſententiam Cancellarij.

3 Secundò; quia ſi admitteretur exceptio nullitatis contra ſententiam Cancellarij, fruſtraretur finis, propter quem illius Tribunal inſtitutum fuit decernendo modum, vt cauſæ breuem terminum haberent, intra quem lites finem ſine appellatione, aut alio recurſu haberent: vt patet *ex repetito foro* 1. & *aliis*, *ſub titulo de contentione Iuriſdictionis*, & diximus *ſuprà quæſtione* 23. *num.* 13. *& quæſt.* 39. *num.* 7. *& quæſt.* 59. *num.* 1. *aliiſque pluribus*; videlicet, vt dilationes euitentur, neque in longius protrahantur: quod ſanè impediretur ſub prætextu nullitatis oppoſitæ, & repugnaret bono publico ſuadenti, ſententias tranſeuntes in rem iudicatam non eſſe retractandas ſub colore nullitatis. 4

Præcipuè cum proprium ſit iudicum, & ad eorum officium pertineat, lites diminuere; vt patet *ex l. Quidam exiſtimauerunt* 21. *ff. de rebus creditis. l.* 1. §. *inde quæritur* 10. vbi Gloſſa *verbo*, *Dirimeret*, alias allegat *ff. de noui operis nunciatione*, *cap. finem*, *& cap. Finali*, *de dolo*, *& contumacia.* Valençuela alios referens *conſilio* 12. *num.*41. *& ſequent.* 5

Et eo magis, quia contra nullitatem ſententiæ; vel alterius actus in dubio pronunciandum eſt, vt ſententia valeat. *l. Quoties* 13. *ff. de rebus dubiis. l. ſi quando* 112. *ff. de legatis* 1. Niger Cyriacus *tom.* 1. *controuerſiarum forenſium*, *controuerſia* 181. *num.* 26. *& controu.*182. *num.*49. 6

Taliter, quòd nullitas oppoſita non retardet ſententiæ executionem, ſi in continenti non probetur, Bartholus *in l.* 4. §. *Condemnatum num.* 3. & *ibidem* Alexander *num.* 5. *in fine*, & Iaſon *num.* 5. *ff. de re iudicata*, quos refert, & agitur Cyriacus *vbi proximè controuerſia* 185. *num.* 16. *&* 17. Lancellotus *de attentatis parte* 2. *cap.* 17. *numero* 32. *&* 38. Cum principalis intentio condentium leges ſit, ne lites fiant immortales; vt reſultat *ex dicto capite Finem*, *& dicto cap. Finali*, *de dolo*, *& contumacia. l. Properandum in principio Cod. de iudiciis*, *l. litibus*, *codice*, *de Agricolis*, *& cenſ. lib.* 11. cum aliis pluribus; & concludunt communiter Doctores: & conſequenter dicendum eſt, quòd nec contra ſententiam Cancellarij (regulariter loquendo) agi poſſit de nullitate, prout etiam in ſpecie ita reſoluunt Pareja *in tract. de inſtrumentorum editione tom.*1. *tit.* 2. *reſolut.*6. 7

ſpecie

ſpecie 4. *num.* 319. *&* 320. latéque Pe-
guera *in praxi criminali*, *cap.* 26. *num.*
finali verſ.Limitantur tamen prædicta,folio
mihi 164.

8 Quæ quidem concluſio,licét genera-
liter ſumpta,certiſſima ſit, & appareat;
limitari tamen debet, ſi contra ſenten-
tiam Cancellarij, vel Arbitrorum, aut
Tertij (reſpectiuè in ſuis caſibus) oppo-
neretur nullitas patens, euidens, mani-
feſta,& clara,reſultans ex ipſo proceſſu,
& actis, & in continenti probanda;quia
tunc talis exceptio nullitatis admitti
debet.

9 Exemplum erit, veluti ſi non ſerua-
retur forma præſcripta *in dicto foro* 1.
ſub tit.de Competentia Iuriſdictionis,quoad
noſtrum Aragoniæ Regnum,quam qui-
dem ſeruare tenetur Cancellarius quoad
formationem, & conſtructionem pro-
ceſsûs; vt patet ex his, quæ dixi *in meo*
Paſtorali Regularium parte 3. *voto* 1. *n.* 13.
& quoad cætera Coronæ Regna *in re-*
petita concordia Reginæ Eleonora, & Car-
dinalis Conuenarum; tunc enim ſi illa
non fuerit ſeruata in modo expediendi
literas repetitorias per Iudicem præten-
dentem, cauſæ cognitionem ad ſe per-
tinere,non verò ad alium,contra quem
diriguntur, vt Arbiter nominetur, qui
quidem ſi cum altero intra quinque dies
ab intimatione non declaret, ſed tran-
ſactis illis, tunc eſt notoria nullitas, vel
ſi deuolutâ cauſâ ad Cancellarium, ipſe
ſententiam pronunciauerit extra termi-
num triginta, & quinque dierum in
Aragonia, & in aliis Regnis extra tri-
10 ginta.Vel ſi ipſe Cancellarius declarans
non eſſet legitimè nominatus, ſed in-
truſus & ſine ſolemnitatibus, & requi-
ſitis præſcriptis *in dictis foro*, *& concor-*
dia: nam in talibus caſibus notoriis,
nullitas oppoſita, & ſtatim ex actis pro-
bata releuans eſt ad infirmandam ſen-
tentiam Arbitrorum, ſeu Cancellarij,
vel tertij reſpectiuè; quod quidem iuri
conſonum eſt.

11 Licèt enim fateamur, illorum decla-
rationem habere vim trium confor-
mium; attamen,quando nullitas eſt no-
toria, euidens, & clara illius exceptio
contra tres etiam ſententias conformes
locum habet, éſtque admittenda; vt
tradunt Gutierrez *practicarum quæſt.*
part. 1. *quæſt.* 96. *à numero* 5. *cum plu-*
ribus ſequent. Gratianus *tom.* 1. *diſcep-*
tationum forenſium cap. 118. *num.* 47.
& *tom.* 3. *cap.* 581. *num.* 13. vbi reſol-
uit, non eſſe ab hac opinione receden-
dum in iudicando, & conſulendo:
Salgado *de Regia protectione, parte* 3.
cap. 9. *num.* 2. qui infinitos allegat; qui-
bus iunge Scacciam, *de appellationibus*,
quæſt. 19. *remedio* 1. *concluſ.* 4. *num.* 25.
cum ſequent. Suelues *tom.* 2. *conſiliorum*
in ſemicenturia 2. *conſilio* 23. *num.* 19.
& 20. & alij plures penès ipſos.

Enim verò cùm ſententiæ habentes 12
nullitatem notoriam, & euidentem in
rem iudicatam nullatenus tranſeant;
vt tradunt communiter Doctores *in l.* 4.
§. Condemnatum ff. de re iudicata, Peña
in deciſionibus recollectis per me, tom. 1.
deciſ. 55. *num.* 4. & *deciſ.* 238. *num.* 10.
& *deciſ.* 292. *num.* 5. vbi vtrobique mea
annotatio alias plures allegat, Gratia-
nus *tom.* 1. *diſceptationum forenſium*
cap. 686. *num.* 15. Exinde nihil mirum
ſi ſententia Cancellarij euidenter, &
notoriè nulla retractari debeat, & quòd
exceptio nullitatis contra eam opponi
poſſit in tali caſu notorietatis.

Quando autem notorietas conſtet ad 13
effectum, ne tres ſententiæ conformes
exequi valeant, conueniunt omnes Do-
ctores, id colligi debere palam, mani-
feſtè, & ad oculum, ſimúlque paten-
ter ex ipſis actis; vt infinitos referens
tradit Salgado *de Regia protectione*, *par-*
te 3. *cap.* 9. *à numero* 2. *cum pluribus ſe-*
quentibus. quibus iunge latiſſimè Va-
lençuelam *conſilio* 182. *à numero* 11.
tom. 2. Suelues *in dicto conſilio* 23. *nu-*
mero 19.

Et inſuper requiritur, quod nulli- 14
tas in continenti ex eiſdem actis pa-
teat, taliter, quòd non ſufficiat dicere,
partem ſe offerre paratam ad illam pro-
bandam, vt ſingulariter aduertit Se-
baſtianus Guazzinus *de defenſione Reo-*
rum, *defenſione* 37. *cap.* 4. *num.* 2. *verſ.*
Bene verum eſt, *&c.* vbi per totum co-
pioſè agit de hoc articulo, & inſuper
pro requiſito neceſſario colligitur, opus
eſſe, vt ſit talis, quòd in continenti,
oculis corporalibus ſtatim legi poſſit;
vt ex Ioanne Botterio, *conſilio* 101.
num. 3. & aliis reſoluit Guazzinus *vbi*
proximè: nam ideò dicitur nullitas no- 15
toria, quia diſputationem non patitur,
vt cum Cæphalo *conſilio* 202. *num.* 16.
tom. 2. *tradit* Valençuela *in dicto conſi-*
lio 102. *n.* 13. *volum.* 2. & latiſſimè multa
cumulans, & plures allegans tradit Sal-
gado *vbi ſuprà in dicta parte* 3. *cap.* 9. *à*
num. 34. *cum ſequent.* Et circa hunc arti-
culum multa fundamenta poſſemus ag-
gregare, quæ conſultò omittimus, cùm

directè non ſint noſtri inſtitnti, & præſentis tractatus, à quo non recedere curamus, & præcipuè, quia ſummoperè conciſioni, & breuitati conſulimus.

16 Ex quibus concludendum eſt, quòd, licèt ſententiæ Arbitrorum, aut Cancellarij, vel tertij in eius locum ſubrogati, reſpectiuè in ſuis caſibus, nequeat, vel non poſſit abſolutè impediri executio ſub prætextu cuiuſuis nullitatis allegatæ, & propoſitæ à parte, limitanda eſt hæc concluſio, ſi talis nullitas ſit euidens, notoria, clara, & manifeſta oculis corporeis, reſultans ex actis, & ventre proceſſus in caſibus *ſuprà* relatis *num.*8. *& ſeq.* quia tunc talis nullitas non requirens altiorem indaginem (etiam minimam, quæ reddat aliqualiter, & quoquo infimo modo dubitabilem nullitatem) impediet dictam exequutionem, reddétque ſententiam nullam.

17 Quæ concluſio Iuri communi ſatis conſona eſt, vt patet ex his, quæ diximus *ſuprà*; & ex fundamentis copioſè ponderatis à Doctoribus præallegatis; & in ſpecie ita reſoluit D. Ludouicus à Peguera *in ſua praxi criminali cap.*26. *n.*5. *& finali, verſ. Ex prædictis ergo, &c.* vbi *in verſ. Ac propterea*, ita concludit.

18 *Ac propterea, tam ex parte allegantis nullitatem, quàm ex parte Iudicis, coram quo allegatur, debet eſſe magna curatio, & circunſpectio.* Nam allegans nullitatem curare debet, vt eam apparere faciat ex actis, & ex proceſſu, quia, tunc dicitur euidens, & notoria; ac omnem calumniam excludens, quam tunc Iudex reuocare debet; vt docet Bartolus, & Doctores *ex l.*3. *§. Condemnatum, ff. de re iudicata*; & Canoniſtæ in Clementina *vt calumniis, eodem tit.* cum aliis de quibus per Alexandrinum *con-*
19 *ſilio* 282. *num.* 3. *lib.* 6. & Decium *conſilio* 8. *num.*7. *lib.*1. *ſed ſi allegantur nullitates non ita releuantes, vel quòd de eis parùm conſtiterit; tunc ob præſumptionem validitatis actus, præſumptámque calumniam proponentis non ita fauorabiliter, & benignè recipientur, &c.* Hæc Peguera, cui adhæret, eadem verba referens, Cortiada *in ſua praxi contentionum part.* 1. *deciſ.* 12. *à num.*71. *cum ſequent.* præcipuè *num.* 76. quidquid dicere videatur Pareja *in tractatu de inſtrumentorum editione tom.*1. *tit.* 2. *reſolut.*6. *ſpecie* 4. *numero* 319. *&* 320. nam in nullitate notoria modo *ſuprà* dicto aliter eſt iudicandum, quàm in aliis nullitatibus non ita euidentibus.

QVÆSTIO LXX.

Cancellarius an teneatur declarare contentionem per indicia non ſatis vrgentia?

SVMMARIVM.

Probatio ſemiplena eſt neceſſaria, vt Cancellarius declaret contentionem, & non ſufficiunt, indicia non ſatis vrgentia. num. 1. *&* 2. *idemque ſeruatur in Cathalonia, Valentia, & Luſitania. n.*2. *&* 3.

*Probatio concludens delicti commiſſi, & ipſius qualitatis requiritur, vt Cancellarius declaret contentionem Iuriſdictionis. n.*4. *ſed contra n.*5. *nam ſufficit ſemiplena. n.*6. & ſeq.

*Probatio plena de corpore delicti eſt neceſſaria, quæ præcedere debet, vt Cancellarius pronunciet contentionem, licèt ſufficiat ſemiplena reſpectu partis implorantis immunitatem. n.*7. *& redditur ratio. num.*8.

*Indicia proxima, & vnus teſtis requiruntur, vt ex ea ſemiplena probatione Cancellarius poſſit pronunciare contentionem. num.*9.

Indicia, quæ de perſe non ſufficiunt ad torturam, non erunt ſufficientia, vt ex illis Cancellarius declaret contentionem. numero 9.

*Cancellarius non poteſt ſupplere probationem ex declaratione Iuramenti parti attributa. num.*10.

*Iuramentum ſuppletorium non poteſt deferre Cancellarius ad effectum concludendi ſemiplenam probationem, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. num.*19.

HÆc quæſtio non ſolùm in vna, & altera, verùm & etiam in tertia vice reſoluta, & deciſa remanet penes me in tribus contentionibus, quæ ſe obtulerunt, dum munus Cancellarij huius noſtri Regni Aragonum exercui, vt videre poteris *in meo Paſtorali Regularium part.* 3. *voto* 1. *num.* 9. *&* 10. *& voto* 6. *num.*4. latiúſque *voto* 7. *numero* 3. *cum duobus ſequentibus*: *& ſuprà quæſtione* 14. *à numero* 23. vbi concluſimus requiri 1

requiri ſemiplenam probationem, vt Cancellarius per eam teneatur declarare contentionem; nec ſufficere indicia non ſatis vrgentia, ex praxi inconcuſſa noſtri Regni, de qua latè Portoles *tom. 1. poſt ſcholia ad foros ſub tit. de Competentia Iuriſdictionis, quæſt. 9. à numero 3. cum ſequent. pagina mihi* 493. vbi plura cumulat, & diffusè agit de hoc articulo, & Seſſe *in tract. de inhibitionibus cap.* 8. §. 4. *numero* 68. Suelues *tom.* 2. *ſemicent.* 1. *conſilio* 10. *num.* 14. & alij *in dicto meo Paſtorali Regularium in dicto voto* 7. *num.* 3. *& ſequent.* ibidémque mentionem feci, quòd idem ſeruatur in Italia, & Cathalonia, ſicut & etiam in Luſitania aliiſque Prouinciis.

3 Verùm cùm poſt à me ſcripta *ibidem* D. Laurentius Matthæu in lucem ediderit tomum ſecundum *de Regimine Regni Valentiæ*, vbi *cap.* 7. §. 4. *ſect.* 4. *à num.* 166. inquirat, quænam requiratur probatio qualitatis delicti in contentionibus iuriſdictionis, vt hæc attribuatur Curiæ Eccleſiaſticæ, vel ſeculari? operæ pretium duxi in præſenti latiùs hanc difficultatem extendere.

4 Et quidem Matthæu *num.* 167. concludit cum prædicta reſolutione quoad Regnum Valentiæ ſufficere ſemiplenam probationem, ſicut & in noſtro, aliiſque *ſuprà* enumeratis, & ad intentum allegat duo exemplaria, ſimúlque teſtatur, tam antiquitùs, quàm in nouioribus temporibus ita obſeruari, & ex eo infert reſolutionem ad quandam contentionem, quæ *ibidem* declarata fuit in fauorem Eccleſiæ, licèt multa indicia contra Reum opponerentur, de quo dicemus *infrà*.

5 Poſtmodum D. Michaël Cortiada *in ſua praxi contentionum, parte* 1. *deciſ.* 21. *à numero* 61. *quæſtione* 6. diſputat etiam latiſſimè, & in ſpecie præſentem quæſtionem, & *in ſequentibus numeris* allegat Doctores tenentes requiri concludentes probationes delicti commiſſi, ipſiúſque qualitatis: & ad intentum allegat ita ſentientes: ſimiliterque *à numero* 63. *vſque ad* 64. incluſiuè adducit decem fundamenta, ſeu argumenta deducta ex ipſis Doctoribus prædictam opinionem tenentibus.

6 Pergit poſteà idem Cortiada *numero* 75. referens contrariam opinionem *me citato cum altis pluribus* numero, & auctoritate (me dempto) *Tract. de Competentiis*, non inferioribus, reſoluentibus ſat eſſe conſtare de delicto per ſemiplenam probationem, ac indicia, ſeu coniecturas ad torturam ſufficientes, & prædicti Auctores huius ſententiæ omnes teſtantur de diuerſis exemplatibus reſpectu ſuorum Regnorum, ſeu Prouinciarum; & etiam *me citato numero* 98. *cum altis* à me allegatis reſpondet ad Bullam Gregorij XIV. cum alia Clementis VIII. vbi reſcripſit Epiſcopo Panormitano, vt ſe informaret de homicidio perpetrato ſummariè, ſimpliciter, extraiudicialiter, & quantum pro ſuæ informatione conſcientiæ ſufficere ipſi videretur, &c. Quæ omnia in Iuriſdictione Cancellarij, & modo procedendi ex noſtris legibus, & obſeruantiis ad metas prædictæ Bullæ Clementis ſtylatum reperimus.

Inſuper ipſe Cortiada in corroborationem huius ſecundæ opinionis congerit etiam alia decem argumenta ex eiſdem Doctoribus conciſè, ac diligenter perquiſita; cùm igitur longo calamo ipſe egerit, nolui repetere quod penes ipſum videre poteris, certiorem te faciendo cum hoc breui epilogo. 7

Et tandem *num.* 96. ſequitur hanc ſecundam ſententiam, quam veriorem cenſeo, & in iudicando, & conſulendo non eſſe ab ea recedendum, conſtanter iudico, de quo etiam dicemus *infrà, quæſt.* 96. *&* 97.

Notandum tamen eſt, vt aliqua æquiuocatio non inſurgat, quòd licèt ſufficiat ſemiplena probatio ad effectum, vt Cancellarius ex illa contentionem pronunciet; at verò conſtare priùs plenè debet, ſimúlque concludenter de corpore delicti, nec erit ſat, quòd ſemiplenè conſtet ex latè traditis à Guazzino, & aliis pluribus ab eo allegatis *de defenſione Reorum, defenſione* 4. *in principio, & ferè per totam*; & conducunt, quæ diximus *ſuprà quæſtione* 44. *num.* 16. *in fine*, vbi alios allegauimus. Enim verò vt rectè aduertit Pareja *de inſtrumentorum editione tom.* 1. *tit.* 2. *reſol.* 6. *num.* 65. *cum pluribus ſequentibus*, prius conſtare debet de corpore delicti per concludentes probationes, quod quidem tendit, & reſpicit ipſum delictum: at verò, quòd talis Reus prætendens immunitatem illud commiſerit, tunc habet oculos ad eundem delinquentem, & intrat, quòd per ſemiplenam probationem fieri poſſit: ex 8

quo nemo eſt, qui non videat quantùm diſtet primus caſus ab altero.

9 Itaque ad prædictum effectum, neceſſarium eſt, quòd indicia proxima, & vnus teſtis concludant, ex quibus ſemiplena probatio reſultat; attamen ſi ſolùm indicia exiſtant, quæ de per ſe non eſſent ſufficientia ad torturam, ſed eſſent nuda, & non adminiculata cum vno teſte, non erit ſatis legitima probatio; vt ex ea tantum pronunciet; vt patet ex his quæ deciſa remanent per me *in meo Paſtorali Regularium parte* 3. *in dicto vot.* 7. *num.* 11. *&* 12. & ex traditis à Pareja *vbi ſuprà in dicto titulo* 2. *reſolut.* 6. *num.*82. quem omnino videbis, nam latiſſimè agit de hoc articulo, à quo plura mutuauit Cortiada *in dicta deciſ.*21. *num.* 99. *& ſequent.*

10 Tandem circa materiam præſentis dubij aduertit noſter Portoles *in quæſtionibus poſt ſcholia ad foros ſub titulo de Competentia Iuriſdictionis quæſt.* 9. *n.*18. *tom.* 1. *folio* 496. quòd licèt dicta ſemiplena probatio ſufficiat (vt diximus) nullatenus licere Cancellario ad illam conſequendam vti Iuramento ſuppletorio in defectum alterius probationis, nec poſſe parti illud deferre, non ſolùm in criminalibus, verùm nec etiam in ciuilibus; & rationem aſſignat, quia graue inconueniens ſequeretur ex tali admiſſione iuramenti ſuppletorij, videlicet, quòd ex vi illius fortaſſe traheret iurantem coram Iudice non ſuo in præiudicium eius, qui verè erat; & ad intentum allegat Antonium de Butrio *in cap. ſi clericus laicum*, & *ibidem* Abb. *num.* 16. *in fine*, & Soccinum *num.* 19. *ad finem de foro competenti*, Iaſonem *in l. Admonendi num.*296. *verſ. trigeſimo non habet locum*, *&c. ff. de Iureiurando*, & alios penes illum, qui etiam refert quoddam exemplare ſub die 12. Decembris 1586. in proceſſu Vincentij Xabierre ſuper Competentia iuriſdictionis.

QVÆSTIO LXXI.

Competentia Iuriſdictionis ſi ſit formata per Reum, ex eo, quòd ab Eccleſia fuit extractus, quæ declarata fuit per Arbitros, ſeu Cancellarium pro iuriſdictione ſeculari ſine citatione Curiæ Eccleſiaſticæ, vel ſecularis; an à non citata poſſit iterum efformari?

SVMMARIVM.

*Contentio ſi ſemel fuerit declarata, non poteſt de eademmet ampliùs diſputari, ſed tenentur partes obedire. num.*1. *&* 2. *intellige vt* 15.

Curia non citata in contentione iuriſdictionis efformata per ſolum Reum non poteſt iterum, & de nouo illam ſuſcitare. num. 2. & ſeq. *ſed contra n.*6. & ſeq. *præcipuè n.*13. *&* 14.

Citatio Rei, vel Curia non eſt neceſſaria in cauſa contentionis, ſed ſolius Eccleſia. numero 3. *contra* 6. & ſeq. *vſque ad* 15.

*Lites de litibus totis viribus vitandæ ſunt. num.*4.

*Iudicium ſecundum tendens ad reſcindendum, quod in primo fuerat terminatum, repelli debet per exceptionem rei iudicatæ, præcipuè, ſi in ſecundo examinandum ſit idem illud, quod in primo. n.*5. *intellige vt* 18.

Contentio ſemel declarata non poteſt iterum efformari inter eaſdem perſonas, & in eademmet cauſa. num. 6. *&* 15. *fallit in diuerſis perſonis intereſſe habentibus, quæ non fuerunt vocatæ. n.*7. *&* 13. eum ſeq.

*Immunitas Eccleſiæ habet reſpectum principalem ad ſeipſum ratione loci, & ſecundarium & influxiuè ad ſe in ea recipientem. num.*8.

*Proceſſus, ſeu inſtantia facta ab aliquo non nocet tertiis intereſſe habentibus, ſi ad illam non fuerint vocati, ſeu citati. num.*9.

*Res inter alios acta non nocet tertiis non vocatis. n.*9.

Hæres inſtitutus non poteſt dicere teſtamentum

mentum

mentum nullum, ſed cogi poteſt hareditatem adire. n. 10.

Tertius veniens ad cauſam, vel aliam diſpoſitionem, opponere poteſt eam exceptionem quam conuentus opponere non poſſet. numero 10.

Tertius veniens ad cauſam poſt ſententiam poteſt opponere de ſuo iure, & petere ſe potius admitti; licèt conuentus non poſſet. num. 11. Quod extende pro efformanda noua contentione in iam declarata. numero 12.

Intimatio rei præiudicialis fieri debet parti, cui præiudicatur, vt ei noceat. n. 13. & 14.

Contentionem iam declaratam ad inſtantiam alicuius, poterit Tertius ad illam non vocatus iterum ipſam efformare, ſi pateat de ſuo intereſſe. n. 15.

Citatio ambarum Curiarum Eccleſiaſticæ, & ſecularis ipſiúſque Rei confugientis ad Eccleſiam neceſſaria eſt in cauſa contentionis, vt ipſis præiudicet. n. 16.

Immunitas Eccleſiæ habet duos reſpectus, videlicet, quoad ſeipſam principaliter, & quoad Reum in conſequentiam, & ambo ſunt ſeparati. n. 17.

Renunciatio immunitatis Eccleſiæ facta per Reum non nocet Eccleſiæ, & ideò poterit conqueri. n. 17.

Exceptio rei iudicatæ locum habet quando idem corpus, & res, idémque ius, ac eadem cauſa petendi, eadémque conditio, & qualitas perſonarum intentant aliquid contra ſententiam, ſecus ſi veniat Tertius non vocatus pro ſuo intereſſe. num. 18.

1 DIximus *ſuprà quæſt.* 59. quòd ſi contentio Iuriſdictionis legitimè fuerit ſemel declarata per Arbitros, vel Cancellarium, aut per tertium in eius locum ſubrogatum reſpectiuè in ſuis caſibus, teneatur vtraque pars acquieſcere declarationi, taliter, quòd ſi ita non faciat, debeat compelli paritioni, & adhuc puniri.

2 Similitérque *in quæſt.* 60. *ſuprà extenſa* reſolutum reliquimus, quòd ſi contentio ſemel fuerit declarata, nequeat ſuper eodem articulo iterum refricari: Tum & etiam *ſuprà quæſt.* 61. quòd ſi ſeruatis ſeruandis contentio fuerit pronunciata, non detur appellatio, ſupplicatio, aut alius recurſus, qui impedire valeat ſententiam iam declaratam; in quibus quæſtionibus latè reperies extenſas prædictas concluſiones; ex quibus videtur dicendum, quòd ſi per Reum fuerit formata contentio, & ad eius inſtantiam declarata, non poſſit iterum efformari à Curia non citata.

Pro qua reſolutione ſecundò ponde- 3
rari poteſt, quod adduximus *ſuprà q. 44. num. 5. & 6.* ex Guazzino *de defenſione Reorum, defenſione 1. cap. 31. n. 9.* & Nouario *in ſumma Bullarij tit. de immunitate Eccleſiaſtica num. 9.* cum aliis, quòd in cauſa immunitatis non eſt neceſſaria citatio Rei, neque Curiæ, ſed ſolius Eccleſiæ; & cùm declaratio Cancellarij efficiat rem iudicatam, conſequenter de ea iterum agi non poterit, propter ipſam rem iudicatam, & carentiam neceſſitatis citationis aliorum, ſed ſolius Eccleſiæ; & conſequenter iterum agi non poſſe à quocunque etiam non citato.

Tertiò, quia ſequeretur inconue- 4
niens, videlicet, quòd aperiretur via, vt lites de litibus pullularent, & orirentur; quod quidem iura ſummoperè abhorrent, & totis viribus curant euitare; vt patet *ex l. Properandum, cod. de iudiciis l. Minoribus, ff. de minoribus, l. Singulis controuerſiis, ff. de exceptione rei iudicatæ, cap. vt finem litibus, de dolo, & contumacia, Clementina, Dudum,* vbi communiter Doctores de ſepulturis cum aliis pluribus congeſtis per Parejam *de inſtrum. editione, tom. 1. tit. 2. reſol. 6. num. 6.* ergo ſi Curiâ non citatâ admitteretur ad efformandam nouam contentionem in iam declarata ad inſtantiam Rei, vel partis intereſſe habentis, oriretur lis de lite, quod non eſt admiſſibile.

Quartò facit; quia iudicium ſecun- 5
dum veniens ad infringendum, & reſcindendum illud, quod iam in primo fuerat terminatum, repellendum venit per exceptionem rei iudicatæ, præcipuè ſi in ſecundo examinandum ſit illud, quod in primo iam fuerat actitatum, Bartholus *in l. 2. §. Hoc edicto, verſ. ſecundo per rationem n. 3. ff. de vi bonorum raptore:* & *in l. ſi quis cùm totum, §. finali,* & *in l. eadem §. 1. ff. de exceptione rei iudicatæ,* Riminaldus junior *conſilio* 413. *num.* 8. *lib.* 4. Surdus *conſilio* 312. *num.* 9. *lib.* 3. quos cum aliis refert, & ſequitur Gratianus *tom. 3. diſceptationum forenſium cap.* 445. *num.* 10. quibus iunge Parejam *vbi proximè in dicta reſol. 6. num. 6.* Fontanellam *deciſ.* 175. *num. 2. tom. 1. & deciſ.* 318. *num. 6. tom. 2.* ergo cum contentio ſecunda veniat ad infringendam primam, videtur dicendum, quòd etiamſi non fuerit Curia, citata admitti non debet ad eandem contentionem intentandam.

6 Histamen non obſtantibus contrarium tanquam certiſſimum concludendum, & reſoluendum eſt, ac dicendum, quòd licèt regula generalis, & communiter admiſſa ſit, quòd ſi ſemel conten-
7 tio fuerit declarata, de nouo iterum nequeat efformari: Attamen temperandum, & intelligendum eſt inter eaſdem perſonas, & ex eademmet cauſa; vt latè patet ex dictis *ſuprà q.* 60. ſecus autem ſi ſit inter diuerſas intereſſe habentes, quæ ad inſtantiam, ſeu proceſſum citatæ, & vocatæ non fuerint: tunc enim locus datur, vt à Curia, vel parte non vocata iterum efformetur vt diximus, *ſuprà quæſt.*60.*num.* 22.

8 Et ratio eſt, quia cùm immunitas Eccleſiæ babeat reſpectum principalem ad ſe ipſam ratione loci ſacri, vt tradunt Delbene *in tract. de immunitate Eccleſiaſtica cap.*16. *dub.* 10. *ſect.* 3. *num.* 4. *&* 5. Pellizarius *in manuali Regularium, tract.*8. *cap.*5. *ſect.*1. *num.*38. & alij plures penes Guiurbam *conſilio criminali* 10. *num.* 1.& penes Dianam, qui in ſpecie agit de boc articulo *tom.*6.*reſol.moral.tract.*1.*reſol.*32. *verſ. Sed hinc non eſt &c.*. & mulroties ita reſolui *in meo Paſtorali Regular. parte* 3. *vot.*1. *num.*16. *& vot.*4. *num.*9. *&* 10. *& vot.*8. *num.* 69. *&* 70. & vide *ſuprà q.*44. *à n.*11. & *infrà q.* 94. *&* 98.

9 Et cum quælibet Curia babeat intereſſe immediatum, videlicet Eccleſia, vt Reus reſtituatur propter ipſius priuilegium, & excellentiam; & ſecularis, vt ipſa cognoſcere poſſit, non potuit illis non vocatis præiudicium inferri, tanquam res inter alios acta argumento eorum, quæ latè tradit Argellus *in tract. de legitimo contradictore quæſt.* 2. *art.* 2. *à num.*110. vbi plura adducit argumenta, quæ conducunt ad confirmationem prædictæ concluſionis, & ſimiliter *quæſt.* 7. *art.* 4. *ferè per totum* præcipuè *à numero* 80.

10 Inſuper pro hac ſententia conducit, quod aduertit ipſe Argellus, *vbi proximè in dicta quæſt.* 2. *art.* 2. *num.* 115. ex Bartolo, vbi ita ait: *Quartò ex mente Bartoli ponderatur textus in l. Ita tamen* 27. *quoties* 6. *ff. ad S. C. Trebellianum, vbi quamvis hæres inſtitutus non poſſit dicere teſtamentum nullum: & nihilominus cogitur adire hæreditatem, l.* 1. *l. Ille à quo* §. *ſi de teſtamento, ff. ad S. C. Trebellianum; filius tamen opponere poteſt. Vnde dicit Bartolus hanc propoſitionem: Tertium venientem opponenere poſſe eam exceptionem, quam con-*
uentus opponere non poſſet &c. Ex qua 11
doctrina colligit Argellus in hæc verba; *Ideò in re noſtra, Tertius veniens poſt ſententiam poterit opponere de ſuo iure, & petere ſe potiùs admitti: licèt conuentus non poſſet; quia ſecundùm eum non datur appellatio.* Vſque huc Argellus.

Ex cuius illatione ad noſtrum inten- 12
tum induci poteſt argumentum, quod ſi ſimiliter poterit Curia non vocata venire ad contentionem iam inter Reum declaratam, ipſámque de nouo efformare, etiamſi ad inſtantiam ipſius Rei, vel alterius partis concluſa remaneat, licèt aliàs ſi eſſet conſors, aut vocatus in contentione iam declarata, nequiret eam noviter intentare præcipuè ex eo, quia ius, & intereſſe Curiarum eſt ſeparabile, & non intrinſecè connexum (provt non eſt) ab eo, quod Reo, vel parti pertinet.

Præterea ponderandum eſt, quod di- 13
ximus *ſuprà quæſt.*44.*num.*27. & *quæſt.*46. *à num.*2. *& pluribus ſeq.* vbi probauimus, quòd in præiudicialibus requiritur intimatio rei præiudicialis, vt parti noceat, taliter, quòd ſi non fiat nihil contra eam poſſit operari ante intimationem (vt eſt notum in iure) ergo in præſenti dicendum videtur, quòd cum Curia non vocata, aut citata ad cauſam, & contentionem præiudicium ſentiat, excludi non debet, vt pro ſuo iure fouendo nequeat admitti ad efformandam nouam contentionem allegando, & probando, quod non erat allegatum, & probatum, propoſitum, vel animaduerſum in prima; ac quod fortaſſe contra ipſam inauditam defendendo bonum ius erat deciſum.

Ex quibus, & aliis ſimilibus rationi- 14
bus, & argumentis ex iure reſultantibus, quæ ponderari poſſent, de quibus latiſſimè Cancer *parte* 3. *variarum reſolutionum cap.*10.*num.*93.*vſque ad* 113. quem videbis, qui accuratè agit de boc articulo: concludendum eſt, quod ſi per Reum ſolum ex eo quod ab Eccleſia extractus fuerat, & ad Regios carceres deductus, efformata eſſet contentio, & per Arbitros, ſeu Cancellarium, aut Tertium reſpectiuè in ſuis caſibus declarata exiſteret in fauorem Rei, vel alicuius ex Curiis ſine citatione, aut vocatione alterius, poterit illa non citata, vel vocata iterum illam efformare, ſicut & etiam ipſe Reus, ſi per ſolam alteram ex Curiis, & ſine eius citatione fieret, cum apud omnes ſit in confeſsò vocationem Tertij habentis intereſſe requiri

in

in qualibet inſtantia, ſi eidem ſequatur aliquod præiudicium;& ita concludunt Portoles *in ſcholiis ad forum 6. ſub titulo de competentia Iuriſdictionis num.*10.*& ſeq. folio mihi* 458. latiſſimè Cancer *in dicta parte* 3. *variarum reſolutionum cap.* 10. *à num.* 93. Fontanella *deciſ.* 317. *num.* 16. *tom.* 2. & plures allegans Larrea *tom.* 1. *deciſionum Granatenſium, deciſ.* 29. *num.*2. & punctim Caſtropalao *tom.* 2. *ſumma, vel operis moralis tract.* 11. *tit. de reuerentia debita locis ſacris, diſp. vnica, puncto* 13. *num.* 13. Diana *tom.* 6. *reſolutionum moralium, tract.*1. *reſol.* 32. *quæſt.* 4. *verſ. Sed hic non eſt omittendum &c.* quibus iunge Cortiadam *in ſua praxi contentionum part.*1. *deciſ.*12. *num.*89.

15 Quibus ſic conſtitutis non obſtant argumenta,quæ contra proximè dictam reſolutionem ponderauimus *in initio huius quæſt.* Nam ad primum de quo *ſuprà num.* 2. reſpondetur, quòd etſi verum ſit,ſemel declaratam contentionem non poſſe iterum efformari; intelligi tamen debet quando fuit inter eaſdem perſonas contendentes concluſa, ſecùs autem quoad tertium non vocatum, aut non citatum habentem intereſſe, vt patet ex dictis, & ex *ſuprà* allegatis *quæſt.* 60. ac ex Doctoribus *proximè* relatis:cùm igitur Curia non ſit comprebenſa in contentione formata per ſolum Reum,habeátque intereſſe pro quo non fuit vocata, exinde oritur, poſſe iterum eandem contentionem pro ſuo iure intentare; ex quu patet differentia ne argumentum vrgeat.

16 Nec ſimiliter officit ſecundum de quo *ſuprà num.* 4. cùm verius ſit tam ex diſpoſitionibus iuris, quàm ex auctoritatibus Doctorum requiri citationem in cauſis immunitatis Eccleſiæ non ſolùm Rei confugientis ad eam, ſed & etiam ipſius Eccleſiæ in cauſa contentionis; vt latè patet ex dictis *ſuprà,quæſt.*44.*num.* 11. *&* 21. *cum ſeq.* Et exinde colligitur ſupponi falſum, quod in argumento deducitur, & conſequenter nihil probare

17 Sicut nec tertium de quo *ſuprà num.*4. cùm verum non ſit in præſenti, litem de lite oriri: enim verò quando Curia non vocata in contentione efformata per ſolum Reum, & deciſa in eius fauorem, vel contra, de nouo illam intentat non eſt ex eo, quod reſultat de contentione iam deciſa, vt ex ea conqueratur; ſed ex ſuo proprio iure ad reparandum præiudicium quod intelligit habere, & ad eum effectum recurrit per ſemetipſam ad Cancellarium;nam, vt dixi *in meo Paſtorali Regularium part.* 3. *vot.*4. *num.*10 *& ſeq.* cum Farinacio *conſilio* 168. *num.* 13. *&* 33. ac Diana *tom.*6. *reſol.moral. tract.*1. *in dicta reſol.* 32. *verſ. ſed hinc non eſt &c.* cum aliis: duplex præiudicium conſideratur; ſicut & etiam duplex ſeparatum intereſſe; vnum principale reſpectu Eccleſiæ,& aliud in conſequentiam, & ſecundarium reſpectu Rei, taliter quòd etſi vna pars earum velit renunciare nullum ex eo præiudicium ſequitur alteri, vt non poſſit per ſe ſolam procedere:ex quo colligitur non oriri litem de lite,ſed de nouo intentari,& inchoari, & per conſequens ceſſare inconueniens in argumento deductum.

Et tandem ad quartum, & vltimum 18
de quo *ſuprà n.*5. reſpondetur ex *proximè* dictis in antecedenti, nam vt iudicium ſecundum veniens ad infringendum, & reſcindendum primum, repelli, & admitti non debeat, requiruntur tria, vt in ſecundum concurrant,videlicet,eademmet requiſita, & qualitates numericæ, quæ in primo extiterunt, ſcilicet idem corpus, & res, idem ius, eadem cauſa petendi, ac eadem conditio, & qualitas perſonarum, quæ quidem requiſita faciunt ſilere ſecundum iudicium per exceptionem rei iudicatæ, & non aliàs,aliter nec alio modo iuxta textum *in l. Cum quæritur cum duabus ſequentibus ff. de exceptione rei iudicata*; & docent Surdus *conſilio* 418. *num.* 13. *lib.* 3. Hondedeus *conſilio* 30. *num.*50. *lib.*1. & alij, quos refert, & ſequitur Gratianus *tom.* 3. *diſcept. forenſium cap.*445. *num.*11. cùm igitur in præſenti,licèt eadem ſit cauſa, non tamē eſt idem ius; & quamvis daremus eſſe idem,deficit tamen tertium requiſitum, ſcilicet, eadem conditio,& qualitas perſonæ, videlicet Curiæ non vocatæ; & quantum diſtet hæc à Reo,nemo eſt,qui non videat; vnde cum omnino ſit ſeparata, & independens Curia,quæ de nouo intentat contentionem, à Reo qui priùs illam efformauit, non officit Curiæ,vt pro ſuo iure,& intereſſe illam intentet, nec repelli poteſt exceptione rei iudicatæ, quæ tertio habenti intereſſe non vocato ad cauſam officere nequit. Ex quibus clarè colligitur prædictam opinionem *ſuprà* traditam veriſſimam,& tenendam eſſe, nec ab ea in iudicando, & conſulendo fore recedendum.

QVÆSTIO

QVÆSTIO LXXII.

Curia Eccleſiaſtica an poſſit procedere contra laïcum in caſibus mixti fori ad ipſius captionem, ſi cauſam præueniat?

SVMMARIVM.

Epiſcopus non debet eſſe litigioſus; quandoque tamen litigare tenetur. n. 1.

Veritas ſemper præualet, quamuis offuſcari, & obnebulari procuretur. n. 2.

Veritas definitur, vt ſit adæquatio rei ad intellectum. n. 3.

Bonum eſt à veritate vinci. n. 3.

Iuriſdictio Eccleſiaſtica poteſt procedere contra laïcos in pluribus caſibus, ſi præueniat; qui dicuntur mixti fori. n. 6.

Iuriſdictio Eccleſiaſtica in cauſis criminalibus mixti fori limitata exiſtebat per Bullam Pij IV. vt non poſſet procedere contra laïcos, quæ poſteà fuit reuocata per aliam Pij. V. & ideo hodie, ſi præueniat, habet cognitionem. n. 7.

Iudex, qui præueniat cauſam in his, quæ ſunt mixti fori, erit competens ad proſequendam, & terminandam illam, etiam contra laïcos. n. 8.

Mixti fori crimina, dicuntur omnia illa, quæ lege canonica, & Imperiali ſunt interdicta, in quibus Curia, quæ præueniat cognoſcere debet. n. 9.

Iudex Eccleſiaſticus, ſi præueniat cauſam criminalem mixti fori contra laïcum, an poſſit eum in carcerem detrudere. n. 10. & reſoluitur affirmatiuè. n. 11. & ſeq.

Epiſcopus habet diſtrictionem perſonalem in laïcos pro delictis Eccleſiaſticis, & mixti fori. num. 11.

Iuriſdictio Eccleſiaſtica carcerare poteſt laïcum delinquentem in criminibus mixti fori, eúmque perſonaliter punire. num. 12. limita, vt num. 14. intellige vt n. 25. & ſeq.

Epiſcopus ita poteſt carcerare, & punire perſonaliter laicum delinquentem in delictis mixti fori, ſi adſit conſuetudo, & non aliàs. n. 14. Sed contrarium eſt verius. n. 14. & ſeq. *intellige, vt num. 22.* & ſeq.

Conſuetudo non eſt neceſſaria, vt Epiſcopus poſſit procedere contra laicum in caſibus mixti fori, ſi præueniat; cùm à iure habeat talem facultatem. n. 15. & ſeq.

Epiſcopus de iure habet poteſtatem puniendi, & carcerandi laïcos in criminibus mixti fori, ſi cognitionem præueniat. num. 16. & ſeq.

Iuriſdictio Eccleſiaſtica de iure habet facultatem carcerandi laïcos criminoſos in cauſis mixti fori, ſi illas præueniat. n. 16. nec indiget probare conſuetudinem; aut præſcriptionem. n. 17. & ſeq.

Præſcriptio non eſt neceſſaria in illis faciendis, quæ iure communi permittuntur. numero 18.

Iuriſdictio Eccleſiaſtica habet aſſiſtentiam iuris, vt cognoſcere, punire, & carcerare poſſit laïcos delinquentes in criminibus mixti fori, ſi cognitionem præueniat. n. 18. & 19. & 31.

Delicta mixti fori ex eo dicuntur, quia poſſunt puniri per Eccleſiaſticum, vel ſecularem Iudicem præuenientem. n. 20.

Præſcriptio, alia eſt immemorabilis, alia quadragenaria, & alia decennalis. numero 21.

Præſcriptio differt à conſuetudine, ſed in Iuriſdictionalibus idem ſunt. n. 22.

Conſuetudo, ſiue præſcriptio in pluribus caſibus per tres actus validos, & quandoque per vnum probatur. n. 23. & ſeq.

Præſcriptio, ſeu conſuetudo quadragenaria per vnicum actum probatur, ſi per illud tempus, vnus ſolus caſus acciderit, & habeat tractum ſucceſſiuum. n. 24. & ſeq.

Præſcriptio in multis caſibus probatur ex vnico tantùm actu. n. 25.

Iuriſdictio Eccleſiaſtica habet præſcriptionem, & conſuetudinem quadragenariam puniendi, & carcerandi laicos pro delictis mixti fori, ſi per tres, vel duos actus, & adhuc per vnum probauerit ſuam poſſeſſionem per illud tempus. n. 24. & 25.

Præſcriptio quadragenaria probatur per vnicum actum tantùm in actibus iudicialibus, habentibus tractum ſucceſſiuum. n. 25. & 26.

Ius Patronatûs probatur per continuatas præſentationes, & ſufficiunt duæ, vel tres. num. 27. & ſeq. *& quandoque vnica. num. 28.*

Præſentatio vnica quandoque ſufficit ad probandum ius Patronatûs, ſicut in aliis iuribus incorporalibus. n. 28.

Actus vnicus ſufficiet in iuribus incorporalibus ad inducendam quadragenariam, ſi per id tempus alius caſus non acciderit. num. 28. & 29.

Actus ex ſua natura habens cauſam ſucceſſiuam,

nam, & temporis requiſiti continuationem eludit, & concludit præſcriptionem. num. 30.

Iudex Eccleſiaſticus in Aragonia poteſt punire, & carcerare laicos delinquentes in criminibus mixti fori, ſi præueniat, ex conſuetudine omnium Diœceſum. num. 31. & ſeq.

Iudex Eccleſiaſticus habet iuris aſſiſtentiam ad puniendos, & carcerandos laicos in delictis mixti fori. n. 32. & ſeq.

Contentiones diuerſæ declaratæ ſunt in Aragonia per Cancellarium competentiarum in fauorem Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, vt hæc procedere poſſit contra laïcos in criminibus mixti fori. n. 33. & ſeq.

Epiſcopi omnes in Aragonia habent iuriſdictionem puniendi, & carcerandi laicos in delictis mixti fori, ſi præueniant, tam ex diſpoſitione iuris, quàm ex conſuetudine. num. 35.

Territorij priuilegium, quod habent Epiſcopi in Cathalonia, an comprehendat laïcos in criminibus mixti fori. num. 36. & ſequent.

Epiſcopi, non Domini temporales, an poſſint habere familiam armatam, ad exequendum ea, quæ ex officio occurrunt, quoad Iuriſdictionalia. n. 37. & ſeq. *& reſoluitur affirmatiuè. n.* 38. & ſeq.

Epiſcopus poteſt habere lictores, curſores, alióſque miniſtros armatos ad capiendum, & carcerandum delinquentes, & malefactores. n. 37. & ſeq.

Iudices Eccleſiaſtici poſſunt, & debent exequi ſuas ſententias per proprios, vel alienos exequutores, etiam contra laicos, in caſibus mixti fori. n. 39.

Inuocationem bracbij ſecularis poteſt implorare Iudex Eccleſiaſticus contra clericos, & laïcos, ſi voluerit, non verò ex neceſſitate. num. 39. & 40.

1 DVbium præſentis quæſtionis paucis abhinc diebus ſatis, ſatiſque fuit per meam Curiam, & Iuriſdictionem Eccleſiaſticam ventilatum, & nimium rigoroſè (ne dicam tenaciter) per ſecularem contradictum, & oppugnatum, quærendo omnia diffugia, quæ excogitari poſſent per Aduocatos, tam in Curia, & Tribunali D. Iuſtitiæ Aragonum, quàm aliorum; nihil tamen profuerunt, quamvis aliqualiter animum meum torquere curarent; ſed vt meo muneri ſatisfacerem, læto animo, non ſolùm expenſis, ſed & labore exequutus ſum quidquid ad eruendam veritatem neceſſarium fore & opportunum iudicaui. Licèt enim Epiſcopus non debeat eſſe litigioſus iuxta Apoſtoli præceptum, tamen litigare compellitur pro aliquibus caſibus inter quos præſens connumeratur vt videre eſt per ea quæ docet Squilan. *de obligatione Epiſcop. p. 1. cap. 22. & num.* 4.

Enim verò cùm ſemper Iuſtitia præ- 2
ualeat, ſemper etiam ſuam nauigationem conducit ad ſecurum portum, licèt aliàs offuſcari, & obnebulari curetur; nam, vt ait Plato *lib. de legib. veritate autem duce procul dubio nunquam malorum dicemur Chorum conſequi &c.*

Et Ariſtoteles *lib. metaph.* definit ve- 3
ritatem; vt ſit *Adæquatio rei ad intellectum*; quam quidem ſi Aduocati habuerunt ad conſulendum contra Iuriſdictionem Eccleſiaſticam in præſenti caſu, ad proſequendam litem faſtidioſam, prolixam; & ſatis diſpendioſam, ſeſe vincere debent in futuris occurrentibus; ſtantibus tot iuridicis fundamentis, ſtatim ponderandis; & præcipuè declarationibus Cancellariorum præſentis Regni, aliiſque decretis Curiæ. D. Iuſtitiæ Aragonum in fomentum obtentis, de quibus *infrà* mentionem faciemus.

Et ex illis oritur clara, & patens ve- 4
ritas, & Iuſtitia, quæ nobis aſſiſtit; quapropter dicam cum Lipſio *in lib. de vna Religione: Bonum eſt à veritate vinci &c.* Qua duce, & præuia caſus ſic ſe habuit.

Quidam ſecularis, præſentis Ciuitatis Barbaſtri fuit accuſatus per Procuratorem Fiſcalem Eccleſiaſticum ſub quadam die Menſis Februarij præſentis anni 1665. coram D. Epiſcopo de percuſſione publica, per illum illata in quendam Religioſum Presbyterum; ſumptáque ſummariâ informatione, ac conſtituto de illa, fuit captus per Miniſtros Eccleſiaſticos, & poſtmodum relaxatus, è carceribus ſub cautione iuratoria, & fideiuſſoria de iterum ſe reducendo ad libitum D. Epiſcopi: quo quidem ſic exiſtente propter iuſtas cauſas, D. Epiſcopus iuſſit dictis Miniſtris reducere Reum ad carceres, & exequendo mandatum, aſportando eum, vt recluderetur, fuit per Miniſtros laïcos è manibus illorum ereptus, & ab ipſis in carcerem ſecularem detruſus, quapropter requiſiti fuerunt, vt illum reſtituerent, & traderent; quod efficere noluerunt, non obſtante, quòd Iuriſdictio Eccleſiaſtica præuenerat, & erat notum; ex quibus compulſus fuit D. Epiſcopus, eiúſque

Fiſcalis

Fiſcalis competentiam efformare, ex eo, quòd Curia ſecularis renuerat tradere Eccleſiaſticæ illum notorium Clerici percuſſorem, cuius cognitionem, & accuſationem præuenerat: & fundamentum ſumebat ex eo, quòd nec caprio facta, nec querela criminalis tendens ad punitionem, pertinebat ad Eccleſiaſticum, ſed ad ſuam Iuriſdictionem.

5 Cùm autem formata contentione coram Arbitris, inter ſe non conuenerunt, ex quo cauſa fuit deuoluta ad D. Cancellarium, qui in fauorem Curiæ Eccleſiaſticæ eam pronunciauit. Et quia cauſa eſt exemplaris, & quotidie practicabilis, tanquam genuina noſtri inſtituti, ſimilitérque verſata in facto proprio, operæ pretium duxi, vt futuris temporibus pateat, quid Tribunalia noſtri Regni ſentiunt, quidve de iure reſultet, ne conſulentes facilè decipiantur, ex profeſſo, & latè extendere.

6 Et vt opus impleam ſupponendum eſt, vt certiſſimum, dari plures caſus, qui dicuntur mixti fori, in quibus ſi Iudex Eccleſiaſticus præueniat cognitionem, poteſt procedere contra laïcum delinquentem, de quibus Aufrerius *in tract. de poteſtate ſeculari ſuper Eccleſiaſticas perſonas, regula 2. in vltima parte*, enumerat centum quadraginta, & nouem; ſimilitérque Bobadilla *in ſua politica to.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *à num.* 26. *vſque ad* 160. refert centum, & tredecim, & *num.* 161. concludit plures alios exiſtere de iure, in quibus Iuriſdictio Eccleſiaſtica poteſt procedere contra laïcos; quos quidem ipſe ſpecificè referre conſultò omittit propter prolixitatem; quibus iunge Farinatium *tom.* 1. *tit. de Inquiſitione lib.* 1.
7 *quæſt.* 8. *à num.* 129. *cum ſeq.* & *num.* 156. concludit, quòd licèt per quandam conſtitutionem S. M. Pij IV. fuiſſet diſpoſitum, & limitatum, quòd datâ præuentione per Eccleſiaſticum Iudicem, in cauſis criminalibus mixti fori, non niſi contra Clericos tantùm procedere poſſit; poſtmodum tamen ipſe reſoluit (prout verum eſt) prædictam conſtitutionem fuiſſe reuocatam, derogatam, & abrogatam per aliam S.M. Pij V. ſub die 20.
8 Iunij 1566. vbi expreſsè diſponitur, quòd in cauſis præuentionalibus ad Curiam Eccleſiaſticam, vel ſecularem pertinentibus, in omnibus, & per omnia procedatur iuxta formam iuris communis, & Concilij Tridentini; vt patet ex Bulla dicti Pij IV. quam licèt Farinatius ſpecificè non referat, reperies tamen illam Pij IV. *in magno Bullario* nuper edito Lugduni de anno 1655. ſumptibus Philippi Borde, *tom.* 2. *in conſtitutionibus illius Pontificis conſtit.* 52. quæ eſt declaratio præcedentis, & incipit; *licet dudum per felic. recordat. Paulum* 111. *pag.* 67. *in* §. 12. *incipiento; In cauſis verò Clericum &c. p.* 69. *colum.* 1. eiúſque reuocationem per Pium V. reperies etiam *tom.* 2. *Bullarij conſtit.* 9. *eiuſdem Pij V.* quæ incipit, *Cùm ob innumeras Rom. Pont. &c.* §. 5. *incip. Quò verò*, *pag.* 186 vbi ita ait, *Quò verò ad præuentionem inter Iudicem Eccleſiaſticum, & laicum, declaramus, illam habere locum in terminis, & ſtatu, prout antè dictum motum proprium erat, ac ipſum ad terminos iuris in hoc reducimus, & volumus vt in præuentionibus procedatur iuxta formam iuris, & ſacrorum decretorum Concilij Tridentini, & non aliàs, aliter, nec alio modo &c.*

Certum enim & indubitatum eſt, 9 quòd in caſibus mixti fori ille erit competens Iudex, qui cauſam, & inſtantiam præueniat; vt patet *ex l. Si quis poſteà ff. de iudiciis, cap. Propoſuiſti, de foro competenti, cap. Tuæ, de Procuratoribus, cum aliis pluribus*: & tradunt Auiles *in cap. Prætor, cap.* 20. *gloſſa, vſurpant, num.* 12. Tondutus *de præuentione iudiciali part.* 1. *cap.* 1. *num.* 2. latè Marta *de Iuriſdictione part.* 2. *cap.* 11. & vt vnico verbo complectamur, omnia crimina, ſeu delicta, quæ Canonica, & Imperiali lege ſunt interdicta, dicuntur mixti fori, in quibus Curia, quæ præueniat, cognoſcere debet; vt cum Deciano *in tract. criminali lib.* 4. *cap.* 26. *num.* 63. & aliis, docet Belletus *diſquiſitionum clericalium part.* 1. *tit. de fauore clericorum reali* §. 4. *à numero* 8. *cum pluribus ſequent.* vbi latè agit de hoc articulo, qui de plano procedit, & ideò non immoror.

Ex illo tamen reſultat alius, qui mo- 10 tiuum dedit prædictæ contentioni, & inſimul, vt ego hanc extenderem quæſtionem, videlicet, an ſi Iudex Eccleſiaſticus in caſu mixti fori præueniat punitionem, ſeu cauſam quoad Iudicem ſecularem contra laïcum delinquentem, poſſit procedere in viam iuris ad illum detrudendum in ſuis Eccleſiaſticis carceribus.

Et certè difficultatem aliquam indu- 11 cere poſſet, ſi aliquam Doctorum diſcordantiam aduertamus; nam Ioannes Baptiſta Cyarlinus *tom.* 1. *controu. forenſ. cap.* 50. *num.* 33. pro negatiua ſententia adducit duodecim Doctores; ipſe tamen

ſtatim

ſtatim *n.* 34. pro affirmatiua contrarium contra illos reſoluit, per hæc verba; *Nam his non obſtantibus, verius eſt, & receptius Epiſcopum habere etiam diſtrictionem perſonalem in laicos pro delictis Eccleſiaſticis, ſeu*
12 *mixti fori; adeò vt eos poſſit per ſuos, vel alienos exequutores carceri trudere, & perſonaliter punire; & hac ſententia magis communi Doctorum calculo recipitur, & non ſolùm probatur expreſsè decreto Concilij Tridentini, ſed etiam prius apertis Iuris Canonici locis; vt ex cap.* 1. *de officio ordinarij, cap. contra idolorum* 26. *quæſt.* 5. *cap. Attendendum* 12. *quæſt.* 4. *cap.* 2. *de Adulteriis, Clementina* 1. *de hæreticis, &c.* Et pro eadem opinione allegat 21. Doctores, & poſtmodum proſequitur. *Apparet autem, hanc eſſe communiſſimam ſententiam Doctorum, & melioribus rationibus munitam, & vltimo loco definitam à Concilio Tridentino ſeſſ.* 25. *cap.* 2. *de reform. adeo vt non ſit mirum, ſi hac opinio magis placuerit S. C. habita ſub die* 5. *Iunij* 1567. *coram Sanctiſſimo Pio V. & fuerit ſeruata Mediolani tempore Sancti Caroli, &c.* & *ibidem* teſtatur Cyarlinus, eſſe in viridi obſeruantia apud omnes priuatos, qui ea vti volunt, & ad intentum refert varia exemplaria de facto proprio exequuta, & in aliis Diœceſibus de viſu, & auditu; idemque de Curia Neapolitana teſtatur Genuenſis *in praxi Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ cap.* 13. *num.* 1. *&* 3.

13 Ex quibus manifeſtò apparet hanc ſecundam ſententiam eſſe veriorem, tutiorem, ſecuriorem, magiſque iuri conſonam, & admiſſam à maiori numero, & auctoritate Doctorum, nec ab ea fore recedendum, provt nec ab ea auderem reſilire.

14 Alij autem voluerunt, hanc ſecundam reſolutionem locum habere, vbi conſuetudo vigeret, vt tradunt Auiles *in capitibus Prætorum cap.* 20. *gloſſa, vſurpant. num.* 12. Iulius Clarus *in praxi criminali §. finali quæſt.* 37. *num.* 8. *verſ. vnum tamen benè verum eſt, &c.* Noſter Regens Seſſe *de inhibitionibus cap.* 9. *§.* 2. *n.* 35. vbi teſtatur, ita fuiſſe declaratum coram Cancellario Aragoniæ, illo exiſtente Conſultore; hæcque doctrina caret difficultate, cum omnes admittant, quòd, ſtante conſuetudine, de plano procedat.

15 Sed re vera exiſtimo, quòd, etiam, ſecluſâ conſuetudine, indiſtinctè poteſt Iudex Eccleſiaſticus procedere ad carcerationem laici in caſibus mixti fori, ſi cognitionem cauſæ præueniat, fretus authoritate grauiſſimorum, ac venerandorum Didaci Couarruuias, & Cardinalis Tuſcho, aliorúmque *infrà* allegandorum.

Ille namque *in ſuis practicis quæſtioni-* 16
bus cap. 10. *n.* 2. poſtquam latè diſputauit, An Iudex Eccleſiaſticus poſſit laïcos mittere in carcerem in caſibus mixti fori; *in verſ. Secundo quoties &c.* ita concludit. *Quoties Iudex Eccleſiaſticus legitimè aduerſus laicum criminale iudicium, vel ſententiam tulerit, vel cognitionem, & examen culpæ ad punitionem inſtituerit, iure poterit laicum ipſum capere, & in carcerem mittere; quemadmodum probatur his authoritatibus, quas vltimo loco adduximus. Nec video, etiam ſecluſâ quacumque conſuetudine, contrariam opinionem poſſe optimè defendi; cùm non alia ratione in his criminibus, quæ à quibuſdam excipiuntur, capi poſſint laici à Iudice Eccleſiaſtico, & in carcerē mitti, quàm quòd Iudex Eccleſiaſticus ius habeat cognoſcendi de eiſdem criminibus, & puniendi delinquētes, etiāſi laïci ſint.* Hæc Couarruuias. 17
Cui non minus expreſsè adhæret Cardinalis Tuſchus *tom.* 5. *ſuarum practicarum concluſionum, litera M. concluſ.* 293. vbi *n.* 40. ita ait. *Dicunt aliqui, & malè, quod Epiſcopus licet poſſit punire* (loquitur quoad laïcos) *intelligitur quoad pœnas cenſurarum, & ſpirituales &c.* & ſtatim *n.* 41. proſequitur: *Contrarium tenent multi, quod imò carcerat & punit,* & *n.* 42. ita concludit *Declara, quia punit, & carcerat Clericos abſolutè, laïcos verò quatenus præſcripſit hanc facultatem, & communem videtur affirmare Clarus in dicta q.* 37. *in fine. Sed tu dicas, quod imò non requiritur præſcriptio, ſed ſit de iure communi, vt fuit obtentum Mediolani tempore felicis recordat. Caroli Cardinalis Borromæi &c.* vſque huc Tuſchus, qui etiam *tom.* 1. *litera A. concluſ.* 53. *à n.* 64. *& ſeq.* alia aduertit ad intentum conducentia.

Idémque reſoluunt Lelius Iordan *in* 18
tractatu de Rom. Sed. orig. c. 8. *ferè per totum,* & in ſpecie *n.* 4. & Cyarlinus *in dicto to.* 1. *controu. foren. c.* 50. *n.* 35. ibi *Sed verius eſt non requiri talem præſcriptionem, quia Prælati id ſuo Marte facere poſſunt, & non eſt neceſſaria præſcriptio in illis faciendis, quæ iure communi permittuntur &c.*

Ex quibus manifeſta colligitur ratio 19
huius reſolutionis; nam cùm Iudex Eccleſiaſticus non ſolùm habeat reſiſtentiā iuris, ſed imò aſſiſtentiam ad cognoſcendum de cauſis, quæ ſunt mixti fori, ſi inſtantiam præueniat, vt patet ex iuribus *ſuprà* allegatis, & relatis per Couarruuiam, & alios *vbi ſuprà*; ad quid igitur recurrendum eſt ad conſuetudinem, cùm ex proprio iure procedere poſſit, ſicut & Iudex ſecularis, datâ præuentione; ex eo

namque dicunrnr mixti fori, *cap. tua, de*
20 *Procuratoribus*, & notant communiter
Doctores *in cap. cùm ſit, de foro competenti*,
latè Bellerus alios plures referens, *in ſuis
diſquiſitionibus Clericalibus part. 1. tit. de
fauore Clericorum reali* §.4.*n.*1. *&* 13. *cum
ſeq.* ex quo colligitur, quod ſine probatione
tione conſuetudinis, eâque ſeclusâ, ſi
opus fuerir, poterit in viam iuris punire,
& carcerare laïcum: quidquid dicar
Amaya *in comment. ad tres lib. cod. Iuſtiniani
ad l. 2. ſub tit. de exactoribus tributorum,
lib.* 10. *à num.* 35. *pag. mihi* 251. qui ſatisfacit,
licèt eum non referat, Diana *tom.* 4.
reſol. moral. tr. 1. *reſol.* 17. vbi fundamentis
ab ipſo ponderatis, & D.D. allegatis
ex his, quæ *ſuprà* diximus adæquarè ſatisfit;
& in præſenti non immoramur, ne in
longius prorrahamur, cùm apud illos videre
poſſis.

21 Et licèt hæc opinio mihi certiſſima,
veriſſima, & ab intrinſeco, & extrinſeco
probabilior videarur, eique me ſubſcribam,
operæ pretium duxi pro omni dubio
in poſterum rollendo (etiam in ſtrictiori
opinione, dato, ſed non conceſſo,
quòd requireretur conſuetudo) qualis, &
à quo tempore, ac ex quibus actibus de-
22 bear probari: cùm enim alia ſir conſuetudo,
ſeu præſcriptio immemorabilis,
alia quadragenaria, & alia decennalis
(vr eſt notum) quænam illarnm ſufficiat,
vt Iudex Eccleſiaſticus poſſir laïcos carcerare;
& licèr Doctores conſtiruant aliquas
differentias inter præſcriprionem,
& conſuetudinem, vr tradunr communiter
in cap. Finali, de conſuetudine; at verò
in iuriſdictionalibus (*vt in præſenti quaeſt.*)
idem operatur præſcriptio, quod conſuerudo,
vt aduertit Azor alios allegans
tom. 1. *inſtitut. moral. lib.* 5. *cap.* 18. *q.* 16.
& vltima; nam hæc poriùs eſt conſuetudo
inrerpretariua, quàm diſpoſitiua, vr
optimè docuir, & conſiderauit Cancer
part. 3. *variar. reſolut. cap.* 19. *num.* 74.

23 Er idem Azor *vbi proximè in dicto c.* 18.
q. 15. *verſ. Dicendum igitur, &c.* docet, quòd
ad ſummum probarur per tres actus, imò
ibidem reſoluir, quòd in aliquibus caſibus
vnicus tantùm ſufficiar, & latè Moneta
in tract. de diſtribution. part. 2. *q.* 12.
num. 12. *& ſeq.* idem ſentit per textum *in
cap. cum de beneficio* 5. *de Prebendis, &
Dignitatibus in* 6.

24 Ex quo colligunr Doctores, quòd ſi
vnicus tanrùm caſus occurrerir, iſque habear
tractum ſucceſſiuum, & continuationē
per tempus ſufficiens ad inducendam
conſuetudinem, vel præſcriptionē;
ille ſolus ſar erit ad illas concludendas,
provr in ſpecie plnra cumulans docet
Molina *de Hiſpanorum Primogenijs lib.* 2.
c. 1. *n.* 26. quem cum aliis allegat Ioannes
Gutierrez *lib.* 2. *quaeſt. practicarum q.* 73.
num. 2. vbi ita reſoluit. *In conſuetudine, &
præſcriptione quadragenaria, quidquid ſit in* 25
immemorabili. Er Maſcardus *de probationibus
tom.* 2. *concluſ.* 1220. plures caſus adducir,
in quibus ex vnico actu præſcribirur,
veluri in poſſeſſione ſeruituris, quæ
per vnicum actũ quærirur, ſicur & etiam
in iure exigendi aliquid, quod per vnicam
ſolutionem probatur, & *ibidem* in
rigni immiſſionem, & his ſimilibus, in
quibus probatur vnico actu, & ſecluſa
repugnantia, aut conrradictione, vel proteſtatione
partis, contra quam dirigirur,
tunc præſcriptio, & cõſuetudo ſaris exequutoriata
remanet; ergo in noſtro caſu
ſi per Curiã Eccleſiaſticã probetur vnus
actus, vel ad ſummum duo in ſpatio quadraginta
annorum, in quibus Iudex Eccleſiaſticus
proceſſir ad captionem laïci
delinquentis in delicto mixti fori, ſufficientiſſimè
præſcriptum habebit rale ius.
Præcipuè cùm ille actus ſit iudiciarius; 26
nam tunc non duo, ſed vnicus ſolus, effectum
ſortitus, adæquarè probat, & concludir
præſcriptionem, vt ex Abbate *in c.
Finali. n.* 16. *de conſuetudine*, docet Moneta
in dicto tract. de diſtributionibus, part. 2.
q. 12. *n.* 15. cum igirur talis poſſeſſio Iudicis
Eccleſiaſtici ad carcerandum laïcum
probari debeat ex actu iudiciali, in cuius
virture fuit caprus, non eſt opus indagare
alios caſus, vt poſſit laicum carcerare ex
vnico actu poſſeſſorio exequuto.

Prærerea ponderari poteſt, quod ex 27
diſpoſirione Concilij Tridentini *ſeſſ.* 25.
c. 9. *de reformat.* requirarur ad probandũ
ius Patronatus, quod non conſtar ex fundatione,
vel dotatione, quod ſir ex multiplicatis
præſenrationibus, quæ quidem
ad eum effectum per duas verificantur,
& ſufficiunr ad inducendum ſolitum, &
continuaras præſentationes; vt larè probar
Viuianus *in praxi Iuris Patronatus,
part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *à n.* 39. *cum ſeq.* & *n.* 51.
ita cõcludit. *Et quoad iuuantur ſupradicta,* 28
*quando vnà cum præſentationibus factis ab
illis de familia, tranſierũt ſaltē quadraginta
anni, qui ſufficiunt ad legitimã præſcriptionem
iurium incorporalium, &c.* & ad inrentum
allegar plures Doctores, & Rotę deciſiones;
ergo in præſenti mulro meliùs
dicendũ eſt, quòd per ſpatiũ quadraginta
annorum conſuetndo carcerandi laïcos
probata remanebir: nec eſſe neceſſariam
immemorabilem, taliter, quòd ſi in
quadraginta annis vnus ſolus caſus acci- 29
derit,

derit, iſte tantùm conſtituet præſcriptionem, & conſuetudinem quadragenariam, argumento ſumpto ex eodem Tridentino *vbi proximè*; nam ſi per eius ſpatium præſentatus poſſederit, nec in eo tempore caſus vacationis euenerit, ille vnicus ſolus actus præſentationis probat quadragenariam, vt cum pluribus notat Barboſa *in collectanea ad textum, in dicto cap. Cum de beneficio, de Prabendis in 6. num.*15. & *ibidem* teſtatur ita fuiſſe declaratum à Rota in Bergo. Capellaniæ, 18. Maij 1629. coram Merlino *deciſ.*407. *num.*8.

30 Ex ea ratione videlicet, quia quando actus ex ſuo eſſe habet cauſam ſucceſſiuam, & permanentem, ac temporis requiſiti continuationem claudit, & concludit neceſſariam præſumptionem; quamvis vnicus fuerit actus; ergo pariformiter in præſenti dicendum eſt, quòd ſi in ſpatio quadraginta annorum acciderit vnus ſolus caſus, in quo Iudex Eccleſiaſticus carcerauerit laicum propter delictum mixti fori, habet pro ſe præſcriptionem neceſſariam, vt poſſit in aliquibus caſibus idem efficere.

31 Ex quibus, & aliis ſimilibus fundamentis de iure reſultantibus, concludendum iudico, non eſſe neceſſarium probare conſuetudinem, vt Iudex Eccleſiaſticus poſſit procedere ad captionem laïci in delictis mixti fori; cùm non habeat reſiſtentiam iuris, ſed imò aſſiſtentiam, vt patet ex iuribus, & rationibus *ſuprà* ponderatis.

32 Dato autem, quòd aliquis ſequi velit opinionem requirentem cõſuetudinem, dicendum eſt, ſufficere ad ſummũ quadragenariam cum duobus actibus effectualiter exequutis, vel cum vno, ſi per ſpatium quadraginta annorum non acciderit alius; & quòd, ſtãte prædicta cõſuetudine de iure, & de foro, ac ſtylo noſtri Aragonum Regni procedat, tradit Seſſe *in tract. de inhibitionibus cap.*9. §.1. *n.*34. vbi *n.*35. allegat quoddam exemplare de anno 1604. ipſo exiſtente conſultore D. Cancellarij.

33 Similitèrque fuit & etiam declarata alia contẽtio ſub die 23. Septemb. 1612. ad inſtantiam Illuſtriſſimi D.D. Ioannis Moriz de Salazar, tunc Epiſcopi Barbaſtren. meiq; anteceſſoris, qui illam defendit, & obtinuit; cuius authenticum inſtrumẽtum extractum ab ipſo Actuario cauſæ, habeo in meo poſſe, & repoſitum exiſtit in Archiuo huius noſtræ Curiæ Barbaſtren. Et eſt tenoris ſequentis, vt omnibus pateat. *Apud ciuitatem Cæſarauguſta in quadam cauſa, ſeu proceſſu coram admodum illuſtri D. Doctore Gabriele Sora Canonico Sedis Cæſarauguſta, Iudice, & Cancellario Competentiarum pro ſua Maieſtate in præſenti Aragonum Regno vertentis, & introducti intitulatus Proceſſus competentia Iuriſdictionis Procuratoris Fiſcalis Epiſcopi Barbaſtren. contra Petrum Monter ſuper competentia Iuriſdictionis dictus D. Cancellarius in ſcriptis protulit, dedit, & promulgauit ſententiam definitiuam tenoris ſequentis.* CHRISTI NOMINE *inuocato. Nos Din. Gabriel Sora Canonicus Sedis Cæſarauguſta, ac Cancellarius Competentiarum pro ſua Maieſtate in præſenti Aragonum Regno, Attentis contentis pronunciamus, ſententiamus, & declaramus Competentiam Iudicis Eccleſiaſtici locum habere, & de iure procedere neutram partium in expenſis condemnando, demptis ſex ducatis; in quibus Principalem Procuratoris Fiſcalis Epiſcopatûs Barbaſtren. condemnamus, &c.* vt latiùs patet ex dicto *ſuprà* intitulato proceſſu, qui repoſitus exiſtit in Scribania Audientiæ Regiæ, Scribâ mandati Petro de Roda, & confecto per Ioannem Martinum de Herrera eius Regentem.

34 Et nouiſſimè in alia contentione per me formata, quæ anſam dedit huic quæſtioni, de qua mentionem feci *ſuprà n.* 4. quam quidem coactus fui efformare; & ſub die 10. Menſis Maij præſentis anni 1665. in fauorem meæ iuriſdictionis Eccleſiaſticæ fuit declarata, prout ſequitur. IESV CHRISTI NOMINE *inuocato. Nos D. Didacus Hieronymus Gallan, Doctor vtriuſque Iuris, Archipresbyter Darocen. Dignitas in Sancta Metropolitana Eccleſia Cæſarauguſtana, Iudex, & Cancellarius Competentiarum pro ſua Regia Maieſtate in præſenti Aragonum Regno. Attentis contentis pronunciamus, ſententiamus, & declaramus iuriſdictionem Iudicis Eccleſiaſtici locum habere, & de iure procedere, neutram partium in expenſis condemnando, demptis ſex ducatis, pro Salario Dominorum conſulentium, in quibus de ſtylo pars victrix condemnatur, cætera ſupplicata locum non habere, eo meliori modo, &c.* vt conſtat, & latiùs continetur in dicto proceſſu intitulato, *Proceſſus Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D.D. Didaci Antonij Frances de Vrrutigoyti Epiſcopi Barbaſtren. & Procuratoris Fiſcalis eiuſdem Audientia ſuper Competentia iuriſdictionis*: & habetur in Scribania Regiæ Audientiæ, Actuario Ioanne de Eſcagues Regente illã pro Michaële Antonio Ros, ſcribâ mandati ſuę Maieſtatis.

35 Benè verum eſt, quòd in prædictis exemplaribus, præter ea, quæ *ſuprà* diximus de aſſiſtentia iuris, quam Iuriſdictio Eccleſiaſtica habet pro ſe. Multi ponderis fuit conſuetudo probata, ad terminos reſolutionis traditos per Seſſe *vbi ſuprà in dicto cap. 9. §. 2. num. 34. & 35.* & vt animum meum ſatiare poſſem quid in aliis Diœceſibus huius Regni obſeruaretur, adhibui omnem curam; & ſolicitudinem inquirendi, quid in illis ſtylatum reperiebatur, & ſic omnibus Dominis Epiſcopis ſpecificè ſcripſi, vt attentâ ſincerâ veritate mihi notitiam adhiberent, quomodo in ſimilibus caſibus ſe gerebant, quídque de ſtylo, praxi, & conſuetudine obſeruabant; & ab illis vniformiter fuit reſponſum ſine dubio, aut hæſitatione, obſeruari, quòd in caſibus mixti fori, ſi Iuriſdictio Eccleſiaſtica præueniat cauſam contra laicum, quæ indigeat carceratione, eam exequitur: & ita pluries ab omnibus fuiſſe practicatum, provt ex variis exemplaribus ab ipſis ad me tranſmiſſis notum extitit, & ideo in noſtro Regno dubio caret de tali facultate carcerandi laicos iuxta *ſuperiùs* adducta.

36 Pro coronide, & complemento huius quæſtionis aduertere volui, quòd annotauit D. Michaël Cortiada *in ſua praxi contentionum, tom. 1. deciſ. 26. n. 62. & ſeq.* vbi cum aliis Doctoribus Cathaloniæ ab ipſo *ibidem* allegatis videatur inclinare (licèt alij eiuſdem Prouinciæ non minoris authoritatis, etiam ab eodem relatis contrarium defendant, & tueantur) vi-
37 delicet, quòd ibidem priuilegium territorij quod Iudicibus Eccleſiaſticis competit, non comprehendat cauſas laïcorum in criminibus mixti fori: hoc enim ſatis difficile videtur, licèt enim aliqui Doctores tenuerint eam opinionem, ex eo, quòd Epiſcopi, ſi non ſint Domini temporales locorum, nequeant habere familiam armatam ad exequendum ea, quæ decernunt, & pro occurrentibus ad officium; neque etiam lictores, curſores, nuntios, alióſque miniſtros armatos ad carcerandum delinquentes, & malefactores, ſub prætextu, quòd territorio carent, & exinde ad eum effectum indigere implorare auxilium brachij ſecularis, vt tradunt. Auendaño *de exequendis mandatis, part. 1. cap. 1. n. 22. verſ. Sed iudicio meo &c.* Suarez de Paz *in ſua praxi tom. 2. præludio 2. n. 54.* licèt *n. 55.* temperet dictam concluſionem.; idémque ſentit Tiberius Decianus *in tract. criminali, tom. 2. c. 3. n. 47.* & alij plures relati per Barboſam, & Cyarlinum *in locis ſtatim citandis*, qui longam collectaneam Doctorum pro vtraque parte allegant.

Contrariam tamen tuentur, & defendunt latiſſimè adducendo, quæ ad hunc articulum concernunt Cyarlinus *tom. 1. controuerſiar. forenſ. c. 50. à n. 24. cum pluribus ſeq.* qui dicit eam opinionem eſſe certã, veram, magiſque communem, ac vſu receptam; & copioſiſſimè Barboſa *in Paſtorali part. 3. allegat. 107. vbi n. 1.* congerit Authores pro prima ſententia, & *n. 2.* innumeros refert contrariam tuentes affirmans veriorem, & probabiliorem, ac ſequendam, & *in fine* concludit cum Lotерio *de re benef. lib. 1. q. 9. n. 96.* hodie non longè eſſe ab errore contrariam opinionem tenere & *ibidem* adæquatè reſpondit fundamentis contra eam adductis: & quia lõgum eſſet de hoc articulo ſpecificè agere, qui tam diffusè per dictos Doctores eſt exagitatus, & diſcuſſus, operæ pretium duxi remittere lectorem ad eos. 38

Sed quatenus Cortiada *in dicta deciſ. 26. n. 64. in fine*, & alij cum ipſo idem ſentientes, intendant, & totis viribus procurent ſatisfacere, & reſpondere ad Tridentinum Concilium *ſeſſ. 25. c. 3. de reformat.* re vera adæquatè non faciunt, imò poſſunt conuinci per ea, quæ tradit Cyarlinus *vbi proximè in dicto c. 50. n. 25.* 39
vbi poſt longam Authorum allegationem pro affirmatiua ita concludit. *Apud quos cauſas, & rationes licet videre; ſufficit enim hic cognoſcere hanc eſſe Doctorum communiſſimum ſententium, quæ hodie non recipit difficultatem, ſtante decreto Concilij Tridentini ſeſſ. 25. cap. 3. de reformat. vbi Iudicibus Eccleſiaſticis permittitur ſententiam exequi per proprios, vel alienos exequutores, adeò vt poſſint, non tamen teneantur contra laicum, vel clericum brachium implorare ſeculare &c.* 40

Et magis ſtrictè doctiſſimus Loterius *de re beneficiaria, lib. 1. quæſt. 9. num. 96.* poſt diffuſam diſputationem huius articuli, ita ſcribit. *Et hodie non longè eſſet ab errore, qui in hac impugnaret; cum ſacrum Tridentinum Concilium ſupponens Iuriſdictionem Epiſcopi in laïcos tanquam principium, eos coërceri perſonaliter, & per ſuam militium armatam iuſſerit; prohibens neque ad cenſuras, neque ad inuocationem brachij ſecularis deuenire, niſi in ſubſidium, vt legitur ſeſſ. 25. c. 3. de reformat.* &c. Hócque pluries fuiſſe declaratum per ſacram Congregationem Eminentiſſimorũ Cardinaliũ S. Concilij Tridentini interpretũ, 41

refert

refert Sperellus *in deciſ. fori Eccleſiaſtici deciſ. 3. n. 9. & ſeq.* & *deciſ. 4. à n. 7. cum ſeq.*

Et certè viſis tot fundamentis, quibus Cancer, & alij allegati per Cortiadam, adhærent affirmatiuæ ſententiæ, apud me ſunt magni ponderis; nec reſponſiones adductæ per Fontanellam, & alios, qui contrariū ſentiunt (& etiam allegat ipſe Cortiada *ibidem*) ſatisfaciunt, cùm magis tendant in congruentiam, quàm in ſcopum iuris, in quo non immoror; cùm penes tot Doctores in ſpecie iſte articulus exaratus, & diſputatus exiſtat, apud quos lectorem remitto; vt poſſit adæquatum iudicium efformare, & reſolutionem aſſumere ex fundamentis, quæ penes illos reperiuntur; mihi tamen magis arridet opinio Cancerij & aliorum ſequacium, quàm illa Fontanellæ, eique adhærentium.

Et ad exemplare, quod pro eius opinione allegant contentionis declaratæ contra Epiſcopum Gerunden. dicere, atteſtari poſſum ex relatione Doctoris Franciſci Vela, Decani huius meæ Sanctæ Eccleſiæ Barbaſtren. qui munus Vicarij generalis Epiſcopatus, & Diœceſis Illerden. exercuit qui ſe exequutū fuiſſe narrauit quendam Agaſonem ob non impletum præceptum annuæ Confeſſionis, & Communionis in Quadrag. captum publicè fuiſſe per miniſtros Curiæ Eccleſiaſticæ ductúmque ad palatium Epiſcopale, qui ingenuè faſſus delictum, fuit condemnatus in certa quantitate pecuniæ, quæ ab illo fuit ſoluta videntibus & non contradicentibus miniſtris ſecularibus.

QVÆSTIO LXXIII.

An ſi iniuria verbalis fuerit per laïcum Clerico illata poſſit Curia Eccleſiaſtica procedere contra illum etiam ad captionem, & alias pœnas?

SVMMARIVM.

Laicus iniurians Clericum poteſt puniri per Iudicem ſecularem iuxta qualitatem perſonæ iniuriatæ. n. 2.

Iniuriam ſi laïcus inferat Clerico, delictum committit puniendum per Curiam Eccleſiaſticam. n. 2. & *3.*

Iniuria illata Clerico, vel ſacerdoti eſt delictum atrox. n. 3. & *33.*

Iniuria facta Clerico, vel ſacerdoti, cenſetur illata Epiſcopo, & Eccleſia. num. 4. & eius punitio eſt mixti fori. n. 5.

Sacrilegium eſt iniuriare Clericum, eiuſque punitio eſt mixti fori, & ideo datur præuentio. n. 4. & ſeq. & *38.*

Laicus delinquens in Eccleſia, vel contra eam, aut res, ſeu perſonas Eccleſiaſticas fit de foro illius, eique ſubiectus exiſtit, num. 6.

Iudex ſecularis an poſſit punire laïcum prius per Eccleſiaſticum punitum in caſu mixti fori. n. 7. remiſſiuè.

Iudex laïcus an poſſit condemnare ad mortem laïcum prius condemnatum per Curiam Eccleſiaſticam ad perpetuum carcerem pro delicto mixti fori. num. 8. remiſſiuè.

Iniuria verbalis illata Clerico per laïcum an poſſit puniri per Iudicem Eccleſiaſticum. num. 9.

Laïcus iniurians Clericum verbis non poteſt puniri per Iudicem Eccleſiaſticum. n. 9. ſed contrarium eſt verius.

Cardinalem iniurians grauibus pœnis plectendus eſt. n. 10.

Iniurians, & offendens Cardinalem incurrit graues pœnas, quæ temperantur, ſi iniuria fuerit verbalis. n. 10.

Iniuria verbalis etiam in Principem prolata non eſt crimen læſæ Majeſtatis. num. 11. & *15.*

Iniuria verbalis illata Clerico non eſt ſacrilegium ad effectum incurrendi in Can. ſi quis ſuadente. *num. 12. ſed requiritur, quod realiter fiat. n. 13. intellige vt n. 16.* & *19.*

Iniuria, quæ facto infertur grauius delictum reputatur, quàm illa quæ verbis irrogatur. num. 14.

Conuitium verbale illatum non eſt tanti præiudicij, quanti percuſſio, vel iniectio manus. n. 15.

Iniuria qualibet Clerico facta eſt delictum mixti fori, & ideo Eccleſiaſticus Iudex poterit præuenire punitionem laïci. n. 16. & *18.*

Corpus myſticum Eccleſiæ eſt informatum ſpiritu Chriſti, & repræſentatur in illius miniſtris, per quos præſtatur cibus ſacramentalis. n. 17.

Seculares iniuriantes Clericum excommunicandi ſunt per Iudices Eccleſiaſticos. numero 18.

Sacrilegium an ſit qualibet iniuria Clerico illata. num. 19. & ſeq.

Iudex Eccleſiaſticus poteſt procedere pœnis,

*& cenſuris contra laïcum iniuriantem Clericum, etiamſi fiat verbaliter.n.*21.

*Iudex Eccleſiaſticus an poſſit procedere contra laicum iniuriantem Clericum pænis arbitrariis.n.*20. & ſeq.

*Iniuria illata Epiſcopo, vel Clerico cenſetur illata toti Eccleſia, & Deo. n.*21.

Clericus iniuriatus ſi remittat iniuriam non praiudicat ei, qua toti Eccleſia fuit facta. num. 22.

Delinquens in vna Eccleſio ab omnibus eſt excluſus, ne gaudeat immunitate. numero 23.

Religioſa ſunt, qua Religioſis adharent. num. 24.

Clericus in enormibus ſe immiſcens perdit priuilegium Canonis, non tamen fori num. 25.

*Priuilegium Clericorum Canonis eſt de iure poſitiuo; fori verò de iure diuino.n.*26.

*Priuilegium Canonis faciliùs perditur à Clerico, quàm priuilegium fori. n.*27.

Fori priuilegium pertinens Clericis eſt de iure diuino, cùm in quolibet eorum quoad eum effectum repraſentetur tota Eccleſia. n. 28.

Excommunicationem Canonis, ſi quis ſuadente.*n.*17 *quaſt.*4. *incurrunt mandantes, ſeu conſulentes percutere, vel iniuriare Clericum. n.* 29.

Mandans, vel conſulens percutere, aut iniuriare Clericum, vel qui ratam habuit iniuriam aut percuſſionem,incidunt in excommunicationem canonis, ſi quis ſuadente. *n.* 17. *quaſt.* 4. *licet exequutio per eos non fuerit facta. n.*29. & 30.

Excommunicatio Canonis, ſi quis,*num.* 17. *quaſtione* 4. *incurritur etiamſi cum effectu non fuerit illata iniuria Clerico. numero* 30.

Excommunicatio non procedit ſine pracedenti delicto. n. 31.

*Verba iniurioſa prolata contra Clericum generant delictum.n.*31.

Delictum perpetrotum contra Clericum continet ſacrilegium. n. 31.

Sacrilegium committunt violantes immunitatem Eccleſia. n. 32.

*Iniuria Clerico, & Eccleſia illata eſt delictum atrox, & actio ex ea reſultans eſt publica. n.*33.

Iniuria illata Clerico, vel Epiſcopo,etiamſi ab eis fuerit remiſſa non remanet purgata, ſed venit punienda. n. 34.

*Iudex Eccleſiaſticus cognoſcere poteſt de iniuria illata Clerico per laïcum.n.*36.

*Immunitate Eccleſia gaudet offendens ſtatuam Principi dicatam. n.*36.

Offendens ſtatuam principi dicotam committit crimen leſa Majeſtatis. num. 36.

Iniuria verbalis mitiori pæna plectenda eſt, quàm realis. 37. & 43.

Laicus iniurians clericum verbaliter non incidit in pœnam Canonis, ſi quis ſuadente. *num.* 17. *quaſt.* 4. *licet per Iudicem Eccleſiaſticum puniri poſſit aliis pænis.n.*37. *nam eſt mixti fori. num.* 30. & ſeq. & 51.

*Conſeruatores Iudices poſſunt cognoſcere de iniuriis verbalibus n.*40.

*Iudex Eccleſiaſticus poteſt procedere ad captionem laici in caſibus mixti fori.n.*41.*& an locum habeat pro iniuria illata Clerico per laïcum. n.*42. & ſeq.

*Iudex Eccleſiaſticus poteſt punire laïcum verbis iniuriantem Clericum cum excommunicatione, & pæna pecuniaria, ſed nequiuit illum carcerare n.*42.

Carceratio non debet imponi per Iudicem Eccleſiaſticum reſpectu laici in caſibus mixti fori, niſi in delictis atrocibus. numero 43.

Carceratio in Aragonia non imponitur ante ſententiam pro iniuria verbali prolata. num. 44.

Accuſatio criminalis dari poteſt pro iniuria verbali, ſed ante ſententiam non poteſt carcerari iniurians. n. 45.

*Carcerari debet,qui realiter iniuriauit;Secùs qui verbaliter. n.*45 & 46.

Pæna mitior imponi debet pro iniuria verbali, quàm pro reali. n. 46.

Curia Eccleſiaſtica procedere poteſt ad puniendum laicum verbaliter iniuriantem Clericum pænis pecuniariis, & cenſuris, ſed non per capturam ante ſententiam. num. 47.

*Carcer in iudiciis ſecularibus magis ad cuſtodiam, quàm ad pænam tendit, licèt quandoque pro pæna ignominioſa imponatur. num.*48.

*Carcer in iudiciis Eccleſiaſticis multoties pro pæna irrogatur. n.*49.

Iudex Eccleſiaſticus poteſt punire laïcum verbis iniuriantem clericum in pænam carcerationis per aliquod tempus. numero 50.

Sacrilegium diuerſimodè, & plurimis modis committi poteſt, & ideo pæna debet correſpondere qualitati delicti. num. 51. & 52.

Pæna correſpondere debet qualitati,& malitia delicti. n. 52.

Crimen commiſſum, licèt non ſit atrox puniendum eſt per Iudicem iuxta illius qualitatem. 53. & 54.

Iudex Eccleſiaſticus poteſt punire laïcum in pluribus caſibus,qui ſunt mixti fori. n. 54.

Doctoris

Doctoris opinio intelligi debet ſecundum textum, & Doctores quos allegat. numero 55.

Opinio, ſeu ſententia Doctoris, ſi habeat aliquam ambiguitatem iudicanda eſt ad metas textus, vel Doctorum quos allegat. num. 55.

Iudex Eccleſiaſticus vt procedere poſſit contra laïcum in caſu mixti fori prius conſtare debet ſaltem ſummariè de qualitate delicti. num. 56. & 57.

Iniuria ſiue verbalis, ſiue realis eſt atrocius delictum iuxta qualitatem perſonæ iniuriatæ. num. 58.

1 HÆc quæſtio ſatis practicabilis, & curioſa, tamen frequens experiri poteſt; cùm quotidie accidere valeat, attenta fogoſitate, & malitia, ne dicam, temeritate, ac irreuerentia, quâ plures ſeculares opere, & verbis inſurgunt contra Eccleſiaſticas perſonas, tam ſublimioris ordinis, quàm inferioris: & ideo operæ pretium duxi, illam longo calamo exarare, & extendere.

2 Et ad intelligentiam dicendorum, & reſolutionem ſumendam, ſupponendum eſt, quod de iure communi reſultat, videlicet, regulam eſſe generalem; laïcum inferentem iniuriam Clerico puniri poſſe per Iudicem Eccleſiaſticum pœnâ condignâ, iuxta qualitatem iniuriæ, & perſonæ iniuriatæ: vt patet *ex textu in cap. olim de iniuriis cap. cùm deſideres. 15. §. ſecundo loco, & §. ſequenti, cap. Parochianos de ſententia excommunicat. de iure ciuili in l. ſi quis hoc genus* 10. vbi communiter Doctores, *Cod. de Epiſcopis, & Clericis*: & tradunt Couarruuias *lib. 1. variarum reſolutionum cap. 4. n. 8.* Salcedo *ad Bernardum Diaz cap. 91. verſ. Sed vtrùm laïcus, & verſ. Alij verò num. 3.* Rolandus *conſilio 24. num. 11.* Theſaurus *deciſ. 224. num. 2. & 3.* & alij plures, quos refert, & ſequitur Belletus *in ſuis diſquiſitionibus Clericalibus p. 1. tit. de fauore Clericorum reali* §. 4. *n.* 13. in nouiori impreſſione Romana de anno 1654.

3 Et ratio eſt, quia iniuria facta Clerico, ac ſacerdoti, eſt atrox delictum, iuxta textum *in lege Atrocem, ibi: Cum eſſes in Sacerdotibus, &c. cod. de injuriis*: & cum aliis tradit Farinatius *in praxi criminali tom. 3. quæſt. 105. num. 195.* quibus iunge Cortiadam *in praxi contr. tom. 2. deciſ.* 100. ferè per totam *à n. 11. cum ſeqq.*

4 Quæ quidem iniuria cenſetur facta Epiſcopo, & Eccleſiæ; vt colligitur ex Gloſſa *in cap. cum deſideres 15. verbo, Eccleſiæ tamen, quam offendit, ſub tit. de ſententia excommunicationis*; & conſequenter punitio laïci iniuriantis æquè principaliter pertinere debet Iudici Eccleſiaſtico propter ſacrilegium, quod
ex eo committitur, ac ſeculari ratione 5
delicti, quod quidem mixti fori eſſe,
nemo ambigere poteſt: cùm delinquens 6
in Eccleſiam, vel contra eam; aut res, ſeu perſonas Eccleſiaſticas, fiat de foro, Eccleſiæ, eique ſubiectus exiſtit: vt ex Oldrado *conſilio 86. Quæritur, &c.* reſoluit Marta *de iuriſdictione in parte 2. cap. 11. num. 23.* & exinde datur locus præuentioni; vt latè concludunt Oſaſcus *deciſ. 103. num. 7.* Gabriel Pereyra *de manu Regia p. 2. cap. 56. num. 3.* Suarez de Paz *in ſua praxi tit. 2. præludio 2. num. 19.* Gutierrez *lib. 3. practicarum, quæſt. 1. num. 13.* Marta *de iuriſdict. in dicta par. 2. cap. 11. à num. 20. cum ſeq.* & plures alij relati per Farinatium *in praxi criminali tom. 1. quæſt. 8. num. 129. & 132. & 156. & tom. 6. quæſt. 172. num. 31.*

An autem Iudex ſecularis punire 7
poſſit laicum, priùs per Eccleſiaſticum punitum; vide Farinatium, qui remiſſiuè plures allegat: *& in titulo de inquiſitione in quæſt. An abſolutus ab vno Iudice, poſſit ab alio inquiri? quæſt. 4. à n. 7. cum ſeq.* & copioſè Barboſam *in collectanea ad textum in cap.* Felicis 5. *à num. 37. ad 43. de pœnis in ſexto.*

Tum & etiam, an Iudex ſecularis 8
poſſit condemnare ad mortem laïcum, quem Iudex Eccleſiaſticus iam prius condemnauerat ad perpetuum carcerem, propter atrox delictum morte dignum, reſoluit Marta *in dicto tract. de iuriſdict. p. 2. cap. 11. num. 26. per textum in authen. Clericos, & authen. ſtatuimus,* quæ habentur poſt legem 31. *cod. de*
Epiſcopis, & Clericis; quæ quidem re- 9
miſſiuè annotare libuit, cùm aliqualiter conducant ad *ſuperiùs* relata.

Et quidem ſupradicta de plano procedunt; quapropter reſtringendo difficultatem dubij propoſiti, conſiſtit in eo: an ſi laïcus verbis Clericum iniuriauerit, poſſit Iudex Eccleſiaſticus procedere, habeátque iuriſdictionem, ad puniendum talem laïcum propter iniuriam verbalem.

In quo articulo dicendum videtur, 10
non poſſe; nam licet offendens, & iniurians Cardinalem, variis pœnis puniri debeat; vt patet *ex textu in dicto capite*

Felicis de pœnu in ſexto : attamen ſi talis
offenſa, vel iniuria non fuerit realiter,
& effectualiter commiſſa , ſed verba-
liter tamùm , iſte iniurians non com-
prehenditur in dictis pœois; vt tradunt
Beroardus Diaz *in ſua praxi capite* 69.
in nouiori impreſſione , quem refert , &
ſequitur Couatruuias *lib.* 1. *variarum*
reſolutionum capite 11. *numero* 5. *in verſ.*
11 *vnde Canon* , *ſi quis ſuadente Diabolo*
&c. qui idem extendit ad iniuriantes
quoſcumque Clericos , eoſque allegat
Barboſa *in collectanea ad textum in di-*
cto capite. Felicis num. 5. vbi per errorem
librariorum malè allegat Couarru-
uiam, eique adiungit Plaçam *de delictis*
lib. 1. *cap.* 2. *num.* 28.

Et rationem adducunt ex eo quia in-
iuria verbalis, etiam in Principem pro-
lata , ooo reputatur pro crimine læſæ
Majeſtatis , cum illa tanquam diuerſa
difformiter qualificetur,& explicetur ab
Imperatore Iuſtiniano *in tit. Cod. ad le-*
gem Iuliam Majeſtatis, *& Cod. Si quis Im-*
peratorem maledixerit.

12 Secundò fundantur in eo, quòd iniu-
ria verbalis non eſt ſacrilegium, ad effe-
ctum incurrendi io canonem. *Si quis ſua-*
dente Diabolo, 17. *quæſt*. 4. nam ſi realiter,
& effectualiter noo ſequatur pulſatio
manus, & percuſſio , non incurritur; vt
per Farinatium *in praxi criminali tom.* 4.
quæſt. 112. *num* 130. vbi latè agit io tota
illa inſpectione de hoc articulo , & per
Martam *de Iuriſdictione p.* 2. *cap.* 27. *n.* 2.
& ſeq. ergo videtur dicendum , quòd
ſecluſo ſacrilegio , non poterit Iudex
Eccleſiaſticus procedere contra laïcum ,
cum deficiat qualitas circumferens ipſius
Iuriſdictionem.

13 Verùm enim verò, quia verba Didaci
Couarruuias, quibus prædicta reſolutio
fulciri poteſt , oeceſſaria ſunt , vt præ
oculis habeaotur ad intentum eorum ,
quæ *inferius* dicemus , operæ pretium
duxi, illa repetere, quæ quidem ita ſe
habeot. *Vnde canon* , *ſi quis ſuadente* , *&*
ſimilia iura , *quæ ob honorem Clericorum, aut*
Cardinalium pœnam irrogant eos percutien-
tibus, reſpectu ipſorum, quibus iniuria fit, fa-
uorem contiaet; & reſpectu ipſius iniuria odio-
ſa cenſentur ; nec extendenda ſunt ; & ea
ratione ad verbalem iniuriam non ſunt præ-
dicta conſtitutiones deducenda &c.& variis
rationibus, & fundamentis corroborat
14 ſuam opioionem; & ſtatim proſequitur.
Quis autem recto iudicio dicet eandem eſſe
rationem in iniuria, quæ verbis fit , & in ea,
quæ facto atrociter infertur ; vnde pœnalis
conſtitutio ex iniuria , quæ facto fuerit irro-
gata ad eam , quæ verbis fit non erit exten-
denda, cum ratio legis deficiat , tametſi lata
verborum ſignificatio id ſuadere videatur : 15
nec enim eſt tanti præiudicij conuitium,
quanti percuſſio ſi publicam vtilitatem , di-
ſpendiumve conſideremus. Ex quibus aduer-
ſus Ananiam quatuor rationes adduximus,
aperto Marte , diluentes totidem, quæ pro eo
animaduerti poſſent. Sed & quinto contra
Ananiam facit , *quod latè conatur probare*
Aymon conſilio 6. *colum.* 1. *& ſeq. dicens: non*
eſſe crimen læſæ Majeſtatis verba iniurioſa
in Principem dicere, argumento textus in l.
Famoſi ff. ad legem Iuliam Majeſtatis : & 16
tandem concludit. *Quo fit* , *vt falſam eſſe*
exiſtimem Ananiæ ſententiam ; ſi ſanè Car-
dinalis Iacob. in tract. de concil. lib. 1. *pag.* 39.
obiter Ananiam allegans, dubitat opinionem
eius veram eſſe &c. Vſque huc Couar-
ruuias, qui hanc opiniooem latè defen-
dit cui adde Sebaſtianum Medices *in*
ſum. peccat. p. 2. *tit.* 9. *quæſt.* 78. *num.* 39.
Petrum Plaça *de delictis cap.* 1. *à num.* 28.
quos refert Barb. *in collectanea ad textum.*
in dicto cap. Si quis ſuadente Diabolo , 17.
quæſt. 4. *num.* 30.

Sed contrariam tuentur Ananias cita- 17
tus à Couarruuias illúmque ſequitur
Marta *de Iuriſdictione in dicta p.* 2. *c.* 27.
à num 6. qui poſtquam *num.* 4. *&* 5. dixit
non incurri in excommunicationem, &
pœnas caoonis , *Si quis ſuadente Diabolo*,
ex iniuriis verbalibus, *ſeu attentatis*, poſt-
modum *num.* 6. ita reſoluit. *Ego verò*
quamlibet iniuriam Clerico factam , *dico*
mixti fori ; ſi quidem conſtitutio aliquando
punit manum violentam , *vt dicto cap. Si*
quis ſuadente , *& quaſi per totum titulum*
de ſententia excommunicat: aliquando punit
manum temerariam ; vt cap. Contingit 36.
de ſententia excommunicat. vt cum quis de-
tinet Clericum Carceratum, aliquando punit
vocem , *cap. Perpendimus, de ſententia ex-*
communic. aliquando punit animum, vt cum
quis ratam habet percuſſionem Clerici , *fa-*
ctam nomine ſuo , *cap. Cum quis ratam eo-*
dem tit. aliquando punit negligentiam in
opem præſtando ; vt cap. Quanta eodem tit.
& ſcribit Hoſtienſis in dicto cap. Perpendi-
mus. Item, quia corpus myſticum Eccleſia eſt
informatum ſpiritu Chriſti, & repræſentatur
in miniſtris Eccleſiæ per quos præſtatur cibus
ſacramentalis ; ergo iniuria afficientes Cle-
ricum dicentur afficere Chriſtum : dicente
Propheta; qui vos tangit, tangit pupillam ocu-
li mei &c. & ſtatim proſequitur : *Item* 18
quia ſpecialiter eſt prouiſum , vt ſeculares in-
iuria afficientes Clericos excommunicentur
per

*per Iudicem Eccleſiaſticum, cap. Olim de in-
iuriis, c. 1. eodem tit. l. 6. ergo quavis iniuria à
ſecularibus in Clericos illata, quæ ſub ſacrile-
gio non comprehenditur, de iure canonico ab
Eccleſiaſtico animaduertenda eſt; quo caſu
diſtinguendū non eſt; an iniuria fuerit atrox,
vel leuis; cum qualibet, vel leuis reſpectu alio-
rum dicatur atrox, ſi in Clericum facta eſt.
l. Prætor ait. §. Atrocem, ff. de iniuriis &c.*
& *ibidem* proſequitur hunc articulum
vſque in finem quæſtionis. Hanc eandem
Martæ ſententiam ſequitur Fermoſinus
*in cap. Transmiſſa 6. ſub. tit. de foro com-
petenti quæſt. 6. n. 6. & 7.*

Hæc ſunt, quæ pro vna, & altera
parte ponderari poſſunt; & occaſio ſe
obtulit in quadam contentione nouiſſi-
mè digladiata, & diſputata in Cathalo-
nia in propriis terminis præſentis quæ-
ſtionis, de qua *in fine* mentionē faciemus.

19 Et certè licèt prædicta Doctorum repu-
gnantia aliquam difficultatem continere
videatur, & pro ambabus opinionibus
plura iuridica fundamenta ponderata, &
diſcuſſa reperiantur, omnia quidem ten-
dunt ad inquirendum; an iniuria verba-
lis illata Clerico irruendo in eius perſo-
nam, vel bona, aut res proprias, ſit nunc
ſacrilegium ad effectum, vt pro tali in-
iungatur illi laïco, verbaliter iniurianti,
pœna à iure ſtatuta contra Sacrilegos
in dicto cap. Si quis ſuadente Diabolo, &
aliis ſimilibus decretis, & conſtitutioni-
bus canonicis, & Apoſtolicis; an verò
remaneat exemptus, & non compre-
henſus in illis.

Hoc enim eſt, quod prædicti Doctores
ſpecialiter, & in indiuiduo ventilant, &
& inquirunt; vt patet in antecedentibus
verbis illorum *ſuprà* relatis (nam vt cla-
20 riùs hoc pateret, tranſcripſimus) An verò
Iudex Eccleſiaſticus poſſit procedere
contra laïcum verbaliter Clericum in-
iuriantem; aliis pœnis arbitrariis extra
expreſſis *in dicto cap. Si quis*, iuxta quali-
tates, & circunſtantias talis iniuriæ non
agunt, præcipuè Couarruuias; quamvis
Marta inſinuare videatur, licèt non di-
rectè, ſaltem inductionem fundamen-
torum, quæ pro ſua opinione adducit,
concludere videtur, quòd talis iniuria
verbalis ſit ſacrilegium, & conſequenter
mixti fori, & exinde per conſequentiam
deduci, ipſum ſentire Curiam, vel Iu-
dicem Eccleſiaſticum poſſe punire laïcos
verbaliter iniuriantes Clericos per viam
præuentionis, iuxta ea, quæ diximus *ſu-
prà in quæſtione antecedenti.*

21 Quare reſtringendo dubium ad me-
tas propoſitæ quæſtionis exiſtimo poſſe
Curiam, vel Iudicem Eccleſiaſticum
procedere, & punire laïcum iniurian-
tem Clericum verbis conuitioſis & iniu-
rioſis: & moueor ex eo, quia iniuria facta
Epiſcopo, vel Clericis cenſetur facta to-
ti Eccleſiæ, & Deo, vt colligitur *ex Gloſſa
in cap. Cum deſideres 15. verbo, Eccleſia ta-
men, quam offendit; & de ſententia excom-
municationis*; Cortiada *in praxi cont. p. 2.
dec. 100. num. 13.* & tunc non ſolùm cen-
ſetur illata illi indiuiduo, ſed etiam vni-
uerſali Eccleſiæ; vt ex Abbate *in cap. 2.
num. 1. de pœnis* reſoluit Belletus *diſquiſi-
tionum Clericalium part. 1. tit. de priuilegio
Clericorum reali* § 4. *n.* 14.

Taliter, quòd per remiſſionem iniu- 22
riæ, factam ab ipſo Clerico, non cen-
ſeatur remiſſa ea, quæ Eccleſiæ fuit facta,
vt docent Azeuedo *in lege 2. num. 153.
tit. 10. lib. 8. nouæ recopilationis*, Farina-
tius *in praxi criminali tom. 3. quæſt. 105.
num. 291. cum ſeq.* vbi latè agit de hoc
articulo.

Et exinde oritur, quod delinquens in 23
vna Eccleſia ab omnibus eſt excluſus;
quia immunitas non eſt conceſſa vni
Eccleſiæ in ſpecie, ſed vniuerſaliter;
Marta *vbi ſuprà 2. parte, cap. 51. num. 25.*
Farinatius *vbi proximè in dicta quæſt. 105.
num. 293.* ſed iniuria, vel delictum per-
petratum per laïcum, quod de per ſe non
circumferebat Iuriſdictionem Eccleſia-
ſticam, illam circumfert, ſi in loco, vel
in perſona ſacra fiat propter excellen-
tiam loci; vt concludunt omnes Docto-
res, & patet *ex textu in cap. Si quis con-
tumax, cap. Quiſquis 17. quæſt. 4. cap. Im-
pudicas 27. quæſt. 1.* Suarez *de virtute, &
ſtatu Relig. lib. 3. cap. 7. à num. 4. & ſeq.*
Oſaſcus *deciſ. 103. num. 7.* & plures caſus
referens Belletus *vbi ſuprà in dicto* §. 4. *à
num. 11. cum ſeq.* ergo ſi iniuria quomo-
documque irrogata Clerico, vniuerſali
Eccleſiæ facta cenſetur, non debet ex-
cludi eius Iuriſdictio, vt de illa cogno-
ſcere poſſit contra laïcum propter illius
excellentiam, quam mutuat Clerico in- 24
iuriato; nam quæ Religioſis rebus ad-
hærent, Religioſa ſunt. *l. Quæ Religio-
ſis, vbi communiter doctores, ff. de rei ven-
dicatione.*

Secundò, quia licèt Clericus ſe immi- 25
ſcens in enormitatibus perdat priuile-
gium canonis, non tamen perdit priui-
legium fori; vt tradunt P. Suarez *de cen-
ſuris diſp. 22. ſect. 1. num. 13.* Coninck. *in
eodem tract. diſp. 14. dub. 15. num. 160.* quos
refert, & ſequitur Diana *tom. 1. reſolu-
tionum*

tionum moralium tract. 2. reſol. 130. verſ. vel poſſet aliquis reſpondere &c. Anguianus *de legibus lib. 2. contro. 15. num. 29.* optimè Marta *de Iuriſdictione part. 4. caſu 135. à num. 5. cum ſeq.* & colligitur *ex textu in cap. Perpendimus 23. de ſententia excommunicationis*, & ex traditis à Barbo. *de vniu. iure Eccl. lib. 1. capite 39. §. 1. num. 10.*

26 Ratio autem eſt, quia illud indultum canonis eſt de iure poſitiuo; at verò fori, eſt de iure diuino; vt in ſpecie docent Belletus *in dicto tract. diſquiſitionum Clericalium tit. de fauore Clericorum canonis §. 2. num. 45. & finali pag. 151. in nouiori impreſſione* per hæc verba.

27 *Quare autem faciliùs perdatur priuilegium canonis, quàm priuilegium fori, ea eſt ratio; quia illud eſt inductum à iure poſitiuo, hoc autem eſt à iure diuino cap. Quanquam de cenſibus in 6 gloſſa penultima in cap. Si Imperator 96. diſtinctione; notat Innocentius, & alij in cap. 2. de maioritate, & obedientia, Soccinus dicto conſilio 12. n. 20. volum. 1. Rolandus conſil. 4. n. 30. Cardinalis in dicto cap. Perpendimus in principio.* Hæc Belletus.

Ex cuius doctrina colligitur, quòd licèt poſſit dubitari; an propter iniuriam verbalem, illatam Clerico per laïcum, incurrat iſte pœnas inductas per dictum canonem, *Si quis ſuadente Diabolo*, & in
28 aliis decretis *ſuprà* allegatis, cùm ſint de iure poſitiuo; at verò cùm fori priuilegium ſit de iure diuino, illúdque conſideretur non tantùm reſpectu illius indiuidui iniuriati, ſed totius Eccleſiæ (vt diximus *ſuprà num. 4. & 5.* exinde illud nocumentum, & dedecus, quod conſideratur in Eccleſia, nemo eſt, qui non videat dignum eſſe punitione; ergo fieri debet per Iudicem Eccleſiaſticum pro ea parte pro qua iniuriata, licèt verbaliter, exiſtit, ex contumelia illata Clerico, & in eo, Eccleſiæ, & ad quam de iure diuino, pertinet fori priuilegium, vt ad Curiam Eccleſiaſticam trahi debeat laïcus iniurians perſonas, & res ſacras tam opere, quàm verbo, licèt in pœna detur differentia, vt *infrà* dicemus.

29 Præterea, quia ſolus animus, & deliberatio iniuriandi, ſeu percutiendi Clericum facit incurrere in excommunicationem canonis, *Si quis ſuadente*, veluti mandans, vel conſulens, licèt per ſe executio non fiat, vt multa cumulans tradit Barboſa alios allegans *de vniu. iure Eccl. lib 1. cap. 39. §. 1. n. 24 cum ſeq.* vel ſi quis
30 approbauerit, vel ratam habuerit talem percuſſionem perpetratam ſine ſuo mandato, ſed ſuo nomine conſummatam, *cap. Cum quis*, & *ibi* Gloſſa *verbo, Suo nomine, de ſententia excommunicat. in 6.* & plures referens reſoluit Belletus *vbi ſuprà in dicto tit. de fauore Clericorum canonis §. 1. n. 6. & 7.* quem tranſcribit Barboſa *in collectanea ad dict. cap. Si quis ſuadente*, alios
allegans *n. 44. & 48.* ergo non eſt neceſ- 31
ſarium, quòd cum effectu operis fiat iniuria Clerico, vt excommunicatio incurratur, *cap. Quanta 4. de ſententia excommunicationis* iuxta veriorem ſententiam de qua Carolus de Graſſis *de effect. Clerical. effectu 9. à n. 61. cum ſeq.* P. Suarez *tom. 5. de cenſuris diſp 22. ſect. 1. num* 38. Sayrus *in claui Regia lib. 10. tract. 2 c. 14. n. 2. & de cenſuris lib. 3. cap. 26. n. 14.* ergo ex verbis iniurioſis non effugietur; ergo talia verba delictum generant, cum ſine eo excommunicatio non ſubſiſtat; ſed delictum perpetratum contra Clericum quomodocumque conſideretur continet ſacrilegium, vt plura cumulans tradit Belletus, *vbi ſuprà in dicto titulo de fauore Clericorum canonis §. 1. à num 3. cum ſeq.* ergo illius cognitio, & punitio Iuriſdictioni Eccleſiaſticæ auferri non poteſt.

Inſuper ponderari poteſt, quòd vio- 32
lantes immunitatem Eccleſiaſticam, committunt ſacrilegium, *cap. Sacrilegium cum ſeq. 17. quæſt. 4.* Belletus alios referens *in dicto tit. de fauore Clericorum reali §. 4. num. 42.* quod quidem ex eo fit propter irreuerentiam loci; ergo ſimiliter hæc admittenda eſt in verbali iniuria Clerico illata; cum (vt iam *ſuprà* dictum eſt) toti Eccleſiæ facta cenſeatur, & conſequenter per Curiam Eccleſiaſticam punienda.

Denique animaduerti debet, quòd 33
prædicta iniuria pro atroci delicto numerari debet, vt patet *ex textu in lege Atrocem, ibi: Cum eſſes in ſacerdotio, cod. de iniuriis* vt diximus *ſuprà n. 34.* & exinde actio realis reſultans publica eſt, *l. Si quis hoc genus 10. cod. de Epiſcopis, & Clericis*, Farinatius plures allegans *in praxi criminali tom. 3. quæſt. 105. num. 195.*

Taliter, quòd etſi per Clericum, vel 34
Epiſcopum iniuriatum remittatur offenſa ſubſiſtere non poteſt talis remiſſio, ſed remanet ſemper actio, & punitio penes Eccleſiam; vt patet *ex textu in c. Salonitana 63. diſtinctione, cap. Si is, qui Prælatus eſt. 23. q. 4. cap. Cum non ab homine in fine de ſententia excommunicationis*, Farinacius alios referens *vbi proximè in dicta q. 105. n. 293. & 294.* ergo ſi in Eccleſia remanet

punitio

punitio fieri debet per Iudicem Eccleſiaſticum. Alia plura ſimilia fundamenta de iure reſultantia adducere poſſem, quæ conſultò omitto, ne moleſtiam inferam.

35 Quibus non obſtat, quòd replicari poſſit, nempe, *ſuperiùs* conſiderata magis appropriari, & applicari ad iniuriam realem, quàm ad verbalem, & conſequenter non induci de illa ad iſtam.

Quia reſpondetur æqua lance procedere ad effectum, vt Eccleſiaſtica Iuriſdictio habeat cognitionem; hæc namque nihil ponit in eſſe ad effectum, vt illa vti poſſit, quod delictum ſit atrox, vel non, aut quòd pœna ſit acrior, vel mitior; hoc namque non influit, vt Iudex habens Iuriſdictionem puniendi delicta, priuetur, vel excludatur, vt pœnam imponat iuxta qualitatem delicti (vt eſt notum) ergo non poterit excludi Iudex Eccleſiaſticus, vt cognoſcat de iniuria verbali illata Clerico per laïcum, quamvis teneatur benigniùs in condemnatione procedere, quàm pro iniuria reali.

36 Si enim quis verbo offenderet, vel
opere ſtatuam Principi dicatam, licèt
committeret crimen læſæ Majeſtatis, ſi
tamen ad Eccleſiam confugiat, illo non
obſtante, gaudere debet ipſius immuni-
tate; vt tradunt Peregrinus *de immunita-*
*te Eccleſiæ c.*10. *à n.*8. *cum ſeq.* Farinatius *in*
*eodem tract. c.*13. *n.*190. quos refert & ſe-
quitur Belletus *vbi ſuprà in dicto tit. de*
fauore Clericorum reali §.4. *n.*47. *verſ. Hinc*
gauderet immunitate &c. *circa medium*; &
eâ ſeclusâ, puniendus eſt per Iudicem
ſuum, quamvis iniuria non fuerit imme-
diatè illata in Principis perſonam, non
tamen tam acriter (quidquid dixerit Ma-
rius Italus *in tract. de immunitate Eccleſiæ*
*lib.*1. *c.*5. §.7. *à n.* 45.) ergo pariformiter
dicendum erit in præſenti, quòd ſicut
iniuria in ſtatuam Principis non tam ſe-
uerè, & rigorosè iudicatur, ſicut quæ
fieret in ipſius perſonam, ex eo tamen
non excluditur, vt non ſit crimen læſæ
37 Majeſtatis per Iudicem punibile: ſic ſi-
militer ad noſtrum intentum dicere poſ-
ſumus, quòd cum iniuria verbalis non
poſſit excuſari de crimine, conſequenter
erit punibilis per Iudicem Eccleſiaſticum
ratione perſonæ in qua iniuriata rema-
net tota Eccleſia.

Fateor tamen talem laïcum verbis Clericum iniuriantem non incidere in omnes pœnas à iure ſtatutas *in dicto c. Si quis ſuadente*, & in aliis decretis Canonicis contra realiter iniuriantes Clericum, res, & perſonas ſacras, illáſque per Iudicem Eccleſiaſticum fore Arbitrandas iuxta qualitatem verborum, & perſonæ iniuriatæ.

Ex quibus opinionem Ananiæ, Martæ, & Fermoſini, loquendo in ſpecie noſtri dubij reſoluentium iniuriam verbalem per laïcum Clerico illatam eſſe mixti fori vt diximus *ſuprà n.*4. *& ſeq.* & conſequenter ratione præuentionis cognoſcendam per Iudicem Eccleſiaſticum ſatis ſatiſque apparet munita ex fundamentis nuper ponderatis, quibus libenter adhæreo, exiſtimans veriſſimam eſſe. 38

Nec Couartuuias opponitur ad hunc articulum noſtri dubij; cum (vt diximus) ſolum diſputet; an talis iniuria verbalis ſit ſacrilegium, & licèt reſoluat non eſſe, ex eo non poteſt inferri, quòd ipſe excludat Iuriſdictionem Eccleſiaſticam, ne cognoſcat, cum ad ſummum ſolum colligi poſſit, quòd non debeat puniri pro ſacrilegio, non tamen pro alio crimine, tanquam commiſſo contra perſonam Eccleſiaſticam, quod quidem, vt ab eo omiſſo (fortaſſe, quia de eo non dubitabat) recurrendum reliquit ad ea, quæ per alios reſoluta reperimus; & ideò dicendum videtur Couarruuiam non repugnare reſolutioni *proximè* traditæ; ſed imo dicendum prædictam iniuriam verbalem eſſe delictum mixti fori, & vt tale punibile per Iudicem Eccleſiaſticum cum moderamine ſtatim dicendo. 39

Et licèt doctiſſimus D. Ioannes de Solorçano *de Indiarum gubernat. tom.*1. *lib.*3. *cap.*26. *n.* 119. videatur opponi quatenus tradit, quòd iniuria verbalis contra Clericos, vel Religioſos non facit incurrere in pœnam *cap. Si quis ſuadente Diabolo*, & quod à Iudice ſeculari puniri ſolet; non tamen excludit, quòd Eccleſiaſticus cognoſcere, & punire nequeat aliis pœnis extra contentis *in dicto cap. Si quis ſuadente*, maximè cùm ipſe reſoluat, & admittat, quòd Iudices Conſeruatores, tanquam delegati, poterunt cognoſcere de iniuria verbali, adhuc in terminis *dicti cap. Si quis ſuadente*, licèt neget quoad Iudices Ordinarios Eccleſiaſticos. 40

Et profectò ſi attentè, & reſtrictè conſideretur, quoad eum effectum, non reperio differentiam in vna, & altera Iuriſdictione; cùm ad oculum pateat eandem reſiſtentiam habere delegatum Eccleſiaſticum, in cauſa ſibi delegata à ſuperiori Eccleſiaſtico, quoad ſecularem iniuriantem, quam ordinarius habere poſſet in

vim

vim ſuæ ordinariæ, & Eccleſiaſticæ Iuriſdictionis; ergo vel Solorçano debet excludere delegatam, ſicut excludit ordinariam, vel ambas admittere. De qua materia quid ſentiam de tanto viro, obſecro lectorem videat *meum Paſtorale Regularium p.2.q 8.à num. 16. cum ſeq.* vbi ipſius verba refero & quæ conducunt ad præſentem quæſtionem Conſetuatorum reperies *ibidem n.*19. Verùm ad noſtrum intentum quidquid ſit de hoc articulo eodem prorſus modo intelligi debet, ſicut & diximus de Couarruuias, & clariùs fiet ex *infrà* notandis *numero* 55. & 56.

41 Quibus ſic ſuppoſitis, inquirendum reſtat, quod cùm *ſuprà in quæſtione antecedenti* reſolutum relinquamus poſſe Iudicem Eccleſiaſticum procedere contra laïcum ad captionem perſonæ in caſibus mixti fori, ſi cauſam, & capturam præueniant, vbi viget conſuetudo de quo articulo *ibidem* latè egimus: & modò dubitandum eſt, an Iudex Eccleſiaſticus ad terminos præſentis quæſtionis idem valeat operari pro verbali iniuria; nam de reali procedit de plano iuxta adducta *ſuprà in præcedenti quæſt.*

42 Enim verò cùm negari non poſſit eſſe mixti fori, exinde dicendum exiſtimo poſſe Eccleſiaſticum procedere contra talem laïcum ad punitionem per viam excommunicationis, & pœnam pecuniariam: & ita colligi videtur ex traditis à Fermoſino *in cap. Tranſmiſſa 6. ſub tit. de foro competenti, q.9.* vbi cùm *n.6.* reſoluat cum Marta, committi ſacrilegium per verba iniurioſa illata Clerico per laïcum, poſtmodum *n.7.* ita ait.

Tamen ego cum Marta vbi ſuprà intelligerem, & ita procedere, quando, ſcilicet, vellet Eccleſiaſticus animaduertere in laïcum aduerſus eius perſonam, propter iniuriam Clerico factam (loquitur de verbali) non ſi ad excommunicationem, & pœnam pecuniariam &c.

43 Ex quibus verbis, ipſiuſque mente colligi videtur, quòd in tali caſu non debet procedere ad capturam; hæc enim ſolùm imponenda eſt pro atrocibus delictis, prout eſt iniuria realis; at verò negari non poteſt illam verbalem iniuriam eſſe delictum, non verò tam atrox, quòd debeat metiri regulis, & pœnis ſtatutis contra realiter iniuriantem Clericum, & conſequenter mitiorem, & benigniorem pœnam eſſe imponendam.

44 Præcipuè in Aragonia, vbi habemus expreſſas diſpoſitiones forales, quòd pro verbali iniuria carceratio non fiat ante ſententiam diffinitiuam, declarantem iniuriam; vt expreſsè deciditur *in foro, Quandocumque, verſ. Etiam volumus folio* 151. *colum.*3. *circa medium, ſub tit. de appellationibus*, ibi. *Etiam volumus, quòd ratione iniuriarum verbalium prolatarum contra perſonas priuatas, & ratione fractionis Empera; non poſſit aliquo caſu procedi ad captionem perſona &c.* Idémque deciditur *in foro, Con calidades de Nobles, verſ. E queremos el tercero, fol.* 153. *colum.* 3. *eodem tit. de Appellationibus*, ibi: *E queremos que por injurias verbales, o, por fraction de Empara; no ſe pueda proçeir à capcion de perſona alguna antes de la ſentencia definitiua &c.* De quo latè Portoles *in ſcholiis ad Molinum tom.* 2. *verbo, Iniuria, ferè per totum*; & in ſpecie, *num.*8. vbi expreſsè concludit, quòd pro iniuria verbali procedit accuſatio criminalis, 45 quamvis carceratio ſit impedita ante ſententiam; ſecùs autem in effectuali, & reali iniuria, quia notum eſt in ea, ante ſententiam carcerationem exequi; ergo ex hoc capite colligitur, minorem pœnam fore imponendam pro iniuria verbali, quàm pro reali; ſed ex eo non in- 46 fertur quòd non debeat fieri per Iudicem Eccleſiaſticum. Nec repugnant Couarruuias, Solorçano, & alij; ſed tantùm ſentiunt, quòd pœna impoſita pro iniuria reali, non debet extendi, ſeu imponi pro verbali, in quo authoritas tantorum virorum valde præponderat ad ſenquendam eam concluſionem.

Sed profectò fundamenta contrariæ 47 opinionis Martæ, & aliorum, ſunt valde releuantia, mihique multum arrident. Sed quiquid ſit de hoc articulo, ad genuinam reſolutionem præſentis quæſtionis deueniendo.

Dicendum iudico poſſe Curiam Eccleſiaſticam procedere contra laïcum inferentem iniuriam verbalem Clerico pœnis pecuniariis, & cenſuris: non verò per capturam ante ſententiam, licèt poſt eam, declarato delicto, non erit excluſus, præcipuè ſi pœna fuerit carceratio.

Licèt enim verò in iudiciis ſecularibus, regulariter loquendo, carcer magis 48 ad cuſtodiam, quàm ad pœnam tendat; quandoque etiam in pœnam ſubrogatur, & non quomodocumque, ſed ignominioſam, vt docent Ianninius *in tract. citatione reali lib.*1. *c.*2. *n.* 9. Iaſon *in l. Si ſe* 4. *ff. de re indicata.*

At verò in iudiciis Eccleſiaſticis ferè 49 ſemper

ſemper carcer pœna iudicatur, non ſolùm, quæ poſt ſententiam imponitur, ſed & etiam quam pars ante illam experta fuit, vt aduertunt Farinatius *in praxi criminali tom.* 1. *quaeſt.* 19. *num.* 3. Fontaneiia *de pactis clauſula* 4. *gloſſ.* 18.
50 *p.* 4. *numero* 29. & alij penes ipſos; & exinde non repugnat, quòd talis Iudex Eccleſiaſticus puniat ilium laïcum in pœnam carcerationis, vel alterius per aliquod tempus iuxta qualitatem delicti.

51 Maximè, quia licèt ſequendo Martam, & alios *ſuprà* relatos, illa iniuria quomodocunque conſideretur ſemper ad iudicium Eccleſiaſticum, ſi præueniat, pertinebit, tanquam delictum mixti fori vt diximus *ſuprà numero* 38. *& ſeq.* etiam quòd non ſit ſacrilegium, & etiam dato, quòd fuiſſet, non repugnat prædictæ noſtræ reſolutioni, quòd mitius puniatur, quàm iniuria realis: nam cùm ſacrilegium diuerſimodè perpetrari poſſit, ſintque diuerſa genera ſacrilegiorum, vt late videre poteris per Belletum *vbi ſuprà p.* 1. *tit. de fauore Clericorum reali* §. 4. *à numero* 10. *cum pluribus ſequent.* Exinde ori-
52 tur, quòd committenti delictum ſacrilegij non poteſt præſcribi æqualis, certa, & indiuidualis pœna; cùm hæc imponi debeat iuxta qualitates, & circunſtantias criminis; vt in ſpecie tradit Bellетus *in ſuis diſquiſitionibus Clericalibus part.* 2. *ſub tit. de pœnis Clericorum*
53 §. 45. *numero* 3. conſequenter cùm leuius crimen ſit iniuria verbalis, quàm realis, nihil mirum, ſi benigniori punitione plectatur.

Vel etiam ſi dicere velimus, quòd non ſit ſacrilegium cum Couarruuias adhuc ex ipſius verbis *ſuprà* allegatis *numero* 13. patebit non repugnare; nam vt iam diximus ipſe ſolùm diſputat, an iniuria verbalis comprehendatur in pœnis *dicti capitis Si quis ſuadente*, & ipſe reſoluit negatiuè; at verò, quòd Iudex Eccleſiaſticus ſit excluſus de cognitione delicti, nec verbum profert, vt diximus *ſuprà numero* 19. *&* 39. non enim ſequitur; tale atrox delictum non fuit commiſſum, ſed aliud leuius; ergo Iudex non poteſt habere cognitionem de eo; quod quidem tantus vir nec dixit, nec potuit excogitare.

54 Præterea, quia ex eo, quòd excluſum ſit ſacrilegium, non reſultat, quòd delictum nequeat puniri per Eccleſiaſticum, etiam in ſententia Couarruuiæ; ſunt namque plura numero delicta, quæ non ſunt ſacrilegia, & tamen ſunt mixti fori, & punibilia per Iudicem Eccleſiaſticum reſpectu ſecularium, vt vſura, concubinatus, & alia plura de quibus Aufrerius *in tract. de poteſtate ſecularium ſuper Eccleſiaſticas perſonas regula* 2. *in vltima parte*, & latiſſimè Bobadilla *in ſua politica tom.* 1. *lib.* 2. *capite* 127. *à numero* 26. *vſque ad* 161. & copiosè Farinatius *tom.* 1. *tit. de inquiſitione lib* 1. *quaeſt.* 8. *à nume-*
ro 129. *cum pluribus ſequent.* ergo cum 55
Couarruuias non ſe reſtringat niſi ad inquirendum, an iniuria verbalis comprehendatur *in dicto capite, Si quis ſuadente*, de eo tantùm intelligi debet; nam Doctoris ſententia, ſeu opinio, aut concluſio regulariter, & ferè ſemper, ſi adſit aliqualis ambiguitas, dicendum eſt, ipſum ſentire quod Doctor, vel textus ab ipſo allegatus concludit; vt docent Alexander *conſil.* 218. *numero* 4. *volum.* 2. Bartholus *in l. Non ſolum* §. *liberationis*, *ff. de liber legat.* quos refert, & ſequitur Marta *in dicto tract. de Iuriſdict. p.* 4. *centuria* 2. *caſu* 164. *numero* 5. & alij plures; cùm igitur Couarruuias allegct dictum *cap. Si quis*, & ſolùm diſputat; an pœnæ in eo contentæ comprehendant iniuriam verbalem, de eo tantùm egit; non verò ſi Curia Eccleſiaſtica poſſit cognoſcere, vel non de aliis pœnis correſpondentibus tali delicto; & eodem modo interpretandus eſt Solorçano, in his, quæ de eo diximus *ſuprà in hac quaeſt. numero* 40. qui quidem ipſe ſe reſtringit ad terminos *dicti cap. Si quis*: & exinde nihil contradicunt, aut repugnant reſolutioni noſtræ *ſuperiùs* adductæ.

Et licèt mihi fuerit renunciatum, 56
quod proximis præteritis diebus quandam contentionem fuiſſe in Cathalonia pronunciatam ſub die 28. Menſis Maij præſentis anni 1665. in cauſa Clerici & Eccleſiæ contra Siluerium Iardi Dertuſen coram D. D. Michaële Alegre Regio Conſiliario, & Tertio competentiarum in abſentia Cancellarij, viro ſanè multis titulis laudando, ac condecorando, mihique ſatis noto, & amiciſſimo, ex quo conſultò omitto plura alia, quæ de eo in medium proferre poteram, ne ſuſpecta videantur, quæ realiter ſunt; qui quidem pronunciauit contentionem Iudicis ſecularis locum habere, & de iure procedere,

conſultoribus Alexio Triſtanij, & Ioſepho Àlenij V. I. & Regiæ Audientiæ Principatus Chataloniæ Doctoribus.

57 Sed nihil contra nos, quia motiuum fuit ex eo, quòd ex proceſſu, & probationibus non conſtabat de corpore delicti, ac de eius qualitate, ex qua Curia Eccleſiaſtica procedere poſſet contra illum laïcum qui facto, vel verbis iniuriauit Clericum; & notum eſt, quòd vt Iuriſdictio Eccleſiaſtica procedere poſſit contra laïcum, prius debeat conſtare ſaltem ſummariè, vt procedere valeat; vt concludunt Suelues plures referens *tom.* 1. *in centuria conſilio* 33. *numero* 9. Capicius Latro *deciſ. Neapolitana* 173. *numero* 31. *lib.* 2. Valanzuela *conſilio* 191. *tom.* 2. vbi latiſſimè agit, Salgado *de Regia protectione p.* 1. *capite* 2. *numero* 67. *& p.* 2. *cap.* 4. *numero* 43. *cum ſeq.* & *capite* 10. *à numero* 68. & *in tract. de ſupplicat. ad Santiſſimum p.* 2. *capite* 30. §. 4. *numero* 39. & alij infiniti penes Cortiadam *in praxi contentionum p.* 1. *deciſ.* 13. *à num.* 3. *&*
58 *ſeq.* vbi latè agit de hoc articulo; & prædicta contentio ex eo cap. fuit declarata, cùm ſi de qualitate conſtaret pro certiſſimo exiſtimem ex fundamentis prædictis pronunciandam fore in fauorem Eccleſiaſticæ Iuriſdictionis, vt hæc procederet contra laïcum iniuriantem Clericum verbis, licèt aliàs fieri deberet extra pœnas dicti *c. Si quis ſuadente*; ſed quoad alias iuxta qualitatem iniuriæ verbalis, & perſonæ iniuriatæ, per ea quæ dixi *in meo Paſtorali Regularium p.* 2. *quæſt.* 12. *n.* 26. *& ſeq.* quod quidem ſemper attendi debet, vt de iure reſultat *in* §. *Atrox inſtitut. de iniuriis*, ibi: *aliter enim Senatoris & parentis, Patroniſque; aliter extranei, & humilis perſonæ iniuria æſtimatur &c.* Idémque probatur *in l. Finali ff. eodem tit.* & aliis pluribus relatis per Solorçanum, *tom.* 1. *de Indiarum gubernat. lib.* 1. *capite* 37. *numero* 32. *& ſeq.* ex quibus, & aliis &c. & pro hac quæſtione videndus eſt Iulius Chartarius *deciſ.* 6. *per totam*, *& deciſ.* 63. *num.* 13.

QVÆSTIO LXXIV.

Bulla Gregorij XIV. circa immunitatem Eccleſiæ an ſit in Hiſpania, & conſequenter in Regnis Coronæ Aragonum vſu recepta?

SVMMARIVM.

Volumen editum per D. Michaëlem Cortiada potius eſt quæſtionum, quàm deciſionum. num. 2.

Bulla Gregorij XIV. quoad immunitatem Eccleſiæ non eſt vſu recepta in Hiſpania. n. 3. & ſeq. *limita vt n.* 4. & ſeq.

Gregoriana conſtitutio quoad immunitatem Eccleſiæ eſt vſu recepta in Aragonia circa qualitates delictorum, ſed non vltra. n. 4. & ſeq.

Qualitates delictorum comprehenſorum in Gregoriana attendendæ ſunt ne Reus gaudeat immunitate Eccleſiæ. numero 10. & ſeq.

Immunitate Eccleſiæ non gaudet qui delictum proditorium commiſit. num. 14. & 17.

Furtum non conſummatum in eremo an ſit ex comprehenſis in Gregoriana ne Reus gaudeat immunitate. n. 16.

Graſſatores viarum non gaudent immunitate. num. 16.

Latrones in Aragonia, & non alij delinquentes condemnantur ad triremes. numero 16.

Probatio plena an requiratur in delictis ex comprehenſis in Gregoriana ne Reus gaudeat immunitate. n. 18.

Teſtis deponens de facto proprio præferendus & aliis, facitque maiorem fidem. numero 20.

Defenſio proprij honoris quæri poteſt, licèt ſit cum aliquo dedecore inhonorantis. num. 21.

Cancellarius in Regnis Coronæ Aragonum iudicat ſecundùm bonam conſcientiam, & non eſt adſtrictus ad apices iuris. n. 22. & 24.

Gregoriana quoad qualitates delictorum, conueniat, vt admittatur propter bonum commune. n. 29.

Vulnerans proditoriè proximum ſuum non gaudet immunitate. n. 27

Regalia D. N. Regis ampliatur admittendo

Gregorianam

Gregorianam quoad qualitates delictorum ex quibus Rei non gaudent immunitate. numero 30. & 35.

Gregoriana quoad qualitates delictorum non derogat iuri communi, ſed illud ampliat ad alios præter expreſſos in eodem iure. n. 31. & ſeq.

Bulla Gregoriana circa immunitatem Eccleſiæ fuit edita propter bonum commune, & pacem publicam, & vt Rei ſe abſtinerent à perpetrandis delictis extendendo caſus, in quibus non gaudeant immunitate. num. 32. & 35.

Pax, & quies publica procuranda eſt omnibus viribus. n. 33.

Maleſactores quandoque ſe abſtinent à perpetrandis delictis formidine pœnæ. num. 33.

Delicta, & fraudes, vt euitentur procurandum eſt omnibus modis, & mediis. num. 34.

Conſtitutio, ſeu lex, aut ſtatutum continentes plura capitula ſeparata poſſunt in vno, vel altero admitti, & in aliis reprobari. n. 36. & 45.

Gregoriana conſtitutio circa immunitatem Eccleſiæ habet plura, capitula ſeparata, & exinde potuit admitti quoad vnum, vel alterum, cæteris excluſis. num. 37. & ſequent.

Gregoriana circa immunitatem Eccleſiæ fuit S S. D. N. Papæ ſupplicata per Catholicum Regem noſtrum. n. 41.

Supplicatio ad SS. facta de aliqua conſtitutione poteſt fieri in toto, vel in vno, aut altero capitulo, & ſi conueniat, poteſt admitti in parte, cæteris excluſis. num. 42. & 43.

*Bulla cœnæ Domini quoad capitula tangentia Regaliam protectionis, vi oppreſſorum non eſt in Hiſpania vſu recepta, ſed imò de eis ſupplicatum D. Papæ à D.N. Rege Catholico. n.*43.

Conſtitutiones plurimæ, aliáque decreta Apoſtolica non ſeruantur in Hiſpania de quibus D. N. Rex humiliter ſupplicauit S S. D.N. Papæ. num. 44.

*Lex, vel ſtatutum, aut conſtitutio Apoſtolica continens diuerſa capitula ſeparata admitti poteſt in vno, & in alio reprobari. n.*45. & 46.

Fides maior adhiberi debet perſonæ illuſtri, & honeſtæ, quàm inferioribus. numero 49.

Doctori atteſtanti de conſuetudine, & ſtylo ſuæ Patriæ fides adhiberi debet. numero 50.

*Fides non adhibetur Epiſcopo, Archiepiſcopo, vel alij clariſſimo viro ex ſua ſola atteſtatione ſi ſit in eius commodum, vel tertij præiudicium. n.*51.

Honor præferri debet omni commodo temporali. num. 52.

Famam ſuam qui negligit crudelis eſt. numero. 53.

Licèt de obiecto, & materia huius 1
quæſtionis latè egerim *ſuprà* in hoc
volumine pluribus abhinc diebus *in
quæſt.* 35. coactus ſum de ea in præ-
ſenti iterum agere, ne præuerterem,
quòd iam ſuis locis erat collocatum;
motiuumque mihi intulit, quod cum
doctiſſimus, ſemperque laudandus D.
Michaël Cortiada poſt illam à me ſcri-
ptam (licèt non typis mandatam) in
lucem ediderit ſecundum Tomum quæ-
ſtionum potiùs, quàm deciſionum cir-
ca contentiones competentiarum, cùm 2
ſit tractatus proprio Marte, labore, &
ingenio perpolitus, & congeſtus; non
verò ſint reſolutiones, & deciſiones
Senatus, & Tribunalium Eccleſiaſti-
corum, vel ſecularium, & conſequen-
ter quibus ipſe decidit, non debet
attribui maior auctoritas, quàm quæ
reſultat ex tanto, & docto Magiſtro ad
metas fundamentorum, in quibus ſuas
reſolutiones fundat, non verò, vt præ-
cisè ei deferatur pro deciſione, ſicut
ipſe fatetur *in tom.* 1. *in epiſt. ad le-
ctorem.*

Cùm igitur præ oculis habuerim de- 3
ciſionem, ſeu quæſt 119. quæ mihi ſeſe
obtulit, vbi in ſpecie latè agit de hoc
articulo, & copioſè congerit quid-
quid ad intentum excogitari, & per-
quiri poteſt: *ibidémque* neruoſè defendit,
Bullam Gregorij XIV. circa immu-
nitatem Eccleſiæ totaliter, & indiſtin-
ctè, non eſſe admiſſam, practicatam,
nec vſu receptam in omnibus Prouin-
ciis, & Regnis totius Hiſpaniæ, & con-
ſequenter nec in illo noſtræ Coronæ
Aragonum.

Verùm cùm ego *in Paſtorali Regul.* 4
part. 3. *in votis deciſiuis* præcipuè *vot.* 8.
numero 36. & 37. reſolutum relique-
rim, prædictam Gregorianam in noſtro
Aragoniæ Regno quoad qualitates de-
lictorum, non verò in cæteris ſolemni-
tatibus, & requiſitis *ibidem* contentis, &
diſpoſitis, eſſe vſu receptam.

Tamen D. Michaël Cortiada poſt- 5
quam *in numeris antecedentibus*, retulit
fundamenta, quibus mouetur ad con-
cludendum, prædictam Bullam non eſſe
alicubi in Regnis Hiſpaniæ aliarúmque

prouinciarum vſu receptam *numero* 20.
ita proſequitur.
6 *Et licèt D. Didacus Antonius Fran-*
ces de Vrrutigoyti Epiſcopus Barbaſtren.
in Paſtorali Regul. part. 3. *voto* 8. *nume-*
ro 36. *dicat eſſe in Aragonia receptam,*
& ad id probandum aliqua exemplaria
illius Regni alleget, ſcilicet, Ioannis del
Hoſtal, &c. in quibus aſſerit pluries decla-
raſſe pro iuriſdictione Regia, ex eo, quòd
competentia erat de caſibus comprehen-
7 *ſis in dicta Gregoriana, &c.* Deinde *nu-*
mero 21. ſic ſcribit: *Verùm ſalua pace*
tanti Magiſtri, huiuſmodi exemplaria
non faciunt ad propoſitum; quia ea decla-
rata, & deciſa fuerunt, non ex eo, quia
à Bulla diſpoſita ſunt, ſed quia de iure,
& praxi Regni Aragonum procedebant;
vt videre eſt apud eundem D. D. Dida-
cum Antonium Frances de Vrrutigoyti
loquentem de exemplari Ioannis del Ho-
ſtal, Paſtorali Regul. part. 3. *voto* 1.
& loquentem de exemplari Franciſci de
Napoles part. 3. *vot.* 8. *& loquentem de*
exemplari Bartholomæi Gonzales part. 3.
& vot. 4. *& loquentem de exemplari*
Ioannis Emanuëlis Fanlo part. 3. *vot.* 6.
& loquentem de exemplari Emanuëlis de
Vera part. 3. *vot.* 7. *qui quidem omnes*
caſus iudicati fuerunt quatenus iuri con-
ueniebat; ſic D. D. Ludouicus ab Exea
& Talayero allegat de cadaueribus puni-
nitorum verſ. Vidimus, ibi, & à Conſtitu-
tione folio 25.
8 Et ego quidem cum ipſo dicam, &
vtar eiſdem ſuis verbis. Verùm, saluâ
pace tanti Magiſtri, ſupradicta exem-
plaria faciunt ad propoſitum, & ſco-
pum attingunt, adæquatéque probant
meam opinionem, ſuæque repugnant
& eodem ſuo fundamento, videlicet,
quia deciſa, & declarata fuerunt, qua-
tenus de iure, & praxi Regni Arago-
num procedebant; vt patebit ex *infrà*
dicendis; ergo incongruè illius cenſu-
ra in hoc puncto contra me inſurgit,
qualificando eſſe valde ad intentum.
9 Et certè in præſenti, ſtando pro-
miſſis, nolo alios Aduocatos quærere,
qui illum conuincant, niſi ipſa mea
ſcripta, ab ipſo cenſurata quæ qui-
dem literis ſatis claris pro me ad-
uocant.
10 Reſtat nunc conuincere rationibus,
& ex ipſa contextura exemplarium:
& primò ipſe Cortiada allegat meum
votum 8. vbi poſtquam *numero* 35. dixi
Gregorianam eſſe vſu receptam, re-
ſtringo illam ad qualitates; & *numero* 37.
qui eſt immediatus *in fine* ita dico *Vnde*
non eſt dubitabile in hoc Tribunali quoad
qualitates delictorum ferendum eſſe iudi-
cium ad terminos prædictæ conſtitutionis ex
ſtylo, quidquid ſit de aliis circunſtantiis: &
ideo cum delictum pro quo fuit Sanchez con-
demnatus non ſit de exceptuatis, ſequitur,
&c. Ex quibus meis verbis colligere po-
teris (candide Lector) me generaliter
non reſoluiſſe, indiſtinctè Gregorianam
eſſe receptam, provt ait Cortiada *in di-*
cto num. 20. maximè cùm ipſe *num.* 22. id
agnoſcat; & ego etiam *num.* 37. expreſ-
sè limitem ad qualitates delictorum, ex-
cludendo cætera diſpoſita in Bulla:
quapropter non aptè eius generalis im-
pugnatio locum habet, & dato, quòd il-
lam efficere vellet, fieri debebat cum
grano ſalis, vt melius condimentum fa-
ceret gutturi meo, ne tam amarum ſa-
piat, quod poſtmodum proſequitur *ibi-*
dem n. 21. aſſerendo exemplaria non fa-
cere ad propoſitum.
Verùm primò ratione vtar ex argu- 11
mento ipſius Cortiadæ in verbis vltimis
proximè relatis, quæ ſic ſe habent:
exemplaria non faciunt ad propoſitum;
quia non fuerunt deciſa ex diſpoſitis in
Bulla, ſed ex eo, quia de iure, & pra-
xi procedebant, &c. Tu Lector, aſpice
ſi ex tali antecedenti in recta Logica ſe-
quitur legitima conſequentia; ergo Gre-
goriana non eſt in vſu; quapropter
meum Entimema legitimè probabit
meam concluſionem, redarguendo con-
trariam Cortiadæ, quod ſic efformo. Ca-
ſus exemplarium per me allegatorum
non comprehenduntur in exceptuatis
in Bulla Gregoriana, quæ eſt in viridi
obſeruantia reſpectu qualitatum de-
lictorum tantum; ergo cùm non ſint ex
in illa ſpecificatis, non debemus entrare
quoad illum articulum, ſi habeat locum,
necne; ſed recorrendum eſt ad ius, &
praxim, ſecundùm, quod, & quam con-
tentio fuit declarata, & conſequenter
Bullam eſſe receptam quoad qualitates
delictorum, ſuppoſito, quod ante omnia
inquiritur; an iuxta eam, vel extra ſit de-
cidenda? & conſtito, quòd erat vltra
expreſſa, deuentum fuit ad illud, quod de
iure, & praxi reſultabat; ergo argumen-
tatio Cortiadæ non eſt legitima, cùm
ſupponat, quod non erat, vt ex *infrà* re-
ferendis exemplaribus, ab eo reprobatis
tanquam non facientibus ad propoſi-
tum, conuictus exiſtat.
Quis vnquam, ſi attentis oculis vi- 12
derit mea vota deciſiua, dicere potuit
non

non fieri particularem inquiſitionem; an ſubiectum caſus, vel delicti in contentionem deducti eſſet, necne ex exceptuatis in Gregoriana? & ſi ita eſt, prout eſt, ad quid opus erat tali indagatione, nec in ore illam ponere, ſi nec quoad illam partem erat vſu recepta: ſuperfluum equidem videbatur diſputare, aut dubitare de tali articulo; ergo ſi de eo actum fuit, ideò factum dicendum eſt, quia eſt recepta quoad qualitates delictorum.

Ex quo clarè infertur æquiuocum fuiſſe aſſerere, quòd non eſt in vſu, ex quo fuerunt pronunciatæ contentiones ad terminos iuris & praxis; ſeclusâ enim Gregorianâ præciſè fieri debebat, ſicut & in cæteris, quæ nullatenus habent connexionem, aut dependentiam à caſibus ſpecificatis in Bulla, ſine cuius mentione, tanquam non neceſſaria, proceditur ad declarationem, ſi materia non expoſcat, nec de ſui natura requirat reducere illam in memoriam, aut de ea agere inquirendo, an corpus delicti ſit ex comprehenſis, & probato, quòd non ſit, illam repellere, non faciendo mentionem, recurrendo ad id, quod de iure reſultat.

13 At verò vt *proximè* Theorica explanata practicè, & oculariter nota ſit; & inſimul ſatisfaciendo ad id, quod *in initio* propoſui, videlicet, me nolle alios Aduocatos quærere, qui meas declarationes, & vota deciſiua, impugnata per Cortiadam, tanquam non facientia ad propoſitum, qualificent; decerno hîc ſpecificè de vnoquoque exemplari ab eodem relato mentionem facere.

14 Et ſatisfaciendo quoad primum exemplare Ioannis del Hoſtal, fuit caſus, ipſum eſſe extractum ex loco gaudente immunitate à miniſtris ſecularibus propter quoddam vltimum delictum, ex quo particularis proceſſus denuò fuit fabricatus; cùm antecedenter ex aliis grauioribus in diuerſis proceſſibus eſſet condemnatus, pro quibus contentio non fuit efformata; & ad inſtantiam accuſatoris prætendebatur merita fore facienda de primis proceſſibus; ex quibus reſultabat, delicta eſſe qualitatis, quæ iuxta Gregorianam excludebant Reum, ne immunitate gauderet: Tum & etiam quia vltimum delictum propter quod efformauit contentionem, eſſet, quia archabutium, ſeu charauinam exploſerat.

15 Ex quibus accuſator intendebat adfuiſſe proditionem ex aliquibus circunſtantiis; & exinde excluſum eſſe ab immunitate per Gregorianam. Verba mea *in meo Paſtorali Regul. part. 3. voto. 1. numero* 2. (& eſt primum exemplare relatum à Cortiada,) ita ſe habent poſtquam retuli factum, & dubia, quæ ex eo fuerunt ſuſcitata, ſic concludunt.

Tandem an dictæ literæ exiſtant defectuoſa, quia in eis delicta non declarantur, propter quæ captus fuit dictus Hoſtal, ſed tantùm captum eſſe propter delicta in proceſſu contenta, & dicere, ac declarare debebant ex eo eſſe, quia proditionaliter archabutium, ſeu charauinam exonerauit violenter cuidam chirurgo loci de la Muela, & ideo immunitate Eccleſiæ gaudere non poſſe, cùm taliter delinquentibus non proficiat tanquam caſus exceptuatus in Bulla Gregorij XIV. &c.

Et cùm prius inter Conſulentes, & me, habita fuiſſet conferentia de hoc vltimo articulo, concordes reſoluimus, non eſſe caſum ex comprehenſis in Gregoriana, & exinde deuenimus, eâ ſeclusâ, ad id, quod de iure reſultabat, vt patet *ibidem n.* 14. Vide modò ſi actum fuit, & diſputatum prius de qualitate in vim Bullæ, tanquam admiſſæ in ea parte; & modò iudica, ſi facit ad propoſitum.

Pergit Cortiada ad ſecundum exemplare Franciſci de Napoles, vbi per errorem Librariorum dicit eſſe *in meo voto* 8. & non eſt niſi *in* 2. vbi dubium fuit; an furtum in eremo non conſummatum ſit delictum ex comprehenſis in Gregoriana, ne Reus gaudeat immunitate; & *numero* 3. ſic dico: *licèt enim defendi poſſit delictum eſſe ex exceptuatis in Bulla Gregorij XIV. & ex proceſſu reſultat dictum Napoles intentaſſe furari Maſariam in eremo ſitam: & cum ex diſpoſitione fori præſentis Regni Aragonum de Tarazona ſub tit. de pœna de los ladrones, iſti tantùm, & non alij criminoſi ad triremes condemnari valeant, ſequitur, quòd cum prædictus Napoles fuerit ad illas condemnatus per Iudices ſeculares ex conſequenti delictum eſſe latrocinij cum qualitate graſſatoris; nam de tali crimine iuxta formam prædictam fuit accuſatus, & condemnatus, & exinde non potuiſſe immunitate gaudere, &c.* Vide ſi conſonat exemplare, quandoquidem tanquam primum vas, & fundamentum contentionis 16 inter

inter me, & conſultores fuit exagitatum: an Gregoriana excluderet graſſatorem viarum, qui non conſummauit delictum; nam ſi de conſummatione pateret, de plano procedebat ad terminos Gregorianæ.

17 Pergit Cortiada ad tertium exemplare Bartholomæi Gonzalez, & habetur *in dicto meo Paſtorali Regul. part. 3. vot. 4.* vbi *num. 1. in fine* verbis clariſſimis patentiſſimis, & notiſſimis poſt facti relationem ita concludo. *Declaraui de voto vniformi omnium quatuor conſulentium competentiam iudicis ſecularis locum habere, & de iure procedere, quia conſtabat de qualitate circunferente illius iuriſdictionem, ſcilicet, de proditione, & exinde ex vno ex caſibus exceptuatis in Bulla Gregoriana, &c.* Vellem equidem interrogare, ſi hæc contentio fuit declarata ex eo ſolo, quia de iure procedebat, cum immediatum motiuum fuiſſet propter qualitatem delicti comprehenſi cum ſpecifica deſtinatione Bullæ Gregorij, quatuor Conſultoribus conformiter declarantibus.

18 Proſequitur ad aliud exemplare Emanuëlis de Vera, quod quidem non eſt minoris claritatis, quàm præcedens, & verbis patentibus, ſtylóque non obſcuro apparet *in meo voto 7.* vbi argumentum illius contentionis fuit, quænam probatio eſſet neceſſaria, vt dicatur delictum eſſe ex exceptuatis in prædicta Bulla, quando Reus, qui ad Eccleſiam confugit, violenter fuit ab ea extractus per miniſtros ſeculares, vt non poſſit gaudere immunitate; & *num. 3.* ita habetur. *Licèt enim valde ſit controuerſum, an per indicia ſola qualificari poſſit, delictum eſſe ex comprehenſis, vel exceptuatis in Bulla Gregorij XIV. ne Reus Eccleſia immunitate gaudere poſſit, &c. Attamen quidquid ſit de hoc articulo veriorem iudico ſententiam tenentem ſemiplenam ſaltem probationem eſſe neceſſariam, &c.* Et tandem *num. 14. in fine, & calce declarationis ſententia,* ita concludo. *Ex quibus ſupradictis declarauimus dictam depoſitionem teſtis admittendam fore; cum qua licèt indicia de per ſe non facerent ſemiplenam probationem, & ex eis veniret declaranda competentia pro Eccleſia: at eis iuncta prædicta atteſtatione Michaëlis Pellizer, pluſquam ſemiplenam probationem reſultare, notum eſt; ex qua omnes conformes fuimus voti, & opinionis conſtare de proditione, & exinde non poſſe dictum Vera immunitate gaudere ad terminos Bulla Gregorij XIV. cum ſit vnus ex caſibus in ea exceptuatis, &c.* Quid manifeſtius claudere poteſt exemplare? cùm in eo, & in antecedentibus, licèt de iure procederent, attamen immediatè ex diſpoſitione Gregoriana, tanquam admiſſa, fuerunt contentiones declaratæ propter caſus in eis contentos.

Et tandem vltimum exemplare Petri 19
Sanchez, cuius ſubiectum fuit; an ſi cadauer latronis ſuſpenſum, & exiſtens in furca, noctu ab ea deponatur, & in Eccleſiam aſportetur, gaudet immunitate, & habetur *in dicto meo Paſtor. Regul. part. 3. vot. 8.* vbi *num. 23.* ſic ſcribo. *Et in primis reſtringendo articulum, videndum eſt: an, ſi Petrus Sanchez viuus ad Eccleſiam confugiſſet, poſſet eius immunitate gaudere, vt exinde colligere poſſimus, an mortuus eodem priuilegio fruatur. Licèt enim condemnatus fuiſſet, vt latro, non tamen vt publicus, prout requirit Bulla Gregorij XIV.* ibi. [*Si fuerint publici latrones, &c.*] *quin tunc dicitur quis publicus latro, ad hoc vt immunitate priuetur, quando deprædatur palam, & publicè, vel per inſidias in via publica, aut in Altari, &c. Sed in noſtro caſu Petrus Sanchez fuit tantùm condemnatus ad mortem naturalem ſimpliciter, quia latro ob furtum commiſſum nocte, & clandeſtinè: ergo non potuit in eo verificari qualitas publicitatis requiſita à Gregoriana, &c.* & de hac contentione vide *infrà quæſtione 98*,

Hæc ſunt exemplaria, quæ contra 20
meam ſententiam opponit Cortiada, dicens, non facere ad propoſitum. Sed ego quidem ſolùm illa ante oculos tuos propono; nam (ni fallor) etſi ſint caliginoſa, certus ſum, tibi fore videnda ad intentum luce meridiana clariora. Et certè ſi prædicta ita non ſe haberent, acri reprehenſione dignus eram; cum de facto proprio loquutus fuerim; &
pro me aſſiſtit ſecuritas meæ atteſtatio- 21
nis, non tanquam res inter alios acta ad tradita per Aymon *conſil. 99. num. 6.* & Gabrielem *de teſt. conſ. 4. num. 20.* & quod docent DD. de teſte deponente de facto proprio. Gregorius XV. *deciſ. 351. num. 26.* & *ibidem* annotatio *n. 50.* latiſſimè Farinatius *de teſt. quæſt. 63. numer. 124. cum pluribus ſequent.* & alij plures. Et in re tanti momenti, quæ in conſpectu doctiſſimorum virorum apponenda erat, delictum graue foret, non ſolùm aſſeueranter atteſtare, ſed nec etiam quod erat dubitabile pro certo affirmare. Verùm cùm non poſſim incidere

cidere in talem defectum, vt patet ex
dictis, coactus fui meum honorem rein-
tegrare tali nube cenſuræ Cortiadæ ob-
ſcuratũm ſequendo quòd ſcriptum re-
petitur per Innocentium III. *in cap. Niſi
ſpecialis* §. *Tu ergo*, vbi gloſſa *verbo elige-
mus, de auctoritate, & vſu palij*: quem
textum videre poteris, cuius auctorita-
tem excuſare nequiui ob id, quòd *ſupe-
riùs* pronunciatum relinquo.

22 Et profectò doctiſſimus vir excuſa-
tionem non habet ex auctoritate D.D.
Ludouici ab Exea provt ipſe teſtatur
in dicta deciſ. 119. *num.* 21. *in fine*; vbi
poſtquam reprobauit mea exemplaria
dicendo, non facere ad propoſitum,
ita concludit. *Sic D. Ludouicus ab Exea
Taleyero in allegatione de cadaueribus pu-
nitorum, verſ. vidimus, ſub verſ. Et à con-
ſtitutione Gregorij deuiant. fol.* 25. *ex his
quæ infrà in calce huius quæſtionis annotabo
num.* 50. *& ſeq.*

23 Et certè eruditiſſimus ſempérque lau-
dandus D. Ludouicus ab Exea nequa-
quam illud dixit, ad quod ipſe Cortia-
da illum allegat; vt patet ex ipſius ver-
bis, prædictæ allegationis quæ hîc tranſ-
cribere libet, vt manifeſtius fiat: ille
namque *in dicto verſ. vidimus, pag.* 25.
poſtquam admiſit praxim noſtri Regni,
videlicet, ſemiplenam probationem
ſufficere in contentionibus ad adiudi-
candam iuriſdictionem, cui pertineat:
& ſimiliter quòd Cancellarius ſecun-
dùm Deum, & bonam conſcientiam
iudicat; nec eſſe adſtrictum ad apices
iuris pro eruenda veritate, admittendo
probationes, tam teſtium, quàm inſtru-
mentorum, poſt terminum iuxta ea,
quæ dixi *in Paſt. Reg. part.* 3. *vot.* 7. *n.* 3.
& ſeq. ita ait *Cuius praxis exemplis quoque,
& iure comprobata meminit Chriſtophorus
Suelues conſil.* 10. *num.* 15. *volum.* 2. *vbi
& paſſim de quibuſdam furibus extractis ab
Eccleſia de Aula Dei: at omnia hæc ad de-
ciſionem pertinent Gratian. diſcept.* 694.
poſt. num. 48. *& à conſtitutione Gregorij de-
uiant. Quare ſi ſecundum eam aliquando
iudicatum vidimus, in eo eſt, quia iuri con-
ueniat, &c.* Hæc D. Ludouicus ab Exea.

Ex quibus vltimis verbis Cortiada
24 colligere intendit, poſſe aſſerere mea
exemplaria non facere ad propoſitum;
& ſua bona venia, ego infero contra-
rium, provt probatur ex ſequenti con-
ſideratione deducta *ex prædicta clauſula*
D.D. Ludouici ab Exea Enimvero ſi ex-
preſsè dicit debere Cancellarium iudi-
care ſola veritate attenta, non ſe adſtrin-
gendo ad apices iuris, &c. nullam fa-
ciendo mentionem quoad articulum
qualitatis delictorum, ſed de cæteris re-
quiſitis, quibus in noſtris Regnis con-
tentiones terminarentur, de iſtis, &
non de illis ſermonem facit. Et cum
poſteà dicat, quòd iſte modus, & fa-
cultas Cancellario conceſſa, & alia re-
quiſita deuient à Gregoriana, & quòd
ſi ſecundum eam aliquando iudicatum
viderit, in eo fuiſſe, quia iuri conue-
niebat. Sequitur, primo, quòd, cum ego
non repugnem, vſu receptam non eſſe
Gregorianam quoad omnia in ea in-
tenta, niſi tantum quoad qualitates de-
lictorũ, non ſolùm non diſſentio à D.D.
Ludouico ab Exea, ſed imò conuenio,
cum ipſe *ibidem* de dictis ſolemnitatibus
loquatur maximè, cum fateatur, quòd
etſi ſecundum eam aliquando vidiſſet
iudicatum, in eo eſſe, quòd iuri conue-
niat: quæ doctrina certiſſima eſt: nam 25
ſi iudicium contentionis foret efor-
mandum ad terminos Gregorianæ, nec
caſus ad eam adaptaretur, præcisè re-
currendum erat ad id, quod iuri con-
ueniebat, & in hoc cum eo aſſentio.

Prætereà concludit etiam D.D. Lu- 26
douicus ab Exea, quòd aliquando ſe-
cundum eam iudicatum eſt, licèt non
concedat eſſe ex motiuo immediato ip-
ſius, ſed ex eo, quod ius aſſociabatur.
Verùm cum *ibidem* alleget exemplare
Emanuëlis de Vera de quo mentionem
fecimus *ſuprà num.* 18. ex quo réſultat,
quòd etſi provt de iure iudicatum fuit,
attamen per Gregorianam motiuum
principale ponderatum fuit: & aduer-
tendum eſt prædictum exemplare
Emanuëlis de Vera eſſe vnum ex illis,
quæ vir eruditiſſimus dicit non facere
ad propoſitum.

Et ad intentum ponderari poteſt
aliud non leue fundamentum pro ad-
miſſione Gregorianæ quoad noſtrum
Regnum reſpectu qualitatum delicto-
rum ex his, quæ ipſe Cortiada adducit
in tom. 2. *deciſ.* 103. vbi inquirit: an vul-
nerans proditoriè, vel per inſidias, &c.
gaudeat immunitate Eccleſiæ? Et poſt-
quam *num.* 2. refert infinitos reſoluen-
tes debere gaudere (licèt ipſe contra-
riam tueatur) pergit *num.* 3. & ita ait.
*Hæcque prima opinio vigore conſtitutionis
Gregorij XIV. eſt manifeſta, omninòque
tenenda in illis partibus, vbi recepta eſt, ac
videtur omni difficultate carere; cum ſolum
in ea excipiatur ab immunitate Eccleſiæ, qui
proximum ſuum proditoriè occiderit, &c.*

Et *ibidem* ad intentum plures allegat; ex qua doctrina ſic efformo argumentum. Sed ſecundum ſuam opinionem *ibidem num. 4. & ſequent.* vulnerans proditoriè, vel per inſidias non gaudet immunitate: ergo cùm in noſtro Regno contrarium ſeruetur taliter, quòd requiratur delictum eſſe perfectum, & conſummatum, vt reſoluunt noſtri Practici Portoles in ſcholiis poſt *for. ſub tit. de las competencias in quaſt. 8. num. 2. & ſeq. pag.* 493. & *quaſt 9. n.* 19. *pag.* 496. & Bardaxi in commentariis *ad for. 1. ſub tit. de his qui ad Eccleſiam confugiunt n.* 11. *pag. 6. colum.* 1. & latiùs dicemus *infrà quaſtione* 80. ſequitur exinde fieri, quia per Gregorianam, tãquam admiſſam quoad qualitates delictorum, requiritur conſummatio, & perfectio, vt immunitas non habeat locum.

27 Quibus ſic conſtitutis ſatis, ſupérque patet *ex dictis* prædicta exemplaria facere ad propoſitum, eſſéque certum in noſtro Aragonum Regno Gregorianam eſſe admiſſam, & practicatam ſolùm quoad qualitates delictorum, cæteris omnibus excluſis; & licèt plura alia poſſem cumulare, conſultò omitto, ne moleſtus videar, ſemper breuitati, & conciſioni conſulens, doctrinaliter, & ad intentum in mediũ proferens, quod facit ad aſſumptum, non affectando augmentum, ſeu acceſſionem voluminis, non quærendo inueſtigare quæſtiones, quæ extra materiam, de qua ago, poſſunt ingeri, illáſque remiſſiuè annotare ſat eſſe iudico.

Et quidem ſecurius dicere poſſum exemplaria allegata quoad noſtrum Aragoniæ Regnum per ipſum D. Michaëlem Cortiada *in Tribunali Cancellarij in deciſ.* 106. *num.* 4. non facere ad propoſitum. Nam *ibidem* diſputat: an ſimplex Fur gaudeat immunitate? & reſoluit non gaudere, ſi adſit conſuetudò; & poſtmodum pergit *in verſ. Et etiam*, per hæc verba: *Et etiam Tribunal Cancellarij aſſenſiſſe huic praxi, vt indubia in competentia Ioannis del Hoſtal, & in alia Franciſci de Napoles. Etſi aliter dicat, & deciſum referat D. Didacus Antonius Frances de Vrrutigoyti in Paſtor. Regul. part.* 3. *vot.* 8. *à n.* 23. *&c.* Vſque huc Cortiada: & dicere poſſum, hunc eſſe errorem peiorem priori: nam de hoc ſatis patet ex *ſuprà* dictis, & de illo ſine temeritate dicere poſſum, non perlegiſſe prædicta duo exemplaria, de quibus mentionem fecimus *ſuprà num.* 14. & 16. quæ quidem coram me fuerunt deciſa; & videre poteris *in dicto meo Paſtoral. Reg. part.* 3. *vot.* 1. *num.* 6. Vbi ſic reperies. [Vnde attentè, & maturè omnibus conſideratis, de conſilio omnium quatuor Conſulentium declaraui, competentiam Iudicis Eccleſiaſtici locum habere, & de iure procedere, dictúmque Ioannem del Hoſtal frui debere immunitate Eccleſiaſtica, reſtituendúmque fore ad locum, ex quo fuerat extractus, quia non conſtabat commiſiſſe delictum qualificatum, & de exceptuatis in dicta Bulla Gregorij XIV.] Vide quomodo adaptetur ad concluſionem adductam per Cortiadam, ſi fuit declaratum gaudere immunitate.

Idémque iudicium efformare debes de ſecundo exemplari Franciſci de Napoles: cum ſubiectum eſſet, quod dictus Napoles dum in poſſe Familiæ exiſtebat, manibus pedibúſque ligatis, ſe contulit in quoddam cœmeterium, & cum conſtitiſſet, liberum non intraſſe, ſed ſemper in illius manibus detentum in illum locum ſacrum ſe contuliſſe: ex eodem vniformi voto quatuor Conſulentium declaraui, non gaudere immunitate: & videre poteris coram me, *vbi proximè vot.* 2. Attende modò, amantiſſime Lector, ſi potiori iure dicere poſſum D. Michaëli Cortiadæ, quod, ſaluâ pace tanti Magiſtri, huiuſmodi exemplaria non faciunt ad propoſitum, & meam reſolutionem adductam *in dicto meo voto* 8. *num.* 33. iniuſtè ſicut & alias quampluriuas increpat; cum prædicta duo exemplaria adducat, vt probet conſuetudinem eſſe in Aragonia ex praxi indubia, quod ſimplex Fur non gaudeat immunitate; & in primo fuit pro ea deciſum, & in ſecundo, non gaudere, eo quòd Reus liber non intrauit in locum ſacrum.

Nec in præſenti animus meus eſt aut fuit apolegeticum diſcurſum extendere, præcipuè cum tanto Magiſtro, vt ipſius ſcripta innuunt, & patefaciunt; ſimúlque expertus ſum de ſua exactiſſima literatura, & ſcientia propter aliquas conferentias, quas habuimus dum Barcinone commoratus fui: ſed tantum volui proponere pro ſatisfactione ad ea, quæ valdè poterant contra me notari, iuxta ea, quæ dixi *ſuprà num.* 5. *cum ſequent.* 28

Et quamvis *proximè* dicta poſſent me retardare, ne iterum refricarer in his, quæ dixi *ſuprà quaſt.* 35. quoad Grego- 29

rianam,

rianam operæ pretium duxi aliqua addere, & explanare in confirmationem eorum, quæ reſoluta reliqui; & ideò nunc iterum, atque iterum confirmo, & ratifico meam opinionem, de qua *dicta quæſt.* 35. *n.* 36. videlicet, Gregorianam non eſſe vſu receptam in omnibus Regnis Hiſpaniæ præterquam quoad qualitates delictorum, de quibus *in dicta Bulla* §. 3. & ibi videre poteris. Exindéque colligi ſupplicationem ad S S. factam per regem noſtrum catholicum operari illius repulſionem præter illud caput §. 3. quod valdè vtile eſt admittere propter bonum publicum in aſperam, & rigoroſam punitionem delinquentium, eſſéque vniuerſali quieti conueniens.

30 Imò & Regaliæ D. Regis aptiſſimum & tam à ſua Maieſtate,quàm à miniſtris ſolicitandum in his temporibus tam calamitoſis, & exuberantibus delinquentium, vt Gregoriana quoad illam partem qualitatum admittatur in omnibus Regnis Hiſpaniæ in obſequium ambarum Maieſtatum Diuinæ, & humanæ, & ratione benè ordinatæ politicæ.

31 Huius aſſertionis rationem, & motiuum deduco ex eo; quia, vt latè probaui *dicta quæſt.* 35. *à n.* 28. *cum ſeq.* Gregoriana non abrogauit quoad qualitates delictorum, quod de iure communi erat ſtatutum; ſed vltra illud ampliauit; quod *ibidem* diſpoſuerat, & patet ad oculum; nam *in cap. Inter alia 6. de immunitate Eccleſiarum, & in aliis iuribus per me ibi allegatis n.* 28. ſolum reperiuntur exequuti quatuor caſus, in quibus rei delinquentes non gaudent immunitate Eccleſiæ, quamuis aliàs quantumcumque grauia delicta perpetrauerint: *ibi. Si liber quantumcumque grauia maleficia perpetrauit, non eſt violenter ab Eccleſiâ extrahendus, &c.*

3 At verò Gregoriana præter illos quatuor *in ipſo textu* ſpecificatos, addit alios quatuor, itavt ſint octo, in quibus talia delicta committentes priuentur priuilegio immunitatis debeántque tradi Curiæ ſeculari, vt patet *ex* §. 3. *dictæ Bullæ*; ergo valdè intereſt multúmque conuenit bono publico, & ſeruitio Domini Regis, eiúſque Regaliæ: cùm, ſi velimus reſtringere materiam ad terminos iuris, & ad id, quod ante Gregorianam ſtrictè de iure reſultabat, manifeſtè liqueat delinquentes laxiores habituros habenas ad delinquendum ſpe immunitatis, quantò fuerint caſus plures, in quibus nun ſunt priuati immunitate: & quidem ſciendo non eſſe munitos tali refugio in caſibus exceptuatis, & aliis *infra* dicendis *num. ſequenti, & quæſt.* 79. ſe continebunt formidine punitionis. Et vt ipſe Gregorius ait *in dicta Bulla* §. 2. *circa medium* motus fuit ad illam expediendam propter bonum, pacem, & quietem publicam, &c. quæ quidem omnibus viribus procuranda, & ſolicitanda eſt: ſitque vtiliſſimum, & valdè conueniens, quòd delinquentes atroces aliquando deſtituti maneant illo refugio immunitatis;cum multoties recordatione pœnæ videamus ſæpenumero malefactores arceri, detinerique ad perpetranda delicta *iuxta text. in cap. irrefragabile* §. *caterum* vbi Gloſſa, *verbo, Pœna, de officio ordinarij*: & cecinit Horatius *lib.* 1. *&* 18.

Oderunt peccare mali formidine pœna.
Oderunt peccare boni virtutis amore.

De quo latè, & eruditè plura cumulans videre poteris D. Ioannem de Solorzano *in ſuis emblematibus, emblem.* 78. *ſub tit.ſic Præmiis omnia florent pag.mihi* 651. *num.* 1. 33

Et ſemper eſt curandum, vt pro delictis, de fraudibus euitandis applicentur media poſſibilia *L.* 1. *ff. de dolo. cap. Sedes de reſcriptis cum aliis pluribus*:quod videtur conſequi admittendo Gregorianam in qualitatibus delictorum, cum ſit tam extenſiua quoad diſpoſita in iure, ne malefactores gaudeant immunitate, & conſequēter vt expeditiùs puniri valeant,non ſolùm in caſibus expreſſis, ſed etiam in aliis pluribus atrocibus conſimilibus,qui de conſuetudine vſu,& praxi, ac DD. opinione recepti, & admiſſi reperiuntur; vt dicemus de reis confugientibus ad Eccleſiam, qui eius immunitate non gaudent. 34

Ex hoc fonte dimanat, quod *ſuprà* propoſui, tantum abeſſe,vt Regalia Domini Regis detrimentum patiatur,quòd imo manifeſtè extenſa remaneat,vt clarè apparet:nam ſi ex diſpoſitione iuris *in dicto cap. inter alia de immunit. Eccleſ.* quatuor ſolùm caſus erant comprehenſi, in quibus delinquentes priuantur immunitate; in cæteris autem iuriſdictio Regia moderata, & excluſa remanebat, ne extrahere poſſet reum ad Eccleſiam confugientem;& ſi efficiebat præter cenſuras tenebatur illum reſtituere. Poſteà Gregorius extendit illos quatuor caſus ad alios quatuor diuerſos, ita vt ſint octo, vt diximus *ſuprà*. Quis non videt 35

proroga

prorogationem, & extenſionem Regaliæ, quæ cùm ſit auctoritate Pontificia conceſſa, cum ſecuritate conſcientiæ admitti, procurari, & non repugnari debet.

36 Et licèt contra hæc replicari, & argui poſſit, rationi congruum, iuríque accomodatum non videri, quòd Bulla reprobetur, & non admittatur, quoad omnia capitula; ſed ſolùm quoad illud qualitatum. Nam vt dixi *dicta q.* 35. *à num.*48. *& ſeq.* cum Salgado (qui plura ad intentum congerit) *de ſupplicatione, & retentione Bullarum p.* 1. *cap.*2. *à n.* 130. *cum pluribus ſeq.* quoties in lege, ſtatuto, vel conſtitutione, aut decreto reperiuntur plura capitula, quæ ſeparationem inter ſe habent, poſſunt admitti quoad vnum, vel alterum, & circa illud obligat, excluſis cæteris non admiſſis: & alios refert, méque citato, admittit hanc concluſionem D. Michaël Cortiada *in d. deciſ.*119. *n.*15. qui dicit non habere locum in Gregoriana, quia illius capitula ſunt connexa.

37 Sed ſalua cenſura grauiſſimi Magiſtri colligitur, quòd ſine dependentia vnius ab alio, poteſt vnum exequi, & cætera non admitti, & vt facilius probetur, ſummariè hîc annectam, & referam, quod in illis continetur, vt pateat, quàm diuerſum ſit vnumquodque in eo, quod *in Bulla* ſtatuitur reſpectu capituli loquentis circa qualitates delictorum.

38 Nam *in* §. 1. Pontifex exponit & declarat motiua propter quæ illam conſtitutionem decreuit. *In* §. 2. reuocat omnia indulta, & priuilegia tam à ſe, quàm à ſuis Anteceſſoribus conceſſa Poteſtatibus ſecularibus extrahendi ab Eccleſia delinquentes, niſi in caſibus à iure expreſſis. *In* §. 3. enumerat alios certos caſus diuerſos ſimul cum illis, qui iam in iure ſpecificati exiſtebant; in quibus delinquentes, etiamſi in loco ſacro exiſtant, & ad eum confugerint, tradendi ſunt Curiæ ſeculari. *In* §. 4. diſponit, quòd Iudex laïcus de per ſe nequeat tales delinquentes extrahere niſi de licentia, & traditione Epiſcopi requiſiti per illum. *In* 5. autem §. dicitur, quòd ſi Iudex laïcus extraxerit reum ab Eccleſia, ipſúmque reponat in ſuis carceribus, teneatur illum conſignare Eccleſiaſtico Iudici, donec per Epiſcopũ declaretur, an commiſerit crimina, quæ immunitate priuent. *In* §. 6. decernit, cognitionem criminis hæreſis totaliter pertinere ad forum Eccleſiaſticum, nec ſecularem poſſe in eo ſe intromittere. *In* §. 7. prohibet, ne Curia ſecularis poſſit cognoſcere de perſonis, & rebus Eccleſiaſticis ad Eccleſiaſticum forum pertinentibus aliàs, quàm de iure, & priuilegiis particularibus reſultet. Et *in ſequentibus* §§. ponit clauſulas generales cenſurarum cum clauſula, *Sublata*, & *Irritante*, cæteríſque derogatoriis. Et tandem refert publicationem conſtitutionis ad valuas &c. Et vltimo ſanctionem pœnalem ſubiicit.

Ecce, candide lector, ſummariam relationem Gregorianæ, quam etiam ad literam retuli *in dicta quaſt.* 35. *in principio*, vbi magis extenſiuè legere poteris; & ex eius contextura colligitur non eſſe indiuiſibilia illius capitula; nam licèt quartum, & quintum videantur habere aliquam dependentiam à tertio, in quo qualitates delictorum enumerantur, re tamen benè inſpectâ, non ita ſe habent; nam cùm *in dictis capitulis* 4. *&* 5. ſolùm præſcribatur modus, & forma quibus Iudices ſeculares debeant procedere deſignando ritus & ſolemnitates, quibus vti teneantur ad effectum, vt taliter delinquentes eiſdem tradantur; hoc ſanè diuerſum eſt ab ipſa qualitate delicti, quæ inſeparabiliter non influit reſpectu ritûs, & ſolemnitatum. 39

Et ideo rectè infertur hæc capitula eſſe ſeparata, de cæteris autem non eſt ambigendum, & conſequenter admiſſibilia eſſe quoad illam partem qualitatum, cæteris excluſis, ſaltem materialiter, ſcilicet, quoad aliqua in praxi deducibilia; vt ſubtiliter aduertit illuſtriſſimus & excellentiſſimus D. D. Chriſtophorus Creſpi de Baldaura meritiſſimus Vicecancellarius totius Coronæ Regnorum Aragonum, vir ſanè omnibus titulis literarum, prudentiæ, ac magnitudinis laudandus, *in ſuis eruditiſſimis obſeruationibus illuſtratis, obſeruat.* 63. *n.* 42. non verò formaliter, vt ſic admiſſa videantur, à quo eiſdem verbis D. Michaël Cortiada mutuatus fuit, & tranſcripſit *in dicta deciſ.* 119. *num.* 16. 40

Et quamvis ſupplicatio D. N. Regis 41
pro Gregoriana fuerit generaliter facta,
vt patet *ex epiſtola Regia relata per dictum*
Dominum Vicecancellarium, vbi proximè
num. 44. quam etiam ab eodem accepi,
& tranſcripſi *ſuprà in dicta quaſt.* 35. *n.* 55.
non ex eo repugnat, quod circa aliquem 42
articulum, vel caput conueniens vtilitati publicæ, & ipſius conſeruationi Regaliæ, exequatur: vt vidimus fieri *in* 43
Bulla

Bulla cœnæ Domini, vt diximus *dicta*
quæſt. 35. *à num.* 48. *cum ſeq.* quoad capi-
tula tangentia regaliam protectionis vi
oppreſſorum, quod in noſtto Arago-
44 num Regno iuris firmam appellamus;
quæ quidem in Hiſpania, non eſt vſu
recepta reſpectu illius partis; idemque
experimur in pluribus conſtitutionibus
Apoſtolicis, ac decretis canonicis, &
conciliaribus, quæ non ſunt in vſu,
provt latè, & accuratè aduertit, & ſpe-
cificat Salgado *de ſupplicatione ad SS.*
part. 1. *cap.* 2. *ſect.* 3. *à num.* 131. *vſque*
ad 145. & *ſect.* 4. *à num.* 159. *ad* 164. quas
repetit (provt leguntur originaliter *in*
Salgado) Cortiada *in dicta deciſ.* 119. *à*
num. 44. *vſque ad* 63. parum, vel ferè
45 nihil addendo. Vbi concludit, & benè,
cum Valentia, Nauarto, Salas, & aliis,
quòd, quando lex habet plura capitu-
la diſtincta, ſuper diuerſis rebus, &
quoad vnum, vel alterum capitulum
non fuit recepta, non ligat quoad iſta,
licèt quoad altera obligatio oriatur, &
ad idem probandum conducunt, quæ
ipſe Salgado congerit *in eodem tract.*
part. 2. *à num.* 102. *cum ſeq.*

46 Et ex eis colligo patere, quòd ca-
pitula Gregorianæ continent inter ſe
magnam diuerſitatem; nam, quòd Iu-
dex laïcus habens Reum in ſuis carce-
ribus teneatur eum Eccleſiaſtico trade-
re; & quòd nequeat extrahi ab Eccle-
ſia, niſi de Epiſcopi licentia: & quòd
iſte cognoſcat, an debeat, necne, tradi
Curiæ ſeculari; & quòd crimen hæreſis
ſolùm poſſit cognoſci per Iudices Ec-
cleſiaſticos; & quòd Curia ſecularis non
poſſit cognoſcere de rebus, & perſonis
Eccleſiaſticis, aliàs, quàm de iure, &
priuilegiis particularibus reſultet; &
alia, quæ *in dicta Bulla* continentur, ſatis
diuèrſa, & ſeparata ſunt ab alia clauſula,
& capitulo §. 3. loquẽtis de qualitate de-
lictorum, & conſequenter non repugna-
re, nec à iure deuiare, ſed imò ei adhæ-
rere, vt pro hac parte qualitatum ad-
miſſa reperiatur, & pro aliis excluſa, &
ſupplicata SS. D. N. Papæ, & non ad-
miſſa propter motiua *ſuperiùs* ponde-
rata.

47 Ex quibus ita concludendum exiſti-
mo adhærendo ſine dubio opinioni te-
nenti non eſſe admiſſam Gregorianam
in Hiſpania, niſi quoad prorogationem
caſuum, in quibus criminoſi ſunt priua-
ti immunitate Eccleſiæ, ſi ad eam con-
fugiant; præcipuè in noſtro Aragonum
Regno; & in cæteris ſentio curandum
eſſe, vt in ea parte vſu recipiatur, ſi non
tam notoriè, ſicut in noſtro exequuta
appareat; cum tantoperè conuenire vi-
deatur vtilitati, & quieti Reipublicæ;
ac bono publico; vt dyſcoli non habeant
tam laxas habenas ad delinquendum
ſpe immunitatis.

Et inſimul, quia Regalia remanet non 48
tam ſtricta, ſicut exiſtit ad metas diſpo-
ſitionis iuris, *in dicto cap. Inter alia de*
immunitate Eccleſiarum, & aliis. Hàncque
meam opinionem iam ante confirmaue-
ram *in meo Paſtorali Regal. part.* 3. *vot.* 8.
num. 36. *&* 37. & me citato, refert D.
Michaël Cortiada *in tom.* 1. *deciſ.* 3. *n.* 26.
& 27. licèt non admittat, vſu eſſe re-
ceptam, etiam quoad illam partem qua-
litatum delictorum, ſed contrarium mihi
arridet, ex fundamentis *ſuperiùs* ponde-
ratis, quæ quidem ſufficerent, ne tam
aſſertiuè, & abſolutè diceret D. Michaël
Cortiada, exemplaria non facere ad
propoſitum; hocque eſt ponderabilius
cùm ſint, & reſultent ex contentionibus
à me, tanquam Cancellario huius Regni,
tunc exiſtenti, deciſis, & declaratis; & 49
certè fides maior adhiberi debuit meæ
atteſtationi, tanquam Cancellario, ſi-
múlque Epiſcopo, quam vir doctiſſimus
negligit, iuxta text. *in c. Nobiliſſimus* 97.
diſtinct. vbi Gloſſa *verbo credidimus*, con-
cludit, quòd voci, & aſſertioni vnius
credendum eſt, ſi perſona ſit honeſta,
de quo Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præ-*
ſump. 15. *n.* 9. & latè *conſil.* 100. *à num.* 77.
cum ſequent. latiſſimè Pareja plures al-
legans *tom.* 1. *de inſtrumentorum editione*
tit. 2. *ſect.* 5. *à num.* 53. *vſque ad* 60. &
conſequenter cum (licèt indignus)
polleam Epiſcopali Dignitate, non erat
credibile (ſaltem propter illius excel-
lentiam) leuiter loquututum de facto
proprio, & aſſeruiſſe, ſimúlque ſuppo-
ſuiſſe exemplaria, quæ realiter non
eſſent, in ſpecie facientia ad propoſi-
tum.

Præterea quia communis DD. ſen- 50
tentia admittit, credendum eſſe Docto-
ri atteſtanti de conſuetudine, & ſtylo
ſuæ Patriæ, Bobadilla *in ſua polit. lib.* 2.
cap. 7. *num.* 12. *& cap.* 10. *num.* 50. Car-
dinalis Tuſchus *to.* 3. *litera D. concl.* 258.
à num. 15. *ad finem*, & alij penes ipſos,
quos refert frater meus D. Michaël An-
tonius Frances de Vrrutigoyti in ſuo
doctiſſimo *tract. de Eccleſiis Cathed. c.* 24.
à num. 143. *cum ſeq.* ergo cum ego de
ſtylo

ſtylo meæ Patriæ, & deciſionibus in illa per me declaratis ſermonem fecerim, neſcio quomodo ex Barcinoua poſſit aſſerere, non facere ad propoſitum, quamuis ſit fretus ex quadam particulari allegatione, quæ habet intelligentiam iuxta ea, quæ dixi *ſuprà à n.23. cum ſeq.*

51 Nec contra *proximè* dicta obeſt, quod viro Epiſcopo, Archiepiſcopo, ſeu Cardinali, aut aliàs clariſſimo non creditur, quando de ſe ipſis loquuntur, vel adeſt Tertij præiudicium, vt cum pluribus notat frater meus D. Michaël Antonius *in dicto cap.24. num.*144. Nam facilè reſpondetur, me non loqui de memetipſo, aut in Tertij præiudicium, cum verba non faciam quoad meam perſonam, ſed de ſtylo, & conſuetudine meæ Patriæ circa vſum, & admiſſionem Gregorianæ, quoad §.3. circa qualitates delictorum in ea expreſſorum, & ideò limitatio in præſenti locum non habet, ſaluo meliori iudicio, cui ſimplex, & procliuis me præbebo, & proſternam.

52 Pro coronide veniam peto de prolixitate, & latitudine diſputationis, prætet extenſa *ſuprà in dicta quaſt.* 35. maximè cum videam repugnare his, quæ dixi *ſuprà n.*27. quia fuit inexcuſabile (vt tibi patet) tranſcribere, quod erat neceſſarium ad repellendam impoſturam contra me propalatã per D. Michaëlem Cortiada, iuxta ea, quæ docuit D. Auguſtinus *de bono viduitatis cap.* 22. & refertur *in cap. Non ſunt audiendi* 56. *in ordine* 11. *quaſt.*3. *vbi in fine* ita ait: *Nobis neceſſaria eſt vita noſtra, aliis fama noſtra,*
53 *&c.* Et certè honor præferri debet omni commodo temporali *l. Iulianus ff. ſi quis omiſſa cauſa teſta.* & conducit *text. in cap. Nolo* 12. *quaſt.* 1. *ibi: Duæ res ſunt conſcientia, & fama; conſcientia eſt neceſſaria tibi, fama proximo tuo: qui confidens conſcientia, negligit famam ſuam, crudelis eſt, &c.* & ex hoc cecinit Poëta.

Omnia ſi perdas famam ſeruare memento.
Quâ ſemel amiſſâ, poſtea nullus eris.

Plura alia poſſem adducere ad intentum, quæ videre poteris penes Ioann. Sanchez *in ſelectis, & pract. diſput.* 46. *à num.*8. *cum pluribus ſeq.* vbi multa congerit ſatis notatu digna.

54 Ex quibus neceſſarium, imò præciſum, duxi hanc defenſionem extendere, quam quidem efficio cum limitatione, quam docuit D. Thomas 2. 2. *quaſt.* 37. *art* 1. vbi ſermonem faciendo de quadam diſputatione, & controuerſia ſuſcitata inter Apoſtolos Paulum, & Barnabam, ita profert Angelicus Doctor. *Ad tertium dicendum, quòd diſcordia, quæ fuit inter Paulum & Barnabam, fuit per accidens, & non per ſe; vterque enim intendebat bonum, ſed uni videbatur hoc eſſe bonum, alij aliud, quod ad effectum humanum pertinebat; non enim erat talis controuerſia in his, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis: quamuis hoc ipſum fuerit Diuina Prouidentia ordinatum propter vtilitatem inde conſequentem, &c.* Hæc S. Thomas, cuius quidem vltima verba poſſunt apprimè adaptari ad meum intentum, cum (vt dixi *ſuprà in dicta quaſt.* 35. & in præſenti) maxima, & publica vtilitas verſetur in admiſſione Gregorianæ quoad extenſionem qualitatum delictorum, ne ea committentes, & perpetrantes gaudeant immunitate Eccleſiæ; & exinde etiam magis clareſcit veritas, cum hac mea reſponſione eorum, quæ in meis votis deciſiuis reſoluta remanent: & inſimul, vt ſtatim præ oculis appareat ad conuincendum; quod tam efficaciter non perſuaderet, ſi temporis interuallum mediaret.

Et vt promptè ſine labore perquiren- 55
di, quod retuli *in meis votis deciſiuis impugnatis* per D. Michaëlem Cortiada, tanquam non facientibus ad propoſitum, ipſamet mea ſcripta pro me aduocarent (vt dixi *in initio*) opus fuit illa hìc repetere; quapropter tibi ſatisfacio canendo cum Martiali ad Coſconium.

——————non ſunt
Epigrammata longa, quibus nil demere poſſis:
At tu Coſconi Diſticha longa facis.

Cum quo vltimam huic meæ diſputationi coronidem impono.

QVÆSTIO

QVÆSTIO LXXV.

An Equites Religionum Militarium Calatrauæ, Alcantaræ, Sancti Iacobi, & Monteſæ gaudeant fori priuilegio, etiam in criminalibus, taliter, quòd ſi per Iudices ſeculares fuerint detenti, teneantur illos remittere ad ſuum Magnum Magiſtrum, ſeu ad conſilium Ordinum, vt de illis cognoſcant: & an idem procedat, & à pari intelligatur reſpectu Nouitiorum?

SVMMARIVM.

Equites ſancti Ioannis Hieroſolymitani ſunt verè & propriè Religioſi. num. 3.

Equites Militiarum Alcantara, Calatrava, ſancti Iacobi, & Monteſa ſunt verè Religioſi, & vt tales, gaudeat fori, & canonis prinilegio. n. 4. & ſeq.

*Equites Militiarum ſunt exempti à iuriſdictione ſeculari in criminalibus, & ſubiecti ſuo Magno Magiſtro, & conſilio Ordinum. n.*4. *&* 7.

Religioſi veri dicuntur, qui emittunt tria vota ſubſtantialia in Religione per Sedem Apoſtolicam approbata. n. 5.

*Religio à Sede Apoſtolica approbata dependens ab alia eſt vera Religio, & gaudet eiſdem priuilegiis cum ea, licèt inter ſe differant in habitu, & inſtituto, & adhuc in regula. n.*6.

Religionis ſubſtantia conſiſtit in emiſſione ſolemni trium votorum, in qua omnes vnìuocè conuenìunt. n 6.

*Ordines Militares fuerunt erecti in Religiones per varios ſummos Pontifices. n.*7.

*Exempta totaliter ſunt omnes Eccleſiaſtica perſona à iuriſdictione ſeculari. n.*7.

Ordines Militares non eſſe Religiones poſt confirmationes Apoſtolicas, ſi quis aſſeruerit, incidet in temeritatem. numero 8. *&* 9.

*Equites Militares in criminalibns gaudere priuilegio fori conſtat ex iure communi, & ex municipali Regnorum Corona Aragonum, & Caſtella, ac aliarum Prouinciarum. a.*10.

*Religioſi veri ſunt Equites Militarium Ordinum, & vt tales Eccleſiſtica perſoaa exempta à iuriſdictione ſeculari, pracipuè in criminalibus. num.*10. *&* 11.

*Commenda, & Praceptoria Ordinum Militarium ſuat verè Dignitates, & Beneficia Eccleſiaſtica. n.*12.

Caſus exceptus firmat regulam in contrarium. n. 12.

Argumentum ab exceptioae regula efficaciſſimum eſt in iure. n. 12.

Beneficia Eccleſiaſtica, aut Dignitates, & Prabendas uon poſſunt in Aragonia obtinere alienigena ab eo. num. 12. *reſtringe vt n.*13.

Commendatarij maiores ſancti Iacobi, & Calatrava numerantur in Regno Aragonia inter Epiſcopos, & Pralatos ad effectum obtinendi officia Diputationis, & aſſiſtentia in Curiis Generalibus. numero 14.

Opinio Hieronymi Portoles, dicentis Equites ſancti Iacobi non eſſe Religioſos, refellitur, & conuincitur. 15.

*Cauſa criminales Equitum Militarium remitti debent ad conſilium Ordinum ex decretis Apoſtolicis, & Regiis Pragmaticis. n.*16.

Noa ſolùm in Aragonia, ſed & etiam in Hiſpania, & aliis Prouinciis. num. 17. & ſequent.

*Vidua Equitum Militarium an gaudeant priuilegiis ſuorum maritorum defunctorum. n.*18.

Nouitij Religionum an gaudeant prinilegio fori, & aliis Religioni conceſſis. num. 19. & ſequent.

Nouitij quarumcunque Religionum ex approbatis à Sede Apoſtolica gaudent priuilegio fori, & canonis. nnmero 20. & ſequent.

*Religiones Militares realiter ſimpliciter, & verè ſuat Religioaes, & exinde Equites earum, & inſimul Nouitij gaudent priuilegio canonis, & fori. n.*23.

*Equites Militiarum, etiam Nouitij ſunt perſona Eccleſiaſtica mixta ex regularibus, & ſecularibus. a.*24.

Nouitij quorumcunque Ordinum ſunt Religioſi commutabiliter ad nutum ſua voluntatis, donec concluſo anno approbationis profeſſionem emittant. n. 25. *& ex eo ſunt perſona Eccleſiaſtica. n.*27.

Nouitij Religionum, accepto habitu, & ſuis obligationibus ſatisfaciendo, tam computandi ſunt Religioſi, ſicut Profeſſi, ad effectum ne in criminalibus conueniri, aut

puniri poſſint per Iudices ſeculares. n.26. & 27.

Excommunicationem canonis incurrunt percutientes Nouitios quarumcunque Religionum ex approbatis à Sede Apoſtolica. num. 27.

Habitus aſſumptio in aliqua Religione cum adimplemento obligationum facit, vt Nouitius transferatur in ſtatum Religioſi. num. 28.

Equites profeſſi Militarium Ordinum ſunt irreuocabiliter perſonæ Eccleſiaſticæ: Nouitij verò reuocabiliter. n. 29.

Religioſi ſubſtantia non conſiſtit in eo, quòd vita regularis poſſit fieri, vel non intra ſepta Monaſterij. n.30. & 31.

Religionis formalis ratio deſumitur ex habitus delatione, & adimplemento onerum, & obligationum ad illam pertinentium, vt Religioſus ipſius Ordinis indicetur. n.31.

Nouitius Religionis iudicatur, & eſt Religioſus propter illud dubium, quod perſeuerabit in illa. n 32.

Opinio Bobadillæ, & aliorum tenentium Nouitios Religionum non degentes intra ſepta Monaſterij non eſſe perſonas Eccleſiaſticas, nec gaudere fori priuilegio, refellitur. num 31. & 32.

Oblati, & alij Miniſtri Religionum Militarium aliorúmque locorum piorum non ſunt exempti à iuriſdictione Eccleſiaſtica, niſi actu inſeruiant, & intra ſepta degant. num. 33.

1 Licèt decreuiſſem de ſubiecto huius quæſtionis oon me io longum protrahere, cùm de ea tot numero Doctores egeriot, quamuis inter ſe repugoent, ſed tantum me ad eos remittere, præcipuè cùm doctiſſimus, & diligentiſſimus D Michaël Cortiada *in ſua praxi contentionum tom. 1. deciſ. 8 à n. 60. cum pluribus ſeq.* cumulauerit, & congeſſerit quidquid inter diuerſos Authores eſt diſperſum, & eorum copioſas collectaneas numerando, ſimilitérque conciſè referendo, quòd in ipſis continetur, tum & etiam referendo varia exemplaria caſuum, qui in Cathalooia occurreruot, apud quem videri poſſunt.

2 Verùm cùm ipſe Cortiada *ibidem* accuratè dicat, *n.* 44. vnamquanque Prouinciam in ſuo ſenſu abundare, ideò cum ſit tam genuina prædicta quæſtio oostri inſtituti, & meis temporibus antequam munus Cancellarij habuiſſem, viderim de ea bis, aut ter dubitari, præcipuè in Militibus Militiarum non profeſſis, reſtringendo dubium ad termioos noſtri Regni, & ad id, quod ex foris, & praxi noſtra reſultat, hîc aliqua annotabo.

In cuius explanatiooe ſuppooo primò quòd Equites Militiæ ſancti Ioannis Hyeroſolimitani ſuot propriè, & adæquatè Religioſi ſecuodùm veriorem, & commuoiorem ſententiam ad terminos textus *in cap. Cum & plantare de priuilegiis, cap. Quamuis de decimis*, Clementina *Quia contingit*, vbi Gloſſa *verbo, Militiarum, de religioſis domibus*: & infinitos referens tradit Thomas Delbene *in tract. de immunitate Eccleſiaſtica to. 1. part. 1. cap. 1. dubit. 11. ſect. 1. à n. 2. cum pluribus ſequent.* & noſter Suelues *in tom. 2. ſemicenturia 1. conſil. 42. num. 24. & 25.* quos eis relatis tranſcribit D. Michaël Cortiada, addendo alios *in dicta deciſ.* 8. *à num.* 60. *cum ſequent.* quam quidem reſolutionem veriſſimam, & iodubitatam eſſe tradunt Leander *de SS. Sacramento tom. 2. tract. 4. diſp. 14. quæſt.* 130. Pellizarius *in manuali Regul. tom. 1. tract. 1. cap. 3. num.* 30. & improbabilem iudicat contrariam Scobar de Mendoza *in Theologia morali lib. 7. ſect. 2. cap. 44. prou. 91. num.* 736. & tradit Diana *tom 11. reſol. moral. tract. 4. miſcel. reſol.* 33. & quia hodie hic articulus de plano procedit, & reperitur latè diſcuſſus penes *ſuprà* dictos DD. ac per eos allegatos, ooo immoror, vt deueniamus ad geouioam diſputationem propoſitæ quæſtioois. 3

Io qua diceodum eſt Equites Militiarum Alcantaræ Calatravæ, ſaocti Iacobi, & Mooteſæ eſſe verè Religioſos, & vt tales gaudere priuilegio fori; & inſimul exemptos à iuriſdictionibus ſecularibus, ordinariis, ſubiectóſque reſpectiuè ſuo Magno Magiſtro, & conſilio Ordinum in cauſis crimioalibus: hócque deducitur tam ex iure, & iuris ratiooe, quàm ex authoritate plurium oumero, & grauiſſimorum DD. & denique ex ſtylo, & praxi incooncuſſa ooſtri Regni, aliarúmqoe Prouiociarum. 4

Et primò de iure probatur: nam eſt concors omnium Theologorum, & Canoniſtarum ſententia Religionem, & Religioſos, approbatam, & approbatos per Sedem Apoſtolicam, ſi emittant tria vota ſubſtaotialia, videlicet, Obedientiæ, Caſtitatis, & Paupertatis, eſſe verè, & realiter Religioſos, gaudeŕeque, & vti poſſe omnibus priuilegiis, prærogatiuis, & exemptionibus 5

Religio

Religioſorum: licèt alias ſeſe diffundant à radice in alias ſpecies, ſeu inſtitutum, aut habitum, & adhuc regulam, nam habent vniuocam rationem veræ Religionis dependentis à ſtirpe, quæ intrinſecè conſiſtit in emiſſione dictorum trium votorum; vt pulchrè, & in ſpecie alios allegans aduertit Cardin. Thuſcus *tom. 6. litera R. concl. 131. à n. 9. cum. ſeq.*

7 Vnde eum conſtet ex variis indultis Apoſtolicis Innocentij, & Martini V. aliorúmque Pontificum, de quibus meminit Baſilius Ponce de Leon *in tract. de Matrim. lib. 9. cap. 7. à num. 6. cum ſequent.* & paſſim allegant, & referunt DD. ſequentes hanc opinionem, ſequitur dictos Ordines Militares confirmatos, & erectos eſſe authoritate Apoſtolica declarante eos Religioſos, & exinde ſunt verè tales, & vt tales gaudere priuilegio fori, eſſéque exemptos à iuriſdictione ſeculari, præcipuè in criminalibus, tanquam perſonas Eccleſiaſticas: vt plures allegans docet Suelues *in tom. 2. ſemicen. 1. conſil. 42. n. 25.* & *tom. 1. in centaria conſil. 19. n. 1. & 2. ac 4.* & alij infiniti penes Cortiadam *in dicta deciſ. 8. n. 90.*

8 Et ex hoc motiuo meritò dixit Garcia Remirez *in tract. de confirm. Ordinis Sancti Iacobi cap. 5. fol. mihi* 18. ipſum arbitrari temeritatem eſſe negare tales Equites non eſſe Religioſos poſt confirmationes Apoſtolicas; & *ibidem* ipſe Remirez proſequitur fundandu dictam propoſitionem, apud quem videre poteris.

9 Ex quibus infertur, quod ſtantibus prædictis indultis Apoſtolicis confirmantibus illas Religiones, prout teſtantur plures DD. ſequentes hanc opinionem alienum eſſe iuri, & rationi, vt ad Tribunalia ſecularia ducerentur ad effectum, quòd per Iudices laicos illorum cauſæ criminales cognoſcerentur, ac terminarentur *ad textum in cap. Finali de religioſis domibus*; & tradunt communiter DD. *in cap. ſecundo de foro competenti.*

10 Et quidem prædicta concluſio confirmata remanet non ſolùm ex iuribus, & rationibus *proximè* dictis, ſed etiam ex authoritate plurimorum DD. tam Theologorum, quàm Canoniſtarum; & ex eis refert Cortiada *in dicta deciſ. 8. n. 88.* triginta, & tres præter alios ab ipſis allegatos, & ſic tam ex iure, quàm ex communiſſimo conſenſu grauiſſimorum, & doctiſſimorum virorum approbata, & admiſſa exiſtit, vt temeritas videatur ab ea recedere. Hócque in noſtro Regno Aragoniæ ſatis apparet ex pluribus, & frequentibus exemplaribus, ſicut audiui, & accepi à peritis, & practicis noſtris, & præcipuè de anno 1506. quòd cùm D. Antonius Manrrique de Lara Comes de Morata, Eques S. Iacobi captus eſſet per Miniſtros Regios, noſtrum Regnum cõſultationem fecit D. N. Regi Hiſpaniarum, qui decreuit, & iuſſit remitti conſilio Ordinum, de cuius commiſſione fuit traditus D. Illefonſo Benegas, Equiti ſui habitus, & poſtmodum anno 1601. idem Comes Moratæ fuit traditus D. Michaëli Garro ſui Ordinis S. Iacobi, & tandem anno 1606. formauit competentiam coram Cancellario, qui illam declarauit in fauorem Comitis die 24. Iunij eiuſdẽ anni 1606. ex motiuo, quòd eſſet exemptus à Regia iuriſdictione ratione habitus. Et ſimiliter fuit etiam declarata alia contentio in fauorem D. Hieronymi Labata Equitis Calatrauæ ſub die 18. Aprilis 1601. & altera in fauorem D. Martini de Alagon Comitis de Saſtago, de quibus meminit Suelues *in to. 1. cent. conſil. 19. n. 3.* 11 ſub motiuo, quòd tales Equites ſunt Religioſi, & perſonæ Eccleſiaſticæ, & conſequenter gaudere fori, & canonis priuilegio. Et præter prædicta exemplaria ſunt alia plurima eodem modo pronunciata: & patet etiam ex quadam eruditiſſima allegatione noſtri doctiſſimi Aragonenſis Ludouici Caſanate typis mandata in fauorem Marchionis Delacon D. Iacobi Caſteluì, & D. Franciſci, ac D. Pauli ſuorum filiorum, qui omnes erant inſigniti habitu S. Iacobi, vbi *à n. 39.* vſque ad 66. latè agit de hac materia; & ita concludit. *De la Orden de Calatraua ſon infinitos los exemplares entre otros muchos conſta por teſtimonio de Bernabe Creſpo Arrieta auer ſido remittido D. Pedro Zapata de Cardenas Comendador de Torroba D. Geronimo Chacon, D. Alonſo Giron. D. Vicente Zapata, D. Luis Laſſo de la Vega, D. Franciſco de Mendoza Almirante de Aragon, el Marques de Villanueva, D. Antonio de Padilla, totos Cavalleros de Calatrava, y otros muchos, &c.* Vſque huc Caſanate, & ego poſſum atteſtari, & vidi in noſtro Aragonum Regno alios Equites aliarum Militiarum remiſſos eſſe ad conſilium Ordinum, vt *infrà* dicam *n. 20.*

Et prætereà hæc certiſſima praxis deduci poteſt ex actibus reſultantibus per noſtros foros, vſum, & conſuetudinem Regni: nam Præceptoriæ, & Commendæ Ordinum Militarium in eo exiſtentes 12

ſunt propriè & verè Dignitates, & Beneficia Eccleſiaſtica, ducto argumento ab exceptione Regulæ, quod in iure validiſſimum eſt iuxta textum *in l. Nam quod liquidi §. Finali. ff de penu legata. l. Quaſitum §. idem reſpondit ff. de fundo inſtructo cum vulgatis*, Gratianus *tom. 3. diſcept. forenſ. cap.* 522. *n.*3. Gonzalez *ad regulam, Cancellaria Gloſſa* 51. *n.* 2. & alij plures cum Eberardo *in topicis legalibus loco nono.* Ex qua doctrina infertur, quòd cùm *ex foro* 1. *ſub tit. de pralaturis*; prohibeatur, quòd dignitates aut Beneficia Eccleſiaſtica alienigenis è Regno attribui nequeant, *in verſ. Exceptamos*, ita ſtatuitur.

13 *Exceptamos empero del preſente fuero las Comendas de las Ordines de S. Iaime de Veles, e de Calatrava, &c.* ergo cum videamus has exceptuatas in foro, vbi adeſt prohibitio, ne alienigenæ poſſint habere beneficia Eccleſiaſtica, ſequitur, quòd forus qualificat tales Equites pro veris Eccleſiaſticis, & vt tales gaudent fori, & canonis priuilegio.

41 Quod quidem manifeſtum fit ex ipſamet praxi; cum ex notoriis actibus Curiæ conſtet Commendatorem Maiorem Montaluani Ordinis Sancti Iacobi, & Commendatorem Maiorem Ciuitatis Alcañitij Ordinis de Calatrava invutſatos, & inſeculatos exiſtere in officiis Prælatorum Diputationis cum cæteris Epiſcopis, & Prælatis; vt multoties ſortitos fuiſſe videmus: & quod magis eſt, eoſdem Commendatarios in Curiis generalibus, quę celebrantur, exiſtere, & habere ſedem, & vocem in brachio, ſeu ſtamento Eccleſiaſtico in prædictos Epiſcopos, & Prælatos (vt eſt notum) ergo alienum eſt à ratione dubitare quod tales Equites in noſtro Regno non gaudeant priuilegio fori, tanquam veri Religioſi, & perſonæ Eccleſiaſticæ.

15 Ex quo debilitata, & conuicta remanet auctoritas, & opinio doctiſſimi, ſemperque venerandi noſtri Hieronymi Portoles, qui poſt commentaria ad foros *ſub tit. de compet. iuriſdict. in quaſt.* 3. *n.*6. reſoluit Equites Sancti Iacobi non eſſe exemptos à Iuriſdictione ſeculari, quia non ſunt perſonæ Eccleſiaſticę, nam vota emittunt, &c. Quæ quidem opinio ſatis conuincitur ex *ſupra* dictis, tam ex diſpoſitione iuris, quàm ex tot numero DD. ac ex noſtris foralibus diſpoſitionibus, necnon ex vſu, & praxi receptis.

Et certè portentoſum, & inuſitatum, ac omni iuri alienum videtur, quod noſtræ leges forales recognoſcant, & annumerent illos tanquam Religioſos, & Eccleſiaſticas perſonas in ſublimiori, & priori ſede Diſputationis, vt Diputati Prælati, & inſimul in Curiis in brachio Eccleſiaſtico ratione Dignitatum, quas poſſident, & quòd his non obſtantibus in criminalibus cauſis per iudices ſeculares mancipentur in carceribus laïcis, ab ipſiſque puniantur. Quapropter cùm hæc tam ad oculum pateant, ſintque tam notoria fundamenta, quæ concludunt opinionem Portoles illis carere, non immoror, quia rès eſt valdè notoria.

Et quidem hodie inoffenſo pede currit ex Bullis Apoſtolicis obtentis ad inſtantiam D.N. Regis conceſſis per S. Memoriæ Clementem VIII. ſub datum die 20 Ianuarij 1600. & Pauli V. ſub datum 5. Nouembris 1608. vti declarant quòd in poſterum poſt illarum obtentionem omnes cauſæ criminales, & mixtæ Equitum Ordinum Militarium in prima inſtantia remitti debeant ad conſilium ordinum: & poſteà ſua Majeſtas iuſſit publicari, & obſeruari per Pragmaticā particularem ſub die 19. Ianuarij 1609. vt teſtatur, & refert Caſanate in dicta allegatione, & reſponſo pro Marchione de la Coni *n.*74 & videtur de mente noſtri Regentis Seſſe *in tract. de inhibitionibus cap.*4. §.9. *n.*13. vbi allegat exemplare D. Michaëlis Xabierre de Garro Equitis S. Iacobi ſub die 8. Septembris 1601. & *cap.* 8. §. 2. *n. finali, verſ. ſub pratextu, quod Milites S. Iacobi, &c.* licèt ipſe Seſſe dubitet eſſe Religioſos; ſed reuera ſunt, vt patet *ex dictis, & ex priuilegiis Apoſtolicis ſuperiùs allegatis.* 16

Háncque praxim inconcuſsè eſſe admiſſam, & vſu ſeruatam in omnibus Regnis Coronæ, patet ex multis, & repetitis exēplaribus reales per DD. vniuſcuiuſque Regni: & in Cathalonia teſtatur D. Michaël Cortiada plura adducens *in dicta deciſ.* 8. *n.* 94. & pro Regno Valentiæ Regens Leo, *to.*1. *deciſ.* 89. *n.*15. Matthæu *de Regimine Regni Valentia, to.* 2. *cap.* 7. §. 4. *à n.* 47. & pro Regno Sardiniæ Regens Vico *ad pragmaticas Regni lib.* 1. *tit.* 7. *c.* 15. §. 6. Dexart. *in cap.* 5. *n.* 4. *&* 7. *de Epiſcopis & Clericis*, & ſimiliter in Regnis Caſtellę, aliiſq; pluribus de quibus latiſſimè Carleual. *de iudiciis lib.* 1. *cap.* 2. *à n.* 425. *cum ſeq.* & de hoc articulo ad pręſens non eſt dubitandum propter indulta Apoſtolica obtenta, & propter decreta Dominorum noſtrorum Regū Catholicorū, & propter praxim tam vniformiter ſtylatam. 17

An

An autem viduæ, ac filij prædictorum Equitum Militarium gaudeant priuilegio fori propter ſuos maritos, vel patres latiſſimè diſputant DD. & ſumma copioſitate, ac cura congeſſit Cortiada *in dicta deciſ.* 8. *à num.* 106. *vſque ad* 112. apud quem videre poteris cum diuerſis extenſionibus ad alios caſus.

19 Maior, & tota difficultas huius quæſt. conſiſtit; an reſpectu Equitum Nouitiorum idem iudicium efformari debeat, per ea, quæ reſoluunt, & tradunt Bobadilla, & alij per eum allegati *in ſua Politica lib.* 2. *cap.* 19. *à num.* 17. *& ſeq.* & per decretum Concilij Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 11. *de regularibus*; vbi expreſsè videtur diſponi Nouitios non gaudere priuilegio exemptionis Ordinariorum, niſi intra ſepta Monaſteriorum vitam degant; de quo Rodriguez *quæſt. Regul. tom.* 2. *quæſt.* 62. *art.* 14. quibus iungi poſſunt DD. tenentes dictos Equites profeſſos non gaudere priuilegio fori, nec canonis, etiamſi de Nouitiis mentionem non fecerint, nam deduci poteſt à maioritate rationis.

20 Sed, his non obſtantibus, contrarium dicendum eſt, videlicet prædictos Nouitios gaudere priuilegio Canonis, & fori, eſſeque exemptos à iuriſdictione Ordinarij, ſicut & ſunt Profeſſi; vt latè, & doctè reſoluunt doctiſſimus Garcia Ramirez in ſupremo Generalis Inquiſitionis olim Fiſcalis *in lib. de confirm. Ordinis Militaris S. Iacobi cap.* 5. Didacus de la Mota *in eodē tract. de confirm. Militiæ S. Iacobi*, vbi latiſſimè agit de materia huius quæſtionis *lib.* 2. *cap.* 1. §. 3. *& ſeq.* & *cap.* 2. §. 28. *&* 29. *à fol.* 317. *ad* 329. Et pro Equitibus Montoſæ, & S. Georgij de Alfama D. Laurentius Matthæu *de regimine Regni Valentiæ tom.* 2. *cap.* 7. §. 4. vbi plura cumulauit tam de ipſius ordine, quàm ceterorum Militarium, referendo varia indulta Apoſtolica & *num.* 47. reſoluit dictos Nouitios gaudere priuilegio canonis, & fori, & ad intentum allegat pluſquam 24. DD. præter alios ab eiſdem relatos; & *num.* 49. ad literam tranſcribit decretum ſacri, & ſupremi Senatus Conſilij Aragonum in cauſa contentionis cuiuſdam Militis Nouitij Monteſæ, qui iuſſu ſuæ Maieſtatis remiſſus fuit ad Locumtenentem Generalem ſui Ordinis, vt cognoſceret de quodam homicidio pro quo accuſabatur; & in noſtro Aragoniæ Regno dubio caret ex vniformi praxi, quam plura exemplaria confirmant, tam *ſuprà Tract. de Competentiis.* dicta *numero* 10. & 11. cum omnes illi Equites fuiſſent Nouitij; & in ſpecie tradit Suelues *in centuria tom.* 1. *conſil.* 19. *num.* 3. & *tom.* 2. *ſemicent.* 1. *conſil.* 42. quam ex nouiſſimis meis temporibus, in quibus vidi multoties cauſas criminales Equitum prædictorum Nouitiorum fuiſſe diſcuſſas, actitatas, & terminatas per conſilium ſupremum Ordinum, vel de eius commiſſione per alium Equitem ipſius Ordinis, præcipuè in cauſis D. Ioſephi de Pujadas; & D. Ioannis de Liñan Militum S. Iacobi, & in alia D. Ioannis de Ciria Beteta Equitis de Calatraua, & in alia Comitis de S. Clemente Equitis de Alcantara, qui omnes (vt mihi fuit renunciatum) erant Nouitij, & nihil contra eos oppoſuit Regia iuriſdictio remittendo cognitionem ad ſuos ſuperiores.

Quod etiam ſeruatur in aliis Regnis Coronæ, prout in Cathalonia teſtatur Cortiada *in dicta deciſ.* 8. *numero* 94. & pro Regno Valentiæ in ſpecie Matthæu *vbi proximè in dicto* §. 4. *numero* 48. vbi plures allegat indiſtinctè tenentes Nouitios Ordinum Militarium gaudere Canonis, & fori priuilegio, & pro Regno Sardiniæ Dexart *in cap.* 5. *num.* 4. *&* 7. *de Epiſcopis, & Clericis*, Regens Vico *ad Pragmaticas Regni Sardiniæ lib.* 1. *tit.* 7. *cap.* 15. §. 6. ſicut etiam in Regnis Caſtellæ aliarúmque Prouinciarum. 21

Et licèt hæc ita procedant ex vſu, & praxi, idem etiam colligi videtur ex diſpoſitione iuris, quapropter in ſpecie & indiuidualiter apponam hîc fundamenta iuridica, quæ ad illius firmitatem videntur omnem difficultatem, & ambiguitatem tollere, cum per DD. ſolùm reſultet, quòd tales Nouitij gaudent priuilegio fori ex præmiſſis antecedentibus, videlicet, quòd equites profeſſi ſunt veri Religioſi, & conſequenter, influere in Nouitios: ſed præter dictum fundamentum apponam alia, quæ mihi occurrunt deducta ex ipſo iure. 22

Et in primis ponderandum eſt, quod reliquimus *ſuprà* probatum, videlicet Religiones militares verè, ſimpliciter, & abſolutè eſſe Religiones iuxta veriorem, & magis communem ſententiam; & non ſolum largè, & impropriè, ſed quomodocunque conſiderentur ex iure communi vt tali, & in vim dictorum indultorum, & Bullarum Apoſtolicarum gaudent priuilegio canonis, & fori: cum negari non poſſit illos 23

24 Nouitios perſonas eſſe Eccleſiaſticas, licèt mixtas ex regularibus, & ſecularibus, vt accuratè aduertunt Garcia Remirez, & Didacus de la Mora *vbi ſuprà.*

25 Et licèt tales Nouitij, ſicut & alij cæterarum Religionum ſint Religioſi commutabiliter, & ad nutum ſuum, douec concluſo anno approbationis profeſſionem emittant, & tunc fiant incommu-
26 tabiliter; at verò accepto, & admiſſo habitu adæquatè ſatisfaciendo obligationibus, & præceptis Religionis quoad illum ſtatum in quo reperiuntur computandi ſunt tam Religioſi ad eum effectum, ſicut & ſunt profeſſi, ſaltem in criminalibus: vt poſt Iaſonem, & Bartholum in ſpecie tradit Farinatius *tom.*1. *ſub tit. de Inquiſitione quæſt.* 8. *num.* 46. *ampliat.* 16. *per textum in l. ſtatuliber ff. de ſtatuliberis*, Federicus de Senis *conſilio* 32. Francus *in cap. Religioſo*, §. 1. *n.*3. *de ſententia excommunicationis in* 6. Hypolitus *ſingulare* 534. Tiraquellus *de retractu lignagi.* §.1. *gloſſa* 8.*num.*21.*&* 30. Bobadilla *in ſua politica*, *lib.* 2. *cap.* 18. *num.*86. & vltra omnes Ancharranus à paucis allegatus ad propoſitum *conſil.*69. *num.*7. vbi exactè probat dictam propoſitionem.

27 Præterea quia generalitas dictorum indultorum videtur Nouitios comprehendere ſub prætextu Religioſorum dum exiſtunt in tempore nouitiatus: cum ſolum illis deficiat, quod effectiuè, & incommutabiliter ſint; quod quidem non tollit, vt inter perſonas Eccleſiaſticas numerentur; & conſequenter debere gaudere Canonis, & fori priuilegio *iuxta textum in cap. Religioſo*, §. *Finali de ſententia excommunicationis in* 6. *ibi. Quamuis enim qui Religionem ingreditur, Religioſus cum effectu cenſeri non poſſit, donec ſit tacitè, vel expreſsè profeſſus; ſi quis autem in eum violentas manus iniiciat excommunicationis latæ à canone vinculo non euadit, &c.* vbi Ancbarradus *ibidem num.*1. & Pulcher Francus *num.* 3. concludit per hæc verba. *Cum igitur Nouitius dicatur Religioſus licèt commutabiliter; idem dicatur perſona Eccleſiaſtica, vt in cap. Duo* 12. *quæſt.* 1. *ideò eſt, quòd gaudet priuilegio Eccleſiaſticæ perſonæ, & ſic priuilegio Canonis. Si quis ſuadente Diabolo,* 17. *quæſt.*4. *Item priuilegio fori, & ſic eſt coram Eccleſiaſtico conueniendus, &c.* ergo ad oculum patet, quòd ſi iniiciens manus in Nouitios incidit in excommunicationem, ex eo eſt quia ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, cum illam non incurrant percutientes laïcos, vt patet *ex dictis ſuprà quæſt.*73.

Et Ioannes Andreas *in dicto cap. Re-* 28
ligioſo, num. 3. rationem aſſignat, quia habitus, & adimplementum obligationum conducentium ad ſtatum Nouitij, quas vt tales tenetur adimplere, commutat illum, & facit tranſire ad ſtatum regularem *ad textum in cap. ſi Iudex de ſententia excommunicat. in* 6. Quæ quidem doctrina admiſſa reperitur ferè per omnes DD. Theologos, & Canoniſtas, vt per Leſſium *lib.*2.*de iuſt.& iure cap.*40. *dubit.*13.*num.*107. Azor *tom.*1. *inſtitut. moral. lib.*7.*cap.*30. *in fine*, & *lib.*12.*cap.*2. *quæſt.* 10. Sanchez *in Decalogum in* 2. *præcepto lib.*4. *cap.* 39.*num.* 17. & *lib.* 6. *cap.*10. & infinitos referens Barboſa, *in Paſtorali part.*2.*allegat.*12. *num.*45. & in ſpecie pro Nouitiis Militarium ordinum *ibidem num.* 46. Diana pluribus in locis præcipuè, & ſpecialiter *tom.* 4. *reſolut. moral. tract.*1. *de immunitate Eccleſiaſtica, reſol.*36.*verſ. ſed hos Milites*: & prius *tom.*1. *tract.*2. *reſol.*49. *in fine*, *& part.*5. *tract.*1. *reſol.*18. optimè Valençuela *tom.*1. *conſil.*95: *num.* 53. *in nouiori impreſſione* dé anno 1653. latiſſimè Carleualius *de iudiciis lib.*1.*tit.*1. *diſp.* 2. *quæſt.* 6. *ſect.* 3. *num.* 139. *ad* 145. & alij penes ipſos concludentes prædictos Nouitios indiſtinctè gaudere fori & canonis priuilegio.

Genuina autem ratio, & efficaciſſi- 29
ma prædictorum DD. fundatur in eo, quòd cum propriè, & ſtrictè, aut largè, vel extenſiuè Equites Profeſſi ſint perſonæ Eccleſiaſticæ quomodocunque conſiderentur conſequenter præcisè Nouitij itidem debent eſſe Eccleſiaſtici pro illo tunc, licèt reuocabiliter: maximè cum videamus, quòd cum aſſumunt habitum ſpecialiter iurant obedientiam ſuo Magno Magiſtro, vt patet ex formula iuramenti, & tunc remanent ſubiecti ſuis Prælatis, & Iudicibus ſui Ordinis priuatiuè quoad alios, & ex hoc motiuo ita fuit declaratum *in exemplaribus ſuprà relatis* non ſolùm noſtri Regni, ſed & aliorum.

Ex quibus ſine hæſitatione conclu- 30
dendum eſt illos Nouitios gaudere, ſicut & Profeſſos priuilegio canonis, & fori, & ex eiſdem patet reſponſum ad reſolutionem contrariam Bobadillæ, & ad ea quæ deducere conantur ex diſpoſitione Concilij Tridentini *n.*19.

Et quidem vir ille doctiſſimus cum 31
ex

ex ſuo Marte loquatur ſatis conuincitur, ex *ſuprà* ponderatis, & *ex textu in dicto cap. Religioſo,§. Quamvis de ſententia excommunicat. in 6.* Tum & etiam ex authoritate tot numero DD. contra eum ſentientium; & quòd magis eſt ponderabile non repugnat ſenſui naturali dictanti, quòd indiſtinctè Nouitius ſit Religioſus pro eo tempore, quo exiſtit in nouitiatu ſine diſtinctione de illis,qui habent, vel non clauſuram (vt voluit Bobadilla) hoc namque debiliſſimum eſt fundamentum cum ſubſtantia eſſentialis, vt quis exiſtat,ſeu non Religioſus non conſiſtit in eo quòd degat; vel non, intra clauſtra, vt clarè vidimus in Equitibus Militaribus.

32 Cum formalitas Religionis deſumatur ex adimplemento obligationum & onerum pertinentium ad talem Nouitium illius Religionis, ſimul cum habitus delatione, non verò quod degat vel non, in clauſura, vt optimè aduertunt Federicus de Senis *conſil.* 32.*à num.*8.vbi reſoluit, quod illud dubium, an Nouitius perſeueraturus ſit vel non facit ipſum interim Religioſum argumento textus *in l. ſufficit de condictione indebiti*, & in propriis terminis Mota *lib.* 2. *de confirmat. Ordinis S. Iacobi cap.*2. §.8. *n.*3. *fol. mihi* 248. & alios allegans noſter Cenedo *in ſuis quaſtionibus canonicis quaſt.* 4. *num.* 41. & ad exemplare relatum per Bobadil.reſpondet Ludouicus Caſanate *in dicto reſponſo num.* 154. per hæc verba, quæ referam, cum non facile ad tuas manus perueniri poſſint. *Y ſi por exemplares, huuieſſemos de diſcurrir tenemos el caſo de Grabiel Nuñez de Guzman, del Marques de Aleañizes, de D. Franciſco ſolis, del Marques de Tabara; del Duque de Maqueda, de D. Franciſco de Silua, de D. Franciſco Gaſol; y D. Fernando Luxan, y otros muchos que ſiendo Nouicios han ſido remitidos a las ordenes por tenerlos el derecho en eſtado, y figura de verdaderos Religioſos quanto al fuero, y Iuriſdicion Eccleſiaſtica.* Hæc Caſanate: & quoad noſtrum Regnum cumulari poſſunt exemplaria ſuprà adducta *num.* 16. *&* 20. Et ex his patet quàm incongruè Bobadilla reſtrinxerit hunc articulum ad Nouitios intra clauſtra degentes; nam tam ipſe, quàm alij DD.contrariæ opinionis conuicti remanent, non ſolùm ex diſpoſitione iuris; ſed & etiam ex authoritate Theologorum, & canoniſtarum, & inſimul ex vſu, ſtylo, & conſuetudine tot exemplaribus munita probantibus, & concludentibus prædictos Equites Ordinum Militarium Profeſſos, & Nouitios eſſe Religioſos, & vt tales perſonas Eccleſiaſticas gaudentes priuilegio fori, & canonis, ſicut & cæteros aliorum Ordinum.

Nec Concilium Trident. *in dicta ſeſſ.* 24. *cap.* 11. *de Regularibus* repugnat:nam ſi verba decreti attentè perpendantur non comprehendunt caſum noſtræ quæſtionis;& vt clariùs pateat hîc annectere libet,quæ in initio ita ſe habent: *Quoniam priuilegia, & exemptiones, qua variis titulis pleriſque conceduntur hodie perturbationem in Epiſcoporum Iuriſdictione excitare; & exemptis occaſionem laxioris vita prabere dignoſcuntur* &c. Pergit Tridentinum cum tali ſuppoſitione,& tandem *in verſ. Exceptis tamen iis*, proſequitur in hunc modum. *Exceptis tamen iis qui prædictis locis, aut Militiis actu inſeruiunt; & intra eorum ſepta, ac domos reſident, ſubque eorum obedientia viuunt, ſiue iis, qui legitimè, & ſecundùm regulam earundem Militiarum profeſſionem fecerint de qua Ordinario conſtare debet* &c. 33

Ex quibus verbis, & tota textûs contextura manifeſtè patet mentionē in illo non fieri, nec verbum aliquod proferri de ſecularibus Iuriſdictionibus ordinariis;ſed de Eccleſiaſticis, *ibi:In Epiſcoporū Iuriſdictione*:ergo exceptio, quam ponit *in verſ. Exceptis tamen iis, qui prædictis locis, aut militiis* &c.intelligenda eſt ad terminos regulæ in initio poſitæ, ſupra quam cadit diſpoſitio, quæ tota tendit, & habet reſpectum ad Iuriſdictionem Eccleſiaſticam, de qua *in initio* ſpecialiter ſermonem fecit, nec reperitur aliqua rima, ſeu remotiſſima comprehenſio propter quam cognitio, ſeu punitio Nouitiorum extendi debeat ad illos, qui intra ſepta degunt; vt cognitio, & punitio tribuatur Tribunalibus ſecularibus ex regula iuris *ſuprà* tradita *numero* 12. & conſequenter Trident. loquitur in diuerſo caſu, qui non eſt ad propoſitum noſtri dubij; & exinde opinio Bobadillæ,& aliorum debilitata, & conuicta remanet, & contrariam veriſſimam, ac in iudicando, & conſulendo ſequendam, & tenendam eſſe exiſtimo ſine aliqua hæſitatione. 34

QVÆSTIO LXXVI.

Quæ loca gaudeant immunitate ad effectum, vt ad illa confugientes, nequeant à iudicibus ſecularibus ab ipſis extrahi?

SVMMARIVM.

Immunitate gaudet qualibet Eccleſia, etiam non Parrochialis, quamvis in ea ſanctiſſimum Sacramentum non ſit reſeruatum. num. 2.

Eccleſia benedicta gaudet immunitate, etiamſi in ea Diuina Myſteria non fuerint exequuta. n. 3. Quod extende quamvis perfectè, & completè non ſit ædificata, ſi de mandato, & authoritate Epiſcopi fiat. num. 4.

Eccleſia vt immunitate gaudeat ſufficit decretum, & authoritas Epiſcopi, licèt non ſit totaliter conſtructa. n. 4. vel ſi ſit diruta. num. 5.

Immunitate gaudet Eccleſia diruta, vel polluta, ſi cum authoritate Epiſcopi fuit ædificata. num. 5.

Principes ſeculares an poſſint per leges particulares prohibere, ne noua Monaſteria, ſeu Eccleſiæ conſtruantur. n. 6.

Eccleſia deſtructa gaudet immunitate, etiamſi in ea celebrari non poſſit, vel ſit interdicta, aut polluta. n. 7.

Monaſteria Religioſorum, vel Monialium cum omnibus officinis contentis in ambitu illorum gaudent immunitate, ſi cum authoritate Epiſcopi fuerunt erecta. n. 8.

Grangia Regularium, quas pro recreatione habent, non gaudent immunitate, etiamſi in illis adſit oratorium priuatum pro miſſis celebrandis. n. 9.

Hoſpitalia, & quidquid in ambitu illorum continetur, gaudent immunitate, dummodo cum authoritate Epiſcopi ſint erecta, & non aliter. n. 10. & 11.

Hoſpitale erectum ex deuotione ſine decreto Epiſcopi eſt locus profanus, & laicalis non verò ſacer. n. 10. & 11.

Eccleſia intra caſtrum ſi conſtructa fuerit cum authoritate Epiſcopi gaudet immunitate. num. 12.

Sacriſtia cuiuslibet Eccleſia gaudet immunitate. num. 13.

Campanile cuiuslibet Eccleſiæ, vel Monaſterij gaudet immunitate, ſiue ſit coniunctum, ſiue aliqualiter diſtant. n. 14. & 15. cum ſequent.

Diſtantia triginta, vel quadraginta paſſuum à loco ſacro, vt immunitas in eis proficiat non eſt vſu recepta. n. 15.

Campanile diſtans ab Eccleſia diſtantia triginta, vel quadraginta, paſſuum, an gaudeat immunitate. n. 15. & 16.

Immunitate Eccleſia gaudent ianua, oſtia, annuli, vectes, limina, porta, ſcala, & & quidquid fuerit pars connexa loci ſacri. num. 17.

Clauſtra, hortus, porticus, atrium, cœmeterium, & quidquid continetur intra ambitum loci ſacri gaudet immunitate. n. 18. & ſeq.

Scala loci ſacri, licèt ſint intra, vel extra ad ingrediendum, vel egrediendum gaudent immunitate. n. 19.

Dormitoria Monaſteriorum, tam virorum, quàm Monialium, & etiam hoſpitalium cum authoritate Epiſcopi erectorum gaudent immunitate. n. 20.

Furnus, & alia quæuis officina, exiſtens intra ambitum loci ſacri licèt habeat oſtium ad viam publicam, per quod ingrediatur, vel egrediatur gaudet immunitate. n. 21.

Parietes quorumcunque locorum piorum etiam per partem exteriorem gaudent immunitate iuxta veriorem ſententiam. numero 22.

Palatia Epiſcoporum, aliorùmque Prælatorum habentium territorium, & Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, gaudent immunitate, etiamſi diſtent ab Eccleſia. num. 23.

Domus Clericorum, vel Canonicorum, aut Parochorum exiſtentes contigua loco ſacro, gaudent immunitate, etiamſi oſtium principale exiſtat ad viam publicam. numero 24. & in Aragonia adeſt lex ita diſponens, ſed in Cathalonia contrarium obſeruatur. n. 25.

Apothecæ, & alia officina loci ſacri locata, vel in emphitheuſim data laicis gaudent immunitate, ſi ſint contigua, & connexa loco ſacro. n. 26.

Ambitus quorumcunque locorum ſacrorum gaudent immunitate, & de iure computatur in Cathedralibus ad quadraginta paſſus, in cæteris ad triginta, ſed in pluribus Prouinciis hoc non eſt in vſu. numero 27.

Oratoria publica erecta cum Epiſcopi authoritate gaudent immunitate, ſecus priuata. num. 28.

Oratoria priuata (ſimpliciter loquendo) non ſunt Eccleſia. n. 28. loca ſacra gaudentia immunitate enumerantur. n. 26.

Religioſa

Religioſa dicuntur, & ſunt quæ Religioſis adhærent. n. 30.

Verba decretorum, aut aliarum diſpoſitionum quoad intelligentiam, & praxim immunitatis Eccleſiæ ſumenda ſunt ex loco, tempore, perſonis, & aliis circunſtantiis. n. 31.

Immunitate gaudere debet delinquens in Eccleſia, ſi delictum ſit leue, ſecus in magno. num. 31.

Delinquens in Eccleſia non gaudet eius immunitate. n. 31.

1 LIcèt de obiecto huius quæſtionis latiſſimè in pluribus deciſionibus egerit D. Michaël Cortiada *in ſua praxi contentionum tom.* 2. *à deciſ.* 4. *vſque ad* 64. ſpecificè de vnoquoque loco gaudente, vel non immunitate, nolui ſigillatim de eis quæſtionem extendere, cum in vna comprehendi poſſint propter connexionem, quam inter ſe habent, & ideo quod de vno dicitur de aliis repeti poteſt, & exinde in præſenti collectiuè decerno explanare, & qui magis extenſiuè voluerit, videre poterit ipſum Cortiadam *in dictis deciſionibus* vbi plures collectaneas DD. allegat; & *in quæſtione ſequenti* a idam, quæ per eum non ſunt annotata, & diſputata.

2 Et in primis Eccleſiæ immunitate gaudet non Parochialis in qua non eſt reſeruatum Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, quidquid dicant noſter Bardaxi *in commentariis ad forum* 1. *ſub tit. De his, qui ad Eccleſiam confugiunt n.* 29. *in fine*, Gambacurta *de immunitate Eccleſiæ lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 6. Farinatius *in praxi tom.* 1. *quæſt.* 28. *num.* 34. & alij: nam certiſſimum eſt prædictam Eccleſiam comprehendi, vt ad eam confugientes gaudeant immunitate, Thomas Delbene *tom.* 2. *de immunitate Eccleſiæ cap.* 26. *dubit.* 9. *ſect.* 1. idem Gambacurta ſibi contrarius *in eodem tract. lib.* 3. *cap.* 4. & 5. & *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 3. Diana, *tom.* 6. *reſol. moral. tract.* 1. *reſol.* 1. *verſ. Ad id verò* &c. & alij infiniti, qui adducunt fundamenta, & reſpondent contrariis, apud quos videre poteris, cum breuitati conſulam.

3 Quam concluſionem extendendam eſſe ad quamcunque Eccleſiam benedictam, licèt in ea diuina miniſteria non fuerint exequuta, concludunt prædicti DD. per textum *in cap. Eccleſiæ de immunitate Eccleſiarum*; & tradunt Lezana *tom.* 3. *quæſtionum regularium ſub tit. de Immunitate Eccleſiæ* §. 2. *num.* 2. *verſ. Competit etiam* &c. Guazzinus *de defenſione Reorum, defenſione* 1. *cap.* 37. *à num.* 2. & *ſeq.* Farinatius *in eodem tract. num.* 257. *&* 258. Barboſa *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico*, alios plures referens *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 59.

Quæ extenſio locum etiam habet quamvis Eccleſia perfectè, & completè ædificata non fuerit; cum ſat ſit, quòd cōſtrui permittatur ex decreto, & authoritate Epiſcopi; nam ex eo iam iudicatur tanquam locus dicatus ad cultum Dei, quod quidem ſufficit; vt immunitate gaudeat, provt tradunt in ſpecie San Felicius *deciſ.* 18. Toro *in compend. deciſ. in ſupplem. verbo, Immunitas Eccleſiaſtica, an ſuffragetur confugienti pag.* 188. Farinatius *vbi proximè num.* 161. & alij penes Thomam Delbene *in dicta part.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *ſect.* 2. & Dianam *in dicto tom.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 1. *verſ. Verum ad confirmationem*; vbi *verſ. Verum affirmatiuè &c.* prorogat ad Eccleſiam deſtructam, vel dirutam, aut pollutam; quibus iunge fratrem meum D. Michaëlem Antonium Frances de Vrrutigoyti *in ſuo doctiſſimo tract. de Eccleſiis Cathedralibus c.* 29. *n.* 55. *& ſeq.* 4

Prædicta autem intelligenda ſunt 5
dummodo ſint conſtructa, vel ædificentur cum aſſenſu, & authoritate Epiſcopi, & non aliàs, aliter, nec alio modo; illa namque deficiente non eſt, nec iudicatur Eccleſia, *cap. Ad hæc de Religioſis domibus, cap. Cum olim. de priuilegiis*: &
plures referens tradit Borrellus *in ſumma* 6
deciſionum part. 1. *tit.* 2. *num.* 1. Solorzano *de Indiarum iure tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 23. *n.* 18. & *in politica lib.* 4. *cap.* 26. *verſ. Pero pues &c. pag.* 692. Barboſa *in paſtorali part.* 2. *allegat.* 26. *à num.* 1. *cum ſeq.* & *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 4. *& ſeq.* & de hoc articulo, & an Principes ſeculares poſſint facere leges, aut prohibere, ne nouæ Eccleſiæ, vel monaſteria ædificentur, vide Barboſam *in dicto tract. de vniuerſo iure Eccleſiaſtico lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 3. Thomam Delbene *vbi ſuprà lib.* 1. *cap.* 8. *dub.* 7. Dianam *part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 62. & 129. Latream *part.* 2. *deciſ.* 97. *num.* 18. Solorzanum *vbi ſuprà in dicto tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 31. & *in Politica lib.* 4. *capite* 23. *verſ. Y no ay &c. pag.* 695. & copioſè Curtellum *de immunitate Eccleſiæ lib.* 2. *quæſt.* 62. & latè circa *ſuperiùs* dicta Cortiadam *tom.* 2. *deciſ.* 40.

Præterea Eccleſia deſtructa etiamſi in 7
ea celebrari nequeat, gaudet immunitate per textum *in l. De ſacris ff. de contrahenda*

trahenda

trahenda emptione, *l. In tantum* §. *ſacra ff. de rerum diuiſione* Diana *tom.* 1. *parte* 1. *tract.* 1. *reſol.* 1. *verſ. Verum affirmatiuè &c.* Delbene *in dicto tom.* 2. *capite* 16. *dub.* 9. *ſect.* 1. *numero* 1. Quæ quidem immunitas extenditur etiamſi interdicta, vel polluta fuerit Eccleſia, Guazzinus *vbi ſuprà defenſ.* 1. *cap.* 33. *numero* 33. Diana *vbi proximè in dicta reſol.* 1. Delbene etiam *vbi proximè ſect.* 3. & 4. & alij plures penes Cortiadam *in dicto tom.* 2. *deciſ.* 41. *per totam*, vbi limitat, & ampliat, ac extendit prædictam coclusionem provt ex DD. agentibus de illa ipſe colligit.

8 Inſuper Monaſteria, ſeu conuentus Religioſorum, vel Monialium gaudent immunitate in illo totu ſpatio, in quo ambitus & officinæ continentur; vt dixi *in meo tract. foro conſcientia, ſiue Paſtorali interno part.* 3. *voto* 7. *num.* 27. & 28. & *in Paſtorali Regul. part.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 1. & 12. *cum ſequent.* & me citato cum aliis Cortiada *in dicto tom.* 2. *deciſ.* 42. *à num.* 1. *ad* 10. *vbi num.* 11. limitat, cum communi omnium DD. ſententia; & me etiam citato *vbi proximè*, vt requiratur, quòd Monaſterium ſit erectum cum Epiſcopi authoritate: aliàs enim fundatio ſubſi-
9 ſtere nequit. Ex quo infert *numero* 16. quòd Grangiæ Regularium, quas ipſi habent pro recreatione; immunitate non gaudent, etiamſi in illis adſit capella particularis pro celebrandis Miſſis per ipſos Religioſos, vel alios Sacerdotes ſeculares; vt latè probaui *in dicto meo tract. foro conſcientiæ part.* 3. *vot.* 7. *numero* 40. *cum ſeq.* & *in Paſtorali Regul. part.* 2. *quæſt.* 15. *num* 19. *&* 20. Et me citato cum aliis adducit Cortiada fundamenta, quibus dictam meam ſententiam *ibidem* adſtruxi, ipſéque refert quidquid ibidem annotaui *à num.* 18. *vſque ad finem*, vbi latè agit de hoc articulo.

10 Item Eccleſiæ hoſpitalium gaudent immunitate, dummodò ſint erectæ cum decreto, & authoritate Epiſcopi, non verò deficientibus illis, quia ſioe eis locus profanus, & laïcalis dicetur, veluti ſi aliquis ad nutum ſuæ voluntatis ex deuotiune motus domum, ſiue aliud conſtruxerit, & dotauerit, vt pauperes Peregrini, vel infirmi in illo recipiantur: tunc enim licèt opus charitatis exerceatur, ex eo non influit, vt immunitate Eccleſiæ potiatur per textum *in cap. Ad hæc de Religioſis domibus*, *can. Definiuit* 17. *quæſt.* 4. *cap. Inter delectos de donationibus*, Gloſſa *in can. Quidam* 18. *quæſt.* 2. Ludouiſius *deciſ.* 4. *numero* 11. Solorçano *de iure Indiarum tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 3. *à numero* 58. vbi plures allegat; & *in politica lib.* 4. *cap.* 3. *verſ. Tambien*, *pag.* 517. Barboſa *in Paſtorali part.* 3. *allegat.* 75. *à numero* 32. *cum ſequent.* & *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 13. vſque ad 26. Diana *tom.* 6. *reſol. moral. tract.* 1. *reſol.* 6. *verſ. Sed tranſeamus*, &c. & alij penes ipſos.

Aduerteneum tamen eſt, quòd ſub dicta immunitate hoſpitalis erecti cum authoritate Epiſcopi, præter Eccleſiam, comprehenduntur dormitoria, & cætera, quæ nun ſolùm ad vſum, ſed etiam ad vtilitatem ipſius hoſpitalis intra ipſius ambitum cunnexa, & propinqua continentur: & in noſtro Regno plura ſunt exemplaria, & meis temporibus vidi vnum ſatis notatu dignum in Hoſpitali Beatæ Mariæ de Gratia ciuitatis Cæſarauguſtæ de quodam hiſtrione, qui dum ſcenam repræſentaret in ipſa domo fabularum, quæ intra ambitum dicti Hoſpitalis ad ipſius vtilitatem exiſtit; in quodam paſſu ſeſe obtulit rixam repræſentare inter duos, quorum vnus cum altero antecedenter verè rixatus fuerat, alius verò ex ipſa repræſentatione occaſionem aſſumpſit; nam quod initio iocosè incepit effectualiter exequutus fuit, occidendo ſocium; qui in ipſo theatro ſtatim vitam cum morte commutauit. Et cum per Regiam Iuriſdictionem captus eſſet formauit contentionem, quæ in fauorem Eccleſiæ fuit declarata, ex eo, quia domus fabularum erat contigua, & intra ambitum hoſpitalis; exinde cum delictum non eſſet proditionale, nam propter rixam anteriorem tenebatur ſe præcauere, conſequenter illi profecit locus immunis. Et in Cathalonia idem pluries fuiſſe declaratum teſtatur Cortiada *in dicto tom.* 2. *deciſ.* 43. vbi latè agit de hoc articulo. 11

Similiter Eccleſia quæ ſit intra caſtrum poſita gaudet immunitate, dummodo cum authoritate Epiſcopi fuerit erecta, Thoro *in comp. deciſ. part.* 3. *ſect.* 1. *verbo, Immunitate Eccleſiaſtica*, *pag.* 545. copiosè Cortiada *vbi proximè deciſ.* 44. *per totam*. 12

Vlteriùs ſacriſtia cuiuslibet Eccleſiæ erectæ authoritate Epiſcopi tam ſecularis, quàm regularis, ſicut & etiam tectum illius gaudent immunitate; vt tradunt Ciarlinus *contrau. forenſ. capite* 197. *num.* 20. *verſ. Secundo* & *part.* 2. Delbene *tom.* 2. *capite* 16. *dub.* 9. *ſect.* 6. *num.* 1. 13

n. 1. *& ſequent.* & *capite* 19. *dub.* 4.*n.*5. & alij apud Cortiadam *deciſ.* 45. & 46.

Itidem companile Eccleſiæ cuiuslibet, eodem priuilegio potitur. Diana *tom.*4. *reſol. moral. tract.* 1. *reſol.* 108. & *part.*6.*tract.*1.*reſol.*1. *verſ. Sed is, & turris* &c. Barboſa *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico lib.*2. *cap.* 3. *num.*66. & alij plures penes Cortiadam *in dicto tom.*2 *deciſ.*47. quibus iunge nouiſſimè fratrem meum D. Michaëlem Antonium Frances de Vrrutigoyti Archidiaconum Cæſarauguſtanum in illa ſancta Metropolitana Eccleſia *in dicto tract. de Eccleſ. Cathed. cap.* 24. *ſub tit. de campanis Eccleſiæ Cathedralis à num.* 204. *ad* 210. vbi extendit etiam-
15 ſi Campanile ſit coniunctum, vel diſiunctum Eccleſiæ, dummodo non ſit longius, quàm diſtantia quadraginta paſſuum pro Cathedrali, pro aliis autem Eccleſiis triginta; quidquid dicat Cortiada *in dicta deciſ.* 47. *num.* 5. ſe remittendo *ad deciſ.* 63. *num.* 15. *& ſequent. in eodem tomo*; vbi accuratè reſoluit, quòd vſu non eſt recepta talis paſſuum diſtantia ad effectum, vt intra illos quadraginta, vel triginta immunitas proficiat: & varij DD. teſtantur de diuerſis Prouinciis; & pro noſtro Aragonum Regno memet allegat; prout ita verè eſt, & ſeruatur; & propterea ipſe Cortiada benè reſoluit *deciſ.* 58. *numero* 15. quòd cœmeteria gaudent tantum immunitate intra limites in quibus ſunt conſtituta, non verò extra adhuc per duos paſſus poſt ſcalas, ianuam, aut parietem.

16 Enim verò non repugnat reſolutio proxima D. Michaëlis Cortiadæ prædictæ conclusioni, nec facit ad intentum, cum omnes fateamur vſu non eſſe admiſſam immunitatem ad diſtantiam triginta, vel quadraginta paſſuum: cum meus frater, & cæteri DD. illum articulum non diſputent; ſed an campanile diſtans ab Eccleſia per triginta, vel quadraginta paſſus, tanquam pars tam neceſſaria, & præciſa ipſius Eccleſiæ gaudeat immunitate; & reſoluunt gaudere: quod quidem diuerſum eſt, an illi paſſus influant immunitatem in illa diſtantia; in quo dico, etiam non attribuere immunitatem, ſed quod ipſum campanile de per ſe, licèt ſit ſeparatum per quadraginta vel triginta paſſus immunitate gaudere debet, quod diuerſiſſimum eſt.

17 Inſuper ianuæ; oſtia, anſæ, anuli, vectes, limina, portæ, & quidquid eſt pars connexa cuiuslibet loci ſacri fruentis immunitate, ea vtuntur, vt ad illa confugientes non poſſint extrahi; vt me citato *in Paſtorali Regul. part.* 3. *vot.*8. *n.*20. cum aliis infinitis apprimè reſoluit Cortiada *in dicto tom.*2. *deciſ* 48. vbi plures extenſiones deductas ex ipſis DD. adducit apud quem videre poteris.

Ex eodem funte oritur, quod porticus; 18
clauſtra, hortus in eis contentus, & alia, quæ intra ambitum continentur, vel ſunt contigua, vt atrium, ſcalæ, cœmeteria, & quidquid eſt affixum, connexum, vel coniunctum loco ſacro gaudent immunitate; & tradunt noſter Bardaxi *in commentariis ad forum.* 1. *ſub tit. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt*, Merlinus *contron. forenſ. l.*2.*c.*56 *n.*4 & alij penes Cortiadam *vbi proximè deciſ.* 49. quibus iunge fratrem meum D. Michaëlem Antonium Frances, de Vrrutigoyti *in dicto tract. de Eccleſ. Cathed. c.*26.*n.* 129. & 131. *cum ſeq. vbi in dicto capite* eruditiſſimè, & non vulgariter congerit quidquid ad materiã cœmeteriorum excogitari poteſt. Itaque vnico verbo dicendum eſt, omnia contenta, vel contigua intra ambitum loci ſacri habentis ingreſſum per oſtium illius & licèt aliàs habeat ianuam ad viam publicam gaudere immunitate per textum *in l. Prauiis* §. *Balneis ff de legatis* 3. & notant Gratianus *diſceptation forenſ. c.*126. *n.*19. & alij penes Cortiadam *in dicto tom.*2. *deciſ.* 55.

Et quamvis aliqualiter diſtinguant 19
DD. de ſcalis; ſed re vera, & ſine dubio affirmandum, & dicendum eſt, quòd ſi illæ ſint contiguæ, vel connexæ Eccleſiæ, vel loco ſacro tam intra, quàm extra portam indiſtinctè, gaudent immunitate; vt me citato *in Paſtor. Regul. part.* 3. *vot.*8. *n.*20. latè cum aliis tradit Cortiada *in dicta deciſ.* 49. *à n.*5. & *deciſ.*50. *n.*1. *vbi à n.*3. copiusè agit de hoc articulo; quibus adde fratrem meum D. Michaëlem Antonium, *vbi proximè in dicto n.*131. *cum ſeq.*

Præterea dormitoria Monaſteriorum
tam virorum, quàm Monialium, & om- 20
nium quoruncunque locorum piorum authoritate Epiſcopi erectorum ſimiliter vtuntur immunitate Giurba *conſil.* 10. *n.*9. *verſ. De dormitorio* &c. Guazzinus *defenſ.*1.*c.*37. *n.*35. Cortiada alios plures repetens *deciſ.*53.

Item furnus, ſeu domus eius, quæ ſit
alicuius loci ſacri, intra illius ambitum 21
exiſtens, vel eis ſit connexus, etiamſi oſtium magnum per quod ingrediatur,

vel

vel egrediatur, habeat ad callem, ſeu viam publicam, gaudet immunitate, Guazzinus *in dicta defenſ* 1. *c.* 28. *n.* 14. Fratet meus *vbi ſuprà cap.* 28. *num.* 550. & 551.

22 De parietibus exterioribus loci ſacri maior eſt difficultas per ea, quæ tradit Barboſa *vat.* 117. *num.* 5. *& ſeq.* & ex authoritate Archidiaconi *in cap. vnico de reliquiis, & veneratione Sanctorum, in* 6. quem aliqui Iutiſperiti ſequuti fuerunt tenentes non gaudere immunitate: ſed contraria ſententia eſt verior, communior, & tenenda: vt plures referens reſoluunt Diana *tom.* 10. *tract.* 15. *reſol.* 38. *verſ. Nota hic obiter me alim* &c. & copioſè Cortiada *in dicto tom.* 2. *deciſ.* 57. qui congerit fundamenta DD. ambarum opinionum ſequendo affirmatiuam, quæ anplectenda eſt: idémque confirmat *deciſ.* 58. circa parietes Eccleſiarum, & locorum ſacrorum vt ſunt cœmeteria, & alia ſimilia; qui *num.* 15. cum pluribus limitat concluſionem ad parietes tantùm, non verò ad triginta, vel quadraginta paſſus; quia (vt diximus *ſuprà*) non eſt in vſu; & latiſſimè me citato cum aliis tradit accuratè *deciſ.* 63. *à num.* 15. *cum pluribus ſeq.*

23 Vlterius domus, ſeu Palatia Epiſcoporum non ſolùm ſi ſint propinqua Eccleſiæ per triginta, vel quadraginta paſſus, ſed etiamſi in longiori diſtantia reperiantur, vtuntur immunitate, quidquid dicant aliqui DD. vt patet ex traditis à noſtro Portoles *in ſcholiis ad Molinum verbo, Inſant. num.* 1. & aliis per Guazzinum *in dictu defenſ.* 1. *cap.* 37. *n.* 21. & 23. Plures per Cortiadam *deciſ.* 59. *n.* 11. *&* 12. & expreſsè reſoluunt Gloſſa *in can. Id conſtituimus, verbo, vel domo,* 17. *q.* 4. Diana *part.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 27. & *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 40. & *reſol.* 96. & *part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 4. *verſ. Tertio* &c. & *reſol.* 5. *verſ. Secundo*, Ciatlinus *controuerſ. ſoren. part.* 1. *cap.* 116. *num.* 14. & *part.* 2. *cap.* 198. *num.* 25. & alij penes Cortiadam *in dictu deciſ.* 49. *num.* 14. *& ſeq.* vbi refert aliquas extenſiones, & limitationes deductas ex particularibus DD. quarum plures admitti non debent; nam quoquomodo domus Epiſcoporum ſuarum propriarum habitationum, ſiue ſint propinquæ ſiue diſtantes in longo ſpatio ab Eccleſia gaudent immunitate, de quo articulo latè, & accuratè videre poteris meum fratrem D. Michaëlem Antonium Frances de Vrrutiguyti *vbi ſuprà capite* 29. *à numera* 52. *cum pluribus ſequent.* vbi copioſè diſſerit, & confirmat prædictam concluſionem, quam extendere debes, vt procedat etiam in domibus aliorum Prælatorum inferiorum habentium Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & territorium diſtinctum, in quo conueniunt communiter DD.

24 De domibus Eccleſiarum pro vſu, & habitatione Canonicorum, Parochorum, ſeu aliorum Clericorum an potiantur immunitate, variant Authores; alij namque indiſtinctè tenent gaudere; alij autem omnino negant; alij verò diſtingunt, quod ſi intra triginta, vel quadraginta paſſus exiſtant fruantur eo priuilegio: ſi verò extra; nullo modo: & cum hac diſtinctione volunt conciliare prædictas duas primas opiniones contrarias; vt Diana alios allegans *tom.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 2. *verſ. Rectè* &c. frater meus D. Michaël Antonius *vbi ſuprà capite* 28. *numero* 551. & alij penes Cortiadam *deciſ.* 60. *à numero* 1. *cum ſeq. vbi numero* 11. ex variis exemplaribus reſoluit, quòd in Cathalonia domus Clericorum non gaudent immunitate, etiamſi ſint intra ſpatium triginta, vel quadraginta paſſuum loci ſacri illa gaudentis; imò nec etiamſi adhæreant, vel ſint contiguæ: & *numero* 12. limitat, niſi ſint ſitæ intra locum ſacrum, habeantque aditum ad eum, etiamſi oſtium principale per quod ingreditur, & egreditur, exiſtat in via publica. Et *ibidem numera* 16. *&* 17. limitat etiam, quando in tali domo reſeruatum reperiatur Sanctiſſimum Sacramentum de mandato Epiſcopi, vel adſit capella publica cum requiſitis neceſſariis.

25 Ego verò circa hunc articulum exiſtimo, quod vbi priuilegium immunitatis admiſſum reperitur ad diſtantiam loci ſacri per triginta, vel quadraginta paſſus, tunc tales domus erunt comprehenſæ, cum ex illarum conſtructione, & ædificatione ſolum influens in illas non debeat eſſe peioris conditionis, & quod per ſe aliàs non haberent, conſequentur ex ipſo ſolo vbi ſitæ reperiuntur.

In noſtro autem Aragonum Regno habemus expreſſam diſpoſitionē foralē decernētē, quòd domus Eccleſiæ, Monaſterij aut Clericorū gaudēt immunitate;

vt

vt deciditur *in obſeruantia de conſuetudine Regni 2. ſub tit. de his qui ad Eccleſiam confugiunt, verſ. iuxta quod quæritur, &c.* & tradit noſter Ibandus Bardaxi *in commentariis ad dictum obſeruantiam 2. n. 36. pag. 8.* per hæc verba. *Domus etiam Eccleſiæ, vel alicuius Ordinis videtur etiam, quòd per forum de immunitate Eccleſiæ, & obſeruantiam 2. de his qui ad Eccleſiam confugiunt, debeat gaudere; exemplum ponit obſeruantia in domibus S. Chriſtinæ Ciuitatis Cæſaraugustæ, &c.* Itaque in noſtro Regno Aragoniæ contraria eſt praxis ab ea, quæ in Cathalonia ſtylatur: idémque dicendum eſt de domibus propriis Parochorum, Canonicorum; aliorúmque Clericorum cohærentibus Eccleſiæ, & quæ ſint ipſius, ſecus autem de conductis, vel propriis illorum; de quo videbis eundem Cortiadam *deciſ. 61.* vbi diſtinguit aliquos caſus, & plures allegat.

26 De apothecis, aliiſque bonis ſitis Eccleſiæ ab eáque locatis, vel in emphyteuſim laïcis datis in dubium ab aliquibus venit: & quamuis infiniti indiſtinctè teneant gaudere, & probabiliſſimam iudicent eam opinionem; contraria tamen mihi magis placet, niſi contineantur intra ambitum, & aliis in caſibus relatis per Cortiadam *deciſ. 61. num. 4. cum ſeq.* qui latè extendit hunc articulum; & dicemus ſtatim: de quo omnino videbis fratrem meum D. Michaëlem Antonium *vbi ſuprà cap. 29. à num. 89. cum pluribus ſeq.*

27 Similiter ambitus Eccleſiæ, vel loci ſacri gaudet immunitate: quid autem ſub ambitu comprehendatur conueniunt DD. quod de iure eſt pro Cathedrali quadraginta paſſus, & pro aliis triginta: ſed cum hæc iuris diſpoſitio in pluribus Regnis, & Prouinciis vſu non ſit recepta, vt diximus *ſuprà*: & latè me citato *num. 17. in deciſ. 63.* tradit Cortiada, ideò in illis ambitus non debet ita conſiderari, & conſequenter ſolum reſtringi debet ad ea, quæ collectiuè ſunt coniuncta, & connexa loco ſacro, quamuis ſint ad alios actus non ſpirituales, ſed pro rebus temporalibus; vt frumentaria, cellæ vinariæ, aut oleariæ, & his ſimilia, cum cæteris *ſuprà* ſpecificatis in caſibus præcedentibus, vt ſcalæ, &c.

28 De oratoriis diſtinguendum eſt an gaudeant necne immunitate: alia namque ſunt priuata, & alia publica: priuata illa non vtuntur, *cap. inter dilectos de donationibus*, vbi communiter DD. & ratio eſt, quia ſimpliciter loquendo oratorium priuatum non eſt Eccleſia; vt accuratè cum Suarez probat frater meus D. Michaël Antonius *vbi ſuprà ſub tit. de cœmeteriis num. 152.* ad textum *in cap. Ad hæc de religioſis domibus*; & latè dixi *in meo foro conſcientiæ, ſiue Paſtorali interno part. 3. vot. 7. num. 41. & 42.* maximè quia loca ſemel effectualiter ſacra effecta, commutari, & tranſire nequeunt ad vſus profanos: ſed oratoria priuata domorum extingui poſſunt, remanendo pro aliis miniſteriis non ſpiritualibus ad nutum, & voluntatem dominorum: ergo non ſunt loca ſacra, & conſequenter non gaudent immunitate, vt latè probaui *in dicto vot. 7. n. 24. & 42.* & me citato cum aliis Cortiada *deciſ. 64. num. 4. & 6. vbi in ſequentibus numeris* tradit varias ampliationes ex me, & cæteris DD. deductas: ex quibus enumerat ſigna, quæ inducunt, vt oratoria publica, & loca ſacra dicantur ad effectum gaudendi immunitate, prout ea gaudent.

Et ne longiùs in hoc protrahamur, cùm (vt ſæpe dixi) breuitati, & conciſioni conſulam epilogando hic, quæ latiſſimè, & diffusè per DD. traduntur, ſcire debes gaudere immunitate Eccleſiæ loca ſequentia, & quæ in eis comprehenduntur. 29

Eccleſia quælibet Parochialis, vel ſecularis, aut regularis, licèt in ea non ſit reſeruatum Sanctiſſimum. 1

Eccleſia diruta, ſi parietes remaneant, vel earum maior pars, nec ſit deſtructa authoritate Epiſcopi. 2

Cœnobia, & Conuentus Religioſorum, & Monialium, & quidquid in eorum ambitu continetur. 3

Hoſpitalia quæcumque authoritate & decreto Epiſcopi erecta, & quidquid in eis continetur, vt dormitoria, & cæteræ officinæ neceſſariæ; ſecus autem ſi fiat ex mera charitate hoſpitantis, ſine authoritate Epiſcopi. 4

Sacriſtia cuiuſlibet Eccleſiæ quæ eidem adhæreat; vel ſi ſit multùm diſtans; altare in illa adſit in quo Miſſæ Sacrificium celebretur. 5

Tectum Eccleſiæ, Monaſterij, 6

hoſpitalis, vel cuiuſcunque alterius loci ſacri gaudentis immunitate.

7 Turris,& cāpanile Eccleſiæ etiamſi non ſint coniuncta, dummodo diſtantia ſit parua, vt per tres, vel quatuor paſſus, vbi non viget conſuetudo triginta, vel quadraginta illorum.

8 Portæ oſtia, annuli, anſæ limina cuiuſcunque loci ſacri.

9 Atrium,porticus, clauſtrum,& ſcalæ, per quas aſcenditur, vel deſcenditur ad locum ſacrum, ſiue ſint intra, vel extra limen portæ.

10 Dormitoria hoſpitalis Monaſteriorum, vel alterius Eccleſiæ, vel loci ſacri.

11 Furnus, & eius domus, cuiuſuis loci pij erecti authoritate Epiſcopi, ſi ſit contiguum, vel ſit pars connexa, aut propinqua eidem loco pio, quamuis ad eum oſtium apertum non reperiatur, illudque habeat ad viam publicam.

12 Hortus annexus cuilibet loco ſacro tam ſi ſit intra ipſius ambitum, quàm extra, dummodo ſit coniunctus, & contiguus, ſecus autem ſi diſtet ab illo.

13 Ambitus, & tota fabrica, & ædificium, & quidquid loco ſacro eſt annexum, & connexum, ac intra limites contiguos parietibus circumvallatum reperitur, quòd quidem limitatur in cœmeteriis, & ſcalis, nam ad effectum immunitatis, illa, & iſtæ non indigent, vt ambitus parietibus circunducatur.

14 Parietes omnes loci ſacri tam interiores, quàm qui extra correſpondent; ita vt confugiens ad illos, ſi coniuncti exiſtant gaudeant immunitate.

15 Cœmeterium, etiam pollutum, & interdictum, eiuſque oſtium, portæ ſcalæ, ſi adſint, porticus, & ambitus, etiamſi non ſit parietibus circunſcriptum,& recluſum, & hoc, ſiue ſit contiguum, vel ſeparatum & diſtans ab Eccleſia.

16 Domus propriæ habitationis, ſiue Palatia Cardinalium, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, aliorúmque Prælatorum exercentium iura quaſi Epiſcopalia, & habentium territorium, & iuriſdictionem; hocque ſiue cohæreant, ſiue non Eccleſiæ.

17 Domus Canonicorum, Parochorum, aliorumque illis inſeruientium iuxta plurium opinionem indiſtinctè gaudent immunitate, ſed eſt certiſſimum, ſi exiſtant intra limites Eccleſiæ, vel loci ſacri.

18 Apotheca Eccleſiæ, vel loci ſacri conceſſa laïcis in emphitheuſin, ſi intra ſepta, vel contigua, & coniuncta exiſtat, etiamſi ad viam publicam habeat ianuam principalem, per quam frequenter ingreditur,vel egreditur, dummodo tamen (iuxta veriorem ſententiam) habeat aditum ad locum ſacrum, vel Eccleſiam.

19 Confines loci ſacri, qui in Cathedralibus extenduntur ad quadraginta paſſus; in cæteris autem ad triginta numerandos à parietibus per circuitum cum menſura quinque pedum pro quolibet paſſu: ſed licèt de iure antiquo hoc procedat; attamen de conſuetudine plurium Regnorum, & Prouinciarum non eſt in vſu, nec practicatur.

20 Oratoria publica authoritate Epiſcopi erecta, ſecus autem priuata, niſi ſint in Regio Palatio propriæ habitationis ipſius Regis, vel intra ſepta ſacri loci, non ratione oratoriorum de per ſe, ſed per accidens ibidem exiſtentium.

Hæc ſunt loca ſpecifica, quæ immunia ſunt,ne confugientes ad ea per Curiam ſecularem extrahi poſſint, niſi in caſibus exceptuatis, de quibus *ſuprà quæſt.35.& q.74.* Aduertendumque eſt, quòd

quòd in vnoquoque loco ſacro nuper ſpecificato repetendum, & concludendum eſt, quod diximus de ambitu, parietibus, ianuis, ſcalis, &c. vt accuratè, & copioſè tradit frater meus D.Michaël Antonius *in dicto tract.de Eccleſ. Cathed. cap. 29. à num. 96. cum pluribus ſeq.* ſupponendo regulam generalem complectentem omnia prædicta, & caſus con-
31 ſimiles, videlicet, quòd, quæ religioſis adhærent religioſa ſunt, *l. Quæ religioſis ff. de rei vendicatione*, *l. Pateant*, *cod. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt*, *cap. Frater*, *cap. Metuentes 17. quæſt.4*:

32 Et exindè cordatè aduertit frater meus *vbi proximè in dicto cap.29.num.119. & ſequent.* quod in materia immunitatis quoad intelligentiam, & praxim verba decretorum, aliarúmque diſpoſitionum ſumenda ſunt ex loco, tempore,& perſonis, aliiſque circunſtantiis ad textum *in cap. Intelligentia de verborum ſignificatione*, & *can.* 1. *diſt.* 29. & ſecundum illam, immunitatem adaptandam vel concedendam eſſe; nam in paruis, & leuibus delictis, etiamſi in Eccleſia perpetrentur non debet Reus immunitate priuari, quamuis aliàs ratione loci indignus fieret; vt cum pluribus reſoluit Gratianus *tom. 3. diſceptationum forenſ. cap.598. num. 19.* vbi *num.* 7. loquitur etiam de perſonis.

Ex quibus concludendum eſt Reum confugientem ad prædicta loca, ſi non commiſerit delictum aliquod ex exceptuatis per Bullam Gregorij XIV. de qua *ſuprà quæſt.35. num.74.* gaudere immunitate.

QVÆSTIO LXXVII.

An Collegia,ſeu Seminaria,pro ſtudentibus, vel docentibus, gaudeant fori priuilegio,vel immunitate Eccleſiaſtica?

SVMMARIVM.

Seminaria erecta cum auctoritate Epiſcopi ad educationem iuuentutis in literis, & virtute gaudent fori priuilegio. n.2.

Seminaria pro alenda, & educanda iuuentute ſunt loca pia, & gaudent immunitate cum omni ambitu, Domi contento. num.2. & 3.

Domus erectæ cum authoritate Epiſcopi pro ſuſtentaudis pueris, tam viris, quàm fœminis, orphanis, vel reparatis, ſeu malè maritatis, aliiſque ſimilibus gaudent fori priuilegio. n.4.

Collegia inſtituta pro ſtudentibus; & docentibus literas an gaudeant fori priuilegio. num.5.

Collegium inſtitutum pro ſtudentibus, vel docentibus literas, ſi conſtituatur ex maiori parte Collegarum Clericorum gaudet fori priuilegio; ſi verò laicorum erit de foro ſeculari. num. 6. & 20. intellige vt 21.

Collegium ſcholaſticorum eundem forum ſortitur, quem perſonæ Collegiales illud conſtituentes, ita vt ſi ſint Clerici erit Eccleſiaſticum, ſi vero laici, erit ſeculare. num.7. & 20.

Forum an ſit Eccleſiaſticum, vel laïcale ex qualitate perſonarum iudicandum eſt. num.8.

Miſerabiles perſonæ, & hoſpitalia eas continentia poſſunt adire Principem, vel Ordinarium Eccleſiaſticum pro ſuis cauſis agendis. num.9.

Perſonæ influunt in locum,ad effectum cognoſcendi, an ille gaudeat necne fori priuilegio. num.10.

Academiæ an ſint Eccleſiaſticæ, vel ſeculares, & iudices earum exerceant iuriſdictionem Eccleſiaſticam, vel ſecularem. num.11.

Collegia ſcholarium ſtudentium, vel docentium non gaudent fori priuilegio, quia non ſunt loca pia. num.12. ſed contra num.13. & 15.

Collegia ſtudentium, vel docentium ſunt mixti fori, & erit illorum Iudex Eccleſiaſticus,vel ſecularis,qui prius præueniat, ſi cauſa non ſit merè ſpiritualis. n.14.

Cauſa pia exiſtit collegium ſtudiorum, & exinde gaudet fori priuilegio.n.15.& ſeq.

Collegia erecta cum authoritate Epiſcopi pro ſtudentibus,aut docentibus ſunt loca pia, & gaudent fori priuilegio, etiamſi omnes Collegiales, vel maior pars ſint laïci num.16. & 19. ſecus ſi deficiat decretum, & authoritas Epiſcopi. n.17.

Collegia ſtudentium, vel docentium habentia capellam, ſeu Altare publicum, vbi Miſſæ celebrantur cum authoritate Epiſcopi gaudent fori priuilegio. num. 18. intellige vt 27.

Authoritas, vel decretum Papæ, ſeu Epiſcopi reddit locum, qui aliàs erat profanus religioſum, & pium. num.19. intellige ad effectum, vt fori priuilegio gaudeat, non verò vt ad illum confugiens immunitate Eccleſiæ fruatur. n.27.

Argumentum de perſona ad rem, vel locum validum eſt. n. 20. intellige vt 21. & 26.

Iuspatronatus competens confraternitati laïcorum, quæ cum authoritate Epiſcopi alicui Eccleſia ſit adſcripta, eſt Eccleſiaſticum num. 21. & 22.

Confraternitates laïcorum cum Epiſcopi authoritate erecta in aliqua Eccleſia ſunt loca pia, ac religioſa, ac ex eo gaudent fori priuilegio. n. 22.

Collegia & Collegium quomodo differant. num. 22.

Collegium omne habet collegas, ſed non omnes Collegæ faciunt Collegium. n. 22.

Epiſcopi authoritas in quacunque cauſa pia facit tranſire in rem Eccleſiaſticam, quæ anteà erat laïcalis, vel profana. n. 23.

Epiſcopus viſitare poteſt quaſcunque cauſas pias, & eſt earum exequutor, tam in vltima voluntate relictarum, quàm inter viuos. n. 24.

Actus viſitandi, corrigendi, & puniendi ſupponunt iuriſdictionem in viſitante. num. 25.

Argumentum de perſona ad rem, vel locum, vel è contra, validum eſt, ſi inter ſe ex identitate habent conſonantiam, ſecus ſi repugnent. n. 26.

Immunitate Eccleſia non gaudent regulariter loca pia, vt ad ea confugientes extrahi nequeant, licèt aliàs gaudeant fori priuilegio. num. 27.

Collegium ſtudentium, vel docentium, ſi conſtituatur ex aliqua parte Collegialium Clericorum gaudet in Aragonia priuilegio immunitatis, vt ad illud confugiens extrahi non poſſit per Miniſtros ſeculares; ſecus in Cathalonia, & aliis Regnis. n. 28. & 30.

Domus, Eccleſia, Monaſterij, & Clericorum gaudent in Aragonia immunitate Eccleſia. n. 29 quidquid ſit in aliis Regnis. n. 30.

Priuilegia ſunt amplianda, præcipuè, ſi ſint conceſſa in fauorem Eccleſia, vel alterius loci pij. n. 30.

Collegia erecta cum Epiſcopi authoritate, vt Collegia gaudent fori priuilegio, licèt maior pars Collegialium ſit laïcorum. n. 31.

1 CVm *in quæſt. antecedenti* ſpecificè ſermonem fecerimus de locis ſacris gaudentibus immunitate Eccleſiæ, nunc ſuccedit inquirere de aliis continentibus aliquam ſpecialitatem pietatis, & rei ſacræ, videlicet de ſeminariis, & Collegiis: nam de locis vbi ſunt conſtructæ Confraternitates, & alia opera charitatis, & deuotionis agemus *in quæſtione ſequenti.*

Cùm igitur de Seminariis erectis cum Epiſcopi authoritate, & decreto tam in vim Tridentini *ſeſſ. 23. cap. 18. de reformat.* quàm aliàs ad educationem iuuentutis, tam in literis, quàm in virtutibus, non ſit dubitandum: nam cum ſint loca pia *iuxta textum in l. illud, cod. de Sacroſanctis Eccleſiis*, & latiſſimè tradunt communiter DD. præcipuè Farinatius *in tract. de immunit. cap. 16. num. 252.* & alij apud Belletum *diſquiſit. Clerical. part. 1. tit. de fauore Clericorum reali. §. 4. num. 37.* & plures referens diffusè probat frater meus D. Michaël Antonius Frances de Vrrutigoyti *in ſuo tract. de Eccleſ. Cathed. cap. 28. num. 546.* (vbi *in toto cap.* copioſè agit quidquid circa Seminaria excogitari poteſt) conſequenter dicendum eſt gaudere immunitate, & quodcunque intra ipſius Seminarij ambitum continetur, ex quouis genere domorum, & officinarum intra illud contentarum, iuxta ea, quæ diximus *ſuprà in quæſt. antecedenti* de aliis locis ſacris: & tradunt Frater meus *vbi proxime cap. 28. num. 546.* & infinitos referens Cortiada *tom. 2. deciſ. 54 num. 4.* & Diana *t. 10. reſol. moral. tract. 15. reſol. 38.* 2 3

4 Et prædicta concluſio extendi debet ad alias ſimiles domos authoritate Epiſcopi erectas; vt ſunt, quæ conſtruuntur pro ſuſtentandis pueris, tam viris, quàm fæminis, orphanis, vel reparatis, aut malè maritatis, ſeu aliis Clericorum viuentium in communi, vt ſunt Patres Oratorij S. Philippi Neri, ac conſimilibus authoritate Epiſcopi conſtructis; vt per Gambacurtam *de immunitate lib. 4. c. 4. n. 14.* Thomam Delbene *in eodem tract. tom. 2. cap. 16. ſect. 13.* Dianam *part. 2. tract. 1. reſol. 1. in fine*, Toro *in compendio deciſ. part. 2. verbo, Immunitas Eccleſiaſtica, pag. 265.* & alios plures. Et cum prædicta de plano procedant, non immoror; vt ad alia, quæ altiorem indaginem requirunt maioremque difficultatem in ſe continent, nec trita apud Authores reperiantur tranſitum facere poſſimus.

5 Primo namque ſeſe offert inquirendum de Collegiis inſtitutis pro ſtudentibus, vel docentibus literas maiores, vel minores quarumcunque ſcientiarum.

6 Prima etenim opinio fuit dicentium, quòd ſi Collegium vt tale conſtituatur ex maiore parte Collegialium Clericorum, illudque conueniatur fieri debere corã Iudice Eccleſiaſtico, non verò coram ſeculari: attamen ſi maior pars ſit laïcorum, tunc coram ſeculari fore agendum,

agendum, vt latiſſimè diſputat exami-
nat, & concludit ſequendo hanc diſtin-
ctionem, Marianus Soccinus *in cap.* 1.
in decima quarta declaratione num. 17. *de
foro competenti*, quem refert Tiberius
Decianus *tom.* 1. *criminalium lib.* 4. *cap.* 9.
num. 42. & 43. & latè diſputat Azeve-
do *l.* 10. *tit.* 1. *lib.* 6. *nouæ recopilationis nu-
mero* 25. *& ſequent.* quem refert Barbo-
ſa *in tract. de vniuerſo iure Eccleſiaſtico
lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 80. & *in Paſtorali par.* 3.
alleg. 75. *à num.* 30. *cum ſeq.* & alios alle-
gans noſter Suelues *tom.* 1. *in centuria
conſilio* 32. *n.* 6.

Et rationem aſſignat Rota apud Fari-
7 natium *in nouiter nouiſſimarum, ſiue in
Centuriis deciſ.* 862. *num.* 9. per hæc ver-
ba: *Similiter facit, quòd Collegia idem fo-
rum, quod perſonas ſub illis comprehenſas
ſortiri videmus; hinc eſt, quod ſi Collegia
ſint Clericorum, Epiſcopus erit Iudex, ſi
laïcorum laïcus quoque erit Iudex, DD.
omnes in Authent. habitam, maximè Bartho-
lus cod. Ne filij pro Patre, & latè Soccinus
in cap. primo, numero* 13. *extra de foro com-
petenti, Francus in Rubrica de appellatio-
8 nibus numero* 36. *Vnde ex qualitate perſo-
næ, forum conſiderandum; ſicut miſerabiles
perſonæ electionem habent, Principem, vel
9 Ordinarium adeundi, ſicut vnum, vel alte-
rum, quod hoſpitalia miſerabilibus perſonis
referta eligere poſſint; videtur omnino di-
cendum, &c.* Hæc Rota; cuius forma-
lia verba tranſcripſit Riccius pro eius
reſolutione; quin de ſuo addat, vel
dicat aliquid *in praxi aurea, & quotidia-
na rerum fori Eccleſiaſtici deciſ.* 317 *n.* 3.
verſ. Similiter facit, nam Collegia, &c.
eúmque ſequitur Ioannes Maria Noua-
rius *in praxi variationis, & electionis fori
10 ſect.* 2 *quæſt.* 42. *num.* 1. & 3. *cum ſeq.* qui
alios allegat; ex quibus ratio deducitur,
videlicet, quòd perſonæ influunt in lo-
cum, vt gaudeat, vel non immunitate,
aut priuilegio fori Eccleſiaſtici pro ma-
iori parte Clericorum, argumento ſum-
pto *ex Gloſſa in cap.* 1. *verbo, ſub excommu-
nicatione, in fine tit. de locato, & conducto,
ibi. Sed quare non impoſuit legem locatori-
bus? Reſpondeo quia non habebat iuriſdi-
ctionem in eis: ſed ſcholaribus, qui Clerici
11 ſunt pro maiori parte, &c.* Et quoad hunc
articulum conducunt, quæ copioſè con-
geſſit D. Alfonſus de Eſcobar *in tract. de
Pontif. & Regia iuriſd. in ſtudiis genera. &
de iudici. & foro ſtudioſ. cap.* 21. *cum ſeq.* &
accuratè P. Andreas Mendo, è, Societate
Iesv *in ſuo tract. de iure Academico lib.* 1.
quæſt. 8. §. 1. *à numero* 219. vbi latè diſ-
putat: an Academiæ ſint Eccleſiaſticæ,
vel ſeculares, & Iudices earum exer-
ceant iuriſdictionem Eccleſiaſticam, vel
ſecularem; & *in* §. 2. decidit quæſtio-
nem, & *in* §. 3. *num.* 251. in ſpecie exa-
gitat articulum pro Collegiis, vbi non
ſit maior pars Collegialium Clericorum
apud quem videre poteris.

Alij autem tenent indiſtinctè talia 12
Collegia non gaudere immunitate,
aut fori priuilegio, ex eo, quòd non
dicantur, nec ſint loca pia, vt punctim
reſoluit Antonius Gabriel *part.* 2.
comm. opinionum, lib. 6. *ſub tit. de pia
cauſa, concluſione* 19. per hæc verba:
Septimo infertur, vt Collegium ſcholarium 13
*non debeat annumerari inter loca pia, Pe-
trus de Peruſio in tract. de Canonica Por-
tione in decima quarta quæſtione numero*
24. *Rochus in tract. de iure patronatus in
verbo, in Eccleſia in* 5. *quæſt. Contrarium
ſentit Ancharranus in cap. Auditis in*
11. *quæſt. de in integrum reſtitutione, vbi
dicit, quòd Collegium ſcholarium dicitur
pium, ſed non habet priuilegia conceſſa aliis
piis locis, &c.* Vſque huc Gabriel. Idém-
que videtur de mente Bartholi *in l.
Finali, numero* 15. *de Collegiis illici-
tis*, quem ſequuntur Iaſon *conſil.* 218.
Cardinalis *conſil.* 13. & Pariſius *conſil.* 34.
n. 28. *in quarto.*

Alij ſentiunt Collegia pro ſtuden- 14
tibus, vel docentibus exiſtentia ex
maiori parte Clericorum eſſe mixti
fori, taliter, quòd ſi cauſa intro-
ducta, vel actitanda ex ſe non ſit me-
rè ſpiritualis, & ex eo pertinens pri-
uatiuè ad iuriſdictionem Eccleſiaſti-
cam; eo caſu excluſo, tunc locus de-
tur præuentioni per forum Eccleſiaſti-
cum, vel ſeculare, vt tradit D. Alfon-
ſus de Eſcobar *in tract. de Pontificia, &
Regia iuriſdictione capit.* 24. *numero* 350.
cum ſequent. & *capit.* 25. *nume-
ro* 22.

Alij verò reſoluunt Collegium ſtu- 15
diorum eſſe maximam cauſam piam gau-
deréque priuilegiis ſcholaſticorum, eſſé-
que valde priuilegiatum, vt cum pluri-
bus tradit Valenzuela *tom.* 1. *conſilio* 87.
n. 4. & 54 *ac* 87. & magis in ſpecie noſter
Suelues *tom.* 1. *in centuria conſil.* 32. *nu-
mero* 3. vbi ita concludit. *Et quando ſunt
inſtituta ad alimoniam pauperum ſchola-
rium ſunt loca pia, & priuilegiis Eccleſiæ
gaudent, & ſunt de foro Eccleſiæ, etſi ſunt
inſtituta authoritate Eccleſiaſtica non ſolùm
ſunt loca pia, ſed & religioſa, &c.* & ad
intentum plures allegat cum Barboſa,

qui eadem formalia verba retulit *in paſtorali part.3. allegat.75. num.21.* & ipſe Barboſa more ſolito, ad conficienda maiora volumina tranſcribit capita, & columnas integras cum eadem contextura, nihil addendo his, quæ relinquebat in anterioribus tractatibus per eum iam extenſis, & in præſenti idem efficit *in tract. de vniuer. iure Eccleſ. lib.2. cap.11. num.101.*

16 Plura equidem alia cumulare poſſem quoad prædicta, ſed cum (vt ſæpè dixi) breuitati, & conciſioni adhæream, in hac DD. varietate concludendo, exiſtimo, quòd ſi Collegia ſint erecta authoritate, vel decreto Papæ, aut Epiſcopi, & cauſa tractetur quoad illa, vt ad Collegia pertinentia fieri debere coram Iudice Eccleſiaſtico, ſiue ſit maior, vel minor pars Collegialium Clericorum, aut omnes laïci exiſtant.

17 At verò ſi talia Collegia careant illo decreto, & authoritate, tunc ad ſecularem Iudicem recurrendum fore cenſerem; vt ex Azeuedo *ad l. 10. num. 27. cum ſeq. tit.1. lib.6. noua recopilationis* reſoluit Barboſa *de vniuer. iure Eccleſ. lib.2. cap. 11. num. 81. in fine*, quibus iunge doctiſſimam diſceptationem, ſatiſque elegantem contra reſolutionem Alfonſi de Eſcobar de qua mentionem fecimus *ſuprà num. 14.* extenſam, & exaratam per D. Ildephonſum Vaſquez de Prada, eámque reperies *in fine operis Patris Andreæ Mendo in dicto tract. de iure Academico*, vbi *excurſu 1. num. 2.* & *3. excurſu 2. à num.4. cum pluribus ſeq.* apprimè defendit contra Eſcobar vbi *ſuprà*, prædicta Collegia authoritate Pontificis, vel Epiſcopi erecta, gaudere fori priuilegio, quod immerito Eſcobar negauit, ipſúmque conuincit validiſſimis fundamentis, & hanc ſententiam veriſſimam iudico.

18 Præcipuè ſi talia Collegia habeant capellam publicam, ſiue Altare, vbi palam Miſſæ celebrentur; vt in illis frequenter exiſtunt: nam tunc non eſt dubitabile gaudere fori priuilegio, & immunitate Eccleſiæ per ea, quæ latè diximus *ſuprà in quæſt. antecedenti à numero 28.*

19 Enim verò cum apud omnes ſit verum, & certum, quòd decretum, aut authoritas Papæ, aut Epiſcopi reddit locum, qui aliàs erat profanus, religioſum, & pium; ac de foro Eccleſiæ, conſequenter dicendum eſt, quòd ſi in erectione, vel conſtructione Collegiorum, aut aliàs reperiatur interpoſitum tale decretum, erunt de foro Eccleſiæ, & ad Eccleſiaſticam iuriſdictionem pertinebunt; vt tradunt Gutierrez *in tract. de Gabellis quæſt. 95. num. 19.* & *20.* & in ſpecie Nicolaus Garcia *de beneficiis 5. parte cap.1. num.612.* vbi plures allegat, quos cum aliis repetit noſter Sueues tranſcribendo eadem verba Garciæ *in dicto conſil. 32. num.3.* & *4.* Barboſ. *de vniuerſo iure Eccleſ. lib.2. cap.11. num.81.* & dicemus *infrà in quæſt. ſequenti.*

Nec repugnat, quòd, cùm Collegiales ſint laïci, conſequenter Collegium coram Iudice laïco debeat conueniri, ſicut & etiam illi; eum valeat argumentum de perſona ad locum, vel rem iuxta textum *in l. 1. §. officius, ff. ne quis eum, qui in ius, &c.* & *in l. Qui fure, ff. de ſtatu hominum, cap. Peruenit cap. cum Eccleſia, de immunitate Eccleſiarum* cum aliis adductis per Barboſam *in tract. loc. comm. argum. iuris loco 65. num. 1.* & *loco 83. num. 1.* & *2.* & exinde influere Collegiales in ipſum Collegium, cum hoc ſit perſona ficta, & ex illis habeat animam, & realitatem. 20

Quia reſpondetur ex doctrina, quam notat Garcia *de beneficiis in dicta 5. part. cap.1.* vbi *à num.604.* diſputat an ius patronatus competens confraternitati laïcorum quæ alicui Eccleſiæ ſit adſcripta, cum Epiſcopi authoritate ſit Eccleſiaſticum, vel laïcale, & quamuis plures tenuerint eſſe laïcale, contrariam tamen ſententiam tanquam veriorem, & à multis DD. admiſſam, & ſequutam amplectitur *à num. 606. cum ſeq.* eique cum aliis adhæret Viuianus *in praxi iuris patronatus part. 1. lib. 1. cap. 3. num. 7.* & *13. cum ſeq.* Maſotrius *in praxi habendi concilia ad vacan. part. Eccleſ. requiſito 8. dub. 5.* ex eo, quod tales confraternitates cum authoritate Epiſcopi erectæ ſunt loca pia, & religioſa, & vt talia ex ſe fruuntur priuilegiis Eccleſiarum de quo latè agemus *infra in quæſt. ſequenti*; & exinde ius patronatus illis competens eſt Eccleſiaſticum, & ad metas patronatus Eccleſiaſtici, & non laïcalis metiri, & regulari debet. Et licèt hæc concluſio diuerſas contineat intelligentias DD. vt videre poteris ex his, quæ lato calamo tradit frater meus D. Michaël Antonius Frances de Vrrutigoyti *in tract. de Eccleſ. Cathed. cap. 25. à num. 177. cum pluribus ſeq.* attamen ad noſtrum intentum ſufficit probare, quod in vim naturæ approbationis, & decreti 21 22

Epiſcopi

Epiſcopi fiat Eccleſiaſticum: ergo coram Iudice Eccleſiaſtico earum cauſæ agitari debent; nam licèt conſideretur talis communitas Collegij, vel Confratriæ, vt vniuerſitas laicorum; attamen ex ſe ſemper eſt locus pius, & religioſus gaudens fori priuilegio; quod quidem non amittit ex eo, quòd Confratres, vel Collegiales ſint laici, quia non conſiderantur eorum perſonæ, ſed effectus pietatis influens in eas, quæ quidem tollere non poſſunt illam excellentiam loci pij, & exercitij pietatis, ad quam tendit, & exinde oritur, quòd ipſe locus trahit ad ſe, quod per particularia indiuidua eiuſdem communitatis habere nõ poterat; veluti quod iuspatronatus ſit Eccleſiaſticum, vt cum Lambertino, & aliis reſoluit Garcia *vbi proximè in dicto cap. 1. num.* 607. Præterea quia collegium, & collega differunt; nam illud eſt vox vniuerſitatis, hic verò eſt determinabilis ab illo, & conſtituitur pariter cum alio, *l. Collegarum* 173. *de verborum ſignificat.* Nec omne Collegium habet collegas, ſicut nec omnes Collegæ Collegium faciunt, vt accuratè notauit Loterius *de re beneficiaria lib. 1. quæſt. 14. ex num. 6. cum ſeq.* quem ſequitur frater meus D. Michaël Antonius Frances de Vrrutigoyti *in ſuo tract. de Eccleſ. Cathed. cap. 22. à num.* 80. *cum pluribus ſeq.* ergo ad oculum patet differentia, ne Collegiales laici influere poſſint in Collegium.

23 Tum & etiam, quia datis authoritate, & decreto Epiſcopi iam Collegia tranſeunt in naturam rei Eccleſiaſticæ, & vt talia cenſenda ſunt de foro Eccleſiæ;

24 ex quo oritur, quòd Epiſcopus poteſt illa viſitare, vt expreſsè deciditur *in Trident. ſeſſ. 22. cap. 8. de reformat.* ibi. *Epiſcopi etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati in caſibus à iure conceſſis omnium piarum diſpoſitionum, tam in vltima voluntate, quàm inter viuos, ſint executores; habeant ius viſitandi hoſpitalia, Collegia quæcunque, &c.* ex quo textu clarè colligitur eſſe fori Eccleſiaſtici & conducunt ad intentum quæ tradit Garcia *vbi ſuprà*, & Barboſ. *in Paſtorali part. 3. allegat. 75. à num. 21. cum ſequent.*

25 Et cum actus viſitandi, corrigendi, & puniendi ſupponant iuriſdictionem in viſitante, & ſubiectionem in viſitato præciſè fatendum eſt, quòd ſi Tridentinum attribuit Epiſcopis illud ius viſitationis ſpecificè quoad Collegia, hæc erunt de iuriſdictione Eccleſiaſtica.

Nec repugnat argumentum ponderatum *ſuprà* de perſonis ad locum, ſeu rem, vel è contra; quia illud procedit, quando ex identitate loci, & rei ad perſonam, vel ex perſona ad locum, & rem habet æqualem conſonantiam, & conformitatem, ſecus autem ſi repugnet: vt patet ex argumentis deductis à Barboſ. plures DD. in vnoquoque illorum allegante *in dicto tract. loc. comm. argu. loco* 65. *ibi. Valet argumentum à loco vel tempore ad perſonam, & è conuerſo; quia iſta ſunt ſimilia, &c.* Cùm igitur in præſenti loca Collegiorum erectorum authoritate Epiſcopi ex eo fiant pia, & Eccleſiaſtica, propter authoritatem, decretum vel approbationem Epiſcopi, ergo non habent intrinſecè vniformitatem, conſonantiam, aut reſpectum vniuocum quoad Collegiales ſeculares, ad effectum vt ex eo per hoc, illa perdant, aut defraudentur priuilegiis rerum Eccleſiaſticarum, & piarum. 26

Et tandem aduertendum eſt, quòd in prædictis nulla repugnantia conſiderari poteſt, cùm noſtra reſolutio ſolùm tendat quoad priuilegia fori Eccleſiaſtici, aliarúmque rerum, quibus gaudent loca pia, & religioſa, hoc eſt quòd cauſæ debeant agitari, & terminari coram Iudice Eccleſiaſtico, cùm Collegia erecta cum Epiſcopi authoritate (vt patet ex dictis) verè ſint opera pia, non autem vt fraudentur priuilegio immunitatis, ſicut cætera loca ſacra de quibus *ſuprà in quæſt. antecedenti*, ad effectum, vt confugientes delinquentes ad Collegia nequeant ab illis extrahi per Iudices ſeculares; nam in hoc articulo exiſtimo poſſe auocari, etiamſi Collegium eſſet erectum cum Epiſcopi authoritate; dummodo tamen non haberet reſeruatum ſanctiſſimum de mandato Epiſcopi, aut capellam publicam cum requiſitis traditis per me *in meo Paſtorali interno, ſiue foro conſcientiæ part. 3. vot. 7. n.* 40. *&* 41. & me citato per Cortiadam *tom. 2. deciſ. 64. num. 10. & ſeq.* ad metas eorum, quæ diximus *ſuprà in quæſt. antecedenti num. 24. in fine*, & *num.* 28. tunc etenim vtique gaudere debet immunitate Eccleſiaſtica. 27

Et licèt *proximè* dicta de iure communi procedant; aduertendum tamen eſt, quòd in noſtro Regno Aragoniæ, ſi in Collegiis aliqua pars Collegialium eſſet Clericorum, ſi in illis delinquens ſe receptaret, gauderet immunitate, non ratione Collegij ex ſe abſolutè, ſed ex pri- 28

uilegio conceſſo pet noſtros foros domibus Clericorum, vt patet expreſsè *ex obſeruantia 2. de conſuetudine Regni,&c. ſub tit. de his qui ad Eccleſ. confugiunt, verſ. iuxta quod quæritur,&c.* (cuius verba retulimus *ſuprà in quæſtione antece-*
29 *denti num. 25.*) in qoa diſponitur, qoòd domus Eccleſiæ Monaſterij, & Clericorum gaudeant immunitate, ergo exinde non debent fraudari tali priuilegio Collegia, vbi pars Clericorum exiſtat; nec peioris eſſe conditionis quàm cæteræ domus Clericorum particularium.

30 Præcipuè cum ſit fauorabile pet regulam textus *in l. Cum quidam de liberis, & poſthumis, cap. Ne aliqui de priuilegiis lib. 6. cap. Odia de regulis iuris eodem libro*, cum vulgatis noſter Regens Seſſe *deciſ.45. num.27. volum.1.* & alij plures. Maximè cum ſit priuilegium in fauorem Eccleſiæ, quod omnino ampliandum eſt, & non reſtringendum per ea, quæ communiter notant DD. relati per Marcum Antonium Genuenſem *in practica Eccleſiaſtica quæſt.541.*

31 Hoc tamen verum eſt quoad noſtrum Regnum, non verò in Cathalonia, & aliis Regnis; vt annotaui *ſuprà in quæſt. antecedenti num. 25.* Et tandem quoad reſolutionem propoſitæ quæſtionis concludendum videtur, Collegia erecta cum Epiſcopi authoritate gaudere fori priuilegio, eſſeque de iuriſdictione Eccleſiaſtica: & in noſtro Aragoniæ Regno, ita vna, & altera vice fuit declaratum coram Cancellario Competentiarum in fauorem Collegij S. Vincentij Martyris Ciuitatis Cæſarauguſtanæ de communi voto quatuor Conſulentium, videlicet, die 24. Menſis Maij 1622. coram D. Cancellario Doctore Izquierdo Aznar Canonico Eccleſiæ Metropolitanæ; & ſimiliter ſub die 10. Menſis Maij 1628. coram Cancellario D. Auguſtino de Villanueua Archidiacono Daroccn. in eadem Sancta Eccleſia de voto etiam, & opinione vniformi quatuor Conſulentium; prout teſtatur Sueſues *in ſua centuria tom. 1. conſil.32. in calce num.*8. & ideo quoad noſtrum Regnum certiſſimum, & practicatum reperitur, & ſimiliter quoad alia idem decidi, & concludi debet per ſolida fundamenta *ſuperius adducta*, & annotata, & per ea quæ diffusè, cordatè,& eleganter congeſſit D. Alphonſus Vaſques de Prada *in dicta diſceptatione, ſeu apologetico excurſu contra D. Alphonſum de Eſcobar*, de qua mentionem fecimus *ſuprà num.14.* eámque teperies *poſt tract. de iure Academico* P. Mendo, quam quidem ſi videris non te pœnitebit: ex quibus, & ex his, quæ *in quæſtione ſequenti* annotabimus, ſine dubio tenendum eſt, prædicta Collegia cum circunſtantiis *ſuprà* ſpecificatis gaudere fori priuilegio.

QVÆSTIO LXXVIII.

An Confraternitates laïcorum, vel Clericorum adſcriptæ alicui Eccleſiæ; vel alia ſimilia loca, quæ in ſe contineant opera charitatis, vel pietatis, gaudeant fori priuilegio, & immunitate Eccleſiæ?

SVMMARIVM.

Confraternitatum materia remiſſiuè explicatur. num.2.

Confraternitates (abſolutè loquendo) ſunt quædam ſodalitates ad opera pietatis, & charitatis in obſequium Dei exercenda. num.3.

Confraternitates dicuntur quoddam Collegium perſonale voluntarium, congregatum Religionis cauſa. n.4.

Confraternitates inſtituta pro exercendis operibus piis, & charitatis ſunt admiſſæ de iure; ſicut & reprobatæ,quæ dicuntur illicitæ. num.5.

Illicitas confraternitates habentes puniri debent pœnis à iure ſtatutis.n.5.

Confraternitates laicales in duplici ſunt differentia; nam aliæ exercentur à confratribus laicis per ſe ex motiuo pietatis ſine authoritate Epiſcopi, quæ dicuntur piæ; aliæ erecta cum eius decreto quæ dicuntur Eccleſiaſticæ. n.6.

Confraternitates inſtituta cum authoritate Epiſcopi gaudent fori priuilegio.n.7.& 11.

Loca, quæ dicuntur Eccleſiaſtica,ſunt de foro Epiſcopi. n.7.

Religioſæ dicuntur Confraternitates erecta cum Epiſcopi authoritate, & exinde ſunt de eius Iuriſdictione. n.8.& 11.

Confraternitates propriæ, & veræ ſunt illæ, quæ cum Epiſcopi authoritate eriguntur, vt totaliter frui priuilegio rerum Eccleſiaſticarum

ſiaſticarum dicantur. num. 9. & 10.

Aggregatio cuiusvis confraternitatis per Papam conceſſa, ſemper ſit cum conſenſu, & approbatione Ordinarij ex quadam conſtitutione Clementis VIII. num. 10.

*Confraternitatum erectio, illarúmque conſtitutiones pro operibus piis exercendis, aliiſque faciendis, approbari debent per Epiſcopum, vt vera ſint confraternitates Eccleſiaſticæ. n.*11.

Regulares non poſſunt in ſuis monaſteriis nouas confraternitates erigere, nec erectas confirmare. n. 12.

*Confraternitates quoquo modo inſtitutæ cum Epiſcopi authoritate ſemper remanent Eccleſiaſticæ, & de foro Eccleſiæ. num.*13.

Authoritas, vel decretum Papæ, ſeu Epiſcopi deſtinans locum profanum ad aliquod opus pium, vel charitatis, reddit illum Religioſum, & pium, & de foro Eccleſiæ. num. 14.

Confraternitates laïcorum erectæ ſine Epiſcopi authoritate ſunt in duplici differentia; nam aliæ inſtituuntur cum Principis aſſenſu ad aliqua opera pia exercenda per confratres laïcos; aliæ, quæ tendunt ad aliquod temporale exercitium obeundum; & inter ſe multùm diſtant. num. 15. & 16.

Confraternitates laïcæ fieri poſſunt cum voluntate Principis ſecularis, ad aliquam artem, vel officium, aut exercitium temporale obeundum. numero 16.

*Confraternitates laïcorum, inſtitutæ ſine Epiſcopi authoritate ad exercenda opera pietatis, gaudent fori priuilegio, non totaliter, ſed quoad opera pia. num.*17.

Epiſcopus viſitare tenetur quæcunque opera pia, quomodocunque conſiderentur. num. 17.

Fori priuilegio gaudet quæcunque cauſa pia. n. 18. & 19. cum ſeq.

Epiſcopus de iure eſt exequutor quarumcunque cauſarum piarum. num. 18. & 19.

Epiſcopi nequeunt ſe intromittere ad viſitandum, puniendum, & corrigendum, niſi in rebus, quæ ſpiritualitatem continent. n. 19. & 25.

Confraternitates laïcorum, ad aliqua opera pia exercenda, non gaudere fori priuilegio, aliqui tuentur, ſed non firmo fundamento, & contraria opinio eſt verior, & tenenda quoad opera pia. num. 21. *intellige vt numero* 17.

Fori priuilegio gaudent plures, licèt non ſint Eccleſiaſtici. n. 21.

Confraternitates laicorum ad opera pia exercenda erectæ ſine Epiſcopi authoritate, licèt non ſint Eccleſiaſticæ, ſunt tamen cauſa pia, & ex eo gaudent fori priuilegio. num. 22.

Epiſcopi ſunt exequutores quarumcunque piarum diſpoſitionum relictarum, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, & tenentur illas viſitare. num. 23.

Verbum, omne *eſt comprehenſibile rei, ſuprà quam cadit ſine aliqua excluſione. num.* 24.

Dictio, Quæcunque, *eſt vniuerſalis, & comprehendit omnia, etiam caſus improprios, & maiores expreſſis, & includit omne genus perſonarum, & priuilegiorum, ac ſe extendit vſque in infinitum. n.* 26.

Epiſcopi habent viſitationem, correctionem, & punitionem, non ſolùm in operibus piis, ſed etiam in quibuſcunque confraternitatibus illa exercentibus. num. 27.

Priuilegia omnia conceſſa Eccleſiis cenſentur comprehenſa ad omnia opera pia, etiamſi de eis mentio non fiat. numero 28.

Eccleſiarum appellatione in priuilegiis continentur omnia opera pia. numero 28.

Opera pia quoad iuris effectus æquiparantur Eccleſiaſticis rebus. n. 29.

Epiſcopus debet eſſe valde ſolicitus in petenda ratione confraternitatum, & locorum piorum. n. 30.

Adminiſtratores quorumcunque locorum piorum tenentur reddere rationem Epiſcopo, quoties ab ipſo petatur. numero 31.

Confraternitates laïcorum erecta ſine Epiſcopi authoritate, ad aliqua opera pia exercenda, quoad hæc gaudent fori priuilegio, non verò in cæteris. numero 32.

Confraternitates laïcales erectæ ſine Epiſcopi authoritate, ad aliqua temporalia exercitia obeunda, non gaudent fori priuilegio, ſed totaliter ſunt ſubiecta ſuis Iudicibus ſecularibus. n. 33.

Confraternitates laicales pro aliquo officio, vel miniſterio temporali exercendo, poſſunt inſtitui cum authoritate ſuperioris ſecularis. n. 34.

Eccleſia,

Ecclesia, & Oratoria, in quibus institutu ſunt confraternitates cum authoritate Episcopi, gaudent immunitate Ecclesiæ. num. 35. & 36 *extende vt numero* 39.

Authoritas Epiſcopi, vt Capella, ſeu Oratorium publicum, aut Eccleſia ædificetur, ſufficit, vt loca ſacra dicantur, & gaudeant immunitate Eccleſiæ. n. 36. & 40.

*Oratorium publicum, ſeu Capella, erecta cum authoritate Epiſcopi, æquiparatur Eccleſiæ. n.*37.

*Seminaria, erecta cum Epiſcop authoritate pro pueris ſtudentibus, gaudent immunitate Eccleſiæ. n.*38.

*Capella, ſeu Oratoria confraternitatum inſtitutarum, ad opera pia exercenda ſine authoritate Epiſcopi, non gaudent fori priuilegio. n.*40.

Oratorium, erectum ſine Epiſcopi authoritate, dicitur priuatum, & non gaudet immunitate Eccleſiæ. numero 41.

1 IN duabus quæſtionibus immediatè antecedentibus egimus latè de diuerſis locis ſacris, & piis gaudentibus immunitate Eccleſiæ, & fori priuilegio nunc autem continuando, & proſequendo idem obiectum, inqui-
2 rendum eſt in præſenti de Confraternitatibus. Sed cum eius materia generaliter exaranda ſit latiſſima, & immediatè non genuina noſtri inſtituti, non immorabimur in illa tractanda, & extendenda; ſed ſtrictè erit dubium; an gaudeant nec ne fori priuilegio: nam quo tempore fuerunt inuentæ, deque illarum definitiune, ac differentia, de etymologia; vnde originem habuerunt: cuius authoritate erigi valeant, quidque in earum erectione conſiderari debeat; & de illarum differentia, & abuſu; déque aliis pluribus ad ipſas pertinentibus, latè agunt, diſputant, & tradunt Rebuffus *in conſtitutionibus Galliæ tom.* 2. *in tract. de confratern.* Barboſ *in Paſtor. part.* 3. *alleg.* 75. *à numero* 14. & *de vniuerſo iure Eccleſ. lib.*2. *capite* 11. *à numero* 66. Valenzuela *tom.* 1. *conſil.* 87. Nicolaus Garcia *de beneficiis part.* 5. *cap.* 1. *à num.* 604. Marta *de iuriſdictione part.* 4. *caſu* 113. *à numero* 7. & plures quæſtiones reſoluens Pellizarius *in manuali Regularium volum.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 6. *à numero* 260. *in nouiori impreſſione* de anno 1653. Antonius Ricciulus *lib* 4. *lucubrationum Eccleſiaſticarum capite* 2. Bordonus *in ſuis conſiliis regularibus tom.* 2. *reſol.* 72. Lezana *tom.* 1. *ſumma quæſt. regul. capite* 15. & alij plures quos longum eſſet recenſere; ſed vltra omnes latiſſimè, & eruditè frater meus D. Michaël Antonius Frances de Vrrutigoyti Archidiaconus Cœſarauguſtæ *in ſuo tract. de Eccleſ. Cathed. cap.* 25. *per totum*, vbi copioſè congerit quidquid ad materiam confraternitatum excogitari poteſt; & ideo, in præſenti ſolùm agemus reſpectu, priuilegij fori, & immunitatis Eccleſiæ.

Et ad intellectum ſupponendum eſt, 3
quòd, abſolutè loquendo, confraternitates nihil aliud ſunt, quàm quædam ſodalitates, & vniones ad opera pia, & charitatis in obſequium Dei, & proximorum exercenda; vt tradit Riccius *in praxi fori Eccleſiaſtici reſol.* 127. *numero* 1. *in nouiore impreſſione*, Pellizarius *in manuali regul. in dicto tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 1. *ſect.* 6. *num.* 260. vel 4
Collegium perſonale voluntarium, Religionis cauſa congregatum, iuxta textum *in l.* 1. §. *Sed Religionis ff. de Collegiis illicitis*; & docent Ricciulus *lib.* 4. *lucubrationum Eccleſiaſticarum in dicto cap.* 1. *num.* 4. quos refert, & ſequitur frater meus D. Michaël Antonius Frances de Vrrutigoyti alia plura adducens *in dicto tract. de Eccleſ. Cathed. in dicto cap.* 25. *à num.* 29. *cum ſequent.*

Ex quibus noſter ſermo ſolùm ten- 5
dit reſpectu confraternitatum à iure approbatarum, & admiſſarum, & quæ reſpiciunt, tanquam obiectum principale, & vnicum, opera pia, & charitatis exercenda; veluti pro maritandis, & dotandis puellis, & pauperibus, ac orphanis, ſuſcipiendis peregrinis, reficiendis infirmis, & docenda iuuentute aliiſque ſimilibus, in quibus obſequium ſummoperè placabile, & iucundum Deo fit.

At verò de aliis confraternitatibus à iure reprobatis, vt *in l.* 1. *ff. de Collegiis illicitis, cap. Si quis Clericos* 11. *q.* 1. *c. Sanè* 16. *quæſt.* 1. de quibus Tuſchus *de viſitatione lib.* 2. *cap.* 14. & latè Barboſa *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico l.*2. *c.* 11. *à n.*68. *cum ſeq* non agemus; cum tales illicitæ, & reprobatæ cõfraternitates nõ ſolùm gaudere debeant aliquo priuilegio, ſed imò potius puniri pœnis à iure ſtatutis

contra

contra habentes, vel fouentes tales congregationes; de quibus Petrus Gregorius *de Republica cap.* 13. *lib.* 3. *in principio*, quem cum aliis refert Barboſa *in dicto cap.* 11. *num.* 74.

6 Secundò notandum eſt, quòd prædictæ confraternitates licitæ conſiderari etiam debent in duplici differentia; nam aliæ ſunt laïcales exercẽdæ per laïcos ipſos, in aliqua opera pietatis, & charitatis tendentia in obſequium Dei ex particulari illorum motiuo, in quibus non interuenit decretum, ſeu authoritas Papæ, vel Epiſcopi; & hæ propriè appellantur piæ congregationes, ſeu confraternitates propter motiuum ad quod tendunt, etiamſi fuerint erectæ cum aſſenſu, & voluntate Principis ſuperioris: Aliæ autem ſunt Eccleſiaſticæ, quando, ſcilicet, cum Papæ, aut Epiſcopi authoritate, & cum approbatione ſuarum conſtitutionum, & exercitiorum fuerunt admiſſæ; prout cum pluribus tradit Barboſa *in dicto cap.* 11. *à n.* 78. frater meus D. Michaël Antonius *in dicto cap.* 25. *n.* 59. *& ſeq.*

7 Quibus ſic præſuppoſitis, dicendum eſt, confraternitates, quę modo prędicto Eccleſiaſticæ ſunt, gaudere fori priuilegio; prout diximus de Collegiis *in quaſt. antecedenti*; nam cùm certiſſimum ſit, quòd habeant qualitatem, & excellentiam rei Eccleſiaſticæ, ac operis pij, ex conſequenti ſubiectæ remanent Epiſcopo iuxta decretum, & diſpoſitionem Tridentini *ſeſſ.* 22. *cap.* 8. *&* 9. *de reformat.* & tradunt communiter DD. *in l. Conuenticula cod. de Epiſcopis, & Clericis* per textum *in l. Collegia* §. *in ſumma ff de Collegiis illicitis, & in l. ſemper* 5. §. *Quibuſdam* 12 *ff. de iure immunitatis*, & conſo-

8 nant plures relati per Barboſam *in Paſtorali part.* 3. *allegat.* 75. *n.* 22. *&* 23. vbi ex infinitis ab eo allegatis rationem aſſignat; quia tales confraternitates, ex eo, quòd ſint conſtitutæ authoritate Papæ, vel Epiſcopi ſunt loca pia, & religioſa, vt deducitur *in cap. ad hæc, ibi. Cum ſit religioſus, &c.* de religioſis domibus, & *in Clementina, Quia contingit, eodem tit.* ac ita declarauit Rota *in Romana Beneficiatus* 22. Maij 1623. coram Coccino, teſte eodem Barboſa, *vbi proximè n.* 22. *in fine.*

9 Ex quo dixit eadem Rota *in vna Romana Saluiani, vel attentatorum* 19. Iulij 1648. coram Arguelles, quam reperies impreſſam penes Merlinum *poſt tract. de pignoribus deciſ.* 152. *n.* 5. & 6. quod contraria opinio non ſatis ſolido fundamento nitatur, nam confraternitates, quæ realiter verè, & propriè tales appellari debent, & ſunt ſemper cum authoritate, & decreto Epiſcopi, ipſiúſque conſenſu, & approbatione, ac licentia fieri debent.

Et patet ex quadam conſtitutione Clementis VIII. ſub dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 7. Decembris 1604. quæ incipit. *Quæcumque à Sede Apoſtolica, &c.* quam reperies *in magno Bullario Cherubini tom.* 3. *in conſtitutionibus S. M. Clementis VIII. conſtit.* 115. *pag.* 160. *in vltima impreſſione de anno* 1655. vbi *in* §. 2. *in fine*, & *in* §. 3. diſponit, quòd in erectione, ſeu aggregatione facienda de quacunque confraternitate à Sede Apoſtolica conceſſa, accedat Ordinarij conſenſus, *ibi Præuio ſimiliter loci Ordinary conſenſu, & cum eius literis teſtimonialibus, &c.* 10

Et *in* §. 5. ita proſequitur: *Statuta autem pro regimine Ordinum, Religionum, & inſtitutorum erigentium, & inſtituentium, ac communicantium, ſeu Archiconfraternitatum, & congregationum aggregantium, edita, confraternitatibus, & congregationibus erigendis, inſtituendis, & aggregandis, & quibus communicationes priuilegiorum, & aliorum prædictorum fiunt, impartiri non poſſint, niſi ea prius ab Epiſcopo Diœceſano examinata, & pro ratione loci approbata fuerint; quæ nihilominus eiuſdem Epiſcopi decretis, ac moderationi in omnibus ſemper ſubiecta remaneant, &c.* Et *in ſequentibus* §§. proſequitur eandem materiam: De qua conſtitutione plures DD. agentes de hac materia mentionem faciunt; vt per Piaſec. *in praxi Epiſcopali part.* 2. *cap.* 3. *num.* 33. Barboſ. *de vniuerſ. iure Eccleſiaſtico in dicto cap.* 11. *n.* 75. & 76. vbi etiam refert alias declarationes ſacræ Congregationis idem confirmantes. 11

Ex quibus liquido patet habere qualitatem, & eſſentiam rerum Eccleſiaſticarum, & conſequenter gaudere fori priuilegio; vt concludunt ferè omnes DD. *ſuprà* allegati cum Lezana *in ſumma part.* 2 *cap.* 15. *n.* 3. *&* 4. vbi *n.* 7. allegat prædictam Bullam Clementis, & *n.* 8. *& ſeq.* latè agit de ea intendens probare eſſe moderatam per quandam illius declarationem factam per S. Mem. Paul. V. qua conceditur poſſe Regulares ſine Ordinarij conſenſu, & approbatione nouas confraternitates erigere, & inſtituere, & inſtitutas confirmare; & ad intentum allegat Laurentinm de Franchis, 12

chis, ſed profectò non ſatis conſtanti fundamento illud reſoluunt; cum contrarium ſit verius, vt accuratè, & manifeſtè concludit Ceſpedes *in tract. de exemptione Regularium cap.* 24. *quæſt.* 376. vbi plura congerit, quæ conuincunt Lezanam, & Franchis.

13 Verùm quidquid ſit de hoc articulo, cum immediatè non ſit noſtri inſtituti, nec ad id ſit opus illum ex profeſſo excogitare, quapropter non me extendo, cum in prædictis DD. videre poſſis. Ad noſtrum tamen intentum conducit, quòd quoquo modo confraternitates erigantur cum Epiſcopi authoritate ſemper remanent in eſſentia ſurmali rei Eccleſiaſticæ, & exinde de foro Eccleſiæ. Barboſa *in dicto cap.* 11. *n.* 75. vbi *à num.* 85. *cum ſeq.* latè proſequitur, & copioſè Nicolaus Garcia *de beneficiis* 5. *part. cap.* 1. *à num.* 605. Sperellus *deciſ.* 153. *num.* 23. *& ſequent.* frater meus D. Michaël Antonius Frances de Vrrutigoyti alios referens *in dicto* 25. *à num.* 77. *cum ſequent.*

14 Si enim authoritas, vel decretum Papæ, ſeu Epiſcopi deſtinando locum profanum ad aliquod opus pium, vel charitatis, reddit illum religioſum, & pium & de foro Eccleſiæ; vt probauimus *in quæſtione antecedenti num.* 19. & præter *ibidem* allegatos addere poteris fratrem meum *in dicto cap.* 25. *num.* 75. & 76. & accuratè Bordonum *in conſiliis regularibus reſol.* 72. *quæſt.* 21. *num.* 33. quem refert, & ſequitur Pellizarius *in Manuali Regul. tom.* 3. *tit. de priuilegiis inſtituent. Confraternitates tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 6. *quæſt.* 12. *num.* 272. & *ibidem quæſt.* 33. *num.* 293. *in nouiori impreſſione amborum*: Exinde enim dicendum eſt gaudere fori priuilegio, in quo non eſt dubitandum: An autem loca, in quibus ſunt erecta, fruantur priuilegio immunitatis, vt ad ea confugientes extrahi nequeant per Iudices ſeculares, dicemus *infrà.*

15 De aliis autem Confraternitatibus laïcalibus erectis ſine Epiſcopi authoritate maior eſt difficultas; & hæ etiam in duplici ſunt differentia; cùm aliæ ſint quædam congregationes, ſeu conuentus laïcorum cum Principis, vel ſuperioris licentia ad aliquod opus pium, & charitativum exercendum, non verò cum particulari, ſeu generali aſſenſu Epiſcopi, ſed ex motiuo proprio inſtitutæ tendentes ad obſequium Dei ad illa charitatiua miniſteria exercenda per confratres laïcos.

Aliæ autem ſunt, quæ ab aliquo ſuperiori ſunt admiſſæ, & decretæ ad aliquod temporale officium, vel exercitium obeundum, condendo ſtatuta, vel conſtitutiones, quibus confratres deſtinati ad artem, vel officium, quod exercent, debeant ſe gubernari, & ſubjici Iudici nominato, & deſtinato ad eum effectum; quod quidem de iure communi fieri poſſe, patet expreſsè *in l. Periniquum* 7. *cod. de iuriſdictione omnium Iudicum*; & erit exemplum, vt in aliqua arte, vel profeſſione, vt notariatus ſeu mercatorum, & ſimilium locum habeat; & tunc tale conſortium, vel collegium dicitur confraternitas mera laïcorum ad temporalia deſtinata, vt cum aliis aduertit Frater meus *in dicto cap.* 25. *n.* 156. & 157. 16

In his igitur Confraternitatibus, dicendum eſt, quòd illæ inſtitutæ ad opera pietatis, & charitatis exercenda gaudent fori priuilegio, nõ abſolutè, ac totaliter, & collectiuè quoad ſe, ſed limitatè reſpectu, & ratione operum piorum in illis contentorum; cùm expreſsè *in Trident. ſeſſ.* 22. *cap.* 8. attribuatur Epiſcopis, quòd viſitare valeant, & teneantur quæcunque opera pia, quomodocunque conſiderentur, ac ſint: &, vt diximus *ſuprà in quæſt. antecedenti n.* 15. *& ſequent.* eo ipſo, quòd cauſa ſit pia, ex ſe præcisè gaudet fori priuilegio: cum ex ipſo Tridentino Epiſcopus ſit exequutor earum, ex quo, & ex facultate viſitandi trahit, & aſſumit ad ſe illud priuilegium, vt patet ex dictis *in quæſt. præcedenti num.* 24. & 25. 17 18

Et certè cùm Epiſcopi nequeant ſe intromittere ad viſitandum, puniendum, vel exercendam iuriſdictionem, niſi in rebus ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis, ac locis, & operibus piis, ſeu religioſis, ſequitur, quòd eo ipſo, quòd per Tridentinum attribuatur illis viſitatio circa omnia opera pia, conſequenter hæc erunt de foro Eccleſiæ, vt latiſſimè, & accuratè tradunt Gratianus *tom.* 3. *diſcept. forenſ. cap.* 481. ferè *per totum*, præcipuè *num.* 11. & 14. *cum ſeq.* & copiosè Garcia *de beneficiis* 5. *part. cap.* 1. *num.* 606. vbi plures allegat, quibus iunge Ricciulum *lib.* 4. *lucubrationum Eccleſiaſticarum cap.* 11. *num.* 11. & 12. optimè Pellizarius *in Manuali Regularium tom.* 3. *tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 6. *num.* 272. *pag. mihi* 425. *in nouiori impreſſione*, qui licet pro ſe alleget Bordonum *in conſiliis regularibus tom.* 2. *reſol.* 82. *num.* 33. abſolutè tamen 19

tamen non aſſentitur prædictæ reſolutioni, imò videtur adhærere Barboſæ, Lezanæ,& aliis, de quibus ſtatim dicemus. *in n.ſequenti.*

20 Et quamvis Barboſa *in Paſt.part.3.allegat.75.n.26.*dicat, Confraternitates Eccleſiaſticas ſine Epiſcopi authoritate erectas non debere cēſeri Eccleſiaſticas, aut religioſas, quem ſequitur Lezana *in ſumma Reg.to.1.ſub tit.de Confraternitatibus cap.15.n.3.*vbi *n.4.* refert; ex eo, illas non gaudere fori priuilegio, etiamſi ad opera pia exercenda inſtituantur, quibus videtur adhærere Bordonus, *vbi proximè*, qui quamvis non clarè, ſed confusè loquatur ad terminos prędictæ Bullæ Clementis VIII.cùm tamen ad confirmandam ſuā reſolutionem alleget Barboſam & Lezanā *vbi proximè* videtur ei aſſentiri.

21 Sed, ſaluâ pace tantorum virorum, ex ſuamet doctrina conuincuntur; & primò non ſequitur illatio, quam inferunt, videlicet, *ſine reſtrictione non ſunt Eccleſiaſtica; ergo non gaudent fori priuilegio.*

22 Prætereà fatentur dici tales Confraternitates pias cauſas, vt *n.27.* concludit Barboſa per hæc verba. *Pias tamen eſſe, non eſt negandum; cum enim opera pietatis, ibi exerceantur, piis cauſis debent annumerari; vt de hoſpitalibus ſine ea inſtitutis reſoluunt Paulus de Caſtro, &c.* & eiſdem ferè verbis vtitur Lezana; & ex eis clarè colligitur, ſuam ſententiam expreſsè repugnare decreto Tridentini *in dicta ſeſſ.22.cap.8. de reform.* ibi, *Epiſcopi tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati in caſibus à iure conceſſis, omnium piarum diſpoſitionum, tam in vltima voluntate, quàm inter viuos, ſint exequutores, habeant ius viſitandi hoſpitalia, Collegia quacunque, ac Confraternitates laïcorum etiam, quas ſcholas, ſiue quocunq; alio nomine vocant,&c.*

23 In quo textu ad intentum duo ſunt principaliter ponderanda, præterquam quòd literis ſatis eſt clara. Primum illa pars: *Omnium piarum diſpoſitionum tam in*
24 *vltima voluntate, quàm inter viuos:* ponderādo verbū illud, *omnium*, quod eſt comprehenſibile rei, ſupra quam cadit, ſine aliqua reſtrictione, vel excluſione, vt infinitos referens tradit ipſe Barboſa *in tract.axiomat. iuris vſu frequent. axiomate 168. n. 1.* ergo ſi illi fatentur, prædictas Confraternitates eſſe pias, deberéq; annumerari piis cauſis, & Tridentinum ſine reſtrictione, aut limitatione attribuat Epiſcopis viſitationem omnium cauſarum piarum, neſcio equidem quomodo, etiamſi non debeant reputari pro non Eccleſiaſticis, & religioſis, ſaltem pro cauſis,& pro operibus piis poſſint excludi, vt fori priuilegio non gaudeant; cùm apud omnes ſit in confeſſo, vt diximus
*ſuprà n.19.*quòd in rebus merè laïcis,& 25
ſecularibus nequeant Epiſcopi ſe intromittere: ſed ſic eſt, quòd Tridentinum eis concedit viſitationem,& quidquid ex eo reſultat: ergo exinde eſt, quia ad inſtar Eccleſiaſticarum, & religioſarum ſunt, ſaltem pro parte operum piorum ad effectum gaudendi fori priuilegio,& & conſequenter abſolutè negaſſe talem qualitatem, qua nequeant priuari.

Secundum ponderabile *ex eodem textu Concilij deducitur magis in ſpecie ex ſecunda parte ſeu clauſula: Ac Confraternitates laïcorum, etiam quas ſcholas, ſeu quocunque nomine vocant, &c.* ponderando dictionem illam, *Quocunque*, quæ eſt vniuerſalis,& comprehendit omnia, etiam caſus improprios, & maiores expreſſis; facítque vt includantur, qui aliàs non includerentur, & complectitur omne genus perſonarum, etiam priuilegiatarum, ſeſéque extendit vſque in infinitum, habétque alios plures conſimiles effectus, vt latè congeſſit idem Barboſa plures alios allegans *in tract. de dictionibus vſu frequentibus dictione 317.* 26

Si ergo Tridentinum ſpecialiter, & cum particulari nota decernit poſſe, & teneri Epiſcopos viſitare nō ſolùm omnia opera, ſed quaſcunque Confraternitates cū illa latiſſima dictione, *quaſcunq;* non videò, quo pacto poſſint conſiderari ſaltem lato modo, Eccleſiaſticæ, & religioſæ quoad illā partē, ne gaudeant fori priuilegio: habet enim repugnātiā, quòd Epiſcopus viſitet, corrigat,& puniat in re merè laïca,& ſeculari, & quòd, ſi talem poteſtatē,& iuriſdictionem habet, nō ſit Eccleſiaſtica,& religioſa res ſuprà quam cadit; ex quibus prædictam opinionem Barboſæ,& Lezanæ,& aliorum refellendam,& non admittendam eſſe, patet. 27

Tum & etiam conuincitur ex eo, quòd ipſe Barboſa cum pluribus rectè concludit (& eſt certiſſimum) *in dict.alleg.75. n. 36.* quòd in omnibus priuilegiis conceſſis Eccleſiis omnia opera pia cōprehenduntur, etiāſi de eis mentio non fiat: nam illarum appellatione hæc continētur per textū *in l.Priu.cod.de Epiſc.& cler.* & ſic infert, quod opera pia quoad iuris effectus æquiparantur Eccleſiis: & ad intentum plures allegat: Quis vnquam negauit, quòd Eccleſiæ nun gaudent fori priuilegio; ergo & opera pia Confrater- 28

nitatnm,& quod ex eis reſultat ex identitate rationis, quam ipſe Barboſa, & cæteri inducnnt comprehenſiuè.

30 Inſuper ipſe Barboſa *in dicta allegat.* 75.*n.*57.reſoluit Epiſcopos debere eſſe valde ſolicitos in petenda ratione piurū locorum,& in ſpecie inter ea enumerat Confraternitates laïcorum,quæ quidem in Tridentino comprehenſæ manent, tam illæ, quæ authoritate Epiſcopi ſunt erectæ,quàm aliæ ſine ea,ſi ſint cnm de-
31 ſtinatione ad aliqna opera pia.Et *n.* 58. ſimiliter concludit, quòd de omnibus locis piis ratio reddenda eſt Epiſcopo ab Adminiſtratoribus,ſiue ea ſint publica, ſiue priuata, Eccleſiaſtica, vel laïcalia (verba ſunt ipſius Barboſæ) & ad intentnm allegat quandam declarationem ſacræ Congregationis:ergo etiam ex eius doctrina conuincitur; nam dato, quòd tales Confraternitates non eſſent Eccleſiaſticæ, & religioſæ (provt vult) pro operibus piis, non poſſunt effugere iuriſdictionem Eccleſiaſticam, quandoquidem ad Epiſcopos pertinet rationem de illis petere,viſitare,corrigere,& puni-
32 re.Qui quidem actus immediatè influūt in iuriſdictionem & conſeqnenter inducere fori priuilegium, certiſſimum eſt, & patet ex his, quæ accuratè adnertit Gratianus *in dicto tomo* 3. *diſceptationum forenſium cap.* 485. *à aumero* 15. *cum ſeqaent.* licèt aliàs quoad cætera contenta in talibus Confraternitatibus laïcalibus erectis ſine Epiſcopi authoritate fatear, extra opera pia non gaudere fori prinilegio, ſed pertinere ad Iudices laïcos,vt cum pluribus tradit Bobadilla *in politica tom.*1 *lib.*2.*cap.*17.*n.* 139. & 141. & *cap.* 18. *n.* 228. Frater meus *vbi ſuprà in dicto cap.* 25. *n.*115. & 171. *cam ſeq.* & alij plures *ſuprà allegati.*

33 Et rationem aſſignat Belletus *part.* 1. *diſquiſit. Cleric. tit. de fauore Clericoram reali* §.5.*n.*86. *verſ. Quamobrem* per hæc verba: *Loca pia dicuntur, qua ſant fundata cam authoritate Epiſcopi, aliàs non: etiamſi ibi exerceantar opera pietatis, & concernant pium vſum*; Nam aliud eſt dicere de loco,aliud de operibus; *ideoqae iura loqueatia de piis locis non comprehēdant hoſpitalia, Confraternitates, Collegia, & Congregationes abſque authoritate Epiſcopi fandatas, &c.* ex qua doctrina colligitur, aliud dicendum eſſe de loco Cōfraternitatis laïcalis,qui non gaudet fori priuilegio;aliud autem de ipſis operibus piis, quæ ibidem exercentur; & ideò non datur repugnanria,quòd locus non gaudeat,& opera pia fruantur. Ex quibus quoad hanc partem certiſſimam iudico prædictam reſolutionem.

Aliæ autem ſunr Confraternitates laï- 34
cales inſtitutæ,& erectæ cum aſſenſu,& poteſtate Superioris ſecularis ad aliqua miniſteria,vel officia,aut exercitia temporalia miniſtranda,& obeūda,quæ quidem totaliter nullatenus gaudent fori priuilegio,ſed indiſtinctè erunt ſubiectę ſuis Iudicib. ſecularibus, Capitius Latro *deciſ.Neap.*95.*lib.* 1.*n.*13. & 14. dummodò tamē,res de qua agitur, non ſit merè ſpiritualis;quia tunc cognitio pertinebit ad Eccleſiaſticum (non ratione Confraternitatis,ſed ſpiritualitatis)de quo latiſſimè frater meus *in dicto cap.* 25. *à n.* 83. *cum pluribus ſeq.*& ratio eſt,quia illæ non dicuntur loca pia, nec inter ea debent connumerari, cùm tantùm tendant ad vtilitatem temporalem propriam,vt docent, Ricciulus *vbi ſuprà in dicto tract. lucubrat. Eccleſiaſt. lib.*4.*cap.*11.*n.*13.& Barb. *de vniuerſo iure Eccleſiaſt. lib.*2.*cap.*11.*n.*79. Frater meus *vbi proximè*, & alij plures. Enim verò extra rem merè ſpiritualem de per ſe ſemper ſubſunt Iudicibus ſecularibus.

Nec prædictæ Confraternitates ſunt à iure reprobatæ,imò ab eo admiſſæ,vt patet *ex dicta l. Periniquam, Cod. de iuriſdictiane omnium Iudicum*, & latiſſimè tradunt Azeuedo *ſuper tertiam librum noua recopilationis tit.*13 *.Del Prior.y Conſules de las Ciadades de Burgos,y Bilbao,&c.* Mexia *tract. taxa panis concluſ.*5.*à n.*25.*cum ſeq.*

Et in pluribus Prouinciis Hiſpaniæ tales Confraternitates reperiuntur habentes ſuum Iudicē ſpecialem reſpectu rerum pertinētium ad illas,provt in Cathalonia copioſè refert Cortiada *in ſaa praxi contentioaam to.*1.*deciſ.*10.*à n.* 230. *in Conſalibas Magiſtratus Loxia maris.* Et pro Regno Valentiæ Matthæu *de regimine Regai Valeatia tom.*1.*cap.*4.§.10.*n.* 3. Et pro Sardinia Regens Vico *ad Pragmaticas Regni Sardinia lib.*2.*tit.*48.*cap.*1.& alij penes ipſos,quibus copioſè inngere poteris Solorzanum *in Polit. Indiana lib.*6. *cap.*4.*verſ. Otro priuilegio,&c.pag.*1012.*cum plaribus ſeq.*vbi latè agit de hac materia: & prædictam opinionem ſequuntur communiter DD. vt per Gratianum *in dicto cap.*481.*n.*2.Fratrem meum *vbi ſup. in dicto cap.*25.*n.*61.& 69.*cum ſeq.*Ricciulum *in dicto lib.*4.*cap.*11.*n.*13.

Ex quibus certiſſimè tenendum eſt 35
quòd,in his laïcalibus Cōfraternitatibus pro rebus merè temporalibus conſtitutis

ſine

ſine aliquo miniſterio ſpirituali exercendu, pertineat omnino cognitio quarumcunque cauſarum, quæ ex ſui natura non ſint merè ſpirituales, ad ſuos proprios Iudices ſeculares deſtinatos cum aſſenſu Principis ſuperioris ad eum effectum.

36 Pro coronide huius quæſtionis reſtat inquirere; an Eccleſiæ, Oratoria, vel loca, aut Capellæ in quibus confraternitates ſunt conſtitutæ, ad eáſque adſcriptæ, gaudeant non ſolùm fori priuilegio (vt dictum eſt) reſpectu illarum, ſed & etiam immunitate Eccleſiarum, ad effectum, vt confugientes ad illas extrahi nequeant per miniſtros ſeculares, ſicut & in aliis locis Eccleſiaſticis, & ſacris?

37 Et dicendum eſt, prædictas confraternitates authoritate Epiſcopi erectas, habentes Capellas, Oratoria, ſeu Eccleſias, gaudere non ſolùm fori priuilegio quoad ipſas, ſed etiam immunitate Eccleſiæ quoad loca; cum authoritas, & decretum Epiſcupi ſufficiat, vt locus ſacer dicatur, & exinde, vt immunitatè gaudeat, vt patet ex his, quæ diximus *ſupr.quæſt.76.n.2. & 3.cum ſeq.* & *n.28.* & probatur *ex textu in cap.Certum eſt.7.de conſecratione, diſt.1.* ibi. *Ne quis in Eccleſia, vel Oratorio, &c.* ponderando, quòd illa cum hoc æquiparantur, & conſequenter cum per ſe Eccleſia gaudeat immunitate, ſimiliter & Oratorium, ſeu alius locus, vel Capella publica pro vſu confraternitatis deſtinata ad tradita *ſuprà in dicta quæſt.76.n.4. & 28. cum ſeq.*

38 Quod quidem etiam probari poteſt in ſimili; nam ſeminaria inſtituta pro pueris ſtudentibus gaudent immunitate Eccleſiæ, ex eo principaliter, quòd Epiſcopi authoritate eriguntur; vt cum Ricciulo, & Genuenſi *in praxi Curia Archiepiſcopalis Neapolitanæ cap.17.n.* 10. reſoluit frater meus *in dicto tract.de Eccleſ.Cathed.cap. 28.n.546.in fine*; ergo ſimiliter prædictæ Confraternitates. Quam ſententiam ſequuntur, & defendunt Peregrinus *de immunitate cap.4.n.* 64. Marius Italia. *lib.1.de immunitate cap.4. §.4.* quos cum aliis ſequitur Bordonus *in ſuis conſiliis moralibus tom.2.reſol.72. num.34.* loquens in terminis locorum, Gapellarum, & Confraternitatum: idémque ſentiunt Gutierrez *lib.1.Canonicarum quæſt.cap.35. num.* 23. Pellizarius *in manuali Regularium tom.3.ſub tit. de Priuilegiis inſtituendi Confraternitates tract.8.cap.5.ſect.6.n.293. verſ.An gaudeant immunitate, &c.*

Quòd priuilegium prædicti DD. extendunt ad locum, vel domum contiguam, & vnitam Capellæ, vel Oratorio pro vſu, & exercitio rerum concernentium ad ipſas Confraternitates cum cæteris ampliationibus de quibus *ſup. q.76.* cum eadem vigeat ratio. 39

At verò in cæteris Confraternitatibus 40 laïcalibus ſine Epiſcopi autboritate erectis, etiam ad opera pia exercenda in aliqua domo, aut loco, vel Oratorio, ſeu Capella diſponenda, vel exequenda; quamvis aliàs (vt diximus) talia opera pia gaudeant fori priuilegio, eorúmque cognitio pertineat ad Iudices Eccleſiaſticos, nõ tamen locus, Oratorium, domus, vel Capella, in quibus exiſtunt, gaudere poterunt immunitate; cùm eſſentiale, & formale conſtitutiuum loci ſacri illis deficiat, videlicet, authoritas Epiſcopi, quæ attribuit illam excellentiam, vt diximus *ſuprà n.36. & in dicta quæſt.76.n.5.* & 10. *cum ſeq.*

Nec ex eo, quòd Oratorium, ſeu Ca- 41 pellam habeant; gaudere poſſunt immunitate, quia verè iudicatur, & eſt priuatum, & vt tale non comprehenditur per ea, quæ annotauimus *in dicta q.76.n.28. & 29.* & exinde cunchidendum eſt, Capellas, domos, & Oratoria taliũ Confraternitatum excluſa remanere ab immunitate, ſicut & quæcunque aliæ collectæ, & vnitę ſine Epiſcopi authoritate, etiamſi collegialiter degant ad pia opera, & charitatiua exercenda: & ex his à fortiori idem reſoluendum eſt de aliis Confraternitatibus laïcalibus deſtinatis ad officia, vel exercitia tẽporalia adminiſtranda, & facienda, quæ totaliter ſunt excluſæ à fori, & immunitatis priuilegio.

QVÆSTIO LXXIX.

Quæ perſonæ gaudeant immunitate Eccleſiæ, ſi ad locum ſacrum confugiant?

SVMMARIVM.

Eccleſia defendit quemcunque Reum ad eam confugientem.n.1.

Confugiens ad Eccleſiam, quantacunque maleficia perpetrauerit, non eſt ab illa violenter extrahendus.n.2.limita vt 5.

Confugiens ad Eccleſiam tutus exiſtit in ea, non ſolùm quoad pœnam inflictam per Iudicem, ſed etiam quoad infligendam. n.3.

Immunitas Eccleſiæ non ſolùm habet locum in rationalibus, ſed etiam in irrationalibus. num. 4.

Leges ciuiles an debeant obſeruari, & obligent, ſi aliquid diſponant contra immunitatem Eccleſiæ, vel ius Canonicum. num. 14.

Ius Canonicum, & non ciuile attendendum eſt in materia immunitatis Eccleſiæ. numero 38.

Immunitate Eccleſiæ gaudent cadauera punitorum ad mortem ſi ad Eccleſiam aſportentur. n. 5.

1 Reus impeditus ingredi Eccleſiam per Miniſtros ſeculares exiſtentes intus, vel propè locum ſacrum. num. 9.

2 Milites militiæ bellicæ confugientes ad caſtra num. 10.

3 Scholares ad ſcholas confugientes. num. 10.

4 Aduocatus in Audientia. n. 10.
Doctor ſeu Magiſter in cathedra, qui ex illis locis extrahi non debent
5 per Iudices alienos; ergo à fortiori nec per ſuos, ab Eccleſia. n. 10.
Iudæus & alius quicũque infidelis
6 de iure communi iuxta veriorem, & magis communem opinione .. num. 11.

In Aragonia autem contrarium cautum reperitur. n. 12. intellige vt num. 13.

Infidelis Iudæus, & Paganus, ſi ve-
7 rè, & non ſictè ſe reduxerint ad vnitatem Eccleſiæ, & non aliter. n. 13.

8 Debitor ex cauſa ciuili. n. 15.

9 Debitor etiam ſuſpectus de fuga. num. 16.

10 Decoctor, & fallitus non fraudulentus, & doloſus, ſed ex aduerſa fortuna, & temporum accidentibus. num. 17.

11 Armatus confugiens ad Eccleſiam etiam cum armis à lege prohibitis: nec ibidem per miniſtros ſeculares ſpoliari poteſt. n. 18.

Confugiens ad Eccleſiam cum bonis iuſto titulo ab eo poſſeſſis, nec
12 quocunque colore per miniſtros laïcos ibidem auferri poſſunt; ſecus ſi illa ſint furtiua, & aliena n. 19.

Reus reſtitutus ad locum ſacrum, 13
ſi complete non fuerit reintegratus cum armis, & cæteris rebus, quibus fuit extractus, poteſt implorare immunitatem vſque ad totale complementum. n. 20.

Exiens ab Eccleſia inductus à mi- 14
niſtris ſecularibus verbis doloſis, beneuolis, & ſimilibus. n. 21.

Egrediens ab Eccleſia per quem- 15
cunque motum iuſtum. n. 22.

Extractus per ſatellites, vel alios par- 16
ticulares ex vi, & fraude. n. 23.

Carceratus qui frangendo carce-
rem in locum ſacrum ſe contulit. 17
num. 24.

Captus per ſatellites, ſi ab eis li-
ber, ad Eccleſiam peruolauerit. 18
num. 25. & 26.

Captus in loco profano tranſitu-
rus ad carcerem per Eccleſiam, ſi 19
liber ab eorum poſſe, in eam ingrediatur. n. 26.

Bannitus, ſeu relegatus, aut exul. 20
num. 27.

Condemnatus ad Triremes, antequam ad eas deducatur, vel in illis
exiſtens, ſi ad Eccleſiam ſe conferat. 21
num. 28.

Fabricator, Tonſor, & diſpendens
falſam monetam, dummodò non 22
ſit cum imagine alicuius Rebellis, intruſi contra Regem legitimum. num. 29.

Falſarius literarum cambij. 30. 23

Notarius falsò teſtificans, vel ex- 24
trahens inſtrumenta. n. 30.

Teſtis falſus, & pecunia corrup-
tus dummodò ex depoſitione non 25
ſequatur mortis condemnatio illius, contra quem depoſuit. n. 30.

Iudex iniquè iudicans, condemnans aliquem ad mortem, dummo- 26
dò non ſit ex pecunia corruptus, ex qua ſequatur mors condemnati. num. 30.

Periurus

27 Periurus confugiens ad Eccleſiam. num. 31.

28 Reus criminis in delictis carnis cuiuſcunque ſpeciei. n. 32.

29 Deflorans Monialem in Monaſterio iuxta plurium opinionem. num. 33. ſed contrarium eſt verius.

30 Cognoſcens cadauer mulieris mortuæ iuxta veriorem opinionem. num. 34.

31 Lenones licèt ſint peſſimi, peioréſque Diabolo. num. 35.

32 Cadauer ſuſpenſum in patibulo ſi ab eo in Eccleſiam aſportetur. numero 36.

33 Clericus, vel Regularis confugiens ad Eccleſiam gaudet quoad ſuos iudices, inſpecto iure; ſed de ferè vniuerſali conſuetudine contrarium obſeruatur. n. 37. vt latè *infrà quæſt.* 80.

34 Homicida ſimplex gaudet immunitate de iure canonico; quidquid ſit de iure ciuili. n. 38.

35 Excommunicatus gaudet immunitate. n. 39.

36 Occidens, vel vulnerans Clericum, vel Religioſum iuxta plurium ſententiam. n. 40. Sed contraria eſt verior. n. 41. vide *infrà quæſt.* 80.

37 Vulnerans etiam cum quocunque inſtrumento, etiam prohibito. n. 42.

38 Seditioſus, vel tumultuans, ſi non ſit contra Principem, nec ſtudioſè cum tractatibus, & conferentiis contra quietem publicam. n. 43.

39 Fur ſimplex de iure gaudet immunitate, quæ per conſuetudinem, an auferri poſſit, variant Auctores. num. 44.

40 Delinquens, vulnerans, aut occidens propè Eccleſiam, non animo ſe tuendi in ea, ſed caſualiter, & incidenter. n. 45. Secus ſi fiat ſpe illius refugij. n. 46. & 47.

41 Exiens ex loco ſacro, quò propter delictum ſe contulerat, ſi aliud in profano committat, & iterum ad illum redeat dummodò non ſit propè Eccleſiam, cum fiducia ſtatim in eam ſe conferendi. num. 48.

Cvm in tribus quæſtionibus immediatè antecedentibus ſermonem effecerimus de locis ſacris gaudentibus fori priuilegio, & Eccleſiæ immunitate, nunc ſuo ordine ſuccedit, vt de perſonis agamus: in quo articulo DD. plura collegerunt, ſpecificando varios caſus, de quibus *infrà* agemus. 1

Et primò pro vniuerſali concluſione omnium dicendorum, ſupponendum eſt Eccleſiam defendere, & tueri quemcunque reum ad eam confugientem *l. 1. cum quatuor ſequentibus, Cod. de his qui ad Eccleſiam confugiunt, foro 1. noſtri Regni ſub eodem tit. cap. Inter alia 6. de immunitate Eccleſiæ*, ibi. *Confugiens ad Eccleſiam, quantacunque maleficia perpetrauerit non eſt violenter ab Eccleſia extrahendus, &c.* Idemque ſtatuitur *in cap. Frater Cap. Si quis contumax* 17. *quæſt.* 4. 2

In tantum, quòd abſolutè, & regulariter loquendo, confugiens ad Eccleſiam tutus, & ſecurus ab ea reddatur, non ſolùm quoad exequendam pœnam inflictam per Iudicem ſecularem; ſed etiam quoad infligendam iuxta text. *in cap. Id conſtituimus*, ibi. *Ab omni genere pœnarum ſunt ſecuri. &c.* 17. *quæſt.* 4. Et tradunt Thomas Delbene *de immunitate Eccleſiæ tom. 2. cap. 16. dub. 10. ſect. 9. num. 4.* & *dub. 24. ſect. 17. num. 3. verſ. Obiicies*, &c. Giurba *conſil. 30. num. 23.* Diana *tom. 1. reſol. moral. tract. 1. reſol. 40. verſ. Sed meritò* & *tom. 6. tract. 1. reſol. 21. verſ. Reſtat*, &c. & *reſol. 22. verſ. Sed cum multis* &c. & alij plures pœnes ipſos. 3

Et quòd ponderabilius eſt, Beſtiam ad Eccleſiam confugientem illius immunitate gaudere; vt cum hiſtoriis, aliiſque fundamentis comprobat, & exornat Lezana *tom. 4. quæſtionum regularium conſult. 52. n. 15. & 16.* 4

Inſuper Cadauera punitorum in furca ſuſpenſorum, ſi ad Eccleſiam aſportentur, dum ibidem exiſtunt, gaudere immunitate, latè probaui *in meo Paſt. Reg. part. 3. vot. 8.* vbi alios caſus conſimiles congeſſi, & dicemus etiam *infrà q. 98.* 5

A qua generali regula plures caſus excipiuntur tam de iure communi *in dicto cap. Inter alia*, quàm ex diſpoſitione Bullæ Gregorij XIV. (de qua latè 6

egimus *ſuprà quaſt.* 35. & 74.) quapropter prius in præſenti annotabimus caſus, qui reos fouent, & poſtmodum *infrà q.* 90. eos qui illos excludunt ab immunitate, non ſolùm expreſſos *in dicto cap. Inter alia*, & *in dicta Gregoriana*, ſed & qui comprehenſiuè in illis continentur.

Verùm enim verò, cùm obiectum præſentis quæſtionis ſit latiſſimum, & copioſè per DD. exaratum, & extenſum, conabor conciſè compilare, & reducere conducentia ad hunc articulum; maximè cùm videre poſſis penes Bobadillam *in Polit. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 14. *à n.* 23. *ad* 81. triginta, & nouem dubia & tot ſpecificè caſus, in quibus reus poteſt gaudere, vel non immunitate. Farinatius *in appendice de immunitate cap* 6. *& ſequent. à n.* 88. *ad* 250. Decianum *in tract. crimin. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 26. & 28. Pellizarium *in manuali Regul. tom.* 3. *tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 1. *quaſt.* 5. *à num.* 8. *cum ſequent. in nouiori impreſſione*, latiſſimè Barb. *de vniuerſo iure Eccleſiaſ. lib.* 2. *cap.* 3. *à num.* 43. *ad* 57. & *à num.* 78. *ad* 153. quod (more ſolito) repetit, & tranſcribit *in collectaneu ad dictum cap. Inter alia.* Thomam Delbene *de immunitate tom.* 2. *cap.* 16. *à dub.* 10. *vſque ad* 26. vbi *in eorum ſectionibus explicat* plures caſus comprehenſibiles. Guazzin. *de defenſione Reorum defenſ.* 1. *cap.* 37. vbi *à n.* 36. *vſque in finem* enumerat 40. caſus, in quibus confugiens ad Eccleſiam gaudet eius immunitate; & *cap.* 38. refert triginta, & quatuor, in quibus non proficit; ad idem Antonius Tancredo *de Religione tract.* 1. *lib.* 4. *diſp.* 6. *quaſt.* 1. *fol. mihi* 103.

7 Ex quibus non leue volumen confici poterat; ſed quia illud iam exarauit D. Michaël Cortiada *in* 2. *part. ſua praxis contentionum* vbi *à deciſ.* 40. quæ eſt prima illius voluminis extendit *vſque ad* 64. incluſiuè de locis gaudentibus immunitate; vt dixi *ſuprà quaſt.* 76. *in principio.* Poſtmodum autem *à deciſ.* 65. *vſque ad* 118. conficit ſpecialem quæſtionem de vnoquoque caſu à DD. *ſuprà* allegatis, & aliis in diuerſis locis exaratis, & diſputatis referendo opiniones diſcordantium adhærendo vni illarum, & inſimul immiſcendo quæſtiones criminales pro pœnis correſpondentibus delictis reorum confugientium ad Ecleſiam.

8 Ex quo ſuperfluum iudicaui diſputare latè materiam huius quæſtionis, ſed breuiter illam compilare, conciſéque epilogare, ne inſudes & fatigeris in quærendo, quod breuiter hic reperire poteris, ſitque genuinum noſtri inſtituti; maximè, quia ordine quo ipſe Cortiada conflat ſuas deciſiones inuenies caſus *infrà* ſpecificatos; monitúmque te facio primum caſum correſpondere ad *deciſ.* 65. & ſic de cæteris reſpectiuè ſequentibus, déque aliis caſibus nouis, ab illis non animaduerſis dicam *infrà.*

9 Primò igitur, gaudet immunitate Eclcſiæ impeditus ingredi in eam per miniſtrus ſeculares exiſtentes intra, vel extra ad ſpatium ducentorum paſſuum prope locum ſacrum ad quem confugiebat, argumento ſumpto ex eo, quod de iure reſultat, videlicet, quòd poſſeſſio dicitur actualiter acquiſita, ſi non ſtat per eum, qui debet apprehendere, & impeditur, ne illam conſequatur, *l. Cum vnus, in fine ff. de bonis auctoritate Iudicis poſſidendis cap. Contingit.* 9. *de dolo, & contumacia*; & alios referens tradit Gratian. *tom.* 5. *diſcept. forenſ. cap* 939. *num.* 10. Poſtius *de manutentione obſeruat.* 21. *n.* 17. & *deciſ.* 175. poſt eius tractatum; ſic ſimiliter talis reus cenſetur exiſtere in ipſa Eccleſia, dato impedimento per miniſtros laïcos, ne ad illam, vel in illam ingrediatur.

10 Secundò, ſicut capi non poſſunt milites militiæ Bellicæ confugientes ad caſtra, ſicut nec etiam ſcholares ad ſcholas, Aduocatus in Audientia, Doctor, ſeu Magiſter in Cathedra niſi per ſuos Iudices proprios, à fortiori, & maioritate rationis nec ab Eccleſia per illos vel alios Iudices. Guazzinus alios referens *de defenſ. Reorum defenſ.* 1. *cap.* 37. *num.* 63. & 64. de quo *infrà quaſtione* 89. *n.* 12.

11 Tertiò, Iudæus, & alius quicunque infidelis confugiens ad Eccleſiam, vt dixi *in meo Paſt. regul. part.* 3. *vot.* 8. *num.* 72. & 73. vbi plures allegaui, quibus iunge Dianam *tom.* 4. *reſol. moral. tract.* 1. *reſol.* 50. & *tom.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 23. & præ omnibus doctè, & accutiſſimè Antonius Ricciulus *in tract. de iure perſonarum extra gremium Eccleſia exiſtentium lib.* 2. *cap.* 12. *per totum fol. mihi* 55. vbi accuratè agit de hoc articulo, quem quidem in puncto iuris ita reſoluendum cenſeo; ſicque fuit declaratum à ſacra Congregatione Iuriſdictionalibus controuerſiis præpoſita de menſe Februarij 1631. refert Barboſa, dicens, ſe vidiſſe, ſimúlque eſſe oculatum teſtem, provt aſſerit in collectanea ad textum *in l.* 1. *Cod. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt num.* 3. qui textus pro negatiua allegatur, vt ſtatim dicemus & *infrà quaſt.* 90. *num.* 40.

Verùm

12 Verùm pro contraria opinione plures inſurgunt,quos refert ipſe Ricciulus *vbi proximè num.* 1. Et in noſtro Aragoniæ Regno habemus expreſſam diſpoſitionem foralem *in obſeruantia finali ſub tit. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt*, quæ ita ait. *Item Iudæi, & alij infideles non gaudent immunitate Eccleſiæ, & Palatij Infancionis* &c. Cuius authoritate ita reſoluit noſter Bardaxi *in commentarius ad dictum tit. De his, qui ad Eccleſiam confugiunt num.* 19. *pag.* 6. *colum.* 3. ac etiam ex diſpoſitione iuris communis *in l.* 1. *Cod. eodem tit. De his, qui ad Eccleſiam confugiunt*; & *ibidem* alios allegat, quibus iunge Ioan. Mariam Belletum *diſquiſit. Cleric. part.* 1. *tit. de fauore Clericorum reali* §. 4. *n.* 44. *pag. mihi* 263. *in nouiori impreſſione.*

13 Qua opinionum diſcordia exiſtente, tertia diſtinguit, quod ſi talis infidelis verè, & realiter, non autem fictè velit ſe reducere, tunc gaudeat immunitate; & in hunc ſenſum quòd opinio affirmans intelligi debeat: at verò ſi Baptiſmum, & reductionem non petat, in tali caſu procedat ſecunda opinio negans. Ita Suarez *de Religione lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 11. & alij penes Barboſam *de vniuer. iure Eccleſiaſ. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 44. & Dianam *tom.* 1. *reſol. moral. tract.* 1. *reſol.* 22.

14 Vnde ſi antequam ab Eccleſia exeat, depoſcat, & ſuſcipiat Baptiſmum, gaudere debet vt cum pluribus tradit idem Barboſa *in collectanea ad text. in dicta l.* 1. *Cod. de his qui ad Eccleſiam confugiunt n.* 4. Et ſecundum hanc diſtinctionem quoad noſtrum Regnum poteſt intelligi prædicta obſeruantia finalis, vt procedat in perfidis Iudæis, & infidelibus, qui ad veram fidem non ſe conuertant: ex qua interpretatione non eſt opus recurrere ad illam ſatis prolixam nimiſque agitatam, ac diſputatam controuerſiam: An leges ciuiles, aut ſupremi Principes ſeculares poſſint leges condere circa immunitatem? & an conditæ obligent contra illas, quæ de iure Canonico, & Pontificio reſultant? De quo latè agit Ricciulus *in dicto tract. de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium in dicto lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 3. *& ſeq.* in quo non immoror propter conciſionem, quam in præſenti affecto vt pergam ad alios caſus, & de hoc vltimo *infrà quaſt.* 92. *num.* 10.

15 Quartò, debitor ex cauſa ciuili vt cum pluribus tradit Diana *tom.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 32. *verſ. Ex his* &c. & *tom* 6 *tract.* 1. *reſol.* 17. Thomas Delbene *de immunitate tom.* 2. *capite* 16. *dub.* 11. *ſect.* 1. Barb. *de vniuer. iure Eccleſiaſt. lib.* 2. *capite* 3. *numero* 46. Et ita fuiſſe declaratum à ſacra Congregatione refert idem Diana *in tom.* 5. poſt tract. in declarationibus ab ipſo *ibidem* congeſtis *numero* 3. *pag. mihi* 439.

Quintò, Debitor ſuſpectus de fuga. 16 Guazzinus *de defenſione Reorum, defenſione* 1. *cap.* 37. *numero* 55. Diana *tom.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 32. Delbene *vbi proximè in dicto dub.* 11. *ſect.* 4. *per totam*; latè, & eruditè Regens D. Raphaël Billoſſa *in ſuo tract. de fugitiuis capite* 19. §. 6. *à numero* 8. *cum ſequent. ſol. mihi* 419. & ex noſtris Portoles *poſt comment. ad foros ſub tit. de competentia Iuriſdictionis quaſt.* 12. *numero* 2. & alij plures.

Sextò, Decocti, vel falliti non ſua 17 culpa, ſed qui ex infortuniis, temporibus, aut non proſperis, ſed fatalibus accidentibus amittunt bona, quæ habent, vel partim ex eo, aut partim ex ſuo vitio, ſeu deſidiâ, & liberalitate decoquunt: de quo latè Gratian. *tom.* 2. *diſcept. forenſ. capite* 380. *per totum*; & ad intentum *numero* 3. Ambroſinus *de immunit. capite* 13. *numero* 4. *verſ. Sed licèt* &c. & aſſentit D. Regens Billoſſa, *vbi proximè in dicto* §. 6. *numero* 16. & 17. ſecus autem erit in Decoctoribus fraudulentis, & doloſis, qui culpa, & prodigalitate ipſorum decoxerunt, vt dicemus *infrà quaſt.* 82. & *quaſt.* 90. *numero* 4.

Septimò confugiens ad Eccleſiam 18 armatus etiam cum armis à lege, vel ſtatuto prohibitis, Guazzinus *vbi ſuprà in dicta defenſione* 1. *capite* 38. *numero* 26. vbi alios refert, Delbene *vbi ſuprà tom.* 2. *capite* 16. *dub.* 19. *ſect.* 5. *numero* 5. Cyarlinus *tom.* 1. *controuerſ. forenſ. capite* 15. *numero* 74. *& ſeq.* & *tom.* 2. *cap.* 191. *num.* 18. Diana *tom.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 17. & *tom.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 18. vbi *in verſ. Neque in fine* &c. tradit ita fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione. Et patet ex declarationibus ab eodem adductis *in fine tom.* 5. *numero* 2. *pag mihi* 439. *& in additionibus ibidem pag.* 458. *verſ. in fine numero* 2. Taliter, quòd nec per Iudicem ſecularem poſſit illis ſpoliari dum in Eccleſia exiſtat iuxta veriorem ſententiam, de qua Guazzinus *in dicta defenſ.* 1. *capite* 29. *num.* 7. Lezana *tom.* 3. *quaſt. Regul. verbo, Arma, numero* 7. & *verbo, immunitas, num.* 19. Franciſcus Bordonius *tom.* 1. *ſuorum*

conſiltoram, ſea reſolutionum moral. lib. 1. *reſol.* 1. *quaſt.* 9. *num.* 19. & alij plures: patebitque ex caſu ſtatim ſequenti.

19 Octauò confugiens cum rebus, & bonis iuſto, & legitimo titulo ab eo poſſeſſis, qui à miniſtris ſecularibus non poteſt illis ſpoliari, & exinde nec auferri Delbeue *in dicto tom.* 2. *cap.* 16. *dab.* 30. Lezana *in dicto tom.* 3. *verbo*, *immunitas Eccleſiarum*, *aum.* 18. *verſ. Tertiam*, *&c.* Daniel *de Nobilibus controa. diſp.* 23. *num.* 23. & patet ex Concilio Toletano *in can. Definiuit* 17. *quaſt.* 4.

Secus autem dicendum erit de rebus, & bonis, quæ non ſint confugientis, ſed furtiuis, aut alienis, vel alicui obligatis, aut pertinentibus ad creditores, tunc etenim benè auferri poterunt, vt concludunt Caſtro-Palao *tom.* 2. *operis moralis tract.* 11 *diſp. vnica*, *puncto* 11. *num.* 7. ex Suarez *de Relig. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 3. Delbene *vbi proximè in dicto dab.* 20. *n.* 3. Aduertendum tamen eſt, boc fieri non poſſe per Miniſtros laïcos, niſi obtentâ licentiâ Iudicis Eccleſiaſtici, vel de eius aſſenſu, & voluntate, quidquid plures DD. repugnent; nam prædicta limitatio tutior, & ſecurior eſt ad vtrumque forum, vt per Barb. *in dicto lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 45. Lezanam *vbi proximè num.* 16. *&* 19. Delbene *in dicto cap.* 26. *dub.* 11. *à num.* 16. *cum ſeq.* & *dub.* 3. *numero.* 1. & ferè *per totam*: Et pluries declaraſſe ſacram Congregationem tradunt prædicti DD. & Diana *tom.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 8. & *tom.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 8. & 9.

20 Nonò, Reus reſtitutus ad Eccleſiam ſi completè cum armis, & rebus, quibus fuit ſpoliatus per miniſtros laïcos, quando ab illa fuit extractus non fuerit reintegratus, poteſt implorare immunitatem Eccleſiæ; Giurba alios referens *conſilio criminali* 57. *num.* 3. *in fine*, & *conſilio* 8. *numero* 11. *Toro in compendio deciſionum. part.* 2. *verbo*, *Immunitas*, *fol.* 266. & *part.* 3. *ſect.* 1. *verbo*, *Immanitas Eccleſiaſtica colum.* 2. *fol.* 541. in quo conueniunt communiter DD.

21 Decimò Reus exiens ab Eccleſia inductus à miniſtris ſecularibus, vel ab aliis de illorum Ordine verbis ſuauibus, beneuolis, doloſis, perſuaſibilibus, aliiſque ſimilibus; Diana *tom.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 26. Barb. plures referens *in collectanea ad text. in dicto cap. Inter alia de immunitate Eccleſiarum num* 34. & *de vniuer. iure Eccleſiaſt. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 54. Guazzinus *defenſ.* 1. *cap.* 35. noſter Cenedo *quaſt. Canon. quaſt.* 9. *num.* 9. de quo notare poteris, quod tradunt Fontanella *deciſ.* 339. *num.* 31. *cum ſequent.* & Cortiada *tom.* 1. *deciſ.* 24. *num.* 114.

22 Vndecimò, egrediens ab Eccleſia per quemcunque metum iuſtum per text. *in dicto can. Definiuit* 17. *quaſt.* 4. Lezana *in dicto tom.* 3. *verbo*, *Immunitas Eccleſiarum*, *num.* 18. Gambacurta *de immunit. lib.* 4. *cap.* 22. *n.* 5. latè Cyarlinus *controu. forenſ. cap.* 163. *num.* 17. *cum ſeq. part.* 2. & alij plures.

23 Duodecimò, qui ab Eccleſia fuit extractus per fraudem, & vim à ſatellitibus, aut ab aliis particularibus, etiamſi poſteà in loco profano capiatur per miniſtros ſeculares, Peregrinus *de immunitate cap.* 14. *num.* 10. Delbene *tom.* 2. *in dicto cap.* 16. *dub.* 25. *ſect.* 3. & latè *dub.* 35. *ſect.* 1. *à num.* 24. *vſque in finem*, & *in ſectionibus ſequentibus*. Diana *tom.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 16. & *tom.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 102. & *tom.* 9. plures referens *tract.* 7. *reſol.* 6. Caſtro-Palao *tom.* 2. *tract.* 11. *diſp. vnica punct.* 11. Cyarlinus *contr. forenſ. cap.* 163. *num.* 24. *& ſeq. p.* 2. qui multa cumulat ad intentum.

24 Decimò tertiò, Carceratus, qui frangendo carcerem, in Eccleſiam ſe contulit, vt alios allegans, dixi *in meo Paſt. Reg. par.* 3. *vot.* 8. *num.* 39. quibus adde Corream *de immunitate part.* 2. *n.* 13. Phæbum *deciſ.* 81. *num.* 21. Cyarlinum *vbi proximè cap.* 14. *num.* 10. *part.* 1. & *cap.* 197. *num.* 18. *part.* 2. in quo ferè omnes DD. conueniunt. De exeunte autem ex voluntate Iudicis, ſeu cuſtodis, præſtito iuramento de redeundo ad carcerem, ſi ſe in Eccleſiam conferat, dicemus *infrà quaſt.* 81.

25 Decimoquartò, Captus per Iudicem ſecularem ſi liber, è, manibus ſatellitum ad Eccleſiam conuolauerit, vt dixi *in meo Paſt. Reg. part.* 3. *vot.* 2. *n.* 4. & *vot.* 8. *n.* 38. quæ concluſio communiſſima eſt, & in omnibus Tribunalibus contentionum admiſſa; vt ferè omnes DD. fatentur, & vide quæ incidenter annotaui *ſuprà quaſt.* 74. *num.* 27. *verſ. Idémque iudicium efformare debes*, *&c.* & latiùs dicemus *infrà quaſt.* 92.

26 Decimoquintò, Reus qui in loco profano fuit captus, & dum per miniſtros laïcos ad carcerem duceretur tranſiturus per Eccleſiam ſi liber ex eorum poſſe ingrediatur, gaudet immunitate, licèt ſecus ſit, ſi in illorum manibus exiſtat, vt plures reſoluunt penes Givrbam *conſilio criminali* 30. *num.* 13. Cartharium *deciſ.* 7. *numero* 2. *& ſequent.*

Delbene

Delbene *vbi ſuprà in dicto cap. 16. dub.* 10. *ſect. 7. à num.* 4. & *ſect.* 8. *num.* 2. & alij infiniti; quamvis pro contraria plures etiam reperiantur; & ambas Fagundez probabiles admittit, Diana *tom.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 30. & certè in hoc articulo communior opinio, & omni caſu amplectenda eſt. Quod ſi reus liber, è manibus familiæ ingreſſus fuerit locum ſacrum, etiamſi eſſet vinculis, & catenis ligatus, gauderet immunitate; ſecus autem ſi in illius poſſe: vt latè probaui cum pluribus *in dicto meo Paſt. Reg. part.* 3. *vot.* 2. *à numero* 4. & *vot.* 8. *numero* 45.

27 Decimo ſextò Bannitus, ſeu relegatus, aut exul, Chochier *de Iuriſdict. in exemptos part.* 4. *quæſt.* 65. *num.* 2. Lezana *tomo* 3. *quæſt. regul. verbo, Bannitus, num.* 8. & *verbo Immunitas Eccleſiaſtica numero* 16. Trullench. *in Decalogum lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 3. *numero* 28. Diana *tom.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 36. & latiùs *tom.* 6. *tract.* 1. *reſolut.* 21. Guazzinus *vbi ſuprà defenſ.* 1. *capit.* 37 *numero* 57. & alij plures.

28 Decimo ſeptimò, condemnatus ad triremes dum detinetur in carceribus, vt ad illas duceretur, vel in illis exiſtens ad Eccleſiam confugiat: vt cum Givrba omnino videndo *conſilio criminali* 30. *à num.* 12. *cum pluribus ſequent.* & Leſſio *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 31. *dub.* 5. & Tancredo *de Religone lib.* 4. *diſp.* 8. *à n.* 75. *pag. mihi* 174. dixi *in meo Paſt. Reg. in dicta part.* 3. *vot.* 8. *num.* 40. & 41. quibus iunge Corream *de immunitate part.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 9. Delbene *in dicto tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 10. *ſect.* 9. *per totam* Lezanam *in dicto tom.* 3. *verbo, Immunitas, numero* 16. Dianam pluribus in locis *tom.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 37. & *tom.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 47. & *tom.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 22. quam concluſionem veriorem, & tenendam exiſtimo.

29 Decimooctauò Fabricator, Tonſor, & extendens falſam monetam, dummodo non ſit cum nomine, & imagine alicuius rebellis, & intruſi contra Principem, vel Regem ſupremum legitimum, Barb. *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 122. & *in collectanea ad text. in cap. Inter alia de immunit. Eccleſiarum num.* 5. Delbene *vbi proximè in dicto cap.* 16. *dub.* 24. *ſect.* 18. *per totam.* Diana *tom.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 19. *verſ. & idem, &c.* Latiſſimè Gutierrez *lib.* 3. *pract. quæſt.* 4. *per totam*, quem omninò videbis: nam ad intentum refert caſum ſatis notabilem.

30 Decimononò, Falſarius literarum Cambij, vel Notarius inſtrumentorum, aut teſtis falsò deponens; dummodo pecunia, vel alio æquiualenti pretio non ſit corruptus, ita vt ex tali depoſitione falſa non ſequatur condemnatio mortis illi contra quem teſtificauit, ita Italia *de immunit. lib.* 1. *cap.* 5. §. 5. *n.* 149. Curtellus *in eodem tract. lib.* 1. *quæſt.* 19. *num.* 14. quamvis Diana *tom.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 104. cum Bonacina dubitet, & dicat conſulendum eſſe ſummum Pontificem: nam prædicta limitatio admitti debet, vt in ſpecie reſoluit Delbene *vbi ſuprà in dicto cap.* 16. *dub.* 2. *ſect.* 7. *num.* 1. & *ſeq. fol. mihi* 319. ibi idem extendit quoad Iudicem, qui pecunia innocentem condemnauit ad mortem, quæ exequuta fuit.

31 Vigeſimò, Periurus iuxta plurium opinionem, Guazzinus *defenſ.* 1. *cap.* 38. *numero* 47. Diana *tom.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 37. Peregrinus *de immunit. cap.* 12. *num.* 15. & alios allegans Delbene *in dicto cap.* 16. *dub.* 10. *ſect.* 10. quod intelligere, & expendere debes, vt dicemus *infrà quæſtion.* 81.

32 Vigeſimoprimo, Reus criminis in delictis carnis, non ſolùm ſimplex fornicator, ſed etiam committens ſtuprum, ſeu inceſtum, aut adulterium, & his ſimilia, Carraſcus *ad leges recopilationis cap.* 3. §. 3. *numero* 1. & *ſequent.* & patet *ex text. in capit. De raptoribus* 36. *quæſt.* 1. latiſſimè Paz omnino videndus *in praxi tomo* 1. *part.* 5. *cap.* 3. §. 3. *à numero* 59. & *numero* 142. Diana *tom.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 14. & 26. Lezana *in dict. tomo* 3. *verbo. Immunitas Eccleſia, numero* 16. Gambac. *de immunit. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 1. *in fine.*

33 De deflorante Monialem in Monaſterio plures reſoluunt gaudere; vt per Dianam *tom.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 43. *verſ. Tamen*, & *tom.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 14. & eo citato Delbene *in dicto cap.* 16. *dub.* 24. *ſect.* 11. Contrarium tamen tenent, & defendunt Correa *in repetitione ad cap. inter alia de immunit. Eccleſiarum part.* 3. *n.* 16. Barboſ. *de vniuerſ. iure Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 120. Paz. *vbi proximè n.* 87. & alij plures. Et profectò in hoc articulo licèt hæc ſecunda opinio magis mihi arrideat, eámque probabiliorem iudicem, attamen primam probabilem cenſeo; limitanda autem, dummodò delictum carnis in ipſa Eccleſia conſummaretur: tunc etenim nequaquam gaudere debet, quidquid dicat Delbene, *vbi proximè*; nam

nam tunc Eccleſia fauere non debet vilipendio, temeritatíque atroci commiſſæ, vt dicemus *infrà quæſt.*90.*n.* 41.

34 Vigeſimoſecundò, cognoſcens cadauer mulieris mortuæ iuxta veriorem opinionem, quam ſequitur D. Michaël Cortiada *deciſ.*89.*à n.*89.*cum ſeq.* vbi plures allegat, quibus adhæreo: nam licèt negari non poſſit, eſſe ſpeciem Sodomiæ; & committentem propriè delictum Sodomiæ non gaudere immunitate dicemus *infrà quæſt.* 90. *num.* 6 prædicta tamen non eſt talis qualitatis, quæ reum ab immunitate excludat.

35 Vigeſimotertiò, Lenones, qui quamvis ſint atrociſſimi, & infames delinquentes, taliter, quòd dixerit Folerius *in praxi criminali*, *verbo*, *Item quod fuit leno*, *num* 24. *&* 36. ac 41. & Farinacius *in praxi criminali part.*4. *quæſt.* 144. *n.* 1. peiores Diabolo reputandos fore, hoc non obſtante, gaudere immunitate concludunt, & alij plures relati per Cortiadam *in dicta deciſ.* 89.*n.*93.*& ſeq.*

36 Vigeſimoquartò, cadauer ſuſpenſum in patibulo, ſi ab eo aſportetur in Eccleſiam dummodò delictum pro quo talis pœna fuit impoſita non eſſet ex exceptuatis in iure, vel in Bulla Gregoriana de quo latiſſimè egi *in meo Paſt. Reg. part.* 3. *vot.* 8. *per totum* & *ibidem* poſt illud reperies Dianam, qui mihi remiſit reſponſum, cum per me conſultus eſſet de tali caſu à nemine diſcuſſo, & nec fortaſſe adhuc excogitato. Et poſtmodum Lezana *tom.*4. *conſultationum variarum in additionibus ad conſulta Theologica*, *& regularia conſul.* 52. *pag. mihi* 433. *in nouiori impreſſione* proponit caſum dicendo. *Contigit in quadam Hiſpaniarũ nobiliſſima Ciuitate*, *&c.* Et tanquam conſultus reſpondit mutuando plurima, & ferè omnia fundamenta à me excogitata, & extenſa, typiſque mandata *in dicto vot.* 8. Sed de meis ſcriptis mentionem non facit, cum fuerim primus, qui in lucem edidi rem talem nuſquam euentam, ſed præcisè à me decidendam ratione muneris Cancellarij Competentiarum huius Regni Aragoniæ propter contentionem ſuſcitatam inter iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & ſecularem. Et quamvis Lezana noſtram opinionem amplectatur expeditiùs agemus *infrà quæſt.*98. *per totam*, ad ea, quæ Cortiada adducit *tom.* 2.*deciſ.*90.

37 Vigeſimoquintò, Clericus, & quæcunque perſona regularis (etiam apoſtata) quoad ſuos Iudices Eccleſiaſticos, & regulares, an gaudeant immunitate eſt valde controuerſum inter DD. in quo ſummopere variant, & laborant; vt videre poteris penes Barboſ. *de vniuerſ. iure Eccleſiaſtico. lib.* 2. *cap.* 3. *n.*137. Idémque, more ſolito, tranſcribendo in collectanea *ad text. in dicto cap. Inter alia n.* 16. Ambroſ. *de immunit. cap.* 12. *num.* 4. & *per totum*, Guazzinus *defenſ.* 1 *cap.* 37.*n.* 51. & *cap.* 38.*n.* 18. qui & alij infiniti tenent gaudere, cum Italia *de immunit. lib.*1.*cap.*3.§. 1.*per totum*, Diana *tom.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 24. & *tom* 3. *tract.*1. *reſol.* 35. & *tom.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 25. *&* 26. cum ab eis allegatis; quamvis limitent quoad forum contentioſum, non verò pœnitentialem, nec ſit pro criminibus exceptuatis, vel degradatione dignis.

Et licèt contrariam opinionem neruosè, & accuratè defendat Thomas Delbene *in dicto cap.*16. *dub.*1. *ſect.* 12. & 13. vbi cumulat quidquid ad intentum dici poteſt, in ſtricto tamen puncto iuris primam ſententiam veriorem iudico. Verùm, attentâ conſuetudine vniuerſali, ſecunda opinio ſequenda eſt; de qua Lezana *dicto tom.* 3. *verbo*, *Immunitas*, *n.* 6. qui de tali vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudine teſtatur; optimè Curtellus *de immunit. lib.* 1. *cap.* 24. *à n.* 15. vbi reſpondet contrariis fundamentis. Guazzinus *defenſ.* 1. *cap.* 37.*n.* 52. & meliùs *cap.* 38.*n.*49. & in ſpecie plures allegans Gutierrez *lib.* 3 *pract. quæſt.* 3.*n.*3. vbi aduertit prædictam conſuetudinem ſolùm operari quoad Iudices Eccleſiaſticos, non verò quoad ſeculares, qui non poterunt ab Eccleſia extrahere Clericum in minoribus conſtitutum, etiamſi in eum iuriſdictionem habeant ex diſpoſitione Tridentini *ſeſſ.*23. *cap.* 3. *de reform.* Quæ quidem conſuetudo non ſolùm in Hiſpania, ſed etiam in aliis Prouinciis, prout de Curia Meſanienſi teſtatur Giurba *conſilio criminali* 40. *n.*4. De Neapolitana Genuenſis *in praxi cap.* 17.*num.*11. De Mediolanenſi Cartharius *deciſ.* 82.*num.*3.*& ſeq.* aliiſque in pluribus. Quapropter ſtandum erit tali conſuetudini, nec ab ea recedendum fore; ſicut nec etiam opus eſt expreſſa approbatione Romani Pontificis, vt accuratè tradunt Curtellus *vbi proximè lib.* 1. *quæſt.* 25. *à n.*13. *vſque in finem*, Mari. Anton. *variarum reſol. lib.* 3. *reſol.* 15. *num.* 8. Cartharius *in dicta deciſ.* 82. *n.* 4. *&* 5. & alij plures, quidquid dicant noſter Cenedo *in quæſt. Canonicis quæſt.* 22. *à n.* 5. *& ſequent.*

ſequent. Barb. *in dicto lib.2 cap.3.n.152.& in collectanea ad dictum cap. Inter alia n.* 31. quibus, & aliis adæquatè reſpondent prædicti DD. contrariam opinionem tenentes, apud quos videre poteris, ne longius in hoc detineamur: Et in Cathalonia ita ſeruari refert Ferrer, *part.3. obſeruat. cap.*265. & in noſtro Aragoniæ Regno viget talis conſuetudo, quam quidem ego ipſe multoties in pluribus caſibus ex non exceptuatis per meos miniſtros Clerici delinqueutes, qui ad Eccleſiam confugerant, fuerunt ab ea extracti, & ducti ad carceres Epiſcopales: qua quidem conſuetudine exiſtente, non eſt ab ea recedēdum, ſed imò omnino ſeruanda: quamvis alias (vt diximus *ſuprà*) in ſtricto iuris rigore contraria validiſſimis nitatur fundamentis, quæ ruunt, & debilitantur per conſuetudinem; cùm hæc illud declaret, & interpretetur de quo latiùs agemus *infrà quæſt.* 89.

38 Vigeſimoſextò, homicida ſimplex de iure canonico gaudet immunitate, vt per Gloſſam *in dicto cap. Inter alia, verbo. Niſi publicus latro. verſ. Sed decretalis, &c.* vbi communiter DD. quidquid ſit de iure ciuili *in Authent. de mandatis Principum, §. Neque autem, &c.* Gloſſa *in l.2. verbo, Abducere, Cod. de his qui ad Eccleſiam confugiunt*, cum in materia immunitatis Eccleſiæ iuxta illud, & non iuxta hoc regulari debeat, & ſtandum ſit, vt tradunt Grilenzon. *conſilio* 45. Cambacurta *de immunitate lib.5 cap.4.n.* 17. qui teſtatur pluries vidiſſe, ita practicari. Diana *tom. 6. tract. 1. reſol. 26. verſ. Quæro ſextò*, in in quo conueniunt communiter Doctores.

39 Vigeſimoſeptimò: excommunicatus ſecundùm veriorem ſententiam, vt cùm aliis dixi *in meo Paſt. Reg. part. 3. vot. 8. n.* 72. & me citato, D. Michaël Cortiada *to. 2. deciſ. 93. n.* 4. vbi ſe remittit ad longam allegationem DD. per ipſum factam *in tom. 1. deciſ.* 10. quæ per errorem librariorum malè exprimitur: nam eſt *deciſ.* 8. *n.* 135. & vtrobique infinitos congerit ſequentes hanc opinionem.

40 Vigeſimoctauò: occidens, ſeu vulnerans Clericum, vel Religioſum an gaudeat immunitate valde diſcordant DD. alij namque neruosè affirmant, vt plures referens tradunt Diana *tom. 1. tract. 1. reſol. 34. & tom. 4. tract. 1. reſol.* 68. & *tom. 6. tract. 1. reſol. 26. verſ. Quæro ſextò*, Gambacurta *de immunit. lib. 5. cap. 5. n. 1. & 2.* Giutba *in conſil. crimin.* 70. *à n. 1. cum ſeq.* & ex noſtris Suelues *tom. 1. in centur. conſil.* 33. *n.* 17. latè alios allegans Delbene *in dicto to. 2. cap. 16. dub. 24. ſect. 12. n. 3. & ſect. 21. per totam*, copiosè Spetellus *deciſ. 22. n. 7. cum pluribus ſeq.* aliiſque penes ipſos.

Contrariam tamen infiniti defendunt; 41
vt per Curtellum, qui *n.* 3. & 115. plures adducit, & longa manu agit de hoc articulo *in tract. de immunitate l. 1. quæſt. 34. per totam*, quibus iunge Guazzinum *defenſ. 1. cap. 37. n. 70. & cap. 38. n.* 52. Barboſ. *de vniu. iure Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 3. n.* 123. & ex noſtris Practicis Aragonenſibus Bardaxi *in comment. ad tit. De his, qui ad Eccleſiam confugiūt n. 18. pag. mihi 6. colum.* 3. Michaël del Molino *in repertorio. verbo, Infantiones, verſ. Fallit. etiam ſecundùm Foriſtas antiquos, &c. pag. mihi* 173. *colum.* 3. Hieronymus Portoles *in ſcholiis ad eundem Molinum in ipſo verbo, Infantiones, n. 9. pag. mihi* 74. & alij plures: Tertia eſt opinio diſtinguens; vt per Gambacur. *in dicto lib. 5. cap. 5. n. 2. in fine*, Decianum *tom. 2. tract. crimin. lib. 6. cap. 12. n.* 7. quos impugnat Giurba *in dicto conſil. 70. n.* 8. & 9. Ambroſ. *de immunit. cap. 5. n.* 6. & certè in hac opinionum varietate ſemper mihi placuit negatiua, videlicet, occidentem, vel grauiter vulnerantem Clericum, vel Religioſnm non gaudere immunitate cum limitationibus tamen *infrà* dicēdis *quæſt.* 90. vbi agemus de his qui non gaudent immunitate *n. 9. &* 10.

Vigeſimononò: Vulnerans etiam cum 42
quocunque inſtrumento, Delbene *in dicto cap. 16. dub. 21. ſect. 4. n.* 3. Caſtro-Palao *in opere morali tom. 2. tract. 11. diſp. vnica punct. 9. n. 38. in fine*. Diana *tom. 6. tract. 1. reſol. 11. verſ. Verùm licèt ego, &c.* Quod intellige non procedere, ſi fiat vulneratio in Eccleſia, vel in Clerico, aut Religioſo, vt diximus *in caſu antecedenti*.

Trigeſimò; ſeditioſus, aut tumoltuans 43
non contra Principem Supremum, nec ſtudiosè cum frequentibus conferentiis, aut tractatibus contra bonum commune, & quietem publicam Reipublicæ Cortiada *deciſ.* 104. *n.* 11.

Trigeſimoprimò; Latro ſimplex tam 44
de iure, quàm de vniuerſali conſuetudine Gutierrez *pract. lib. 1. quæſt. 1. n.* 20. Diana *tom. 6. tract. 1. reſol.* 9. Barb. *in dicto lib. 2. cap. 3. n.* 81. & *in collectanea ad dictum cap. Inter alia n.* 3. & me citato *in Paſt. Reg. part. 3 vot. 8. n. 23. cum ſeq.* innumeros referens D. Michaël Cortiada *to. 2. deciſ. 106. n.* 1. vbi in ſequentibus varias ampliationes adducit. Qui licèt *n.* 4.

proponat

proponat cum pluribus poſſe ex conſuetudine induci, quòd ſimplex latro noo gaudeat immunitate propter multitudinem furum; ſimúlque aduertat obſeruari in Gallia. Poſtmodum pergit *in verſ. Ac etiam ſeruari, &c.* idem concludendo reſpectu noſtri Regni Aragoniæ. Et tandem *in verſ. Et etiam*, ſic aſſerit. *Et etiam Tribunal Cancellarij* (loquitur pro Aragonia) *aſſenſiſſe huic praxi, vt in dubia in competentia Ioannis del Hoſtal, & Franciſci de Napoles, &c.* Quæ quidem duo exemplaria adducta à Cortiada fuerunt per me deciſa, & declarata, dum munus Cancellarij Competentiarum exercui in hoc noſtro Regno: Primum ſub die 2. Iunij 1650. & alterum ſub die 16. Octobris eiuſdem anni.

Et quidem ad intentum ad quem ipſe refert, diſtant ſicut Cœlum à terra. In illo namque Ioannis del Hoſtal dubium ſe reſtrinxit, an gauderet immunitate ex eo, quòd intentauit necare certum ſuum inimicum cum quadam charabina, ſeu archabutio; & fuit diſputatum, an delictum haberet qualitatem delicti proditorij ad terminos Gregorianæ: & quia conſtitit fuiſſe attentatum, ſed non conſummatum, ideò contentio fuit declarata in fauorem Eccleſiæ, ad quam fuit reſtitutus. De latrocinio autem nec verbum aliquod fuit prolatum, vt videre poteris *in meo Paſtor. Regul. part. 3. vot. 1.* Secundùm autem exemplar eodem morbo laborat; nam ſubiectum illius contentionis fuit quòd dum reus in manibus familię exiſtebat ſe contulit in locum ſacrum; ſed quia conſtitit non intraſſe liberum, ſed ſimul cum miniſtris eum tenentibus fuit declarata Competentia pro Regia iuriſdictione ex eo vnico motiuo; licèt aliàs allegaretur intentaſſe furari Maſatiam, ſeu domum in eremo ſitam; ſed nec de eo principaliter, nec incidenter actum fuit. Præterquam quòd etſi adhuc ita eſſet, non faciebat ad propoſitum; cum non eſſet in fure ſimplici, vt videre poteris *in dicto meo Paſt. Reg. in dicta 3. part. vot. 2.* & de hoc vide, quæ annotaui *ſuprà quaſt.* 74. *n.* 27. *verſ. Et quidem, &c.* Quare prædicta reſolutio, videlicet, quòd ſimplex latro gaudere debeat immunitate in noſtro Regno admitti debet; quidquid, me citato, dicat Cortiada *vbi ſuprà in dicto n.* 5. cùm conuictus remaneat exemplaria ab eo allegata non facere ad propoſitum, ſaluâ pace tanti viri, vt manifeſtè patet ex *proximè* dictis.

Trigeſimoſecundò: Delinquens, vul- 45
nerans, vel occidens propè Eccleſiam,
non animo ſe tuendi, & ſpe in illam io-
grediendi, ſed caſualiter, & non delibe- 46
ratè; ſecus autem ſi cum deliberatione,
& fretus vicinitate talis refugij delictum
conſummauit iuxta veriorem ſenten-
tiam; vt per Giurbam *conſilio criminali* 90.
n. 6. Trullenc. *in Decalogum lib.* 1. *cap.* 11.
dub. 3. *n.* 13. Gratian. *tom.* 4. *diſcep. forenſ.*
cap. 619. *num.* 33. *vſque in finem*, Farina-
tium *de immunitate num.* 213. *&* 214. vbi
monet non fore ab ea recedendum in
iudicando, & conſulendo, & alij plures
penes Cortiadam *tom.* 2. *deciſ.* 116. *n.* 3.
qui *n.* 12. concludit ita in Cathalonia
ſtylari referendo varia exemplaria, ibi-
que congerit quidquid ad hunc articu-
lum conducit.

Trigeſimotertiò. Exiens ex loco ſa- 47
cro ad quem ſe contulerat propter ali-
quod delictum, ſi poſtquam exiuit aliud
nouum perpetrauerit, iterum ſe ad Ec-
cleſiam reintegrauit: Et ratio eſt, quia
quando rediuit ad illam potuit à mini-
ſtris, & familia ſeculari capi: & conſe-
quenter dici non poteſt ſecundum de-
lictum perpetraſſe ſpe immunitatis cum
limitatione in proximo caſu anteceden-
ti; vt latiſſimè reſoluit Gutierrez *lib.* 3.
pract. quaſt. 1. *n.* 34. & dixi *in meo Paſtoral.*
Regul. part. 3. *vot.* 6. *n.* 10. latè Caſtillo *de-*
ciſ. 156. *n.* 13. *& ſeq. lib.* 2. &, me citato
cum aliis pluribus Cortiada *tom.* 2. *deciſ.*
117. *n.* 1.

Hoc tamen limitari debet, ſi ſpe im- 48
munitatis prope locum ſacrum ſe-
cundum delictum commiſit; vt reſol-
vunt Gutierrez alios allegans *vbi proxi-*
mè n. 25. Caſtillo *n.* 21. Cortiada *n.* 2. vel
ſi eſſet ex exceptuatis *in dicto cap. Inter*
alia de immunitate Eccleſiarum, vel *in Bul-*
la Gregorij XIV. Gutierrez *ibidem n.* 34.
Giurba *conſilio criminali* 90. *num.* 8. *verſ.*
Quarto, &c.

Iſti caſus ſic breuiter ennmerati influunt in immunitatem, de quibus, & vnoqnoque Cortiada ſingularem quæſtionem efformat *in* 2. *tom. à deciſ.* 65. *& ſequent.* ferè ordine *ſuprà* diſpoſito, illiſque adjicere poteris alias conſimiles, déque aliquibus dicemus *in ſequentibus quaſtionibus.*

QVÆSTIO LXXX.

Attentans, ſeu vulnerans proditoriè, per inſidias, vel conſultò, ſi delictum non ſit conſummatum, an gaudeat immunitate?

SVMMARIVM.

Attentans, vel vulnerans proditoriè ſeu per inſidias, ſi delictum non ſit conſummatum, gaudet immunitate. n.2. & 5.

Vulnerans, vel attentans delictum proditoriè, ſi illud non ſit conſummatum nec mors ſequuta, in vim Gregorianæ gaudet immunitate. n.2. & 5.

Gregoriana quoad qualitates delictorum in illa comprehenſorum eſt vſu recepta. numero 3.

Gregoriana ſolùm priuat immunitate occidentes proditoriè, non verò attentantes num. 4.

Vulnerans proditoriè, & appenſatè cum animo occidendi ſi mors non fuerit ſequuta, an gaudeat immunitate. n. 5. & 6.

Attentans delictum proditoriè, ſed non conſummans, gaudet in Aragonia immunitate Eccleſiæ. n.7. & 8.

Stylus Regnorum, vel Prouinciarum non repugnans iuri naturali, vel diuino pro lege habetur. num. 9.

1 LIcèt præſens quæſtio connexionem habeat cum antecedenti, poſſitque in caſibus ſpecificatis in ea comprehendi, libuit mihi particulariter agere, vt latius poſſem extendere ad metas ſtyli, & praxis noſtri Regni Aragoniæ.

2 Et quidem attentantem, vel vulnerantem proditoriè, per inſidias, aut conſultò, ſi delictum non ſit conſummatum, nec mors ſequuta, gaudere immunitate concludunt innumeri, vt per Thomam Delbene *tom.2. de immunit. c.16. dub.* 20. *ſect.* 9. Giurbam *conſilio criminali* 10. *à num.*17. *cum ſeq.* Diana *tom.* 1. *tract.* 1. *reſol.*4. & 18. & *tom.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 83. & *tom.6. tract.* 1. *reſol.* 12. & alij infiniti relati per Cortiadam (quamvis ipſe contrariam ſententiam ſequatur *tom.2. deciſ.* 103. *n.*2.) qui *n.*3. concludit, quòd vigore
3 Gregorianæ prædicta concluſio difficultate caret. Vnde cùm iam *ſuprà q.*35. & 74. latè probauerimus, & reſolutum relinquamus prædictã Gregorianam eſſe receptam quoad qualitates delictorum, & 4
cùm in ea tantummodo excludantur qui proximum ſuum proditoriè occiderint, exinde ſequitur, attentantem, vel vulnerantem non comprehendi in ea, ne immunitate careat.

Et ita practicari, & fuiſſe declaratum 5
Meſanæ refert Giurba *in dicto conſilio* 10. *n.*17. punctim Vermigliol *conſilio* 90. *n.* 1. *& ſequent.* Simúlque in Regno Valentiæ adeſt diſpoſitio foralis *in foro* 4. *ſub tit. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt*: & in noſtro Aragoniæ Regno tanquam certiſſimum concludunt noſtri Practici, vt per Portoles *in ſcholiis poſt foros ſub tit. de competentia Iuriſdictionis q.*8. *num.*2. *pag. mihi* 493. & *q.*9. *n.*17. *pag.*496. Bardaxi *in commentariis ad forum* 1. *ſub tit. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt num.* 11. *pag. mihi* 6. *colum.* 1. & in hoc Regno hæc praxis difficultate caret, vt dixi *in Paſtorali. Reg. par.*3. *vot.*1. *num.*14. & *vot.* 2. *n.*3. ac *vot.*4. *num.*16.

Verùm quia Cortiada *in dicta deciſ.* 103. *num.* 3. pro contraria adducat noſtrum Portoles *in dicta quaſt.* 8. *num.* 2. aduertere debes potius aduerſari, & non adæquatè fuiſſe allegatum: & vt tibi pateat, libet hic tranſcribere ipſius verba, quæ ita ſe habent. *Octaua quæſtio eſt, an ſi captus à Iudice, dum ad carcerem duceretur, & turba hominum in eum irrueret, ita vt penè ipſum captum ſuffocaret, vt eam ſuffocationis moleſtiam, & imminentis mortis periculum euaderet Iudicem ipſum capientem pugione percuſſerit, & deinde ad Eccleſiam confugerit, ſed mox ab ea extractus fuerit, immunitate Eccleſiæ gaudere non debeat, quaſi Iudicem ipſum proditoriè vulnerauerit. In qua re cum caſus euenisſet in proceſſu competentiæ Antonij Gaſſos vicini villæ de Torla anno* 1581. *deciſum fuit taliter vulnerantem immunitate Eccleſiæ gaudere; nam licèt non ſolùm accidens proditoriè, ſed etiam vulnerans proditoriè cum animo occidendi immunitate Eccleſiæ gaudere nequeat; tamen ſi in proceſſu appareat, vulnus non animo occidendi illatum fuiſſe, & ex eo vulnere mors ſequuta non ſit; licèt vulnus ipſum proditoriè illatum extiterit, reus immunitate Eccleſiæ gaudere debet &c. Quare meritò in prædicto proceſſu, in quo apparebat vulnus non animo occidendi illatum fuiſſe, & mortem ex eo ſequutam non extitiſſe, declaratum fuit vulnerantem, licèt proditoriè vulnerauerit, immunitate Eccleſiæ, à qua violenter extractus fuerat, gaudere debere* Hæc portoles.

6 Qui licèt videatur reſtringere ad vulnerantem proditoriè animo occidendi, ſentit tamen vulnerantem proditoriè ſine determ natione occiſionis gaudere immunitate;& exinde abſolutè pro negatiua opinione adæquatè non eſſe allegatum à Cortiada; quamuis poſteà *n.9.* illum cum aliis adducat pro quæſtione, ſi idem procedat, ſecluſo animo occidendi.

7 Maximè cùm ipſe Portoles *in dicta quæſt.9. num.*17. expreſsè reſoluat,quòd ſi delictum etiam proditorium non ſit perfectum & conſummatum,ſed attentatum non debeat reus in hoc noſtro Regno immunitate priuari per hæc verba. (Id tamen etiam in hoc Regno obſeruandum crederem, quòd vbi delictum non ſit perfectum, ſed duntaxat attentatum, delinquens ipſe fori priuilegio priuari non debeat, vt ita poſt

8 Ananyam *in cap.* 1. *de homicidio* docet Caſaneus *in conſuetudinibus Burgundiæ tit.*1. §.5. *in verbo, s'il n'a grace, num.*63. *poſt principium fol.* 199. & Auendaño *de exequendis mandatis lib.*1. *cap.*22. *num.*8. *fol.*135. *&c.*) Ex quibus in hoc Regno prædicta praxis habetur pro conſtanti vt in ſpecie docet noſter Bardaxi *in comment. ad dictum forum* 1. *ſub tit. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt num.*11.*&* 12. *pag. mihi* 6. Portoles *vbi proximè.* Et de hac materia, & articulo conſulere poteris Italiam *de immunit. lib.*1. *cap.*5. §.4. *num.*22. *cum ſeq.* Carraſcum *ad leges recopilationis cap.* 3. §. 1. *num.* 15. *&* 16. Dianam alios referentem *tom.*1. *tract.*1. *reſol* 4. *&* 18. *& tom.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 83. & *tom.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 12. & dicemus *infrà q.*92. *num.*4. *&* 7. *cum ſeq.*

9 Licèt aliàs in Luſitania, & Cathalonia aliter obſeruetur, vt cum pluribus exemplaribus probat Cortiada *in dicta deciſ.*103. quibus ſtandum erit in illis Regnis, & Prouinciis,ſicut & in noſtro iuxta *ſuperiùs* tradita; cum ſtylus non repugnans iuri naturali, vel diuino pro lege habeatur *cap. ex literis, de conſtitutionibus, cap. Quam graui, de crimine falſi;* taliter, quod Iudex teneatur illud obſeruare; vt tradit noſter Suelues *tom.*2. *conſiliorum ſemicenturia* 2. *conſil.* 21. *à num.*3. *cum ſeq.* & dixi *in meo Paſtor. Regul.part.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 20. & *part.* 3. *vot.*1.*num.*16. *verſ.Nec tandem vrget,&c.* vbi alia plura videre poteris.

QVÆSTIO LXXXI.

An Carceratus, qui fugiens è carcere ad locum ſacrum peruolauerit, gaudeat illius immunitate, etiamſi id effecerit ex voluntate cuſtodis, vel Iudicis, præſtito iuramento de redeundo?

SVMMARIVM.

*Carceratus rumpens carcerem, ſi ſe conferat in Eccleſiam, gaudet eius immunitate. num.*2. *quòd limita dummodo delictum pro quo carceratus exiſtebat non eſſet de exceptuatis. num.*3.

*Captus pro aliquo debito, ſi dum ad carcerem duceretur per Miniſtros ſeculares, iurauit eos ſequi ad illum, & in itinere ſe contulit in Eccleſiam an gaudeat immunitate. num.*4. & ſeq.

*Reus, qui ſe eximens, è manibus familia liber ab ea in Eccleſiam ſe contulit gaudet eius immunitate. n.*5. *&* 6.

*Debitor captus per Miniſtros ſeculares, ſi iurauit illos ſequi ad carcerem, ſed non ita obſeruauit, nam in Eccleſiam ſe contulit, iuxta plurium opinionem,non gaudet immunitate. n.*7 *&* 18.

*Captus,& carceratus iuſtè exiens ex voluntate, & licentia cuſtodis, præſtito iuramento de redeundo ad carcerem, ſi in Eccleſiam ſe conferat, poterit ab ea extrahi. n.*9. *&* 10. cum ſeq.

*Relaxatus à carceribus, præſtito iuramento de redeundo, ſi ad Eccleſiam confugeret iuxta plurium opinionem poteſt ab illa extrahi. num.*11. & ſeq.

Carceratus iniuſtè, vel à non habente poteſtatem, ſi relaxetur præſtito iuramento de redeundo, & in Eccleſiam ſe conferat, gaudet eius immunitate. num. 12. *&* 13. cum ſeq.

*Iurans redire ad carcerem, à quo per iudicem,vel cuſtodem fuit relaxatus, ſi in Eccleſiam ſe contulit, & iuſtè timet condemnationem mortis, vel membrorum mutilationem non poteſt ab illa extrahi. num.*13. *&* 14. *nec tenetur ſeruare iuramentum. n.*21. *&* 22. cum ſeq.

*Mors vt euitetur, & vita ſeruetur,licet cuique omnia media quærere. n.*21. & ſeq.

Carnifex ſui ipſius nemo debet eſſe, etiamſi

cum

cum iuramento promiſerit. numero 22.

*Iurans non tenetur ſeruare iuramentum ſi ex eo ſequatur eidem mors, vel membrorum mutilatio. n.*23. & 31.

*Iuramentum, quod impleri poteſt ſine interitu animæ, vel corporis omnino ſeruandum eſt. num.*24. & 32.

*Iuramentum etiam metu extortum ſi impleri poteſt ſine interitu animæ, vel corporis obligat, & ſeruandum eſt. num.*24. & 32. cum ſeq.

Iuramentum promiſſorium obligat ex vi præcepti Diuini ad eius obſeruantiam, ſi non vergat in interitum ſalutis æternæ, vel corporis amiſſionem. n. 27. & 28.

Iuramenti promiſſorij vinculum obligat ex vi præcepti Diuini ſemper, & pro ſemper in materia capaci, & apta ad illius obſeruantiam. n. 28.

*Captus à Iudice timens iniquam damnationem corporalem fugere tenetur ſi poſſit. n.*30. *etiamſi iurauerit ad carcerem redire. n.* 31. & ſeq.

Immunitas Eccleſiæ non plus debet extendi, quam iuxta capacitatem ſubiectorum ad illam confugientium. n. 33.

*Fruſtra quis implorat auxilium legis, qui contra illam aliquid committit. n.*34.

Clerici non debent fieri miniſtri laicorum, nec in eorum rebus Procuratores exiſtere. num. 36.

Eccleſia non ſubuenit eis, qui in illa ſcandalum generarunt. 36. & 37.

*Eccleſia eſt propriiſſima, & diligentiſſima cultrix iuſtitiæ. n.*39.

1 IN *quæſtione* 79. latè retulimus perſo-
nas, quæ ad Eccleſiam, vel locum ſa-
2 crum confugientes, gaudent ipſius im-
munitate. Nunc proſequendo idem ob-
iectum, dubitatio erit de carcerato con-
fugiente, è carcere, vel exeunte cum be-
neplacito cuſtodis, vel Iudicis, præſtito
iuramento de redeundo, an eodem pri-
uilegio potiatur; cum *in quæſtione antece-
denti* dixerimus periurum non poſſe ex-
trahi ab Eccleſia. Et quoad primam par-
3 tem certiſſima, & communiſſima DD.
ſententia eſt, talem fugientem è carcere
omnino gaudere immunitate Eccleſiæ;
vt diximus *in dicta q.* 79. *in caſu* 13. *n.* 24.
niſi ſit delictum ex quo in carceribus exi-
ſtebat de caſibus exceptuatis *in Bulla
Gregorij XIV.* vt per Cyarlinum *part.*1. *con-
trou. forenſ. c.*14. *n.*10. & *part.*2. *c.*197. *n.*18.
Thomam Delbene *de immunit. tom.* 2.
cap. 16. *dub.* 10. *ſect.*6. *per totum.* Curtell.
*in eadem tract. l.*1 *q.*19. *à n.*1. *cum ſeq.* Barb.
*de vniuerſ. iure Eccleſiaſt. l.*2. *c.*3. *n.* 129. Sca-
narol. *de viſitatione carcerat. l.*1. *c.*9. *n.*19. &
me citato *in meo Paſtor. Regul. part.* 3. *vot.*8.
*n.*39. alios infinitos referente, Cortiada
*tom.*2. *deciſ.*82. *n.*2. quos conſultò omitto,
ne volumen conſtruam (vt aliqui faciunt
ex repetitione DD. qui reperiuntur in
aliis ab eodem auctore allegatis) & quoad
hãc partẽ dubio caret prædicta reſolutio.

Quoad ſecundam verò idem D. Mi- 4
chaël Cortiada *in dicta deciſ.*82. *n.*7. gratis
& non exactè opponit contra me, quod
ego non reſolutiuè, ſed enunciatiuè
ſcripſi: & vt tibi pateat, eius verba refe-
ram, quæ ita ſe habent. *Dicendum ſecundò
eſt, quod captus pro aliquo debito, ſi iurauerit
ſequi miniſtrũ ſecularem, dum ad carceres du-
cebatur, poſteaque ad Eccleſiam confugiat, gau-
det eius immunitate contra D. Didacum An-
tonium Frances de Vrrutigoyti in Paſt. Regul.
part.*3. *vot.*2. *num.* 5. Hæc Cortiada nihil
aliud addendo.

Qui quidem breuiter, & reſolutiuè gla- 5
diat quod dixi: & profectò ſatis celeri viſu
illud perlegit. Enim verò *in dicto voto* 2.
n. 5. poſtquam concluſi cum vniformi, &
communi opinione DD. quod reus ſe
eximens, è manibus familiæ, & ingre-
diens ſeſeque conferens in Eccleſiam li-
ber, aut in locum Sacrum, gaudet immu-
nitate, quod fuit obiectum illius conten-
tionis per me declaratæ, tanquam Can-
cellarium huius Regni de vniformi voto
quatuor Conſulentium in fauorem Iu-
riſdictionis ſecularis; ex eo, quod plenè
conſtabat reum intraſſe quoddam cœ-
meterium non liberum, ſed ſemper in
poſſe, & manibus familiæ; & exinde non
gaudere illius immunitate; quod ſecus
foret, ſi exemptus ab illa, ſe reciperet.
Poſtmodum *n.*5. ita profero enunciatiuè,
& doctrinaliter, ac remiſſiuè. *Hac tamen* 6
*regula fallit, quando captus pro aliquo debi-
to iurauit ſequi miniſtrum ſecularem, cum
ad carcerem duceretur, poſtquam ad Eccle-
ſiam confugiat; tunc non gaudere plures tuen-
tur; de quo latè agit Bobadilla in politica l.*2.
*c.*14. *n.*60. *& ita fuit declaratum in hoc Tri-
bunali in proceſſu Hieronymi de Caſtro ſuper
competentia Iuriſdictionis ſub die* 14. *Iulij*
1600. *coram D. D. Michaële Ioanne Ram
tunc Cancellario ex communi voto Domino-
rum DD. Martini Manter, Franciſci de San-
ta Cruz Conſiliariorum D. Regis, & Hierony-
mi Lopez, Antoniique Fuſter pro Conſula-
toribus, qui proceſſus reperitur in Scriba-
nia Hieronymi Andres.* Vſquehuc mea
ſcripta.

Ex quibus (candide lector (clarè vi- 7
dere poteris quàm celeriter D. Michaël

Cortiada appoſuerit illa verba:*Contra D. Didacum Antonium Frances de Vrrutigoyti* &c. cum ego abſolutè non inferam concluſionem negatiuam, ſed tantùm proponam, quod plures, DD. defendunt, & concludunt; vt patet ex illo verſ. *Tunc non gaudere plures tuentur &c.* ad effectum referendi pro noſtro Regno illud exemplare *ibidem* à me annotatum; vt de illo conſtaret, ſi caſus accideret; maximè cùm eſſet declaratio facta de vniformi voto,& opinione illorum quatuor Doctiſſimorum virorum maiorisque auctoritatis illius temporis.

9 Et certè ſi D. Michaël Cortiada vidiſſet remiſſionem, quam *ibi* annotaui, potius dicere debebat contra DD. ſtatim allegandos, quàm contra me: ſi tamen ei videbatur illos non ſupponere cum ſuo dictamine tam reſolutiuè propalato per illam abſolutam reſolutionem, *Dicendum eſt contra D. Didacum Antonium* &c. potius enim dicere debebat contra Couarruuiam *lib. 2. var. reſol. cap. 20. num. 13. verſ. Decimo octauo* &c. qui poſtquam concluſit confugientem è carceribus ad Eccleſiam gaudere immunitate, ita proſequitur.

10 *Quod ſi quis exiſtens in carceribus, præſtito iuramento de redeundo, exierit, obtentâ à cuſtode licentiâ, & fugerit ad Eccleſiam; non poteſt inde inuitus extrahi, Bartholomæus Brixi. quæſt. Domini 38. Alberinus in l. Fideli, Cod. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt, Henricus in cap. Eccleſia, in fine de immunitate Eccleſiarum. Præpoſitus in cap. Ius gentium num. 10. diſtinct. 1. & Auferius in additionibus Capellæ Toloſanæ 422. qui tamen permittendum eſſe cenſent, hunc (de quo in hac ſpecie agitur) abduci ab Eccleſia, ſi iuſtè captus, & in carcerem detruſus fuerat &c.* Hæc Couarruuias qui quidem concludit iuſtè captum, & carceratum, teneri ad obſeruantiam iuramenti, ex quo immunitas, non proficit, cùm ex Eccleſia, ad quam ſe receperat, abduci debeat.

11 Cui conſonat ad noſtrum intentum Gonzalus Suarez de Paz *in ſua praxi 5. part. cap. 3. §. 3.* vbi Poſtquam *num. 43.* docuit, quòd ſi detentus in carceribus præſtito iuramento de redeundo, exierit de cuſtodis licentia, & ad Eccleſiam ſe conducat, non poteſt inuitus ea ſpoliari. Et ſtatim *num. 64.* pergit in hæc verba. *Quadrageſimoſeptimò excipitur, qui relaxatus à carceribus, præſtito iuramento de redeundo, ſi ad Eccleſiam confugerit, poterit extrahi ſecundum Auferium in Capella Toloſana 422.* &c. Et quamvis ipſe *ibidem* contrariam ſententiam tueatur, attamen ex eius doctrina reſultat, quod ego tradidi *in dicto vot. 2. numero 5.* videlicèt, plures tueri talem peierantem immunitate non gaudere.

12 Idémque deducitur ex Tyberio Deciano *in tract. crimin. tom. 2. lib. 6. capite 28. numero 21. circa medium*, vbi ita ſcribit: *Sed maior poteſt eſſe dubitatio, quid ſi carceratus à Iudice laico fuit relaxatus ſub iuramento de redeundo, & nolit redire, & ſic periurus confugiat ad Eccleſiam, an erit tutus? Et Ioannes Andreas in additionibus ad ſpeculatorem ſuper rubrica de iureiurando proponit hanc quæſtionem; & concludit, quòd ſi iniuſtè erat carceratus, vel à non habente poteſtatem, non tenebitur redire, & erit tutus: ſi verò iuſtè, & ab habente poteſtatem, tenebitur redire,* &c. Et ad intentum allegat Panormitanum *in c. Inter alia de immunit. Eccleſiarum in vltima quæſt. num. 32.* & Ioannem Viſchium *in tract. de immunitate Eccleſiæ num. 70.*

13 Quibus conſonat Bobadilla *in polit. tom. 1. lib. 2. capite 14. numero 60.* vbi in hæc prorumpit *Duda veynte y ſeys es (la qual ſacaron algunos por caſo nueuo) ſi el que eſtando preſo jurò en manos del Iuez o, del Alcayde de boluer à la carcel, ſi le dexaſſe ir à la Ygleſia, o, à oir los diuinos officios, o, à otra qualquiera parte, ſi eſtaua juſtamente preſo, es obligado à la obſeruancia del juramento; y digo, que no debe goZar de la immunidad Eccleſiaſtica: pueſto, que algunos tengan, que ſi huuieſſe peligro de muerte, podria bien goZar del dicho priuilegio, paraque ſe le dè ſeguridad de no ſer caſtigado corporalmente ſegun Archidiacono, Alberico, y otros &c.* & *ibidem litera F.* plures allegat idem tenentes.

14 Optimè ad intentum Azor *tom. 2. inſtitut. moral part. 2. cap. 9. q. 9. verſ. Quid dicendum,* vbi ita proſequitur. *De eo, qui detinetur in carcere, & dimittitur iureiurando pollicitus, ſe rediturum ad carcerem, an gaudebit immunitate ad Eccleſiam profugiens? Ioannes Andreas in addit. ad ſpeculatorem tit. de iureiurando, reſpondet diſtinguendo: ſi iniquè detinetur, redire nullo iure cogitur; præſertim imminente periculo mortis, vel mutilationis; at verò abſolutionem à iuriſiurandi vinculo petere debet; ſi verò iuſtè detinetur, reuerti compellitur, vt ait Bartholus in l. Relegati ff. de pœnis.*

Conducit

15 Conducit etiam in ſpecie Ioannes Valerius *in tract. de vtroque foro, verbo, Defenſio, different.* 8. *num.*2.vbi ita reſoluit. *An autem teneatur ad carceres redire, ſi licentiatus ad audiendam Miſſam, iuraſſet ſe rediturum, Gloſſa in Clementina, Paſtoralis, verbo, Per violentiam, ſub tit. de re iudicata, tenet, quòd non tenetur redire, quam ſequuntur Abbas &c.* & ſtatim proſequitur. *Sed contrarium eſt verius, videlicet, quòd vbi reus iuraſſet de ſeruando carcere, vel de redeundo ad eum, eo caſu propter iuramentum tenetur à carcere non fugere, vel licentiatus ad Miſſam ad illum redire ſecundùm Caietanum* 2. 2. *quæſt.* 89. *art.*7. *ad* 4. *Romanum in l. ſtipulationes non diuiduntur num.*78. *ff. de verborum obligationibus Nauarrum in manuali cap.*12.*n.*18. *&c.* Et de hoc articulo videre poteris Ioannem Gutierrez *de iuramento confirmatorio* 1. *part. cap.*57.*n.* 24. *&* 25.

16 Et in hac eadem ſpecie Hippolitus de Marſiliis *ſingulari.*177.concludit eum pluribus, quòd in dicto caſu iniuſtè carceratus gaudebit immunitate; ſecùs autem ſi iuſtè carceratus exiſtebat &c. & Diana *tom.* 3. *reſol. moral. tract.*1.*reſol.*37. allegat pro hac opinione Peregrinum, *de immunit. cap.*3. *num.*10. quem & alios eam ſequentes reprobat, & affirmatiuam ſententiam amplectitur.

17 Alios plures poſſem in medium proferre, quos conſultò omitto (ne moleſtus videar) volui tamen ante oculos tuos tranſcribere verba prædictorum grauiſſimorum DD. qui alios allegant idem reſoluentes; vt ante illos tibi manifeſtè pateat, quàm gratis, & petulanter dixerit abſolutè D. Michaël Cortiada (ſine aliqua ratione, vel fundamento Iuridico ab ipſo proponendo *ibidem*) illam nudam impugnationem, ibi *Contra D. Didacum Antonium Frances, de Vrrutigoyti,* cum potiùs dicere deberet contra prædictos Auctores, non tamen contra me, qui non reſolui pro affirmatiua, vel negatiua.

18 Enim verò fallentia à me tradita per tranſennam loquitur in capto pro debito, qui quidem iurauit ſequi miniſtrum ſecularem, & cùm ad carcerem duceretur, ſe recepiſſet in Eccleſiam; tunc dixi plures tueri, non gaudere: & hoc ſatis conſtat eſſe de mente prædictorum Doctorum; cum ex tali carceratione pœna mortis, aut ipſius timor ſit excluſus: in quibus terminis loquutus fui; & patet exemplo de debitore inſtè carcerato pro debito legitimo, & reali.

19 Sequitur ergo meam fallentiam munitam eſſe auctoritate plurium DD. (vt inſinuaui,) non verò ex mea, quæ parui pendi poterat: & adhuc nihil de meo adduxi, ſed remiſſionem feci ad Bobadillam, & exemplare noſtri Regni de quo mentionem feci *ſuprà n.*7. Precor te modò (amantiſſimè lector) vt in ſtatera apponas, quæ ex tantis viris præ viſu habes, & quæ D. Michaël Cortiada ſiccè refert; vt ille, vel ego mereamur tuam cenſuram. Fateor tamen plures DD. contrariam opinionem defendere, ambáſque iudico probabiliſſimas, tam ab intrinſeco, quàm ab extrinſeco: ſequere igitur, quæ ad tuum iudicium præponderat, & elige, quam malueris, ſcilicet, quòd in omni caſu iurans redire ad carcerem, ſi in Eccleſiam confugiat, gaudeat eius immunitate; vel illi tantùm, qui iniuſtè ſunt carcerati, aut iuſtè timent pœnam mortis, ſeu membrorum mutilationem, non autem alteram.

20 Verùm vt vltimam manum imponam, non ratione diſputationis, ſed vt aliquid noui proferamus; libet *hic* inquirere, cur in prædicto caſu, quando mors timetur, vel membri mutilatio, proſit immunitas; at verò ſi non timeatur, non proficiat ad effectum implendi juramentum; cum apud neminem in ſpecie viderim hunc articulum diſputatum; & ideo *hic* annotabo pro illis, qui hanc ſententiam ſequuntur, quod aſſequi potui.

21 Et primò ſuppono, quemlibet poſſe, & debere curare, quæreréque omnia media, ac diffugia, quibus mortem euitet, vitámque conſeruet iuxta text. *in l.*1 *ff. de bonis eorum, ibi. Nam ignoſcendum cenſuerunt ei, qui ſanguinem ſuũ qualiter qualiter redemptum voluit* &c. Et tradunt Ioannes Sanchez *in ſelectis moralibus diſp.*43. *n.*29. Diana *tom.*1. *reſol moral. tract.*15.*reſol.*27. *verſ. Dico igitur* &c.

22 Cùm nullus ſit adſtrictus, etiam cum iuramento, ſui ipſius carnificem exiſtere: & exinde tutâ conſcientiâ poterit carcerem effugere, vt vitam liberet, & libertatem conſequatur; & ita reſoluunt Scobar à Corro *in tract. de vtroque foro tom.* 1. *art.* 4. §. 2. *à num.* 123. *cum ſeq.* Ioannes Valerius *in eodem tract. verbo, Defenſio, differentia* 9. & 10. latè dixi *in meo tomo fori conſcientiæ, ſiue paſtoralis interni part.* 1. *tract.* 4. *quæſt.* 4.

23 Ex quo deducitur, quòd talis reus, qui iurauit redire ad carcerem, ſi taliter eſſet conuictus, quòd moraliter effugere

non poterat pœnam mortis , tenetur
vitam conſeruare , & ad eum effectum
vigilanter quærere omnia media, quibus
illam aſſequi , & conſeruare poſſit pro-
pter tantum imminens damnum , ad
quod euadendum poterit ſe tueri, & de-
fendere recurrendo ad Eccleſiam ; &
non obſtante iuramento , implora-
re illius immunitatem ; & tunc pro-
miſſio iuramenti non obligat cum dam-
no vitæ , vt concludunt communi-
ter DD.

24 Quod quidem conſiderari non poteſt
in delinquente iuſtè carcerato pro ali-
qua cauſa ciuili, veluti pro debito, vel
alio leui delicto ; ex quo grauis pœna
mortis , vel mutilationis membrorum
non timeatur ; cum ceſſet ratio *ſuperiùs*
adducta de conſeruatione vitæ : & exin-
de ſequitur teneri iuramentum ſerua-
re iuxta opinionem DD. allegatorum
ſuprà. Et patet ex textu *in cap. Si verò* 8. *de*
iureiurando per hæc verba. *Tibi duximus*
reſpondendum , quòd non eſt tutum , quem-
libet contra iuramentum venire , niſi talis
ſit , quod ſeruatum vergat in interitum ſa-
lutis æternæ , nec nos dare alicui materiam
volumus veniendi contra iuramentum pro-
prium , ne auctores periurij videamur &c.
25 Ex quo textu colligunt communiter
DD. & *ibi* Gloſſa *verbo iuramentum pro-*
prium &c. quod iuramentum etiam nu-
tu extortum obligat , & ſeruari debet
ſub pœna periurij ſi queat impleri ſine
animæ interitu.

26 Idémque probatur *ex cap. verum* 15. &
in cap. 1. *cap. Debitores eodem titul.* aliiſque
pluribus iuribus , tam canonicis , quàm
ciuilibus.

27 Et ratio eſt quia vinculum iuramenti
promiſſorij (vt eſt, de quo loquimur *in*
præſenti quæſt.) obligat ex vi præcepti di-
uini iubentis : *Non aſſumes nomen Dei tui*
in vanum &c. ergo ſi non vergat in ani-
mæ interitum , aut vitæ amiſſionem, vel
membrorum mutilationem , omnino
ſeruandum eſt ; de quo latè agunt Sua-
rez *tom.* 2. *de Relig. lib.* 2. *ſub tit. de iura-*
mento promiſſorio cap. 9. *à num.* 3. *cum ſeq.*
Sayrus *in claui Regia lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 10.
& *lib.* 5. *c.* 6. *à n.* 14. *cum ſeq.* Zaballos *tom.*
2. *communes contra communes q.* 604. *n.* 2.
& alij penes Ioannem Gutierrez *in repe-*
titione textus in capite Quamvis pactum ,
verbo , Si tamen iuramentum noui &c. *de*
pactis in 6. qui de hoc articulo latiſſimè
agunt; in quo non immoror, cum ſufficiat
ad noſtrum intentum , quod remanet
annotatum.

Et ex eo reſultat , quòd iuramentum 28
promiſſorium ex vi dicti præcepti : *Non*
aſſumes nomen Dei in vanum , eſt nega-
tiuum , & naturale , ſempérque , & pro
ſemper obligare in materia capaci , &
apta ad illius obſeruantiam ; vt doctiſ-
ſimè aduertit Suarez *vbi proximè nume-*
ro 3. qui *numero* 4. *& ſequent.* alia addu-
cit ad intentum conducentia : ſed ſic
eſt, quod iuſtè carceratus , vel qui ad
mortem non eſt condemnatus, nec mo-
raliter timere poteſt illius pœnam , vel
membrorum lacerationem , ſi permiſ-
ſum habuerit à cuſtode exeundi è car-
cere cum iuramento redeundi ad illum,
poteſt id adimpleri ſine diſpendio ſalu-
tis æternæ ; imò ex contrario pecca-
tum committeret per contrauentionem
(iuxta veriorem opinionem) ergo cum
iuramentum cadat in materia capaci ,
& apta ad illius obſeruantiam : titulus
aliquis non adeſt, ex quo excuſari poſſit:
& exinde patet differentia , & ratio
inter prædictos duos caſus.

Magiſque in ſpecie facit , quod reſol- 29
uit Ioannes Gutierrez *de iuramento con-*
firmatorio part. 1. *capite* 57. vbi poſt-
quam *numero* 24. retulit opinionem Co-
uarruuiæ (de qua *ſuprà numero* 9. *&* 10.)
& *in lib.* 1. *variar. reſol. cap.* 2. *num.* 7. &
Petri Dueñas *regul.* 393. *dub.* 4. proſe- 30
quitur *numero* 26. in hæc verba. *Nam*
captus à Iudice timens iniquam damnatio-
nem corporalem fugere tenetur ; vt benè
probat , & tenet in terminis cum Theolo-
gis , quos refert Couarruuias dicto cap. 2.
num. 7. & *ideo non tenetur iurans ſeruare* 31
iuramentum illud ; quia ſeruatum vergit
in diſpendium ſalutis æternæ , hoc eſt , quia
peccaret grauiter illud ſeruando ; & ideo non
eſt ſeruandum in dicto cap. Si verò , cum ſi-
milibus : & ita prædictis omnibus rectè pen-
ſatis , & conſideratis , mihi (qui maximus
iuramentorum licitorum obſeruator ſum)
hæc opinio poſtrema verior videtur , ſcili- 32
cet , vt iuramentum in caſu l. Qui in car-
cere ff. quod metus cauſâ ſit obligatorium &c.
Vnde Gutierrez concludit , quòd iura-
mentum metu , vel ex vi extortum ſer-
uandum eſt, dummodò non ſit cum di-
ſpendio ſalutis æternæ.

Et licèt fatear, quòd immunitas Eccle- 33
ſiæ proſit in omni euentu , & caſu præ-
terquam in exceptuatis *in cap. Inter alia*
de immunit. Eccleſiarum , & *Bulla S. M.*
Gregorij XIV. vt multoties diximus ;
& ſimiliter , quod iſte noſter *ibidem*
non ſit expreſſus , habet tamen quam-
dam ſingularitatem (ſicut & alij plures,
de

de quibus *infrà quaſt.* 90.) quæ efficit, vt Eccleſia non foueat peierantem quoad immunitatem: nam vt ait Thomas Delbene *tom.* 2. *de immunitate c.* 16. *dub.* 10. *ſect.* 4. *num.* 23. priuilegium immunitatis Eccleſiæ non plus fore extendendum, quàm in terminis habilibus iuxta capacitatem ſubiectorum ad illam confugientium: & ſic videmus, quòd in pluribus præter ſpecificè expreſſos, denegatur immunitas, ex eo, quòd comprehenſiuè in illis continentur.

34 Ex quo infero ſingularitatem prædictam ad noſtrum caſum; videlicet, quæ reſultat ex iuris regula dicentis: *Fruſtra aliquem implorare legis, vel conſtitutionis auxilium, qui contra illas aliquid committit, cap. Finali de immunitate Eccleſiarum, cap. Quia fruſtrà,* & *ibi* Gloſſa, *verbo, in legem, de vſuris, cap. in Audientia, & cap. Contingit de ſententia excommunicationis, l. ſancimus, cod. de iudiciis*, Surdus *conſil.* 37. *num.* 3. Franciſcus Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſtici part.* 1. *cap.* 11. *n.* 3. & *part.* 2. *cap.* 3. *num.* 8. Scaccia *de appellationibus quaſt.* 5. *num.* 74. Belletus *diſq. Cleric. part.* 1. *tit. de diſciplina Clericorum* §. 16. *num.* 9. & ttadunt commu-
35 niter DD. Cùm igitnr talis peierans per tranſgreſſionem iuramenti committat in legem, quam ſibi impoſuerat, de redeundo ad carcerem; cuius virtute tenebatur non recurrere ad Eccleſiam pro imploranda immunitate; cùm eius excluſio eſſet imbibita in ipſo iuramento; ergo fruſtrà illius auxilium implorare poteſt, cùm contra legem, à ſemetipſo ſibi impoſitam, periurium committat.

36 Et in corroborationem induci poteſt textus *in cap. Sacerdotibus ne Clerici, vel Monachi*, qui ita ait. *Sacerdotibus, & Clericis tuis denuncies publicè, ne Miniſtri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores exiſtant; quòd ſi poſtquam facere praſumpſerint, & occaſione ipſius adminiſtrationis propter pecuniariam cauſam deprehendantur in fraude: Indignum eſt eis*
37 *ab Eccleſia ſubueniri per quos, conſtat, in Eccleſia ſcandalum generari, &c.* Ex quo textu colligitur, quòd cum Clericis ſit interdictum miniſtros eſſe, ſeu procuratores laïcorum, ſi contraueniant, & in fraude deprehendatur, ab Eccleſia non ſubueniri. Et rationem decidendi *ibidem* Eugenins Papa aſſignat: quia indignum eſt, vt ab Eccleſia illis ſubueniatur; per quos in ipſa ſcandalum generatur.

Ex qua deciſione reſultat efficaciſſi- 38
mum fundamentum pro prædicta opinione. Enim verò ſi Eccleſia non fauet Clerico, qui fraudulenter ſe geſſit in rebus temporalibus ab eo adminiſtratis; quia Eccleſia iudicat ipſum indignum, vt ab eadem ſuccurratur, quia ſcandalum induxit, quantò magis, & potiori titulo exequi debet, vt Eccleſia non foueat fraudem illius, qui iuramento contrauenit, quod adimplere poterat ſine diſpendio ſalutis æternæ, ſecluſo timore pœnæ mortis, vel mutilationis membrorum, & conſequenter perpetrando peccatum periurij: cùm virtute iuratæ promiſſionis fuiſſet conceſſa ei facultas exeundi è carcere; & conſequenter maior dolus, & fraus debet conſiderari in tali peierante, quàm in dicto Clerico; nam ille decipit, & fraudat cum re ſpirituali, & Deo offenſiua; & ſimiliter cum dolo, & re temporali propter damnum, quod ſequi poterat illi, qui eidem licentiam, & permiſſionem præſtitit exeundi; & ſi in dicto Clerico non datur fauor Eccleſiæ, nec alter confoueri debet immunitate, ne ex peccato commodum reportet.

Maximè quia cùm Eccleſia ſit pro- 39
priiſſima, & diligentiſſima inſtitiæ cultrix, alienum eſt à recto iure, vt ea vni faueat cum notabili alterius detrimento: hoc etenim in præſenti experiretur; nam ſi tali reo immunitas proficeret, cuſtodi ſequeretur magnum damnum, cum ſatisfacere teneretur pro illo; vt accuratè reſoluit Curtellus *de priſca, & recenti immunitate lib.* 1. *cap.* 19. *per totum*; ergo non debét admitti talis immunitas, cum notorio præiudicio, & fortaſſe periculo mortis alterius, ſcilicet, cuſtodis: quæ quidem ſententia videtur de mente Peregrini *in tract. de immunit. cap.* 3. *&* 5. *num.* 10. vbi alios allegat.

Ex quibus ſatis apparet celeriter D. Michaëlem Cortiadam reſoluiſſe contra me, ex eo ſolo, quòd ita ipſe decidit.

QVÆSTIO LXXXII.

Decoctores doloſi, & fraudulenti an gaudeant immunitate Eccleſiæ, ſi in eam ſe conferant?

SVMMARIVM.

*Decoctores non doloſi, & fraudulenti, ſed ex aduerſa fortuna gaudent immunitate Eccleſia, ſi ad eam confugiant. n.*1.

*Decoctores cur ita dicantur; & vnde nomen accipiant. n.*2.

*Decoctores falliti, doloſi, & fraudulenti ſunt infames. num.*2.

*Immunitate Eccleſiæ gaudere Decoctores quoad pœnas perſonales plures tuentur; licèt non quoad ciuiles. n.*3. *ſed contrarium eſt verius.n.*4. & ſeq.

*Decoctores falliti, doloſi, & fraudulenti ſi ad Eccleſiam confugiant, non debent gaudere immunitate, tam quoad perſonam, quàm quoad bona. n.*4. & ſeq.

*Decoctores doloſi ſunt publici latrones, & comprehenſi in iure, & in Bulla Gregoriana, ne vt tales poſſint gaudere immunitate Eccleſia, ſi in eam ſe recipiant. num.*5. *&* 6. cum ſeq.

*Proditoris, & latronis publici naturam habet decoctor confugiens ad Eccleſiam, & exinde non debet gaudere immunitate. num.*7. *&* 9.

Decoctores ſunt proditores, cum ſub ſpe amicitia omnes decipiant, & habent naturam latronum nocturnorum. num. 7. *&* 8. cum ſeq.

*Latrones, & Fures eſſe decoctores declarat Pius V. per ſuam particularem conſtitutionem imponendo illis pœnam mortis. num.*9. & ſeq.

*Decoctorum genus eſſe humano generi infeſtum declarat Pius V. in quadam Conſtitutione, &, è cæterorum cœtu meritò ſegregandos. n.*9. *&* 10.

*Fur dicitur, & eſt, qui furtum clam committit, & differt à latrone aliqualiter. num.*11. *&* 12.

*Latro propriè dicitur obſeſſor viarum, qui pecunia, aut vita viatores ſpoliat, & in aliquo differt à fure. n.*12.

*Latrones dicuntur à latendo, ex eo quòd latenter inſidientur vita, & via. n.*13.

*Decoctores non ſolùm ſunt publici latrones, ſed etiam obſidentes, & proditorij. n.*14.

*Proditio tunc exiſtit, quando adeſt dolus, ſeu machinatio abſcondita mentis ad decipiendum aliquem, in quem non cadit illius ſuſpicio. n.*15.

*Proditorium delictum committit, qui in actibus exterioribus dat ſignum amicitia, & aliud in mente gerit, quam oſtendit. n.*15.

*Decoctores ſunt adinſtar Diaboli, qui exterius demulcent, & interius decipiunt, & deuorant. n.*16.

*Decoctores in Cathalonia per conſtitutionem particularem declarantur pro publicis latronibus, ac dimiſſis à pace, & tregua, & ſunt infamiſſimi, & excluſi ab honoribus non ſolùm conceſſis Nobilibus, ſed & etiam plebeis: quod etiam ſeruatur in pluribus Prouinciis. n.*17. *&* 18.

*Decoctores à toto genere ſunt horribiles deceptores, doloſi proditores, iniuſti fures, latrones publici, cruenta ſanguiſuga, ac complementum, & congregatio omnium iniquitatum. n.*19. *Et exinde non debent gaudere immunitate Eccleſia, ſi ad eam confugiant. n.*20. & ſeq.

*Immunitatem Eccleſia comprehendit Bulla Gregoriana in omnibus caſibus eo ipſo quod aliquos excipiat. n.*21.

*Exceptio regula firmat quidquid in ea non eſt expreſſum. n.*21.

*Incendiarius doloſus aquiparatur depopulatori agrorum ad effectum, ne gaudere debeat immunitate Eccleſia. n.*23. *&* 24.

1 LIcèt locus proprior huius dubij videretur poſt quæſtionem, quam *infrà* extendemus circa perſonas, quæ non gaudeant immunitate, attentâ reſolutione à nobis in præſenti ſumendâ: volui tamen *hic* eam inquirere, cùm apud plures DD. admittatur concludentes gaudere: & cum mihi videatur ordinem non inuerti, ſed imò connexionem cum antecedenti habere; ideò proponam, quæ ad intentum ſeſe offerunt.

2 Et primò ſupponendum eſt noſtrum dubium non verſari quoad Decoctores qui ex aduerſa fortuna, vel aliis temporis fortuitis accidentibus in miſerabilem ſtatum deuenere, nec de illis, qui per ſuam pigritiam, aut incuriam, ſeu inertiam bona amiſerunt: hos namque gaudere immunitate iam diximus *ſuprà in quæſt.79.caſu* 6. & ideò ſermo noſter reducitur ad decoctores fraudulentos, & doloſos, qui ita appellantur, ſumptâ etymologia à coquendo; Cùm enim cibus abſumitur, & coquitur, & ex eo minuitur, ſic & patrimonia, ac hæreditates,

tates, qui gulæ, aut veneri, ſen aliàs prodigaliter bona conſumpſerunt cum damno, diſpendiòque ſuorum creditorum vt tradit Laurentius Beyerlinch *in Theatro vitæ humanæ tom.2. part.2. verbo Decoctores pag.mihi* 42. *colum.*2. vbi etiam refert legem Solonis dicentem: *Qui ſubſtantiam ſuam decoxerit infamis eſto, &c.* Quæ lex loquitur de prædictis Decoctoribus Laërti. *lib.*1. *vit. Philoſoph.*

3 In quo articulo ſummoperè variant DD. cum diſtinctione; videlicet, prædictos decoctores fraudulentos, & doloſos non gaudere quoad actiones ciuiles circa bona ſecum ad Eccleſiam aſportata, vel aliàs extra illam exiſtentia, vt pro debitorum ſolutione procedi poſſet, ac ſi in refugio Eccleſiæ non exiſterent, ſecùs autem qnoad pœnas perſonales, Illis criminaliter infligendas: de quo lariſſimè & accuratè plura cumulans Gratianus *tom.*2. *diſcept.forenſ. cap.*380. *ferè per totum*, Diana plures referens *tom.*1. *reſol. moral.tract.*1. *reſol.*32. *per totam, & tom* 4. *tract.*1. *reſol.* 47. *verſ. vltimò* incipiente, *Notandum eſt, &c.* & alios addens *tomo* 6. *tract.* 1. *reſol.* 16. & copioſè Cortiada *tom.*2. *deciſ.* 70. vbi *à num.*8. *cum ſeq.* ſeptem adducit opiniones, & *num.*16. cum infinitis concludit tales decoctores, & fallitos fraudulenter gaudere immunitate qnoad actionem criminalem perſonarum reſpectu pœnæ corporalis, ſecùs autem quoad actionem ciuilem reſpectu bonorum; ſimúlque plura congerens tradit Delbene *tom.*2. *de immunit.* qui hanc amplectitur ſententiam *cap.* 16. *dub.* 11. *ſect.*6. *per totam*, & præcipuè *à num.* 11. *vſque in finem*, quæ qnidem opinio à multis etiam ſequitur.

4 Verùm licèt à tot viris doctiſſimis comprobetur, mihi tamen nullatenus placet, ſed abſolutè contraria, videlicet, tales decoctores, ſeu falliros, fraudulentos, & doloſos neutiquam immunitate gaudere, ſi ad Eccleſiam confugiant, tam reſpectu perſonarum, quàm bonorum, tam inſpecto iure communi, quàm Gregoriana, vt validiſſimis fundamentis defendunt (contrariis argumentis reſpondendo) Gambacur. *de immun. lib.*4. *cap.*15. *à num.*2. *cum ſeq* & accuratè Curtellus *in eodem tract. quaſt.*32. *per totam*: Peregrinus *in eodem tract. cap.* 12. & alij infiniti allegati à Cortiada *vbi proximè num.*15. apud quem videre poteris.

5 Et pro hac ſententia in noſtro Aragoniæ Regno adeſt autboritas doctiſſimi noſtri Practici Portoles *in quaſtionibus poſt ſcholia ad foros ſub tit.* de las Competencias *quaſt.* 14. *pag. mihi* 499. Et certè apud prædictos DD. videre poteris rationes, & fundamenta quibus nituntur ad eam defendendam, quæ non refero; cùm, vt ſæpius dixi, breuitati conſulam.

Et ſolùm addam, quæ ex mea ſpeculatione aſſequi valui reſpectu pricipalis fundamenti, in quo contrariam opinionem neruoſè roboranr DD. eam ſequentes, videlicet, quòd ius commune *in cap. inter alia de immunit. Eccleſiarum*, non excipit niſi publicos larrones, non verò ſpecificè decoctores, qui tales non ſunt: ſimiliterque quòd Gregoriana non faciat expreſſionem decoctorum, ſeu fallitorum, &c. vt reperunt Diana, & alij conſequenter comprehenſos eſſe in priuilegio immunitatis. 6

Sed re vera defendi poteſt mentionem expreſſam fieri vtrobique propter qualitatem delicti decoctionis ſaltem comprehenſiuè in publicis latronibus. Et quidem *in præſenti tract.* multoties diximus plures caſus comprehenſiuè eſſe contentos *in dicto cap. inter alia*, & *in Gregoriana*; aliàs ſequeretur quòd in nullo caſu ex pluribus *infrà* referendis *quaſtione* 90. immunitas non poterat negari; quod quidem abſolutè aſſerere repugnat communi DD. ſententiæ, licèt in vno, vel altero caſu non conueniant. 7

Enim verò ſi rectè perpendatur, potiori iure negari debet immunitas decoctoribus, quàm latronibus publicis; illi namque non ſolùm habent talem naturam, ſed & etiam proditorum: cum ſub ſpe amicitiæ, ac beneuolentiæ decipiant incautam viduam, hominem ſincerum, Eccleſias impollutas, cœnobia Religioſorum indigentum, Ciuitates, aliáſque communitates non ſatis diuites, orphanos, & pupillas deſtitutas, & vniuerſum genus perſonarum, quæ ex bona fide, & titulo fidelitatis, legitimæque correſpondentiæ bona ſua tradiderunt in poſſe talium decoctorum: ex quo negari non poteſt committere ſpeciem prodirionis, & conſequenter tale delictum comprehenſiuè incluſum exiſtere.

Tum & etiam habent naturam latronis vel furis nocturni cum noctu, & ſecretè ſine ſcientia creditorū ſubtrahant bona, quæ non ſunt ſua, ſed aliorum, auferúntque ab eorum poſſe, cum ignorent vbi exiſtant, imò potiùs obnebulatis oculis neſciunt quò ſe vertant; & ſi fortaſsè 8

ſortaſsè aliquid reparare poſſunt, fit cum magno labore, cura, & expenſis, & fortaſsè poſtmodum nequeuot illa repetere, quapropter non eſt abs re illos ooctnrnos fures nomioare; vt cecinit Ioannes Lothcchius in ſuis Pœëmat.

Cum ſua Decoctor ſubeuntē limina furem.
Quærere ſperatas nocte videret opes;
Nocte, quid in noſtris circumſpicis adibus? inquit.
Hic ego nil mediâ cernere luce queo.

Et ex eo tradit Laurentius Beyerlinch *in Theatro vita humana tom.1. part. 1. litera A, verbo, Abliguriatoris iocus, pag. mihi A, columna 2.*

9 Prætetea ſunt publici latrooes, Cuttellus *in dicta quaſt.32. num.4. cum pluribus ſequent.* de quo adeſt vigilantiſſima, & ſummoperè exequenda conſtitutio S. M. Pij V. ſub dat. Romæ Kaleodis Novembris aooo 1570. quæ incipit. *Poſtquam eo vſque humana proceſſit intemperantia, &c.* & habetur *in magno Bullario Cherubini tom. 2. conſtit. 112. pag. mihi 315. in nouiori impreſſione* (quæ malè ab Auctoribus allegatur, dum dicuot eſſe conſtitutionem 117. fortaſsè ex defectu librariorum.)

10 Et *in* §.3. declarat tales decoctores non ſolùm pro furibus, ſed etiam pro latronibus, *ibi. Hos autem adeo furibus, & latronibus ſimiles eſſe, vt ab illis in nihilo differant, niſi vt quod eis vita ſua periculo agitur, hoc decoctoribus impunè liceat, volentéſque praterea, vt par, imò grauius*
11 *delictum, &c.* Et ſtatim proſequitur. *Ac genus hoc hominum tanquam humano generi infectum è caterorum cœtu ſegregandum meritò iudicantes, &c.* illis imponit *ibidem* mortis pœnam.

12 Ex quibus ad noſtrum intentum ponderandum eſt, quòd Pius Pontifex reduplicat verbum, *Fur*, & etiam, *Latro*, qualificando decoctores pro furibus, & latrooibus, in quibus complectitur omne genus latrocioij tam publici, quàm occulti, ſeu nocturni. Enim verò fur eſt qui clam furtum committit, vt ex Barrooe *lib.14. rer. diuin.* tradit Ambroſius Calep. *in ſuo dictionario verbo Fur:* at verò *latro* eſt vox Græca, qua obſeſſores viarum ſignificantur, qui viatores aut pecuniâ, aut vitâ ſpoliant, vt colligitur ex Horat. *lib.1. epig.*

Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones.

Et Feſtus ait ita dici, eo quod à latere adoriantur, vel à *latendo*, quod latenter inſidientur, & alia accuratè cumulaos refert idem Calepinus *litera L. verbo, Latrones*, cui ionge Beyerlinch *vbi ſupra tom.4. verbo. Latro, verſ. Latrones, part.2. pag. mihi* 13. vbi ex D. Isydoro concludit, quod latro eſt inſeſſor viarum, à *Latendo*, dictus, quòd latentet inſidietur vitæ, & viæ; cui cooſulere poteris circa hunc articulum. 13

Ex quibus patet reſponſum ad fundamenta, quibus DD. nituntur, contrariam opinionem tenentes, quorum principaliter omne pondus conſiſtit, in eo, quod de iure *in dicto cap. inter alia*, & ſimiliter *in Gregoriana* ſolùm expreſsè excipiuotur publici latrones, & decoctores noo coumerantur, & conſequenter noo eſſe comprehenſos, vt immunitate Eccleſiæ priuentur. 14

Nam reſpondetur ſatis ex dictis apparere, quod habent qualitatem publicorum latronum, ſimúlque obſidentium incautos creditores, non ſolùm in ciuitatibus, ſed etiam in publicis ſtratis; cùm illorum iniquitas, dolus, & fallacia, omnia illa tranſcendat; ſimúlque continete ſuam malitiam, qualitatem, & naturam proditionis; cum hæc tunc realiter exiſtat, quando dolus, ſeu machinatio abſcondirę mentis reperitur ad decipiendum aliquem, in quem non cadit illius ſuſpicio; vel ſi io actibus exterioribus dat ſignum amicitiæ, & aliud in mente gerit, quàm oſtendit; vt cum Antooio Gomez *tom.3. variar. reſol. cap. 3. de homicidio num.* 5. & Grilenzonio plures alios referente *concilio* 149. *num.* 5. *&* 15. *cum ſeq.* dixi *in meo Paſtor. Reg. part.* 3. *vot.* 1. *num.*6. 15

Et certè in quo magis verificatur proditio, quàm in decoctoribus, qui in verbis, & actionibus amicitiam beneuolentiam, ac pietatem oſtendunt, & intus in corde dolum fallaciam, & fraudem contioent, vt cum tanto detrimento, & damno illius, quem demulceot, ſuam malitiam ſimulent, gerendo illum tanquam amicum, vt eum decorent ad inſtar Diaboli. 16

Et in Cathalonia per conſtitutionem particularem declaraotur pro publicis latronibus, ac pro dimiſſis à pace, & tregua; vt patet *ex conſtitutione 7. de Abatuts,* 17

Abatuts, & ex Fontanella *deciſ.*241.*n.*2. & *deciſ.* 242. *num.*6. *part.* 1. tradit Cortiada *in dicta deciſ.* 6. *num.* 33. vbi multa
18 congerit; & *num.*4. cum pluribus oſtendit eſſe infames, & infamiſſimos, tam de iure, quàm ex particularibus legibus diuerſarum Prouinciarum; & exinde gaudere non debere indultis, & priuilegiis, non ſolùm quibus Nobiles locorum fruuntur (cum per decoctionem illa amittant) verum nec etiam, quibus plebeis & infimæ ſphæræ perſonis conceſſa reperiuntur: de quo latè agunt Gratian. *in dicto c.*380. *à num.*14. *cum ſeq.* & ex eo formaliter alios allegans tranſcripſit Cortiada *vbi proximè à n.* 27. qui *in ſeqq.* & *tota deciſ.*70. copioſè agit de hac materia apud quem, & alios ab eo relatos videre poteris.

19 Ex dictis infertur prædictos decoctores à toto genere eſſe horribiles deceptores, doloſos proditores, iniuſtos fures, latrones publicos, cruentas ſanguiſugas quæ ſanguinem ſuorum creditorum impunè deglutiunt; & vt vnico verbo dicam, ſunt complementum collectiuum, ac vniuerſalis congregatio totius fallaciæ, ac iniquitatum, optimè Guazzinus *de defenſ. reorum defenſ.*1.*c.*37. *num.*50. *in fine*, *verſ. Dicit ceſſare dictam immunitatem* &c. Gutierrez *lib.* 1. *pract. quæſt.*1.*n.*4.& *n.*18.& alij penes Cenallos *communes contra communes quæſt.* 683. *in fine*.

20 Ex quo iuſtiſſimum, ac æquiſſimum videtur prædictos decoctores ab Eccleſia non confoueri, maximè cùm tendat in bonum commune locorum, Ciuitatum, Regnorum, ac Prouinciarum, ad text. *in l. Bona fides* 31. *ff. Depoſiti*; & tradit Hærin. *de fideiuſſoribus cap.*5. *à n.* 111. & 112. *cum ſeq.* vt tam pernicioſi deceptores totaliter diſtituti exiſtant quocunque auxilio, vt ſaltem formidine pœnæ ſe abſtineant à talibus perpetrandis vt alias dixi *ſuprà quæſt.*74. *num.*33. *in fine*.

21 Et licèt Curtellus, & Gambacurta *vbi ſuprà n.* 4. accuratè reſpondeant ad argumenta oppoſita contra *proximè* dictam reſolutionem, libet mihi, in medium proponere in præſenti quamdam ponderationem ad ea, quæ Gratian. aduertit *in dicto cap.*308. & alij, qui eum ſequuntur, vbi *num.* 29. *& ſeq.* reſoluit, quòd cùm Bulla Gregorij XIV. ſpecificet caſus in quibus delinquentes in delictis *ibidem* enarratis non gaudeant immunitate, & decoctores doloſi non nominentur; exinde per regulam iuris, quod illorum exceptio firmet, quidquid non eſt expreſſum & conſequenter immunitate gaudere; quod quidem eſt fundamentum principale contrariæ opinionis vt diximus *ſuprà*.

Sed certè ſi attentè perpendamus 22
proprietatem verborum Græegorianæ reperiemus eſſe comprehenſos: enim verò ex illa patet exceptuatos reperiri publicos latrones, vt ipſe Gratian. *n.* 30. fatetur & eſt notiſſimum: ſed ſic eſt, quòd decoctores ſunt publici latrones ex natura verbi, *latro*, vt patet ex his, quæ diximus *ſuprà num.* 12. & 13. & ex prædicta conſtit. Pij V. quæ illos quali- 23
ficat non ſolùm pro furibus, ſed etiam pro latronibus; ergo Gregoriana illos reſpicit tanquam latrones publicos; cùm ipſi committant omne genus latrocinij, & conſequenter tales decoctores comprehenſi remanent.

Quod quidem roborari poteſt ex eo, 24
quia *in can. Peſſimam* 23. *quæſt.* 8. Incendiarius, qui dolo incendium conſummauit æquiparatur depopulatori agrorum; & ex eo non gaudet immunitate Eccleſiæ; vt cum Caſaneo, & Deciano tradit Guazzinus *vbi ſuprà defenſ.*1.*c.*38. *num.*44. Italia *de immunit. lib.*1.*cap.*5. §.3. *num.*56. Peregrinus *in eodem tract. c.* 12. *num.*6. latiſſimè Giurba plures allegans *in conſilio criminali* 48. *num.* 14. & dicemus *infrà quæſt.*90. *num.* 19. & ratio eſt; quia cum hoc delictum incendiarij æquiparetur depopulatori agrorum, *in dicto can. Peſſimam*; exinde eſt (vt omnes concludunt) quòd comprehenditur *in Gregoriana*; etiamſi expreſsè ſuo nomine non exprimatur; ergo ſic ſimiliter argui poteſt pro decoctoribus, qui cùm ſint latrones cum circunſtantiis *ſuprà* ponderatis fatendum eſt, eſſe comprehenſos ad effectum, ne immunitate gaudere valeant.

Tandem ſequeretur, quòd in pluri- 25
bus caſibus comprehenſionem vniuocam habentibus cum ſpecificatis *in Gregoriana*, *& in dicto cap. Inter alia de quibus infrà in dicta quæſt.*90. ex eodem motiuo iudicium efformandum erat, videlicet, quod delinquentes gaudere deberent ex eo, quod delictum ſpecificè non erat nominatum contra communem DD. ſententiam, quæ in opinione magis extenſiua immunitatis admittit etiam plures caſus non expreſſos de quibus DD. allegati *ſuprà quæſt.*79. *n.* 6. & 7. & *infrà in dicta quæſt.*90. ergo ex eo non

non debet fieri reſtrictio ad verba nuda, prout talia ſonant, ſed ad ea, quæ in ſe includunt ex identitate, & maioritate rationis: ex quibus mihi (licèt minimo) magis placet opinio negans immunitatem decoctoribus doloſis, & fraudulentis ad Eccleſiam confugientibus.

QVÆSTIO LXXXIII.

Eremitæ an gaudeant immunitate, & fori priuilegio?

SVMMARIVM.

Eremitica domus, ſeu Capella rurales erecta cum Epiſcopi auctoritate gaudent priuilegio immunitatis, ſicut & cæteræ Eccleſiæ. num.1.

Eremitæ, an gaudeant fori priuilegio. n.2. & ſeq.

Eremitæ ſunt Epiſcopo ſubiecti, & regulari debent iuxta diſpoſitionem Eccleſiæ, & exinde gaudent fori priuilegio. n.3. & 4. intellige vt 7. & 17.

Mulieres intrantes monaſteria, in quibus Religio non eſt approbata, nec ibidem ſeruatur, non gaudent fori, nec canonis priuilegio. n.5. licèt plures contrarium velint, ſi religioſè, & in communitate degant. num.6.

Eremitæ habentes aliquam certam regulam, & fixam normam viuendi ſub obedientia alicuius Superioris, gaudent fori, & immunitatis priuilegio, ſecus autem ſi nullam, aut nec obedientiam profiteantur. num 7. & 16.

Eremitæ vagantes; de per ſe, & ex eo ſolo, nec ſunt Clerici, nec regulares, & exinde non gaudent fori priuilegio. n. 8. & 16. cum ſeq.

Regulares poſt emiſſam profeſſionem non poſſunt diſponere in vita, aut ex teſtamento de bonis, quæ ante profeſſionem habebant, aut aliàs ad eos peruenerunt. num.8.

Eremitæ vagantes nullam regulam, & obedientiam profitentes poſſunt diſponere in vita, vel in morte ex teſtamento de bonis quæ habent. n.9.

Religioſi non poſſunt habere, velle, & nolle, nec proprietatem bonorum, quia repugnat ſtatui. num.10.

Eremitæ vagantes, nullam regulam profitentes ex eo ſolo non gaudent priuilegiis Clericorum, & tenentur ſoluere Gabellas & alia onera, ſicut & laici. n.11.

Clerici ſunt exempti à ſolutione Gabellarum aliorumque onerum ſecularium. numero 11.

Eremitæ profitentes aliquam regulam ſub obedientia Superioris, vel exiſtentes in ſeruitio Eccleſiæ de mandato, & licentia Papæ, vel Epiſcopi, gaudent fori priuilegio. num.12. & 17.

Immunitate, & fori priuilegio gaudent Eremitæ, qui de mandato Epiſcopi ſunt deſtinati ad aliquod ſeruitium Eccleſiæ, dum in eo perſeuerant, etiamſi voto non ſint adſtricti. num.12. & 13. ſecùs ſi id efficiant ex ſua mera voluntate, & nutu. num.14 & ſeq.

Eremitæ vagantes, nec aliquam regulam obſeruantes, aut de licentia Papæ, ſeu Epiſcopi alicui Eccleſiæ non deſtinati, non gaudent fori, aut immunitatis priuilegio. n.15. nec ſimiliter Canonis exemptionum. num.16.

Eremitæ ex ſua mera voluntate, & vagantes quærendo eleemoſynam ſine Epiſcopi licentia non gaudent fori, aut canonis priuilegio, nec ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, aut regulares. n.16. & ſeq.

Eremitæ viuentes ſub aliqua regula, & ſubiecti obedientiæ Superioris, vel ſeruientes alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi fruuntur priuilegiis Clericorum. n. 17. & connumerantur inter perſonas Eccleſiaſticas, ſuntque Epiſcopo ſubiecti. n.18.

Eremitæ, qui proprio Marte ſine Epiſcopi licentia ſe induunt veſtibus Regularium, puniri poſſunt per Epiſcopum. num.19. & pro aliis delictis per Iudices ſeculares. num.20.

Clerici prima Tonſura inſigniti, attento iure communi, gaudent fori priuilegio. num. 21. ſecus autem poſt Tridentinum. num.21.

Clerici coniugati gaudent fori priuilegio ſi ab Epiſcopo ſint deputati pro aliquo miniſterio, & ſeruitio Eccleſiaſtico, vtendo habitu clericali, & Tonſura. num. 23. & 24.

Fori priuilegio non gaudent Clerici tonſurati, tam coniugati, quàm non coniugati, ſi de mandato Epiſcopi non inſeruiant alicui Eccleſiæ. n.24.

Seruitium Eccleſiæ deſtinatum ab Epiſcopo alicui perſonæ, eam transfert in ſtatum Eccleſiaſticum, ad effectum, vt fori priuilegio gaudeat. n.24. & 25.

Collegia, Seminaria, & Confraternitates erecta cum Epiſcopi auctoritate gaudent fori & immunitatis priuilegio. n.25.

Argumentum de perſona ad locum, vel è contra, validum eſt. n.26.

Familia

Familia Epiſcopi, licèt laïca, gaudet eodem fori priuilegio, quo ipſi Clerici. numero 27.

Miniſtri, & familiares, ac domeſtici Epiſcoporum, tam laici, quàm Eccleſiaſtici degentes intra, vel extra ipſorum Palatia, gaudent fori priuilegio. numero 28.

Dignitas Epiſcopalis eſt excellens. numero 29.

Equites Militiarum (etiam Nouitij) ſunt Religioſi, ſicut & aliarum Religionum ad effectum gaudendi fori priuilegio. num. 30.

1 IN *quæſtione* 73. latè diximus de locis gaudentibus immunitate; & ex communi DD. calculo reſoluimus quamlibet Eccleſiam, vel capellam, ſeu oratoria publica erecta cum Epiſcopi auctoritate, etiamſi in illis non ſit reſeruatum Sanctiſſimum, frui tali priuilegio, & conſequenter in illis comprehendi quæ Eremitæ vel eremitoria vocantur ex eo, qnia in eremis conſtructæ, & ſitæ repeциuntur.

2 Nunc autem agendum eſt de Eremitis, ſeu Eremitanis in illis exiſtentibus; an gaudeant fori priuilegio, & immunitate. Quam quæſtionem mouet Gloſſa *in cap. Vnico verbo, eligendum, ſub tit. de exceſſibus Prælatorum in* 6. vbi inquirit; an Eremitæ, ſeu Eremitani gaudeant immunitatis, & fori priuilegio, & ſe remittit ad textum *in capite Qui verè 16.*
3 *quæſtione prima* quòd fuit deductum ex Concilio Calcedonenſi *capite* 4. in quo reſoluitur prædictos Eremitas Epiſcopo eſſe ſubiectos; cui reſolutioni adhæret etiam Gloſſa *ibidem verbo, verò*, & conſequenter fatendum videtur gaudere fori & immunitatis priuilegio.

4 Quod quidem probatur ſecundò *ex dicto cap. vnico de exceſſibus Prælatorum in* 6. & *ex cap. Priuilegium penultimo de verborum ſignificatione eodem lib.* 6. Ex quibus iuribus communiter infertur, quòd prædicti Eremitæ, ſicut & Monachi, pertinent ad Eccleſiam, ac regulari debent iuxta diſpoſitionem Eccleſiaſticam, & exinde reputari perſonas Eccleſiaſticas, & vt tales de illius foro, prout in ſpecie alios referens reſoluit Marta *de Iuriſdictione part.4. centuria 2. caſu 113. à n.1. vſque ad 6.* & communem dicit Boërius *in tract. de vita Eremitica num. 14. circa finem verſ. Et iſta eſt vera, & communis opinio.*

Tertiò probatur ex Rotæ deciſione *in antiquis deciſ. 1. aliàs 167. ſub tit. de regularibus, & tranſeuntibus ad Religionem*: quæ poſtquam dixit, quòd mulieres intrantes monaſteria, in quibus Religio non eſt approbata, nec ibidem exiſtentes illam habent, quòd non gaudeant fori, aut canonis priuilegio, nec ſimiliter immunitate, ita concludit.

Licèt aliqui velint dicere quòd quandiu ſunt in Eccleſia, vel Diuino ſeruitio, vel habeant habitum Religioſum, quod illo tunc gaudere debent argumento l. Stigmata cod. de fabric. de aquaduc. l. Omnes, iuncta lege ſemper §. Negoti. ff. de iure immunitatis: nam licèt mulieres tales poſſint contrahere Matrimonium in futurum, tamen quia de præſenti Religioſè viuunt, videntur tamen vt aliæ perſonæ Eccleſiaſticæ, vt Clerici ſimplices, aliquo voto non ligati, priuilegio immunitatis gaudere debent: ita tenet Rota &c. Ex qua deciſione ſatis inferri poteſt, idem dicendum quoad Eremitas, ex motiuo, in quo fundatur. 6

His tamen non obſtantibus alij tenent prædictam concluſionem veram eſſe in illis Eremitis, qui habent aliquam certam regulam, & fixam normam viuendi ſub obedientia, & dependentia alicuius proprij Superioris, de quibus Barboſa *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico lib. 1. capite 43. numero 6.* nam tales gaudere fori, & immunitatis priuilegio conueniunt omnes; at verò ſi nullam Religionem profiteantur, nec aliquo ordine clericali ſint inſigniti nullatenus illa exemptione frui concludit cum Couarruuias, Bobadilla, & aliis Zeballos *tom. 4. communes contra communes quæſt. 897. numero 585. cum ſeq.* quibus iunge latiſſimè Belletum *diſquiſit. cleric. part. 1. tit. de diſciplina clericali §. 2. à numero 22.* & in ſpecie *numero 25.* Carolus de Graſſis *de effectibus clericatus effectu 1. à numero 102. cum ſeq.* Rodriguez *tom. 3. quæſt. Regul. quæſtio 21. articulo quarto* P. Ludouicus Molina *de iuſtitia, & iure tom. 4. tract. 3. diſp. 50. numero 4. verſ. De Eremitis* &c. & alios plures penes Barboſam (qui loquitur quoad priuilegium canonis, *Si quis ſuadente Diabolo 17. quæſt. 4.*) *de vniuer. iure Eccleſiaſ. lib. 1. cap. 39. §. 1. numero 22.* & 23. & infinitos 7

allegans *in paſt. part. 2. alleg. 12. num. 42.* & 43.

8 Quæ opinio fulciri poteſt ex eo, quòd tales Eremitæ vagantes non habent naturam, nec ſunt regulares nec Clerici: non regulares; quia vt tales, non poſſent diſponere de ſuis bonis tam in vita, quàm in morte, aut ex teſtamento: nam re-
9 pugnat ſtatui poſt profeſſionem. *Authent. Ingreſſi, cod. de Sacroſanctis Eccleſiis, capite Quia ingredientibus*, & *cap. Si qua mulier 19. quæſt. 3.* & reſoluit P. Ludouicus Molina *tom. 1. de iuſtitia, & iure tract. 2. diſp. 141. verſ. Eremita*, qui in ſpecie
10 loquitur de prædictis Eremitis vagantibus: ergo cum habeant velle, & nolle, & inſimul proprietatem bonorum, quod totaliter eſt contrarium regularibus, & illis, qui vt tales, ſunt connumerandi, conſequenter merè laici ſunt iudicandi dicti Eremitæ ad effectum regularitatis; & exinde destituti fori, & immunitatis exemptione.

11 Nec etiam ſunt Clerici, aut tanquam Eccleſiaſticæ perſonæ iudicandi ſunt: enim verò ſi ita connumerarentur liberi exiſterent à ſolutione gabellarum: ſed ſic eſt, quod tenentur illas ſoluere, vt cum pluribus reſoluit Ioannes Gutierrez *in tract. de gabellis quæſt. 95. num. 7. cum ſequent.* ergo nec tanquam perſonæ Eccleſiaſticæ gaudebunt priuilegiis ipſis conceſſis, ſed imò currere debent, ſicut cæteri laïci.

12 Quibus ſic conſtitutis in articulo mihi quidem arridet diſtinctio approbata per plures DD. videlicet, quòd ſi prædicti Eremitæ Religioſam vitam profiteantur ſub aliqua regula, à qua habitum, & veſtes mutuauerunt, vel de
13 mandato Papæ, aut Epiſcopi certam formam gerendi vitam Religioſam cum deſtinatione inſeruiendi alicui Eccleſiæ ſe adſtrinxerunt licèt non fuerit ex voto, tunc fori, & immunitatis priuilegio gaudere dicendum videtur, dum in tali miniſterio permaneant, & perſeuerent; ſecus autem ſi illud dimittant, cum illis licitum ſit, qui votu aut alio conſimili vinculo non ſe adſtrinxerunt ad priſtinum ſtatum conuolare.

14 At verò ſi ex proprio ſuo nutu, & voluntate exerceant & exequantur talia miniſteria ſine aliquo vinculo obedientiæ, aut mandato Epiſcopi, ſed hinc, & inde vagantes quærendo, & mendicando victum & veſtitum, aut ſeſe conferendo prout ipſis placuerit;
hos non foui tali priuilegio fatendum 15
eſt, vt concludunt Cardinalis *in Clementina 2. in 12. quæſt. de Præbendis*, quem ſequitur Tyberius Decianus (omnino videndus ad intentum) *in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. capite 9. numero* 32. & 33. & alios referens Belletus *diſquiſ. cleric. part. 1. ſub tit. de diſciplina clericali §. 2. à numero 19. cum ſeq.* Pater Molina *de iuſtitia, & iure tract. 3. diſp. 50. numero 4. verſ. De Eremitis* & Emanuel Rodriguez *tom. 2. quæſt. regul. quæſt. 62. art. 10.* & *tomo 3. quæſt. 21. art. 4. in fine*, & alij plures, quos refert, & ſequitur Barboſa *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico lib. 1. capite 39. §. 2. numero 45.* & *§. 5. numero* 25.

Ex quo infertur, quòd tales Eremi- 16
tæ vagantes gaudere non debent non ſolùm priuilegio fori, ſed & etiam canonis, *Si quis ſuadente Diabolo 17. quæſt. 4.* Tum quia non ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, nec comprehenſæ aliqualiter cum tali qualitate; tum nec in numero regularium adſcripti, & conſequenter excluſi, vt cum pluribus reſoluit Barboſa *vbi proximè in dicto capite 39. §. 1. numero* 23. quibus iunge P. Molinam *in dicto tract. de iuſtitia, & iure trct. 3. diſp. 50. n. 4. verſ. De Eremitis dicendum eſt* &c.

Et quidem *in propoſito quæſt.* ſubdi- 17
ſtinguendum eſſe puto, videlicet, quòd non ſolùm prædicti Eremitæ, qui viuunt ſub aliqua regula, & obedientia Superioris (prout diximus) gaudent fori priuilegio, ſed & inſimul etiam, qui de mandato, & licentia Papæ, ſeu Epiſcopi ſunt adſcripti ad curandum, & aſſiſtendum alicui Eremitorio, præſcripta ab illis forma, & modo viuendi, ſeſéque induendo veſtibus proportionatis ad eum effectum; licèt aliàs quærant eleemoſynam pro victu; nam hi, ſicut & alij gaudent fori, & im-
munitatis priuilegio, ſúntque ſubiecti 18
Epiſcopo; quia connumerari debent inter perſonas Eccleſiaſticas, & vt tales, de foro Eccleſiæ; ſecus autem Eremitæ, qui excluſis præmiſſis ex proprio Marte ſe ingeſſerunt in aliqua Eccleſia, vel Eremitorio intra, vel extra ciuitates, & loca ſine licentia, vel decreto Papæ, ſeu Epiſcopi; licèt aliàs incedant induti in habitu clericali, vel regulari, quia nullatenus gaudere poſſunt fori, aut immunitatis priuilegio.

Quinimò

19 Quinimò ex eo puniri debent per Epiſcopum, & illis veſtimentis ſpoliatis vt cum aliis reſoluit Belletus *vbi ſuprà, ſub tit. de diſciplina regulari* §. 2. *à n.* 20. *cum ſeq.* At verò Iudex ſecularis cognoſcere debet de eis ex aliis delictis, vel cauſis ab ipſis perpetratis ; cùm ſint merè laïci, ſicut prius erant, nec ipſis aliquid addat geſtatio habitus : & miniſterium voluntarium ab ipſis ſuſceptum.

20 Cum qua diſtinctione conciliari poſſunt prædictæ opiniones, quæ inter ſe videntur contrariæ ; ſimúlque temperari, quod ſatis animosè dixit Marta *de iuriſdict.* 4. *part. centuria* 2. *caſu* 113. *à num.* 4. vbi concludit quemcunque Eremitam gaudere priuilegio Clericorum, ex eo, quia eſt ſub Epiſcopo, & habet caput, ſcilicet, Chriſtum, & Summum Pontificem, ac Epiſcopum. Et certè ex eo, quòd Chriſtus ſit caput, exinde dicere poſſemus omne genus humanum eſſe exemplum ; cum ſupremum caput vniuerſorum ſit Dominus noſter Ieſus Chriſtus: quapropter in tanto viro modificari poteſt ſua aſſertio ex verbis ſequentibus, videlicet habere pro capite Pontificem, vel Epiſcopum, intelligendo ipſum Martam in eo ſenſu, quem diximus *ſuprà* de illis Eremitis inſeruientibus Eccleſiæ de mandato Epiſcopi cum certa forma, & modo viuendi, licèt ad alia loca, ſeu Ciuitates ſe diuertant pro quærenda eleemoſyna à fidelibus pro ſuo victu, & veſtitu : quia tales gaudebunt fori, & immunitatis priuilegio.

21 Quam quidem concluſionem, & reſolutionem munire conabor ex ſequentibus conſiderationibus à meo paruo ſtudio excogitatis. Et primò ponderandum eſt, quòd Clerici prima Tonſura inſigniti, attento iure communi ex eo ſolo priuilegio fori, & Canonis gaudere debent, vt patet ex his, quæ congerunt DD. *in cap.* 2. *de foro competenti, cap. Qualiter, & quando de iudiciis, cap. vnico de Clericis coniugatis in* 6. & cum aliis probaui, & dixi *in meo Paſtoral. Regul. part.* 3. *vot.* 3. *à numero* 6. *cum ſequent.*

22 Poſtmodum verò Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de reformat.* reſtrinxit prædictam iuris communis diſpoſitionem, decernendo, quòd præter primam Tonſuram habeant Beneficium Eccleſiaſticum, aut quòd de mandato Epiſcopi alicui Eccleſiæ deſeruiant, &c. Et *ibidem* idem Tridentinum diſponit pro Clericis coniugatis per hæc verba. in verſ. *in Clericis, &c.*

In Clericis verò coniugatis ſeruetur 23
conſtitutio Bonifacij I X. quæ incipit, Clerici, (quam reperies in cap. 1. de Clericis coniugatis) qui tum vnius ; modò hi Clerici alicuius Eccleſiæ ſeruitio, vel miniſterio ab Epiſcopo deputati eidem Eccleſiæ ſeruiant, vel miniſtrent, & clericali habitu, & Tonſura vtantur, &c. Vſque huc Tridentinum, de quo cum aliis videre poteris Fratrem meum D. Michaëlem Antonium Frances de Vrrutigoyti *in ſuo tract. de Eccleſiis Cathedral. cap.* 28. *à num.* 200. *cum ſequent.*

Ex quo textu Concilij, ſic efformo 24
argumentum : laïci coniugati, & tonſurati, nec ſimiliter alij non coniugati nequeunt gaudere priuilegio fori ex eo ſolo, quòd ſint tonſurati, ſed præcisè requirit Tridentinum, quòd de mandato Epiſcopi deſeruiant alicui Eccleſiæ per eum deſtinatæ in aliquo miniſterio ad eandem Eccleſiam pertinente, vt illo fruantur ; ergo quod de per ſe ſolum non ſufficeret, ſcilicet, prima Tonſura, efficit mandatum, & decretum Epiſcopi ad eum effectum vtendi priuilegiis Clericorum ; ergo in noſtro caſu ſimiliter dicendum eſt, quòd licentia, & decretum Epiſcopi deſtinans tali Eremitæ illam certam Eccleſiam, cui inſeruiat in hoc, vel illo miniſterio, cum tali veſte Eccleſiaſtica, vel Eremitica eleuabit eum, vt potiatur exemptionibus, quibus gaudent coniugati tonſurati propter deputationem ſeruitij, vel miniſterij Eccleſiaſtici, quod illis Epiſcopus deſignauit.

Secundò roboratur ; quia vt latè 25
probauimus *ſuprà quæſt.* 77. *& quæſt.* 78. Collegia, & Seminaria pro ſtudentibus, & docentibus, & ſimiliter Confraternitates laïcorum, ſi cum Epiſcopi auctoritate ſint erecta, vel erectæ gaudere fori, & immunitatis exemptione, quia auctoritas, & decretum, ſeu licentia Epiſcopi attribuit talem excellentiam ; ergo in præſenti idem operabitur quoad Eremitas : Cùm valeat 26
argumentum de loco ad perſonam, & , è conuerſo *l.* 1. §. *Officiis, ff. ne quis eum, qui in ius, &c. cap. Peruenit, cap. cum Eccleſia de immunitate Eccleſiarum* ; & cum pluribus exornat Barboſa *in tractatu, Loca communia argumentorum iuris, loco* 65. *num.* 1.

num. 1. & *loco* 83. *num.* 2. ergo ſicut auctoritas, & licentia Epiſcopi attribuit immunitatem, & fori priuilegium, quod quidem nequaquam ſine illis haberent, idem operabitur quoad perſonas Eremitarum.

27 Tertiò confirmari poteſt ex his, quæ communiter notant DD. *in cap. Cum non ab homine de iudiciis*, & *in cap. Finali de officio ordinarij* per ea iura, videlicet,

28 familiam Epiſcopi, quamuis laïcam, potiri eodem fori priuilegio, quo ipſimet Clerici fruuntur, vt innumeros referens reſoluit Barboſa *in Paſtor. part.* 3. *allegat.* 107. *à num.* 9. *& de iure Eccleſiaſtico lib.* 1. *cap.* 39. §. 3. *à num.* 30. *cum pluribus ſeq. & in Collect. ad Tridentinum ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de reformatione num.* 35. *cum ſeq.* & diximus *ſuprà quæſt.* 77. *num.* 20. & in noſtro Aragoniæ Regno inconcuſsè obtinetur pro praxi, & conſuetudine indubia non ſolùm in his familiaribus laïcis domeſticis exiſtentibus aſſalariatis intra Palatia, ſed & etiam extra illa in omnibus aliis Miniſtris Curiæ, vt Notariis, Fiſcalibus, & aliis ad Curiam pertinentibus, & in fomentum huius iuris fuit obtenta iuris firma, à Curia D. Iuſtitiæ Aragonum per Illuſtriſſimum D. Ioannem Moriz de Salazar anteceſſorem meum in hoc Epiſcopatu ſub die 3. Auguſti 1612. in qua quidem egomet repoſitus fui anno proximè præterito 1665. quod quidem non ſolùm in noſtro Regno, ſed etiam de iure communi iuxta vniformem DD. ſententiam difficultate caret.

29 Ex quo ad noſtrum intentum infero quòd ſi miniſtri laïci, & vxorati Epiſcoporum ex eo quod ad talia miniſteria obeunda per ipſum deſignata dum illa exercent, gaudent fori, & immunitatis priuilegio; quia ſunt miniſtri electi per ipſos Epiſcopos in conſiderationem excellentiæ ſuæ Dignitatis Epiſcopalis, de qua latiſſimè Barboſa *in Paſtoral. part.* 1. *cap.* 1. *& duobus ſequent.* quæ influit in illos, qui per ipſorum electionem deſtinati, & electi ad tale munus obeundum reperiuntur, licet non immediatè tendat in obſequium Eccleſiæ, ſed mediatè in illorum perſonas potiori iure dicendum videtur gaudere debere Eremitas, qui per Epiſcopi electionem, & deſtinationem ad miniſterium diuinum fuerunt adſcripti ad efficiendum Deo obſequium, ſeſe exercendo in operibus cultus Diuini.

30 Quartò ponderari poteſt, quod ſicut latè probauimus *ſupra quæſt.* 75. *à n.* 24. *cum pluribus ſeq.* quod Equites Militiarum, etiam Nouitij, ſunt Religioſi, ſicut & aliarum Religionum, licèt eommutabiliter ad nutum ſuæ voluntatis, donec concluſo anno approbationis emittant profeſſionem; eo tamen non obſtante, certiſſimum eſt, gaudere fori, & immunitatis priuilegio tanquam perſonas Eccleſiaſticas, vel ſaltem Religioſas commutabiliter exiſtentes in Monaſteriis; ergo non repugnat, quòd licèt Eremitæ deſtinati ab Epiſcopo ad ſeruiendum Eccleſiæ non ſint adſtricti aliquo voto, vel irreuocabiliter obligati ad illud ſeruitium, donec in illo permaneant, potiantur iure priuilegij fori propter licentiam, & decretum Epiſcopi illis attributum.

Ex quibus, & aliis conſimilibus fundamentis de iure reſultantibus concludendum videtur prædictos Eremitas donec in talibus miniſteriis ſe exerceant de mandato ſeu licentia Papæ, vel Epiſcopi non poſſe priuari immunitate, & fori priuilegio; ſecus autem illa ſecluſa, aut ſi diſcedant; quia tunc totaliter iuriſdictioni laïcæ erunt ſubiecti.

QVÆSTIO LXXXIV.

Collegiales exiſtentes in Collegiis, vel Seminariis ſtudentes, vel docentes an gaudeant fori priuilegio?

SVMMARIVM.

Collegiales ſtudentes, vel docentes in aliquo Collegio ſunt ſubiecti Iudici particulari conſtituto, & deſtinato ex conceſſione Apoſtolica, vel ſuprema Poteſtate ſeculari, aut ex antiquiſſima conſuetudine. num. 2. *&* 16.

Collegiales, prout tales, non gaudent fori priuilegio, ſed ſunt ſubiecti iuriſdictioni ſeculari, ſi aliàs de perſe, & ſecluſa toga illo frui poſſent. n. 3. *contra. n.* 7. *intellige vt* 14. & ſeq.

Collegiatura, vel Toga Collegialium ſecum non affert, nec continet in ſe aliquod miniſterium Eccleſiaſticum. n. 4.

Collegia erecta auctoritate Papæ, ſeu Epiſcopi gaudent fori, & immunitatis priuilegio,

legio, quod non extenditur ad perſonas Collegialium. num. 5. *intellige vt num.* 14. & ſeq.

*Locus Collegij non influit, in perſonas Collegialium ad effectum priuilegij fori. ſed perſona in locum. n.*6.

Collegiales exiſtentes in Collegio gaudent fori priuilegio. num. 7. *contra. num.* 14. & ſeq.

Seminaria, ſeu Collegia inſtitui debent in ſingulis Cathedralibus pro inſtructione, & educatione pauperum iuuenum. numero 7.

Seminariſta, ſeu Collegiales exiſtentes in ſeminariis erectis cum Epiſcopi auctoritate pro illorum educatione, & inſtructione gaudent fori priuilegio cui nequeunt renuntiare. numero 8. *intellige vt numero* 21.

*Rector Collegiorum eſt Iudex Collegialium & ad illum pertinet decidere ipſorum cauſas. n.*9. & ſeq. *contra. n.*23. & ſequent. *intellige vt n.* 30.

Iuriſdictio Collegialium pertinet ad Collegium, eiúſque Rectorem, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. num. 9. *contra. n.*14. & ſeq.

Prælatus Collegiatæ Eccleſiæ, licèt ſubſit Epiſcopo, eſt Iudex Ordinarius in plebe ſua, & habet Iuriſdictionem cognoſcendi, & excommunicandi. num. 10. *intellige vt num.* 33.

Collegiales exiſtentes in aliquo Collegio ratione profeſſionis, vel negotiationis ſunt ſubiecti Iuriſdictioni illius, qui ipſo præeſt. numero 11. *intellige vt numero* 33. & 34.

Clericus delinquens in officio ſeculari ei commiſſo, vel in illicita negotiatione puniri poteſt in pecunia, vel alia pœna, quæ ſuam perſonam non attingat, vel per Collegium, vel Iudicem, cui ratione muneris cæteri alij ſeculares ſunt ſubiecti. numero 12. *intellige vt ibidem.*

Academiæ, ſeu Vniuerſitates regulariter habent priuilegia, vt Doctores, & ſcholares in illis ſtudentes ſint exempti à Iuriſdictione ordinaria, & ſubiecti cuidam certo Iudici ex ipſorum. numero 13.

Collegia erecta in Academiis, ſeu Vniuerſitatibus participant ex priuilegiis, quibus Academiæ gaudent. numero 13.

*Iuriſdictio Collegialium exiſtentium in Collegio pertinet ad Iudicem, ad quem ſecluſa Toga, vel collegiatura, pertinebat. n.*14. & 37.

*Exemptio aliqua Iuriſdictionis non superuenit ingredienti Collegium, ex eo quod Collegialis exiſtat. n.*15.

*Collegia erecta cum Papæ, vel Epiſcopi auctoritate gaudent fori, & immunitatis priuilegio, ſecus Collegiales, vt tales. num.*16.

Argumentum de loco ad perſonam, vel è contra valet, ſi habeant conformitatem, & conſonantiam, ſed non aliter. num. 16.

Collegiales merè laïci exiſtentes in Collegio ſunt de Iuriſdictione ſeculari, & ſi ſint Eccleſiaſtici, erunt de Eccleſiaſtica. num. 17.

*Præbenda, quæ ex Collegiis ſtudentium, vel docentium ipſis attribuuntur, nihil habent ſpiritualitatis. n.*17.

*Poſſeſſio, quaſi Iuriſdictionis acquiſita, in aliqua Vniuerſitate non extenditur ad illius ſingulares perſonas. n.*18.

*Vniuerſitatis ius diuerſum eſt à iure ſingulorum. num.*18.

*Collegia ſtudentium, vel docentium ita gaudent fori, & immunitatis priuilegio, ſi maior pars Collegialium conſtituatur ex clericis. n.*19.

Caſus exceptus firmat regulam in contrarium. num. 19.

*Clericus in minoribus conſtitutus ita gaudet fori priuilegio, ſi habeat beneficium Eccleſiaſticum, vel de mandato Epiſcopi inſeruiat Eccleſiæ in aliquo particulari miniſterio; nec ſufficit ſola habitus delatio. num.*20.

*Seminariſtæ, vt in Seminario admittantur, & ibidem exiſtant debent inſigniri prima clericali Tonſura, & gaudent fori priuilegio. n.*21. & 22.

Iuriſdictionem ſi aliquis prætendat, quam à iure non habet tenetur oſtendere titulum, ex quo ei pertineat. n. 23.

*Iuriſdictio dimanat in Iudices à Papa, Rege, vel Supremo Principe. n.*24.

*Iudices tanquam riuuli à mari mutuant poteſtatem, & Iuriſdictionem à ſupremo Principe. n.*24.

Iuriſdictio non poteſt eſſe mentalis, ſed per ſigna externa propalari debet. numero 25.

*Iuriſdictio cognoſcitur ab expeditione cauſarum iudicialium. n.*25.

*Iudicium forenſe conſtituitur ex Actore, Reo, & Iudice. n.*25.

*Iudex dubius de ſua Iuriſdictione ſi procedat in cauſa, exequitur actum nullum nullitate inſanabili. n.*26.

Iuriſdictio cognoſcitur ex Tribunali; vbi cauſæ expediuntur; ex Notarij nominatio-

ne pro earum expeditione, ex lictoribus, aut familia armata, aliiſque conſimilibus. num. 27.

Famuli Epiſcoporum, & aliorum priuilegiatorum gaudent fori priuilegio. n. 28.

Intellige in ſeruitoribus, & commenſalibus neceſſariis. n. 29.

Iuriſdictionem qui de iure habet, ne diminuatur ſtrictè interpretanda eſt quoad tertium volentem illam minuere. numero 29.

Rector Collegij habet poteſtatem œconomicam, & paternalem quoad ſuos Collegiales, vt obſeruent ſuas regulas, cæremonias, & modum viuendi ex auctoritate dominatiua, quam exercent.n. 30.

Iuriſdictio quomodo definiatur. n. 31.

Iuriſdictio dici non debet ſi deficit poteſtas publica, dimanans à Principe ſupremo. num. 32.

Oeconomica, & politica, ſeu dominatiua poteſtas, aut modica coërcitio dici debet, quæ non dimanat à publica poteſtate. num. 32.

Prælati inferiores poſſunt ex aliquo particulari priuilegio iuriſdictionem exercere. num. 33. *&* 34.

Iuriſdictionis conceſſio eſt ſtricti iuris, & ideò non comprehenditur, quod non eſt expreſſum. n. 35.

Priuilegium Iuriſdictionis non cenſetur conceſſum per communicationem in præiudicium illorum, ad quos aliàs pertinet, ſi ſpecialiter non attribuatur. n. 36.

1 CVm *ſuprà* ſuo loco *quæſt.* 77. egerimus de Collegiis, & Seminariis, & latè hic articulus iam diſputatus exiſtat; reſolutúmque relinquamus gaudere priuilegio immunitatis eum requiſitis *ibidem* annotatis: nunc in præſenti ſuccedit (dum de perſonis tractemus) inquirere de Collegialibus: Enim verò licèt quoad Collegia plura congeſta reperiantur penes DD. vt patet ex cumulatis *in dicta quæſt* 77. de Collegialibus autem in indiuiduo non vidi hunc articulum exaratum: quapropter operæ pretium duxi extendere in præſenti, quod aſſequi potui.

2 Et ſuppono nos verba non facere de illis Collegialibus, qui certum, & deſtinatum Iudicem habent, tam ex priuilegiis Apoſtolicis, & Regiis, quàm ex antiqua, & immemorabili conſuetudine alicui particulari, & competenti Iudici ſunt ſubiecti; vt de Magiſtro ſcholæ Salmanticenſis Vniuerſitatis tradit Andreas Mendo *de iure Academico lib.* 1. *q.* 8. *n.* 224. *& n.*264. *cum ſeq.* & *quæſt.* 27. *à numero* 570. Et de Magiſtro ſcholæ Oſcenſis Vniuerſitatis in noſtro Aragoniæ Regno latè Ortigas *in Patrocinio Academiæ Cæſaraugustanæ part.* 1. *à numero* 13. & de aliis Vniuerſitatibus Maſtrillus de Magiſtratibus *lib.* 3. *capite* 10. *numero* 86. & plures referens noſter Suelues *tom.* 1. *in centuria conſil.* 33. *à numero* 4. *cum ſequent.* talis namque Iudex habet priuatiuam Iuriſdictionem reſpectu illorum, & ideo noſter ſermo tendit quoad alios Collegiales, vt tales.

Et dicendum videtur, quod Iudex ſecularis debet cognoſcere de cauſis Collegialium, qui ex aliquo alio titulo particulari non poſſent gaudere fori priuilegio; ex eo namque ſolo, quod ſint Collegiales præcisè aliqua exemptio illis non tribuitur, ſi aliunde eam non habeant; nam ad perſonas non debet prorogari, quod aliàs Collegio conceditur, niſi in his tantum, quæ ad ipſum reſpiciunt. 3

Enim verò nullo iure canonico, vel ciuili cautum repetitur, quòd ex ſola collegiatura miniſterium aliquod Eccleſiaſticum ſuboriatur, quod influere valeat circa perſonas (vt de Confratribus dicemus *infrà in quæſt. ſequenti*) & conſequenter licèt aliàs Collegia erecta cum Papæ, aut Epiſcopi auctoritate collectiue ſumpta gaudeant fori, & immunitatis priuilegio iuxta dicta *ſuprà in quæſt.* 77. hic tamen ſolum reſpicit ad ea, quæ pertinent ad Collegia, prout talia; non verò ad perſonas: & ſi ita non eſſet ſequeretur inconueniens, quod Principes ſupremi fraudati exiſterent ſua Iuriſdictione erga illos, & diminuta remaneret ſua poteſtas condendi leges erga ſuos ſubditos. 4 5

Secundò, quia locus non influit in perſonas Collegialium, ſed perſonæ in locum, vt ex Rotæ deciſione, aliíſque fundamentis annotauimus *in dicta q.* 77. *à num.* 6. *cum pluribus ſeq.* ergo ſi Collegiales fuerint laici, erunt de foro ſeculari quoad ſe, licèt quoad alios effectus Collegium, vt tale, iudicetur de foro Eccleſiaſtico. 6

Pro contraria autem opinione, videlicet, prædictos Collegiales indiſtinctè fori priuilegio gaudere ponderari poteſt quod in eodem Concilio Tridentino *ſeſſ.* 23. *capite* 18. *de reformat.* ſtatuitur quòd in ſingulis Cathedralibus erigantur Collegia ſeu ſeminaria 7

pro

pro educatione , & inſtructione iuue-
num,qui collegialiter degant, & ibidem
edoceantur,& exerceantur in variis mi-
niſteriis literarum maiorum , & mino-
rum , provt accuratè , & ingenioſè tra-
dunt D. Ioannes de Solorçano *in libro
emblemátum politicarum emblem.* 25. *à nu-
mero* 20. *cum ſequent.* & in ſpecie frater
meus D. Michaël Antonius Frances de
Vrrutigoyti *in ſuo tract. de Eccleſ.Cathed.
cap.*28. *num.*53. *& ſeq.* vbi copioſiſſimè
congeſſit *in toto illo capite* quidquid ad
materiam horum Collegiorum , ſeu ſe-
minariorum excogitari poteſt : ſed iſti
8 Collegiales ſeminariſtæ gaudent fori
priuilegio , dum ibidem exiſtunt : vt
patet ex verbis Tridentini *in dict.ſeſſ.*23.
*cap.*6. ibi. *Alicui Eccleſiæ ex mandato Epi-
ſcopi inſeruiant,vel in ſeminario Clericorum,
aut in aliqua ſchola , vel vniuerſitate de li-
centia Epiſcopi quaſi in via* &c. Et ita pro
his ſeminariſtis reſoluit frater meus D.
Michaël Antonius *vbi proximè in dicto
cap.* 28. *num.* 203. *& ſeq.*taliter quòd ne-
queant illi priuilegio renunciare vt cum
pluribus aduertit Nicolaus Garcia *de
beneficiis part.* 2. *cap.* 2. *à num.* 2. *cum ſeq.*
ergo ſi in iſtis datur priuilegium fori ,
dum in Collegiis commorantur , ſic ſi-
militer concedi debet in cæteris do-
centibus , vel ſtudentibus in aliis Col-
legiis.

9 Et certè tertiò conſiderari poteſt ,
hanc Iuriſdictionem Collegialium non
pertinere ad iudices ſeculares,ſeu Eccle-
ſiaſticos , ſed ad ipſum Rectorem Colle-
gij reſpectiuè quoad ſuos Collegiales:vt
inſinuat doctiſſimus Valenzuela Velaz-
quez *tom.*1.*conſil.*87. *num.* 58. vbi ita ait
*Pro quo facit , quod Iuriſdictio cadit in Col-
legium cap. Cum contingat de foro compe-
tenti Ioannes Monachus in cap. Epiſcopali ,
num.*4. *de maioritate , & obedientia in* 6.
*& poteſt vti ea contra Collegiales , tam in
ciuilibus ; Abbas in cap. Cum ab Eccleſia-
rum numero* 7. *de officio Ordinarij , Bechius
in capite:Cùm nullus numero* 34. *de electio-
ne , Probus ad Ioannem Monachum in Rubr.
de iure patronatus in* 6. *num.* 8. *& quæſt.*6.
numero 4. *quam ad illorum correctionem ;
nam quamvis quando Collegium eſſet pro
maiori parte compoſitum ex hominibus vitio-
ſis , non conueniat eis relinquere cogni-
tionem ſuorum errorum ; ſi verò ſunt per-
ſonæ frugi , & bona vita , dubium non
eſt , conuenientius eſſe Collegio , quòd Col-
legiales iudicentur à Collegio , aut illius
Rectore l. Finali. cod. de Iuriſdictione om-
nium Iudicum.* Hæc Valenzuela , qui
exornat , & proſequitur *ibidem* ex aliis
exemplis.

Quæ quidem opinio fulciri poteſt 10
ex his , quæ tradit Gloſſa *in capite Cum
ab Eccleſiarum* 3. *verbo. Eccleſiaſtica ſen-
tentia* & *in verſ. Quod quilibet Prælatus
Collegiata Eccleſia ſub tit. de officio Iudi-
cis Ordinarij* : ex qua colligitur quòd
quilibet Prælatus Collegiatæ Eccleſiæ ,
licèt ſubſit Epiſcopo , eſt iudex ordi-
narius in plebe ſua, & habet Iuriſdictio-
nem cognoſcendi , & excommunicandi
&c. De quo Nauarrus *in tract. de reddi-
tibus Eccleſiaſticis,verſ.Vndecimo moneo,n.*1.
ergo ſimiliter Rector , & Collegium re-
ſpectu Collegialium.

Secundò probatur *ex l. Finali , Cod.* 11
de Iuriſdictione omnium Iudicum , ex qua
reſultat , quòd hi , qui ſunt in aliquo
Collegio ratione profeſſionis, vel nego-
tiationis non poſſunt effugere,nec recu-
ſare Iuriſdictionem illius qui præeſt Col-
legio. In tantum , quod per eum tex- 12
tum reſoluat Salcedo ad Bernardum
Diaz *in ſua praxi criminali canonica ca-
pite* 55. *verſ. Notabis etiam vtiliter* &c.
alios allegans , quod ſi Clericus delin-
quat in officio ſeculari , ei commiſſo ,
vel in illicita negotiatione , vel alio con-
ſimili artificio puniri debeat ſaltem in
pecunia , vel alia pœna , quæ ſuam per-
ſonam non attingat per Collegium , vel
Iudicem , cui ratione muneris , vel
miniſterij , aut exercitij cæteri alij ma-
nent ſubiecti (quamvis hoc non careat
difficultate , cum contrarium ſit verius
in Clerico , licèt in aliis exemptis lo-
cum habere poſſit per ea , quæ tradit
Barboſa infinitos allegans *de vniuerſo
iure Eccleſiaſtico lib.* 1. *capite* 39. §. 2.
*num.*127.)ergo potiori iure idem dicen-
dum videtur, in Collegialibus.

Tertiò conſiderari poteſt , quod ad- 13
uertit D. Alfonſus de Eſcobar *in tract.
de Pontificia , & Regia Iuriſdictione ca-
pite* 35. *numero* 12. videlicet , in electio-
ne Collegiorum per ſpecialia indulta
attribui (præcipuè in maioribus) com-
municationem priuilegiorum , & exem-
ptionum , quibus Vniuerſitates, & Aca-
demiæ erectæ auctoritate Pontificia , &
Regia vtuntur , & fruuntur ; eiſque
regulariter conceditur , vt non ſolùm
DD. ſed etiam omnes ſcholaſtici ſcri-
pti in matricula ſtudentium , & cur-
ſantium in illis habeant fori priuile-
gium , ſintque ſubiecti cuidam certo
Iudici , ex ipſorum numero , & profeſ-
ſione , qui priuatiuè quoad alios co-

gnoſcat de eorum cauſis, tam ciuilibus, quàm criminalibus; ergo ſaltem Collegia prædictam communicationem poſſidentia, habere debent eandem prærogatiuam quoad Rectorem, & corpus Collegij circa ſuos Collegiales.

14 His ſic conſtitutis tam contrariis, & diſtantibus; in medium proferam quid dicendum, meo paruo iudicio, excogitauerim. Et certè hinc inde penſatis *ſuprà* adductis mihi magis arridet, ac placet prima ſententia negans iuriſdictionem Eccleſiaſticam, ſeu priuilegium Collegialibus ex eo ſolo, & abſolutè, quòd tales ſint, ſed eſſe reſpectiuè ſubiectos iuriſdictioni, cui ſeclusſa toga collegiali fuiſſent adſcripti, taliter, quòd ſi eſſent verè de foro Eccleſiaſtico ad præſcriptum Tridentioi *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *tunc* forent conueniendi ante Iudicem Eccleſiaſticum, qui de illorum cauſis

15 cognoſcere debet; ſi verò ſint laïci, neque habeant aliquem ſpecialem titulum, per quem ſubiecti exiſtant alicui particulari Iudici, prout de Collegiis Salmanticenſibus tradit P. Mendo *de iure Academico lib.* 1. *quæſtione* 7. §. 6. *à numero* 171. *cum ſequent.* & de aliis conſimilibus, de quibus noſter Suelues *vbi ſuprà in centaria conſilio* 33. *à numero* 3. *& ſequent.* tunc ad iuriſdictionem ſecularem recurrendum eſt. Conſtat enim nullo iure caueri, quòd ex ſola Togæ Collegialis adeptione aliqua exemptio iuriſdictionis ſuperueniat illam conſequenti; ergo remanet in ſtatu, & terminis, in quibus exiſtebat, antequam ipſam conſequeretur.

16 Præterea, quia Collegiales non habent vniformitatem reſpectu Collegij ad effectum, vt argui poſſit de loco ad perſonam. Licèt enim fateamur Collegia, vt Collegia, erecta cum auctoritate Papæ, vel Epiſcopi gaudere fori, & immunitatis priuilegio; attamen hoc non influit in perſonas Collegialium; vt latè diximus *ſuprà quæſt.* 77. *à numero* 26. cum iſti non habeant æqualem, conſonantiam, & vniuocam conformitatem cum illis. Nam, vt *ibidem* probauimus *numero* 27. Collegia ſunt loca pia, & Eccleſiaſtica, ſi erecta fuerint cum Epiſcopi auctoritate; & exinde intrinſecè ex ſua propria natura confugientes ad illa gaudent immunitate; quod quidem diuerſiſſimum eſt quoad priuilegium fori illius, qui de per ſe non habet aliquem titulum clericalem, ex quo exemptus maneat à iuriſdictione propria ſeculari ſua.

Et ex eo dicendum eſt prædictos Collegiales merè laïcos non gaudere 17 fori priuilegio, ſed eſſe de foro ſeculari, ſi aliàs non habeant peculiarem Iudicem ex aliquo indulto: nam, vt ait Garcia alios allegans *in tract. de beneficiis* 5. *part. cap.* 1. *num.* 612. tales præbendæ Collegiorum nihil ſpiritualitatis habent; ergo nihil de nouo Collegialibus attribuere poſſunt ad effectum priuilegij fori, quod conſequitur ex ſpiritualitate, quam nec ex ſuis perſonis, nec ex loco, vel præbenda habent.

Præterea, quia quamuis quis ac- 18 quirat quaſi poſſeſſionem generalis iuriſdictionis in aliqua Vniuerſitate non extenditur, nec cenſetur acquiſita in illius ſingularibus perſonis; vt ex Marian. Soccin. ſeniore *in cap. Cùm contingat* 13. *num.* 30. *verſ. circa ſecundum membrum, & verſ. Et ideo per exercitium iuriſdictionis, &c.* tradit Anſaldus *de iuriſdictione part.* 2. *titulo* 11. *cap.* 22. *num.* 104. *&* 105. reddentes rationem, quia aliud eſt ius Vniuerſitatis, & aliud ius ſingulorum; ergo ex hac ratione pariformiter dici poteſt, aliud eſſe priuilegium fori, & immunitatis pertinens ad Collegia, & aliud ſingulorum Collegialium.

Et quamuis non expreſsè videtur 19 de mente Barboſæ *in Paſt. part.* 3. *alleg.* 75. *num.* 30. & Garciæ *vbi proximè in dicto cap.* 1. *num.* 612. *in fine*, & aliorum, quos citat Suelues *in centuria tom.* 1. *conſilio* 32. *à num.* 5. *cum ſequent.* quibus iunge allegatos *ſuprà in dicta quæſt.* 77. *à num.* 6. dum reſoluunt, quòd Collegia ita demum gaudent fori, & immunitatis priuilegio, ſi maior pars Collegialium ſit Clericorum; ergo ex eorum mente induci poteſt ſentire, quòd Collegiales, vt tales, ſi laïci ſint, frui non poſſint illa fori immunitate, ſed eſſe ſecularis iuriſdictionis per regulam iuris: Quòd caſus exceptus firmat regulam in contrarium. *l. Quæſitum* §. *idem reſpondit, & ibi* Gloſſa *verbo, Non poteſt, ff. de fundo inſtructo, cap.* 2. *de coniugio leproſorum cum vulgatis.*

Nec

20 Nec obſtat, quod per delationem habitus clericalis, & adſcriptionem in Collegio gaudere debent fori priuilegio ad inſtar Clericorum primâ Tonſurâ inſignitorum; quia facilè reſpondetur: Nam poſt Tridentinum *ſeſſ. 23. cap. 6. de reformat.* requiritur, quòd vltrà habeant beneficium aliquod Eccleſiaſticum, vel de ſpecifico mandato Epiſcopi alicui Eccleſiæ inſeruiant in hoc, vel illo miniſterio particulari; vt latè diximus *ſuprà in quæſt. antecedenti à num. 22. & ſeq.* Ex quo ſequitur, quòd cùm requiſita Tridentini, quæ influunt ad effectum priuilegij fori, prædictis Collegialibus, vt talibus, nihil refert delatio habitus, & adſcriptio Collegij, vt ex eo pro Eccleſiaſticis perſonis haberi poſſint, & exinde ſemper laici reputari.

21 Nec ſimiliter obſtat, quod pro contraria opinione diximus *ſupra num. 7.* de Collegiis, ſeu Seminariis pro educatione, & inſtructione Iuuenum, vt ibi exiſtentes gaudeant fori priuilegio; facillimo namque negotio reſpondetur, videlicet, diuerſum iudicium efformandum eſſe de iſtis; cùm ex eodem Tridentino *in dicta ſeſſ. 23. cap. 6.* expreſsè illis hoc priuilegium attribuatur, *ibi. Vel in Seminario Clericorum, &c.* de quo videre poteris fratrem meum D. Michaëlem Antonium Frances de Vrrutigoyri *in dicto tract. de Eccleſiis Cathed. cap. 28. à num. 199. cum ſeq.* Quapropter Collegiales non ſunt cogniti *in dicto*
22 *cap. 6.* & conſequenter excluſi. Præterquam quod tales Seminariſtæ exiſtere debent inſigniri prima Clericali tonſura; cum per Epiſcopum admittuntur, & deſtinantur in dicto Collegio, vel Seminario; & ex eo iam habent illud requiſitum Tridentini; quod quidem ceſſat, & non reperitur in aliis Collegialibus: & exinde æquiparatio non valet, ſed imò potius corruit fundamentum illius ſecundæ opinionis, quæ ſuſtineri non poteſt.

23 Sicut nec etiam tertia, quatenus vult iuriſdictionem illam Collegialium ad Rectorem, & Collegium pertinere: cùm certiſſimum ſit, quod nullibi in iure, tacitè, vel expreſsè conceſſa reperiatur talis iuriſdictio (generaliter loquẽdo) ſitque etiam communis concluſio DD. quòd carens iuriſdictione de
24 iure communi, tenetur exprimere, & oſtendere, vnde illam habeat, vt tradit Anſaldus *in dicto tract. de iuriſdict. part. 2. tit. 11. cap. 5. num. 156.* Nam omnes iudices, tanquam riuuli, mutuant poteſtatem, & iuriſdictionem à Papa, Rege, vel ſupremo Principe. *l. 1. vbi communiter DD. ff. de conſtitutionibus Principum*; & tradit Cancer *lib. 2. variarum reſolutionum cap. 2. ſub tit. de iuriſdictione omnium Iudicum*, Anſaldus *vbi proximè part. 3. tit. vnico, cap. 1. à num. 9. cum ſeq.* & latè probaui *in meo Paſtoral. Regul. part. 2. quæſt. 3. num. 37.* ergo clarè infertur carere tali iuriſdictione.

Hócque ſatis probatur, quia iuriſdictio non poteſt eſſe mentalis, ſed per 25
ſigna externa propalari debet; & hæc cognoſcuntur ab expeditione cauſarum iudicialium, quæ ex tribus conſtituuntur, videlicet, ex Iudice, Actore, & Reo. *cap. Forus §. in omni quoque negotio, de verborum ſignificatione*, & cum aliis dixi *in dicto meo Paſtor. Regul. part. 1. clauſ. 5. num. 38. & part. 2. quæſt. 6. num. 32.*

Præterea lapis angularis iuriſdictio- 26
nis eſt certitudo ipſius, & ideo ſi Iudex dubius de ſua iuriſdictione procedat, exequitur actum nullum nullitate inſanabili, vt eum Salgado *de retentione, & ſupplicatione Bullarum part. 2. cap. 26. num. 100.* & aliis probaui *in dicto meo Paſtoral. Regul. part. 1. clauſ. 5. n. 35.*

Ex quo infertur iuriſdictionem Recto- 27
rum quoad Collegiales non ſolùm eſſe dubiam, verùm & etiam mentalem, & incognitam; nam carent omnibus requiſitis iuridicis, & neceſſariis, quæ influunt ad eſſentiam iuriſdictionis. Vbi enim in Collegiis reperitur Tribunal ad cauſas audiendas? Vbi Notarius publicus, & deſtinatus ad inſtruendos proceſſus, eorúmque acta diſponenda, cæteráſque iuridicas prouiſiones excipiendas? vbi Lictores, & familia armata? vbi territorium, quod eſt tam præciſum ad inducendam iuriſdictionem, vt diximus *ſupra quæſt. 72. à num. 37. & ſequenti*? certè nunquam vidimus, aut audiuimus illos Rectores, & Collegia vt talia expedire iudicialiter cauſas, nec habere poteſtatem Eccleſiaſticam proferendi cenſuras quoad ſuos Collegiales, vel alios quoſcunque: ergo nullo titulo coram illis conueniri poſſunt.

Et ad intentum poteſt etiam ponde- 28
rari, quod docet Marta *de iuriſdict. part. 4. centuria 2. caſu 111.* qui poſtquam concluſit, quòd famuli Epiſcoporum, & aliorum priuilegiatorum fori exemptione fruuntur, vt latè diximus *ſuprà*

ſuprà in quaſt. antecedenti à num. 27. *& ſeq.* poſtmodum *num.* 14. eum aliis DD.
29 reſtringit, vt procedat in ſeruitoribus, & famulis neceſſariis, ac commenſalibus actu inſeruientibus, de quo in ſpeciè, & particulariter agemus *infrà quæſtione* 100. *& vltima & num.* 15. rationem aſſignat; quia quoties agitur in diminotionem, & reſtrictionem alterius iuriſdictionis interpretatio, & reſolutio ſtricta fieri debet, ne ſtandetur, vel diminuatur, niſi cum legitimo titulo de illa conſtet. Modò ex doctrina hac infertur ad intentum; quòd, cum de iure canonico, vel ciuili, nullus titulus aſſiſtat Rectori, & Collegio, nec ex natura officij ad habendam iuriſdictionem quoad ſuos Collegiales, etiam dato, quòd aliquam habeat, vel exerceat per viam œconomicæ poteſtatis (vt ſtatim dicemus) ad ipſam, & non vltrà admitti debet, ſtrictéque ad illius metas interpretanda eſt, ne fraus fiat Eccleſiaſticæ, aut ſeculari iuriſdictioni, ad quas pertinet iuxta qualitatem, quâ Collegiatus prædictus exiſtat. Ex quibus non ſatis ſolido fundamento voluit Valençuela *in dicto conſilio* 87. *n.*59. illam attribuere Rectori, & Collegio.

30 Fateor tamen œconomicam, ſeu dominatiuam, aut paternalem poteſtatem habere Rectorem, & Collegium quoad ſuos Collegiales, vt obſeruent Conſtitutiones, regulas, & cæremonias,
31 & modum viuendi. Verùm hoc procedit non ex actibus iudicialibus, & iuriſdictionalibus, ſed ex poteſtate dominatiua, quæ ita propriè dicitur, non verò ratione iuriſdictionis prout talis eſt; cùm hæc definiatur, & ſit Poteſtas de publico introducta cum neceſſitate iuris dicendi, & æquitatis ſtatuendæ: vt patet ex Gloſſa *in l.* 1. *verbo, Poteſt*, vbi Bartholus, & communiter DD. & *in l. Imperium de iuriſdictione omnium Iudicum.*

32 Et certè conſiderari etiam debet, quòd iuriſdictionis vox effugienda eſt in illis, qui non habent poteſtatem publicam, & politicam, quæ originem ſumat à Principe, vel Republica, tam ex iure canonico, quàm ex ciuili. Enim verò quæuis alia, quæ ex illo fonte non ſcaturiat, vel emanat nullatenus iuriſdictio appellatur, ſed quædam modica coërcitio, aut dominatiua, & œconomica poteſtas, vt eſt concors omnium DD. mens, & ſententia; & accuratè aduertit P. Suarez *de Religione tom.* 3. *lib.* 2. *cap.* 18. *à num.* 5. *& ſequent.* vbi latè agit de hoc articulo. Vndè cum in præſenti omnia deficiant, quæ inducant iuriſdictionem, meritò dicendum eſt Rectorem, & Collegium ipsâ deſtitutos eſſe.

Nec obſtant, quæ *ſuprà* ponderauimus; nam ad primum de quo *num.* 10. 33
reſpondetur Gloſſam *in dicto cap. cum ab Eccleſiarum*, de officio Iudicis Ordinarij, intelligendam fore, & loqui de Prælatis inferioribus, qui ex aliquo particulari priuilegio iuriſdictionem propriam exercent, non verò de aliis carentibus priuilegio; cùm ex ſua natura, aut iuris diſpoſitione nihil ſpeciale habeant, vt patet ex contextura verborum ipſius Gloſſæ.

Et ex *proximè* dictis patet reſponſum ad ſecundum, de quo *ſuprà num.* 11. 34
Nam ideo *in dicta l. Finali, Cod. de iuriſdict. omnium Iudicum*, illi, qui ſunt in aliquo Collegio ratione profeſſionis, negotiationis, vel adminiſtrationis non poſſunt effugere iuriſdictionem illius, qui præeſt; nam eſt Iudex verus, & deſtinatus per ſupremam poteſtatem ad eum effectum iuxta ea, quæ diximus *ſuprà quaſt.* 78. *num.* 10. *&* 34. & conſequenter æquiparatio non adaptatur.

Nec ſimiliter infringit tertium, de quo *ſuprà num.* 13. cui ſatisfit ex eo, quòd 35
cum conceſſio iuriſdictionis ſit ſtricti iuris, vt *alibi* latè probauimus, & conueniunt omnes DD. exinde oritur, quòd per ampliſſimam priuilegiorum communicationem non cenſeatur comprehenſa in præiudicium illorum, ad quos pertinet, ſi ſpecialiter, & in indiuiduo non attribuatur; maximè in Academiis, quibus præter iuriſdictionem aliæ exemptiones attribuuntur, quibus Collegiales vti poſſunt, tanquam illarum membra, ſi conſcripti exiſtant in numero, & matricula illorum, qui ſtudioſi ſunt: nam tunc comprehenſi remanebunt in priuilegio fori, ſcilicet, iuriſdictionis illius, particularis Iudicis talis Vniuerſitatis, & Academiæ, ſicut & cæteri ſcholares.

Ex quibus concludendum cenſeo 36
Collegiales, vt tales non gaudere fori, & immunitatis priuilegio ratione Collegiaturæ, ſed eſſe ſubiectos iuriſdictioni illius Iudicis, cui, ſeclusâ Togâ, aliàs ſubordinati forent, vel cum ipſa Toga ad eum, ad quem cognitio pertineret ex particulari priuilegio; non verò aliquo modo Rectori, & Collegio, niſi

tantum

tantummodò quoad illam œconomicam, ac politicam, ſeu dominatiuam poteſtatem, quam *ſuprà* annotauimus, & ita in ſpecie, qnoad hanc partem reſoluit D. Alphonſus de Eſcobar *de Pontificia, & Regia Poteſtate cap.* 35. *à num.* 13. *& ſeq.* vbi latè agit de hoc articulo, & copioſè, eo relato, P. Andreas Mendo *de iure Academico lib.* 2. *quæſt.* 20. *à numero* 213. per totam, qui ſolùm diſputant; an Collegiales ſint ſubiecti Rectori, & Collegio, & reſoluunt negatiuè, ſed cui ſubiiciantur, non inqnirunt; & ideò ſtandum eſſe in dicta opinione *ſuprà* relata *num.* 14. *&* 37. ſentio, saluâ in omnibus meliori cenſurâ.

QVÆSTIO LXXXV.

Confratres laïci Confraternitatum, gaudentium fori, & immunitatis priuilegio, an eodem fruantur, ita vt ad illos extendatur?

SVMMARIVM.

Confratres quarumcunque Confraternitatum tendentium ad aliqnod miniſterium ſeculare non gaudent fori priuilegio, licèt ſint erectæ cum authoritate Principis Supremi ſecularis. num. 2.

Confraternitates erectæ cum aſſenſu Supremi Principis ſecularis ad aliquam artem, vel aliquod exercitum temporale obeundum ſunt totaliter laïca, tam ratione loci, quàm perſonarum. n. 3.

Confraternitates erectæ cum Papa, vel Epiſcopi authoritate collectiuè ſumptæ gaudent fori, & immunitatis priuilegio. n. 4.

Confraternitatem efformant Confratres ad illam conſcripti conſtituendo vnum corpus myſticum. n. 4. *quibus excluſis nihil reale exiſtit. n.* 6.

Bona confraternitatum fruuntur eiſdem priuilegiis, & prærogatiuis, quibus gaudent loca, vbi illa fuerunt adſcripta. n. 5.

Bona communia Confraternitatum erectarum cum Epiſcopi authoritate ſunt Eccleſiaſtica, & gaudent fori priuilegio. n. 6.

Confratres laici Confraternitatum etiam cum Epiſcopi auctoritate erectarum non gaudent fori priuilegio. n. 7. *&* 25. *limita vt* 22.

Confratres quarumcunque Confraternitatum, etiam inſtitutarum ad opera pia exercenda cum Epiſcopi authoritate non gaudent fori priuilegio, ſed ſunt ſubiecti iuriſdictioni, cui ex ſuis perſonis abſolutè pertineat, & hoc tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. n. 7. *& ſeq. limita vt* 22.

Laici exercentes opera pia in aliqua Confraternitate non gaudent fori priuilegio. num. 9. *&* 25. *intellige vt* 22.

Laici exercentes opera pia in aliqua Confraternitate ex eo non mutant ſtatum ſecularem, quem habent. n. 9. *&* 11. *ac* 21.

Deo danda ſunt, quæ ſunt Dei, & Cæſari, quæ ſunt Cæſaris. n. 10.

Perſonæ Confratrum quoad priuilegium fori longè diſtant à locis, & perſonis Confraternitatum. n. 13. *&* 21. cum ſeq.

Bona conſignata Confraternitatibus ad aliqua opera pia exercenda tranſeunt irreuocabiliter in illis, & fiunt ſpiritualia, ſecus autem perſonæ Confratrum. n. 13. *&* 18.

Iuſpatronatus ſimpliciter ſumptum non eſt ſpirituale. n. 14. *ſed ſpiritualibus annexum. n.* 15.

Iuſpatronatus propter annexitatem rei ſpiritualis dicitur ſpirituale. n. 16.

Religioſa ſunt, quæ rebus religioſis adhærent. num. 16.

Cognitio iuriſpatronatus pertinet ad forum Eccleſiaſticum. n. 16. *&* 17.

Bona applicata Confraternitatibus erectis cum Epiſcopi auctoritate ſiunt Eccleſiaſtica, nec alienari poſſunt ſine requiſitis à iure ſtatutis. num. 18.

Laici quando ſe adſcribunt in aliqua Confraternitate non mutant ſtatum ad effectum, vt gaudeant fori priuilegio; ſed ſolùm vt participent de indulgentiis, quæ illis regulariter conceduntur, & vt tempore interdicti, ſi moriantur, Eccleſiaſtica ſepultura attribuatur. n. 19. *&* 20.

Priuilegia Regularium conceſſa pro tempore interdicti an ſiat reuocata. n. 20.

Cognitio cuiuſcunque cauſæ ſpiritualis pertinet ad Curiam Eccleſiaſticam. num. 22. *&* 23.

Laici confratres ſunt ſubiecti Iudici Eccleſiaſtico in concernentibus ſpiritualitatem Confraternitatum, etiamſi omnes illi eſſent ſeculares. n. 23. *Secus autem erit in aliis cauſis, quæ ſpiritualitate carēt. n.* 24.

HVius quæſtionis obiectum eſt ſequela duarum præcedentium, quæ 1
metiri debet ex eiſdem regulis, quibus in illis aſſumpſimus reſolutionem quoad Eremitas, & Collegiales. Verùm vt clarior fiat, in animo habui in præſenti aliquantulùm extendere hunc articulum ſpecificè reſpectu Confratrum.

Et

2 Et quidem *ſuprà quæſt.*78. latè diſſeruimus de Confraternitatibus gaudentibus, vel non fori, & immunitatis priuilegio; ſimiliterque de locis, vbi ſunt conſtitutæ, an ſimiliter influant, vt delinquentes ad illa confugientes fruantur immunitate Eccleſiæ & fori priuilegio ne miniſtri ſeculares poſſint ipſos extrahere: quapropter reſtringo hanc quæſtionem ad Confratres. Ne verò ſub aliquo æquiuoco procedamus, & vt certa ab incertis ſeparationem recipiant dicendum eſt primò tanquam certiſſimum, & ſine vmbra aliqua dubij, quòd Confratres Confraternitatum inſtitutarum, & tendentium ad aliquam temporalem artem vel exercitium, ſeu miniſterium obeundum, de quibus *ſuprà in dicta quæſt.* 78. *num.* 15. *cum pluribus ſeq.* cui addere poteris, & videre Hectorem Capiccium Latro, *tom.*1. *deciſionum Neapolitarum deciſ.*95. *à n.*14. *cum ſeq.* nul-
3 latenus poſſint gaudere aliquo fori, vel immunitatis priuilegio; etiamſi illæ ſint erectæ cum aſſenſu, permiſſu, & voluntate Principis ſupremi ſecularis ex ea nota, & indubia ratione; quia totaliter ſunt laicæ, nec in ſe continent veſtigium aliquod ſpiritualitatis; & exinde ſemper remanent profanæ, & ſeculares, tam reſpectu loci, vbi ſitæ, & adſcriptæ ſunt, quàm perſonarum illas conſtituentium.

4 Quare de aliis Confratribus adſcriptis Confraternitatibus erectis cum Papæ, vel Epiſcopi auctoritate erit noſter ſermo mouens cauſam dubitandi; quòd cùm illæ collectiuè ſumptæ gaudeant fori, & immunitatis prærogatiua, videatur dicendum extendi debere ad perſonas: cùm hæ formaliter conſtituant communitatem, & corpus myſticum Confratriæ, nec conſiderari valeat ex materialitate, quam in ſe continet.

5 Tum & etiam, nam bona harum Confraternitatum eadem fori prærogatiua decorantur (vt ſtatim dicemus) ſicut & ipſa loca in quibus conſtituuntur iuxta textum *in cap. de Xenodochiis, cap. Ad hæc, de religioſis domibus*: & latiſſimè docet Marius Mutta *deciſ.*58 *per totam*, Maſtrillus *deciſ.*110. *num.*15. *&* 16. & in ſpecie Rota *in vna Romana Salutani*, ſeu *attentatorum* 19. Iunij 1648. coram Arguelles,
6 quam impreſſam reperies penes Merlinum *poſt tract. de pignoribus deciſ.* 152. *num.*6. *pag. mihi* 281. vbi cum Gutierrez *canon quæſt. part.* 1. *cap.* 35. *num.* 23. & Cauedo *deciſ.* 51. *num.* 11. concludit; bona communia Confraternitatum eſſe Eccleſiaſtica, & gaudere fori priuilegio, vbi ad intentum allegat plures alias ipſius Rotæ deciſiones, tanquam indubium idem reſoluentes; ergo eodem modo dicendum videtur, imò ex maioritate rationis, quòd ad Confratres extendi debeat, cùm iſti ſint principa- 7
lior pars, quàm loca, & bona; ſintque anima viuificans corpus myſticum, & inanimatum Confraternitatum, illiſque excluſis, nihil reale remaneat.

Quibus non obſtantibus, ſecurè, & 8
ſine difficultate dicendum, & reſoluendum eſt, Confratres prout tales nequaquam gaudere fori priuilegio, ſed ipſorum iuriſdictionem pertinere ad Iudicem, cui ſubiecti forent, ac ſi non eſſent Confratres taliter, quòd ſi ex ſe Clericalem prærogatiuam habeant, erunt de foro Eccleſiaſtico; ſi verò laicalem exiſtent iidem de foro ſeculari; vt de Collegialibus diximus *ſuprà in quæſt. antecedenti num.* 14. *&* 37. ex fundamentis *ibidem* ponderatis, quæ in præſenti ad intentum faciunt; Hócque locum ſibi vendicat, ſiue cauſa ſit ciuilis, ſiue criminalis per textum *in l. Qui de crimine* 9. *cod. de accuſationibus*; & accuratè aduertit Ricciulus *lib.* 4. *lucubrationum Eccleſiaſticarum cap.* 12. *à num.*1. *& ſeq.* aliique *infrà* citandi.

Et ratio eſt manifeſta; nam cùm 9
Confraternitates ex ſe ſolò influant, ſeſeque tantùm induantur, vt inſtitutæ remaneant ad opera deuotionis, & pietatis exercenda, quæ tam propria, & neceſſaria ſunt fidelibus Chriſtianis, inde nullam mutuationem, nec transformationem ſtatus conferunt illis, qui illa exercent, & conſequenter non attribuunt, vt ex eo ſolo laïci fieri queant de foro Eccleſiaſtico; aliàs ſequeretur maximum abſurdum, & inconueniens in fraudem Regiæ iuriſdictionis, videlicet, quòd ferè omnes ſeculares ſub prætextu tot numero Confraternitatum, vt inſtitutæ reperiuntur in toto orbe, non ſolùm in Ciuitatibus, verùm & etiam in omnibus locis, licèt exiguis, & miſerabilibus, ſi ex eo, quòd in illis ſunt adſcripti Confratres laïci admitteretur fori priuilegium, iuriſdictio ſecularis totaliter diminuta, & deſtructa reperiretur.

Quod quidem admitti non debet, 10
ſed obſeruare, & adimplere, æquiſſimum, & iuſtiſſimum eſt, quod vindex, ac Saluator noſter dixit, ac renunciauit Matthæi 22. in his verbis:

Reddite

Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo, &c. Quapropter indignum, alienúmque à ratione foret, quòd per hanc viam ſemita fraudibus aperiretur.

11 Præcipuè quando ex intrinſeca cauſa nullus titulus reſultat, qui influat ad inſeparabilitatem ſtatus Eccleſiaſtici quoad ſecularem, vel è contra. Et quidem in præſenti ſatis ad oculum patet nullam incompatibilitatem oriri ad effectum mutationis ſtatus, videlicet, illius, qui reſultat ex deuotione ab eo, qui laicali ſtatu dimanat; vt cum pluribus reſoluit Gutierrez *libro 1. can. quæſtion. capit. 35. numero 9. & ſequent.* quibus iunge Graſſis *de effectibus Clericatûs effectu 1. numero 121.* optimè, & accuratè frater meus D. Michaël Antonius Frances de Vrrutigoyti *in tract. de Eccleſ. Cathedr. cap. 25. à numero 83. cum pluribus ſequentibus*, & infinitos referens Barboſa *de vniuerſ. iure Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 11. à num. 83.* vbi aliàs Rotæ deciſiones allegat idem decidentes: addendique ſunt Lezana *in ſumma quæſt. regul. tom.* ſeu *part. 2. cap. 15. num. 4. in fine*, Pellizarius *in manuali Regularium tomo 3. tract. 8. cap. 5. ſub tit. de priuilegiis inſtituendi Confraternitates ſect. 6. quæſt. 33. numero 293 pag. 419. in nouiori impreſſione.*

12 Et ita indubiè concludendum eſt ſine hæſitatione; Confratres quarumcunque Confraternitatum etiam erectarum cum Papæ, vel Epiſcopi auctoritate eſſe illius fori, cuius ex ſuarum perſonarum ſubiectione, ſecluſa Confraternitate, adſtricti exiſterent, etiamſi non eſſent Confratres: nam vt patet ex dictis hoc nullam exemptionem attribuit.

13 Quibus non officit, quòd propoſuimus *ſuprà num. 4. & 5.* nam conſtitui debet ſingularis differentia inter loca, & bona Confraternitatum; ac perſonas Confratrum: illa namque independenter à iure dominij incorporantur, & connectuntur ipſis Confraternitatibus cum qualitate ſpiritualitatis, quam in ſe continent. Enimverò concedentes talia loca, vel bona omne ius, quòd in eis habent abdicant à ſe & transfundunt irreuocabiliter (regulariter loquendo) in ipſum opus ſpirituale, ad quod deſignantur, & exinde induunt ſe, & ſortiuntur naturam illius, cui applicantur.

14 Argumento ſumpto ex iure patronatus, quod ſimpliciter conſideratum, non eſt ſpirituale, vt latè probant communiter D D. *in cap. Quanto 3.* vbi Gloſſa *verbo, Connexa de iudiciis*; & *in cap. 1. de iure patronatus.* Azor *tom. 2. inſtitutionum moralium lib. 6. cap. 19. quæſt. 2.* & plura cumulans Viuianus *de iure patronatûs part. 1. lib. 1. cap. 2. à n. 4. & ſeq.* Sed eſt ſpiritualibus annexum, *cap. de iure 16.* ibi. *Cùm inconueniens ſit vendi ius patronatus, quod eſt ſpirituali annexum, &c. de iure patronatûs.* 15

Et ex illa connexitate dicitur ſpirituale; nam ex eadem cohærentia ſumit ſuam naturam, & exinde cùm religioſis adhæreant, religioſa ſunt. *l. Qua religioſis, ff. de rei vendicatione.* Quapropter talis cauſa per Eccleſiaſticum Iudicem actitanda, & terminanda venit, vt patet ex dicta Gloſſa *verbo, Connexa in dicto cap. Quanto de iudiciis*; & tradit Sigiſmundus Scaccia *in tract. de ſententia, & re iudicata gloſſa 7. quæſt. 2. limit. 5. n. 34. & 45.* Et quidem ex hoc Patroni laïci dici non poſſunt perſonæ Eccleſiaſticæ; ex eo quòd ſint Patroni rei ſpiritualis, nec quòd gaudere valeant fori priuilegio, ſed imò ſemper remanere de ſeculari iuriſdictione. 16 17

Ex quo oritur, quòd bona applicata Confraternitatibus, & Patronatibus fiunt Eccleſiaſtica, & vt talia alienari non poſſunt, niſi prius requiſita à iure ſtatuta pro alienatione rerum Eccleſiaſticarum præcedant; vt tradunt Gutierrez *lib. 1 Canon. quæſt. cap. 35. num. 23.* & plures allegans Barboſa *in Paſtorali part. 3. alleg. 75. num 32* quibus iunge Lezanam *vbi ſupra in dicto cap. 15. numero 4.* & latè Pellizarium *in loco* ſtatim citando *quæſt. 34. à num. 294. cum ſequent.* vbi latè agit de hoc, & aliis effectibus fauorabilibus pro bonis, & rebus Confraternitatum. 18

Quæ omnia ceſſant in perſonis Confratrum, cum iſti non ſe transferant in Confraternitates, ſed ſolùm ſe conferant in eis tribuendo paruum ſtipendium per viam eleemoſynæ zelo deuotionis ad participandum de indulgentiis, & aliis piis operibus, ad quæ ferè ſemper tendunt. 19

Et ſimiliter, vt gaudere valeant Eccleſiaſtica ſepultura, ſi fortè tempore interdicti moriantur *ad text. in cap. Priuilegia §. Sanè, verſ. Suis quoque de priuilegiis*, de quo articulo videre poteris Barbuſam *in Paſtoral. part. 3. alleg. 105. num. 44.* & *in collectanea ad Tridentinum ſeſſ. 25. capit. 12. de regularibus, num. 2.* 20

num. 2. pro illo dubio ſatis intricato, & controuerſo: an priuilegia conceſſa Regularibus pro tempore interdicti ſint reuocata per Concilium *in dicto cap.* 12. *& cap.* 22. *eiuſdem ſeſſionis* 25. & in terminis pro ſepeliendis Confratribus Pellizarius *in manuali regul. tom.* 3. *tract.* 8. *cap.* 5. *sect.* 6. *quæſt.* 32. *verſ. An autem Confratres fol. mihi* 429. *in nouiori impreſſione.*

21 Et exinde ceſſat conſideratio, quæ inducere poſſit illationem de locis, & bonis ad perſonas; hæ namque ex eo ſolo, quòd ſint Confratres nullatenus ſunt de foro Eccleſiæ, ſi aliunde non habeant aliquem ſpecialem titulum ſpiritualem, qui illos releuet.

22 Notandum tamen eſt, quòd prædicta regula limitari debet, dummodò cauſa, quæ ventilatur, tam ſi ſit ciuilis, quàm criminalis, non ſit in re, vel de re ſpirituali; quia tunc Iudex Eccleſiaſticus rectè poteſt, imò debet procedere contra tales Confratres laicos: nam in tangentibus meram ſpiritualitatem, ad illum, & non ad ſecularem pertinet cognitio:

23 veluti ſi ageretur de mala adminiſtratione, vel dilapidatione bonorum, vel rerum Confraternitatum, aut de admiſſione, ſeu expulſione alicuius Confratris, vel de delicto commiſſo contra totum Collegium, ſeu pro obſeruantia conſtitutionum, vel de nouo faciendis, aut reuocandis, & temperandis antiquis; & vt vnico verbo dicam in omnibus illis caſibus, qui naturam ſpiritualitatis continent, vel rebus Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus ſunt annexi, & vniuoci: nam in eis deciſio, & cognitio priuatiuè pertinet ad Iudicem Eccleſiaſticum, etiamſi tota Confraternitas conſtituatur ex laïcis perſonis.

24 Secùs autem erit in aliis quibuſcunque caſibus, & cauſis, quæ ſpiritualitare carent; nam in iſtis laïcus Iudex eſt competens, quin Eccleſiaſticus repugnare valeat vt tradunt Gutierrez *to.* 1. *Canon. quæſt. cap.* 35. *num.* 24. & in ſpecie Loterius *de re Beneficiaria lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 52. & alij penes Barboſam *in dicto tract. de vniuerſo iure Eccleſiaſtico lib.* 2. *cap.* 11. *à num.* 84. quibus iunge fratrem meum D. Michaëlem Antonium Frances de Vrrutigoyti *in dicto tract. de Eccleſiis Cathedralibus cap.* 25. *à numero* 88. *cum ſequent.*

25 Quare omnino concludendum eſt laïcis Confratribus nullam attribui qualitatem ratione Confraternitatum, quamvis tendant ad quæcunque opera pia exercenda, etiamſi erectæ fuerint cum Papæ, vel Epiſcopi auctoritate, ne conueniri debeant coram Iudice ſeculari, niſi quando agatur de rebus ſpiritualibus ipſarum Confraternitatum, vel ex ſe, ſeclusâ Confraternitate, habeant aliquem titulum Eccleſiaſticum; nam tũc fieri debet corã Iudice Eccleſiaſtico.

QVÆSTIO LXXXVI.

Fidejuſſor laïcus Clerici, ſi pro fidejuſſione conueniendus ſit, an fieri debeat coram Iudice Eccleſiaſtico vel ſeculari?

SVMMARIVM.

Fidejuſſor non debet moleſtari, antequam contra Principalem procedatur. n. 1.

Fidejuſſor in Aragonia, & Caſtella conueniri poteſt ante Principalem ad libitum creditoris. n. 2.

Fidejuſſor laïcus Clerici an gaudeat fori priuilegio, vt coram Iudice Eccleſiaſtico conueniri debeat. n. 3. & ſeq.

Laicus Fidejuſſor Clerici conueniri debet coram Iudice Eccleſiaſtico. n. 4. & ſeq. *contra* 12. & ſeq. *intellige vt* 18. & ſeq.

Fidejuſſor conueniri debet coram Iudice illius, pro quo fidejuſſit. n. 4.

Obligatio fidejuſſoria eſt acceſſoria ad Principalem. n. 5.

Acceſſorium nititur eiſdẽ regulis, quas Principalis habet, præcipuè ſi acceſſorium ſit à ſuo Principali inſeparabile. n. 5. *&* 6.

Fidejuſſori prodeſt, quidquid Principali proficit. n. 7.

Priuilegium quodcunque etiã perſonale quod competit Principali extenditur ad eius Fidejuſſorem. n 8. *intellige vt* 13. & ſeq.

Diſpoſitio reſtricta ad vnam perſonam extẽditur ad aliam, quando perſona incluſa non gauderet ea diſpoſitione. n. 9.

Fidejuſſor poteſt ſe tueri omnibus exceptionibus, quibus Principalis, etiam ad excludendam, & impediendam obligationem Cameralem. n. 9.

Fidejuſſor quoad obligationem cenſetur ſubrogatus loco Principalis, & eſt adſtrictus eiſdem vinculis, & tenetur in omni caſu, in quo Principalis ligatus exiſtit. n. 10.

Subrogatus ſe induit, & ſapit naturam illius in cuius locum ſubrogatur cum eiſdem qualitatibus. n. 11. *intellige vt* 17.

Exceptio declinatoria, quæ de iure, vel aliàs

aliàs attribuitur Principali non extenditur ad Fidejuſſorem, ſeu ceſſionarium. numero. 12.

Priuilegium Clericatus conceſſum Clerico reſpicit tantum ipſius perſonam. n. 12.

Priuilegia conceſſa alicui intuitu ſtatus, vel Dignitatis nequeunt prorogari alteri ex ſua perſona. n. 12.

Exceptiones, quæ reſpiciunt ſtatum, & dignitatem non mutuantur Tertio ex ſua perſona. n. 13.

Fidejuſſoris factum diuerſum eſt à facto Principalis; cum ſint diſtinctæ perſonæ. numero 15.

Factum Principalis diuerſum eſt à facto Fidejuſſoris cum ſint diſtinctæ perſonæ. numero 15.

Priuilegium perſonale conceſſum Principali non tranſit ad Fidejuſſorem. n. 16.

Fidejuſſori non prodeſt priuilegium perſonale conceſſum Principali. n. 16.

Subrogatus non ſapit naturam ſubrogati in his, quæ ſpecialiter fuerunt attributa perſonæ Principalis. n. 17.

Fidejuſſor laïcus Clerici conueniri poteſt, vel coram Iudice Eccleſiaſtico, vel ſeculari ad libitum creditoris. numero 10. & 19.

Iudicium ſi ſit legitimum terminari debet vbi cœptum fuit. n. 19.

Famuli conducti Clericorum gaudent eorum priuilegiis, ſi ſint conducti ad ipſorum præciſam neceſſitatem. num. 20. intellige vt n. 21.

Serui, aut famuli Clericorum deſtinati ad neceſſarium ipſorum ſeruitium gaudent fori priuilegio, quandiu in illorum domibus exiſtunt, ſed non ſi expellantur. numero 20. & 21.

Fidejuſſor laicus Clerici quando frui poſſit fori priuilegio. n. 23.

Concubina Clerici puniri poteſt per Iudicem ſecularem, dummodo ex eo non ſequatur dedecus Clerico; quia tunc per Eccleſiaſticum fieri debet. n. 24. & 25.

Fidejuſſor familiaris Sanctæ Inquiſitionis, vel ſcholaris habentes particularem Iudicem ratione ſtudij, an debeant conueniri coram ſuo Iudice, vel in Tribunali ſeculari. n. 26.

Fidejuſſio facta à laïco pro Clerico in Tribunali Eccleſiaſtico operatur, vt in eo, non verò in ſeculari, exequutio fieri debeat, quod extende ad Familiares ſanctæ Inquiſitionis, & ad ſcholares ſtudentes. numero 27.

Clericus Fidejuſſor laïci conueniri debet in omni euentu coram Iudice ſeculari. numero 28.

Fidejuſſor Clericus laici non poteſt conueniri niſi coram Iudice Eccleſiaſtico. 28.

PRo intellectu dicendorum *in præſenti quæſtione* ſupponendum eſt, quòd de iure communi procedi non poteſt contra Fidejuſſorem, ſi prius non fiat denunciatio Principali obligato, & contra eum procedatur, *iuxta text. in l. Si per impudentiam* 51. *§. Si Titius, & in l. Si fundo* 53. *§. Si cum poſſit, ff. de euictionibus. l. Emptor fundi* 8. *cod. eodem tit.* Et tradunt Niger Siriacus *tom. 1. controu. forenſ. cap. 119. num. 1. & 6.* ac plura cumulans *tom. 3. cap. 398. à n. 21. & ſeq.* vbi latè agit de hoc articulo Dueñas *regula* 331. & 335. & alij plures. 1

At verò in noſtro Aragoniæ Regno aliter procedit; nam Fidejuſſor valet conueniri, antequam Principalis; vt patet ex obſeruantia, *De triginta diebus* 15. *ſub tit. de generalibus priuilegiis totius Regni Aragonum*, & *in verſ. Et ſcias*, ita ait: *Quod in optione eſt Creditoris, quod diſtringat primo Fideiuſſorem, vel Principalem: In Aragonia enim non eſt priuilegium, vel beneficium tale, quod prius conueniatur Principalis, quam Fidejuſſor, &c.* Et ita concludunt noſtri Practici, Molinus in repertorio, *verbo, Fidejuſſor, verſ. Fidejuſſor fatigatus à creditoribus, pagin.* 138. *colum.* 2. & Portoles *in ſcholiis ad eundem Molinum in dicto verbo, Fidejuſſor, numero* 2. vbi cum Suarez *in libro ſecundo numero* 12. *titul. De los Emplazamientos*, & aliis concludit idem in Caſtella procedere. 2

Quibus ſic conſtitutis, reſtringendo dubium præſentis quæſtionis, tam ad terminos iuris communis, quàm municipalis noſtri Regni, ac Caſtellæ, vel aliorum, in quibus idem practicetur; inquirendum eſt; an laïcus Fidejuſſor Clerici gaudeat fori priuilegio, ſicut & Principalis; ita vt præciſè coram Iudice Eccleſiaſtico fieri debeat, vel coram ſeculari, facta prius diſcuſſione in Clerico obligato ad terminos iuris communis, vel iuxta prædictas leges municipales in Principali, aut Fidejuſſore ad libitum creditoris? 3

Equidem primò dicendum videtur in vtroque caſu fieri debere coram Iudice Eccleſiaſtico; cùm ſit communis DD. opinio quòd Fidejuſſor conueniri debet coram Iudice illius, pro quo Fidejuſſit: vt per Bellonum *conſ.* 17. *numero* 4. Baldum *in l. Cum Archimendoram,* 4

cod. vt in poſſeſſione legatorum, &c. & alios
quos refert Riccius *in praxi aurea, &*
*quotidiana rerum fori Eccleſiaſtici reſol.*145.
vbi hanc quæſtionem mouet; ergo talis
laicus debet ſequi forum Clerici Princi-
palis, pro quo Fidejuſſit.

5 Secundò pro hac opinione pondera-
tur; quòd obligatio fidejuſſoria eſt ac-
ceſſuria ad Principalem *l. 1. ff. de Fide-*
juſſoribus, §. 1. inſtit. eodem tit. Sed quod
eſt acceſſorium eiſdem regulis, & qua-
litatibus metitur, quas Principalis in ſe
continet. *l. etiam, cod. de iure dotium, cap.*
acceſſorium 42. *de regulis iuris in* 6. Fran-
ciſcus Leo *in theſauro fori Eccleſiaſtici*
part. 2. cap. 16. *num.* 70. Cardinalis Tuſ-
cus *tom. 1. litera A, concl.* 76. Marius
Antoninus *variarum reſolut. lib. 1. reſol.*
6 72. *num.* 6. Præcipuè, ſi acceſſorium
fuerit inſeparabile à Principali (vt in
præſenti quoad obligationem) iuxta ea
quæ docet Menochius *de recuperanda*
poſſeſſione remedio 6. num. 45. ergo ſi Prin-
cipalis obligatus coram Iudice Eccleſia-
ſtico, tanquam Clericus, conueniri de-
ber, ſic ſimiliter laïcus Fidejuſſor ipſius,
tanquã ab illo inſeparabilis acceſſorius.

7 Hæc ponderat Riccius *vbi proximè,*
quibus addi poteſt, quòd quidquid pro-
deſt Principali, prodeſt etiam Fidejuſ-
ſori; vt cum Purpurato *conſ.* 77. *num.* 2.
reſoluit Franciſcus Niger Siriacus *tom.* 3.
controu forenſ. cap. 546. *num.* 51. Ergo ſi
Clerico Principali obligato prodeſt pri-
uilegium fori, ita vt non poſſit conue-
niri niſi coram ſuo Iudice Eccleſiaſtico,
idem dici debet de illius Fidejuſſore.

8 Prætereà facit: nam omne priuile-
gium etiam perſonale, quo Principalis
vti poteſt, influit, & ſe extendit ad Fi-
deiuſſorem: vt tradunt Matth. Coller.
de proceſſ. exequn. part. 1. cap. 3. num. 22.
in fine, Gratian. *tom. 1. diſcept. forenſ.*
cap. 12. *num.* 3. vbi latè agit de hoc ar-
ticulo (de quo notare debes, quod di-
cemus *infrà in hac quæſt. à n.* 13. *cum ſeq.*)
ergo etiamſi Clericale priuilegium Prin-
cipalis perſonale exiſtat debet influere,
& ſe extendere ad Fideiuſſorem.

9 Tum & etiam, quia diſpoſitio reſtri-
cta ad vnam perſonam extenditur ad
aliam, quando perſona incluſa non gau-
deret ea diſpoſitione; in tantum, quòd
Fidejuſſor poſſit ſe tueri omnibus exce-
ptionibus, quibus Principalis, etiam ad
impediendam, & excludendam obli-
gationem Cameralem; vt declarauit
Rota *in Romana, Pecuniaria, de Bubalinis* 7.
Nouembris 1572. coram Robuſterio; vt
tradit Mantica *de tacitis, & ambiguis con-*
uentionibus lib. 16. tit. 15. num. 14. &
plures referens Gratianus *tom. 2. diſcept.*
forenſ. cap. 290. *n.* 40. & 41. ergo in præ-
ſenti talis laicus poterit ſe tueri excep-
tione fori competẽte Principali Clerico.

Tandem pro hac opinione ponderan- 10
dum eſt; Fideiuſſorem quoad obliga-
tionem cenſeri ſubrogatum loco Prin-
cipalis debitoris, ita vt eiſdem vinculis 11
adſtrictus remaneat, & teneatur in om-
ni caſu in quo ipſe Principalis ligatus
exiſtat *l. Si cum §. Qui iniuriarum ff. ſi*
quis cautionibus. l. Filia ſua §. Titia ff. de
conditionibus, & demonſtrationibus. l. In
duobus §. 1. de iureiurando cum aliis plu-
ribus. Aymon *conſil* 272 *num* 3, quem
refert Gratian. *vbi proxime cap.* 310.
num. 34. & 35. Sed ſubrogatus ſe induit
& ſapit naturam illius, in cuius locum
ſubrogatur cum eiſdem qualitatibus
l. 1 §. hac actio ff. Si quis teſtamento liber
eſſet, &c. cap. Eccleſia, el primero vbi
Gluſſa *verbo, litigioſi, verſ. Et eſt hic ar-*
gumentum, &c. vt lite pendente, vbi
communiter DD. Cardinalis Tuſcus
tom. 7. litera S. concluſ. 757. *à num* 15.
Gonzalez *ad regulam octauam Cancella-*
ria gloſſa 5. §. 9. num 99. Franciſcus Leo
in theſauro fori Eccleſiaſtici part 2. cap. 4.
num 55. Marius Antoninus *variar. reſol.*
lib. 1. reſol. 111. *num.* 28. & alij plures:
ergo, &c.

Quæ quidem licèt ita ponderata re- 12
maneant, pro contraria tamen opinio-
ne plura conducunt. Et primò, quòd
exceptio declinatoria, quæ de iure, aut
aliàs attribuitur Principali, non exten-
ditur, nec communicatur Fidejuſſori,
aut Ceſſionario; vt colligitur *ex l. Si reus*
12. *ff. Iudicatum ſolui*; ſed priuilegium
clericatus attributum Clerico tantum
reſpicit ipſius perſonam; ergo exceptio
fori eidem competens non poteſt exten-
di ad Fidejuſſorem laicum.

Secundò; quia priuilegia, ſeu exceptio- 13
nes conceſſæ alicui intuitu dignitatis vel
ſtatus, quem obtinet, nequeunt mutuari
ſeu prorogari ex ſua perſona ad alteram
l. exceptiones, la ſegunda ff de exceptionibus
l. Priuilegia 156. *in fine ff. de regulis iuris*: er-
go priuilegium conceſſum Clerico ratio-
ne ſtatus non communicatur Fidejuſſo-
ri laïco.

Ex quibus duobus, fundamentis tan- 14
quam principalioribus, ſequitur Riccius
hanc ſecundam ſententiam *in praxi au-*
rea, & quotidiana rerum fori Eccleſiaſtici re-
ſol. 145. *n.* 1. *in antiquiori impreſſione*: & ad
intentum

intentum allegat Afflictum *deciſ. 260. per totam*, Guid. Papæ *deciſ.* 562. Buërium *deciſ.* 23. *numero* 8. Grammaticum *deciſ.* 96. *numero* 5. & alios. Et certè ſumma cura perquiſiui illos videre in meis codicibus in locis ab eo allegatis, ſed nec verbum aliquod ad intentum proferunt *ibidem*, imò agunt de diuerſis materiis: & inſuper ipſe Riccius dicit Dominos de conſilio Neapolitano tenuiſſe hanc ſecundam ſententiam adducendo in teſtem Afflictum *in dictâ deciſ. 260. per totam*; ſed nihil *ibi*: cam tamen inuenies *deciſion.* 106. vbi additio plura cumulat, & in ſpecie iungere poteris noſtrum Cenedo *in quæſtionibus canonicis quæſtion.* 12. *à numero* 4. vbi accuratè multa congerit ad intentum, & Narbonam. *l.* 20. *Gloſſa* 21. *num.* 61. *tit.* 1. *lib* 4. *recopilationis*; quibus adde Cortiadam, qui in ſpecie hanc ſententiam tenet *in ſua praxi contentionum tom.* 1. *deciſ.* 30. *n.* 143. licèt ſpecialia fundamenta non adducat, ſed remiſſiuè ita reſoluat.

15 Et quidem pro hac ſecunda ſententia aliqua addam, quæ ſpeculare potui, videlicet, quod factum Principalis diuerſum eſt à facto Fidejuſſoris: quia ſunt diſtinctæ perſonæ. *l. Cum filius §. penultimo ff. de verborum obligationibus*; & in ſpecie alia cumulans reſoluit Menochius *de recuperand. poſſeſſion. remedio* 5. *n.* 42. & 43. quem ſequitur Gratianus *tom.* 2. *diſcept. forenſ. cap.* 310. *n.* 35. & 36. ergo ſi diſtinctæ perſonæ conſiderantur (prout ſunt quoad eos effectus) non debet concedi Fidejuſſori laïco, quòd attribuitur Principali Clerico ex ſua perſona reſpectu priuilegij fori, vt in illum influat.

16 Præterea, nam certum eſt, quòd priuilegium perſonale conceſſum Principali non tranſit in Fidejuſſorem, vt patet ex Gloſſa *in l. Reus* 12. *verbo Fidejuſſores ff. iudicatum ſolui*: & plures allegans docet Gratianus *tom.* 4. *cap.* 799. *n.* 53. & 54. ſed priuilegium clericale eſt perſonaliſſimum (vt eſt notum) ergo non poteſt tranſire in Fidejuſſorem laïcum, vt nequeat conueniri coram Iudice ſeculari.

17 Tandem conſiderandum eſt, quod licèt ex iuris regula reſultet ſubrogatum ſapere naturam illius, in cuius locum ſubrogatur (vt diximus *ſuprà n.* 11.) fallit tamen in his, quæ ſpecialiter ex priuilegio, aut ex iuris diſpoſitione, vel aliàs conceſſa fuerunt Principali in cuius locum effecta fuit ſubrogatio; vt multa cumulans, variáque exempla, & fundamenta referens docet Petrus Barboſa *in comment. ad l. Cum Prætor* 12. *§.* 1. *ff. de iudic. à n.* 421. *cum ſeq.* ergo, &c.

Quid autem in hoc articulo dicendum ſit: cum pro vtraque parte fundamenta *ſuperius* adducta ſatis conuincat, pro meo paruo iudicio in medium proferam; videlicet, hanc quæſtionē cum diſtinctione caſuum decidendam eſſe, ſcilicet, arbitrarium eſſe creditori agere contra Fidejuſſorem laïcum Clerici, vel corā Eccleſiaſtico, aut ſeculari Iudice; nam ratione connexitatis, quæ contrahitur, & reſultat ex obligatione influere debet non priuatiuè, ſed collectiuè ad vnam, vel alteram iuriſdictionem. 18

Enim verò cum ex diſpoſitione iuris (vt diximus *ſuprà in principio*) prius fieri debeat exequutio contra Principalem; certum eſt, quòd in præſenti exequi nequeat niſi coram ſuo Iudice Eccleſiaſtico, & ex hoc nullam habere repugnantiam, quòd propter prædictam connexitatem poſſit creditor inchoare, vel proſequi inſtantiam in eodem Tribunali, imò magis conſonum iuri videtur, quòd vbi incipiendum, vel inceptum eſt iudicium ibidem exequatur, & terminetur: & ex hoc pacto admitti debet prima opinio, quòd pertineat ad forum Eccleſiaſticū: & ſimiliter, quod Iudex ſecularis ſit competens, ſi creditor velit agere contra laïcum Fidejuſſorem: nam cum talis exiſtat, nec aliquòd dedecus reſultet, aut ſequatur Clerico, vel ſtatui Eccleſiaſtico ex eo, quòd Iudex laïcus procedat cōtra Fidejuſſorem: exinde non debet excludi iuriſdictio ſecularis: & in hoc ſenſu intelligi poteſt ſecunda opinio affirmans pertinere ad forum ſeculare. 19

Quæ reſolutio fulciri poteſt ex eo, quòd famuli, ſeu ſerui conductitij Clericorum gaudent priuilegiis ſuorum Dominorum in his, quæ concurrunt ad præciſam eorum neceſſitatem, taliter, quòd ceſſante illa aſſiſtentia in domo Clericorum, & ceſſante neceſſitate talis famuli, ceſſent & etiam priuilegia in ipſo inniuata propter Domini ſeruitium; & ideò talis immunitas tunc demum ſubſiſtit, dum durat illa reciproca, & connexa dependentia vnius ab altero, & non vltra; vt accuratè tradit Carolus de Graſſis *de effectibus Clericatus effectu. numer.* 150. per hæc verba. 20

Ipſi tunc gaudent priuilegio Dominorum, quoniam ipſe Clericus Dominus non poſſit commodè vti ſuo priuilegio, niſi etiam eo vtantur ſui familiares, & ſerui, 21 etiamſi

Digitized by Google

etiamſi hoc eſſet priuilegium fori: ſi verò poterit commodè vti ſuo priuilegio abſque eo, quòd eius famuli, & ſerui eo vtantur, tunc ſerui nullo potiuntur priuilegio ex perſona Dominorum, &c. Hæc Graſſis, cui adde, quæ annotaui *in meo Paſtor. Reg. part. 3. vot.10. à num.8 cum ſequent.* & quæ dicam *infrà quaſtion.* 100, quoad hunc articulum.

23 Ex qua reſolutione ad noſtrum intentum infero, quòd cùm Clericus Principalis poſſit vti priuilegio fori ſine dependentia ſui Fidejuſſuris laïci, non debet ei attribuere exemptionem aliquam, niſi tantum in caſu, quo commodè Clericus illo frui non poſſit ſine dependentia illius; vt in exemplo adducto de famulo, & tunc ad forum Eccleſiaſticum erit recurrendum, quibus circunſtantiis excluſis, liberum erit creditori eligere, quod ei magis proficuum iudicauerit, quoad Tribunal Eccleſiaſticum, vel ſeculare.

24 Secundò ponderari poteſt, quòd concubina Clerici puniri debet per Iudicem Eccleſiaſticum propter commixtionem, & vnionem delicti (quod ſacrilegum iudicatur, vt docent plures) & latiùs agemus de hoc articulo *in quaſtion ſequenti.*

25 Et tamen, ſecluſo dedecore Clerici poterit Iudex ſecularis procedere contra talem mulierculam concubinam ratione concubinatus, cùm ſit laïca, licèt aliàs id nullo modo efficere valeret contra conſortem delicti, vt tradit Belletus *Diſquiſ. Cleric. tit. de diſciplina Clericorum* §. 15.*n.*67. ergo non repugnat, quòd de per ſe quælibet iuriſdictio habeat cognitionem circa illud, in quo comprehenſiuè reperiatur; quamvis aliàs res, de qua agitur dependeat ex eodem fonte, & radice, ſi reſpectum habere poſſit ad Eccleſiaſticum, & ſecularem, & conſequenter dicendum videtur laïcum Fidejuſſorem Clerici conueniri poſſe vel in Tribunali ſeculari, vel in Eccleſiaſtico.

26 Quam concluſionem extende ad Fidejuſſores Familiarium Sancti Officij Inquiſitionis; de quo latè Cenedo *in dicta quaſt.* 12. *per totam*, vbi plura cumulat facientia ad intentum præſentis dubij. Similitérque extende ad Fidejuſſores Doctorum ſeu ſcholarium ſtudentium, & reſidentium in Gymnaſiis quoad iuriſdictionem Magiſtri Scholæ iuxta ea, quæ diximus *ſuprà quaſt.* 84. *à num.*13. *& ſeq.*

Tandem aduertendum eſt, quòd ſi Fidejuſſio fuerit effecta in actis Curiæ Eccleſiaſticæ, vel Inquiſitorum, aut Iudicis Scholarium, ſeu aliorum ſimilium; tunc reſpectiuè, & indiſtinctè in ſuis Tribunalibus exequutio fieri debet, nec recurri poterit ad Iudicem ſecularem; vt tradit Cortiada *in dicta ſua praxi content. tom.*1. *in dicta deciſ.* 30. *n.*145. & ita communiter concludunt DD. 27

Secundò obſeruandum eſt, dicta de Fidejuſſore laïco quoad Clericum, non habere locum in Clerico Fidejuſſore laïci; nam iſte in omni euentu ſi conueniendus fuerit, debet fieri coram Iudice Eccleſiaſtico per ea, quæ tradit Cenedo *in dicta quaſt.* 12. ferè *per totam*, præcipuè *à num.* 4. & ex eadem ratione idem iudicium efformandum eſt de prædictis Familiaribus, & Scholaribus; vt per Cortiadam *in dicta deciſ.* 30 *à numero* 146. vbi latè diſputat de variis conſimilibus caſibus reſpectu Familiarium ſanctæ Inquiſitionis, apud quem videre poteris, cum breuitati & conciſioni conſulamus. 28

QVÆSTIO LXXXVII.

Concubina Clerici an gaudeat fori priuilegio, ad effectum vt per Iudicem Eccleſiaſticum puniri debeat, non verò per ſecularem?

SVMMARIVM.

*Epiſcopi inuigilare debent, vt non ſolùm Clerici ſe abſtineant à peccatis, ſed etiam omnes alij. num.*1.

*Ordini Eccleſiaſtico maximum dedecus afferunt peccata laſciuiæ. n.*2.

*Clerici ſacra vnctione inſigniti ſunt membra Chriſti. n.*3.

*Clericus accedens ad meretricem fit de membro, & corpore Chriſti corpus, & membrum illius. n.*4.

*Meretrici adhærens efficit cum ea vnum corpus. n.*5. *&* 17.

*Dilatio punitionis propter peccata plus facit nos eſſe reos ad vindictam, & imponendam pœnam. n.*6.

*Scandalis qui dat motivum Satanæ comparatur. n.*7.

*Concubinarij ſemper ſunt populo ſcandaloſi. num.*8.

Gradus

Gradus, & præmia gloria tot erunt in Cœlo, quot bona opera, & virtutes fuerint in terra exequuta; ſicut & pœna in inferno, quot peccata, & ſcelera commiſſa. n.9.

Clericus concubinarius, ſi monitus non deſiſtat, excommunicatione, & aliis pœnis puniri debet. n.10.

Concubina Clerici plectenda eſt per Iudicem Eccleſiaſticum, ſicut & ipſe Clericus; non verò per ſecularem. n.10. & ſeq. *intellige vt n.19.*

Excommunicationis pœna ſolùm per poteſtotem Eccleſiaſticam imponi poteſt. numero 12.

*Delictum ſacrilegij puniendum eſt per Iudicem Eccleſiaſticum. n.*12. & 13.

Correlotiuorum idem ius, & ratio iudicatur, & operatur. n.14.

*Statutum, vel lex loquens de vno porrigitur ad alium, cui ex ipſa re connexionem & indiuiduitatem habet. n.*15.

*Correlatiuum ſi non poſſit exiſtere ſine alio, deſtructo vno, cenſentur ambo deſtructa. num.*15.

Lex, aut canon, ſeu ſtatutum diſponens in vno ex correlatiuis, idem operatur in aliis. n.16.

Concubinarius Clericus ſit vna caro cum concubina; & exinde ambo puniendi ſunt per Iudicem Eccleſiaſticum. num.17. & ſeq. *intellige vt n.19.* & ſeq.

*Concubinatus mulieris cum Clerico eſt ſacrilegium, & exinde puniendus per Iudicem Eccleſiaſticum in ambobus. n.*18.

*Iudex laicus poteſt procedere contra concubinam publicam Clerici, ſi clarè, & notoriè conſtet de concubinatu; ſed non ſufficit, quòd ab illo in lecto reperiatur, ſi aliàs publicè, & palam non ſit notum. n.*19. *Sed alij indiſtinctè tenent in quocunque caſu priuatiuè ad Eccleſiaſticum pertinere. n.*20. & ſeq.

*Dedecus reſultat ſtatui Eccleſiaſtico, quòd in foro ſeculari agitentur ipſius cauſa criminales, etiam indirectè, & in conſequentiam. n.*21.

Delictum concubinatus puniendum eſt per Iudicem Eccleſiaſticum, etiam contra ſeculares. num. 22. *intellige vt* 24. & ſequent.

*Lex, ſeu ſtatutum non diſtinguens nec nos diſtinguere debemus. n.*23.

Iudex ſecularis poteſt punire publicam concubinam Clerici, ſi Iudex Eccleſiaſticus aliquo releuante impedimento fuerit detentus, ne id efficere valeat. numero 24. *&* 25.

*Delicta ne maneant impunita, concernit bonum publicum. n.*26.

Delinquentes quandoque detinentur od ſcelera perpetranda formidine pœna. numero 27.

*Iudex Eccleſiaſticus, ſi requiſitus, vt puniat publicam, & ſcandoloſam concubinam Clerici, fuerit negligens in punitione, poterit Iudex laïcus contra eam procedere. num.*28.

Regularis delinquens extra clauſtra poteſt puniri per Epiſcopum, ſi Superior ſuus requiſitus negligens fuerit in punitione. num. 28.

Concubina ſecreta Clerici per ſolum Iudicem Eccleſiaſticum puniri debet: ſecus ſi ſit publica, notoria, & patens. n. 29.

Concubinam Clerici retentam in eius domibus, ſi aliud domicilium non habeat nequit Iudex laïcus punire, ſed Eccleſiaſticus priuatiuè. num. 30.

Iudex laicus non poteſt exercere aliquem actum criminalem contra clericum concubinarium, nec contra eius concubinam domi retentam, ſi hac alio careat domicilio. num. 30. *&* 31.

*Argumentum de loco ad perſonam validum eſt. n.*32.

*Argumentum de toto ad partem admitti debet. n.*32.

Concubina publica qua dicatur. num. 33. & ſeq.

*Notorium publicum duplex eſt, aliud iuris & aliud facti. n.*34.

*Notorium iuris illud eſt, quod nulla eget probatione, ſeu diſcuſſione. n.*34.

Notorium facti dicitur, quod reſultat ex indubitata probatione facti exhibita oculis hominum. n. 34.

Concubinam publicam Clerici notorietate facti continui poterit punire Iudex ſecularis. n. 35.

*Confeſſio partis facit rem notoriam. n.*36.

Sententia Iudicis reddit rem manifeſtam. num. 37.

Concubina dicitur publica, ſi pro tali per ſententiam fuerit declarata. n. 37.

*Probatio concludens, & certa reſultans ex actis, & proceſſu facit rem notoriam, & claram. n.*38.

Concubinatus dicitur publicus, ſi de eo conſtat per rei euidentiam, qua nulla tergiuerſatione celari poſſit. n. 39.

*Clericus habens domi mulierem ſuſpectam, & monitus per ſuum Superiorem eam non dimittat, puniri debet tanquam publicus concubinarius. n.*40. *&* 41.

Iudex ſecularis non poteſt punire mulierem ſuſpectam de concubinatu cum Clerico, qui eam domi retinet ſub pratextu publicitatis, ex eo, quòd Clericus fuit moni-

tus per ſuum Superiorem , vt ipſam dimitteret, quia fieri debet per Iudicem Eccleſiaſticum. n.41.& 42.

Pœnæ comminata in iure contra Clericos concubinarios occultos mitiores ſunt, quàm contra publicos. n.42.

Iudex ſecularis nullatenus poteſt procedere contra concubinam occultam Clerici. num. 43.

1 VEntilandam affero,& offero quæſtionem, quæ vel calamo , ruborem facere poſſet, & verecundiam : ſed ô ſecula! ô mores! adcò licenter , ne dicam , impudenter peccatur à multis noſtri æui Sacerdotibus , qui Dei, ſuíque immemores,etiam domi , alere audeant ſuarum libidinum propudioſa inſtrumenta: vt Religionis, Diuinæque in primis gloriæ (cui tuendæ inuigilare
2 vel maximè debemus Epiſcopi) intereſſe putem propoſitam quæſtionem hûc vocare , vt obiter, non perfunctoriè tamen, inuehar in hæc ſacrilega capita,& turpiſſima Veneris mancipia, quorum vita, quæ in cœno perditur, incredibile dictu eſt, quantum dedecus afferat Eccleſiaſtico Ordini , quàm facilem , & liberam viam aperiat ſecularium ſceleribus , qui licere putant ſibi,quòd in Clericis, & ſacris Deo hominibus oculares, & quotidiani teſtes intuentur. Vtinam tam obuia non eſſent exemplaria!

Quare cùm ſæpiùs,heu dolor! quàm par eſſet, occurrat hæc quæſtio , operæ pretium duxi eam ſluiore calamo , vnde, vnde potui illuſtrare, ſimúlque cum *quæſt. ſequenti.* Da tamen hanc veniam, Lector, iuſto dolori meo, & qualicunque, quo ictum me ſentio diuinæ gloriæ zelo,vt non ante propoſitæ quæſtioni lucem afferam , quàm infames concubinatus maculas ſacris Eccleſiaſtici Ordinis epomidibus per aliquorum degenerum Clericorum (vtinam non etiam Religioſorum) improbitatem adſperſas lachrymis diluam , atramento denigrem,configam ſtylo.

3 Vnde autem Catilinariam (vt ita dicam) meam in hos non Romanæ vrbis, ſed Chriſti Eccleſię iuratus hoſtes aprius ordiar , quàm ex aculeata Doctoris gentium interrogatione *Epiſt.1. ad Corinth. cap. 6. verſ. 15. Neſcitis* , inquit, *quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti?* Paulus fornicarios Corinthios increpat ; ego concubinarios Clericos adorior. Hûc adeſte , Eccleſiaſtici Ordinis tenebræ , & ſordes : neſcitis, cuius corporis Sacra vnctio membra vos fecit? Pedes, manus , caput veſtri corporis membra non ſunt ; Chriſti ſunt. Videte, obſecro, ad quantum dignitatis faſtigium aſcendiſtis;vt de membris veſtris , non veſtrum , ſed Chriſti ſacratiſſimum corpus coaleſcat : *Tollentes* ergo *membra Chriſti* (cum Paulo *vbi ſuprà* conqueror, & doleo) *facietis membra mere-* 4
tricis , & concubinæ? Quantum hoc nefas eſt,quantum flagitium?Si quis Chriſto, & cruci affixo manum computaret, eámque meretricis dexteræ iungeret; aut collum complecteretur,quanti Reus ille ſceleris foret? quis eum ferret? quis immanis audaciæ, & ſacrilegæ temeritatis non damnaret ? Huiuſmodi vos crimine obſtringitis;talem,támque horrendam iniuriam Chriſto irrogàtis, quotquot illi per ſacerdotium initiati nefario concubinarum amore implicamini.

Nam , ipſo Paulo atteſtante *vbi ſuprà* 5
verſ. 16. Qui adhæret meretrici vnum cum ea corpus efficitur ; ergo ſi grauiſſimo ſupplicio plectendus eſſet , qui Crucifixi brachium, aut manum impuræ libidinis inſtrumentum faceret , quali ſupplicio erit obnoxius Clericus, aut Religioſus, qui non tam ſuis , quàm Chriſti membris abutitur ad obſcœnas voluptates? an viuis , & animatis Chriſti artubus mortuæ,& ligneæ manus potiores ſunt? aut, quia non ſtatim tantum , támque execrabile ſacrilegium vindicat vltor à tergo Deus:diſſimulare illud putatis,& non magis ad iuſtiſſimam iram prouitari noua acceſſione culparum?

O, miſeri , quos tam iuſta dilatio pœna 6
Plus facit eſſe Reos. ———

Dixit Claudius Marius *lib. 2. Poëmat.* Nec minus altè , & grauiter Valerius Maximus *lib. 1. lento* , ait , *gradu ad vindictam ſui Diuina procedit ira , tarditatémque ſupplicij grauitate compenſat , &c.* O! timete infrænes concubinarij , ne ſordidam vnius momenti voluptatem æternum, quod iam iam impendit, excipiat ſupplicium. Chriſtus Dominus (vt eſt apud Lucam *cap.18.*) immodicos, neſcio quos Diſcipulorum ſpiritus iniecto opportuno terrore compreſſurus, *Videbam*, inquit , *Satanam tanquam fulgur de cælo cadentem.* Vtique in ſempiternas Tartari flammas. At quis iſte Satanas de Olympo ruens in Auernum? certè ipſe quem Dominus deuouit in perſona

Petri

Petri mortem in cruce diſſuadentis: *Va-*
7 *de poſt me Satana ſcandalum es mihi.* Mat-
thæi 16. Mirum videri debet, quòd in
Petrum, cui *Paulò antè* claues Regni
Cœlorum tradiderat, Beatúmque præ-
dicauerat Chriſtus, ſic modò excandeſ-
cat, vt Satanam illum appellet, ex ni-
mio præſertim affectu peccantem. Sed
cur ita appellauit? idem Chriſtus expli-
cat, cum addit *Scandalum es mihi.* Nimi-
rum ex Chriſti ſenſu Satanas eſt, & Sa-
tanæ dignus ſupplicio quiſquis alteri
8 ſcandalum eſt. Nam vt optimè hîc Ori-
genes *in cat. D. Thomæ. Chriſtus omnem
Diſcipulum peccantem ſcandalum ſibi appel-
lat.* Et non terrebit hoc fulgur, & ful-
men Eccleſiaſticos concubinarios, qui
notiſſimum ſcandalum ſunt Ciuitatibus,
& oppidis, in quibus flagitioſiſſimam
vitam viuunt? Penſitent miſeri de qoo
cœlo, de quo, inquam, apice, gradú-
que altiſſimæ dignitatis ruant in gehen-
9 nam. Videant quot ſtellas caudâ peſſi-
mi exempli poſt ſe trahant. Tot animas
perimunt, quot turpiſſimis moribus
ſcandalizant, & toxicant. Quòd ſi iu-
bente Deo, Exodi *cap.* 21. reddendus
eſt *liuor, pro liuore, pes, pro pede, manus
pro manu; dens pro dente, oculus pro oculo;*
& *anima* tandem *pro anima:* qui tot ani-
mas ſecularium exemplo inficiunt, vita
necant, moribus trudunt ad Tartara,
quot, quæſo, animarum Rei dicendi
ſunt? aut quam dabunt pro tot anima-
bus occiſis commutationem? Audien-
dus hic D. Cæſareus Arelatenſis *homil.*
53. *Omnis homo quantiſcunque exemplum
ſanctæ conuerſationis præbuerit eum tantis
& pro tantis ad præmia æterna perueniet:
&, è contra qui exemplum malæ vitæ, &
peruerſæ actionis oſtenderit, quantoſcunque
ſuis malis moribus ad iniqua opera prouoca-
uerit, cùm tantis, & pro tantis perpetua ſup-
plicia ſuſtinebit.*

Nemo tamen meo iudicio æquauit
ad intentum Magnum Gregorium, dum
ferit improbæ vitæ Sacerdotes celebri
illa, & formidabili ſententia: *Nullum,
puto*, inquit, *ab vllis maius præiudicium
tolerat Deus, quàm à Sacerdotalibus; quan-
do eos, quos ad aliorum correctionem poſuit,
dare de ſe exempla prauitatis cernit: quan-
do ipſi peccamus, qui compeſcere peccata de-
buimus.*

Sed contineo me manúmque, ſty-
lúmque moueo ad quæſtionem præfi-
xam: Verùm, ſcilicet, concubina Cleri-
ci debeat gaudere fori priuilegio, ad eum
duntaxat effectum, quòd per Iudicem
Eccleſiaſticum, quemadmodum & ipſe
Clericus, puniri debeat, non verò per
ſecularem.

Et quidem, ad ſumendam reſolutio- 10
nem libet, referre verba *text. in cap. Si
quiſquam Sacerdos 2. de cohabitatione Cle-
ricorum, & mulierum*, quæ ita ſe habent
Si quiſquam Sacerdos, id eſt, *Presbyter,
Diaconus*, vel *Subdiaconus de quacunque
fœmina crimine fornicationis ſuſpectus: poſt
primam, ſecundam, & tertiam admonitio-
nem inueniatur fabulari; & aliquo modo
conuerſari cum ea, excommunicationi ſub-
datur: ſœmina verò canonicè iudicetur, &c.*

Ex quibus finalibus verbis induci vi- 11
detur, quòd ad forum Eccleſiaſticum,
& non ad ſecularem pertinebit. Et licèt
Gloſſa *ibidem verbo, canonicè*, id expreſsè
non dicat, colligitur ex pœnis, quas fæ-
minæ imponendas eſſe, declarat, præ-
cipuè excommunicationis per *text. in
cap. Si concubinæ 55 de ſententia excom-* 12
municationis (de quo Antonius Ricciu-
lus *de iure perſonarum extra gremium Ec-
cleſiæ exiſtentium lib. 4. cap. 45. à n. 6. cum
ſequent.* Iulius Labor. *de iubilæo, & indul.
part. 2. cap. 21. n. 14. & 15.*) quæ imponi
non poteſt niſi per Eccleſiaſticum: ergo
cognitio ad eum pertinebit. Et quidem
prædicta verba Eugenij Papæ formali-
ter tranſcripta reperiuntur *in cap. Si quiſ-
piam diſtinct.* 81. & *ibidem* Gloſſa *verbo
Iudicetur*, expreſsè reſoluit ad Iudicem
Eccleſiaſticum pertinere; *ibi Nota,
quod ratione delicti mulier efficitur de foro
Eccleſiæ, &c.*

Præterea, idem colligitur *ex cap. eos* 13
*diſtinct. 32. ibi. Quòd ſi ab Epiſcopo com-
moniti non ſe correxerint, Principibus con-
cedimus indulgentiam, vt eorum ſœminas
mancipent ſeruituti, &c.* ergo, cum ex
indulgentia Sedis Apoſtolicæ punitio
Principibus permittatur ob negligen-
tiam Epiſcopi, ex eo eſt, quia talem iu-
riſdictionem ex ſua propria non habent,
vt aduertit *ibid.* Gloſſa *verbo, qui, eos verſ.
Sed illa, quæ nō eſt legitima, &c.* Et ita hanc
ſententiam defendit Marta plures alle-
gans, & varia exemplaria referens *in
tract. de iuriſd. part. 4. cent. 1. caſu 4. à
n. 7. cum ſeq.* quibus iunge accuratè, &
in ſpecie Decianum *tom. 2. criminalium
lib. 6. cap. 21. n. 37. & 38.* Beller. *diſqui-
ſit. Clerical. tit. de diſciplina Clericali* §. 15.
n. 67. Carolum de Graſſis *de effectibus
Clericatus effectu 1. n. 181.* Octauian. Vul-
pel. *in tract. de libertate Eccleſiæ part. 3.
n. 27.* Sayrum *in claui Regia lib 8. cap 2.
n.* 14. Et de hac materia, ac articulo
conſule

conſule Matienzum *in comment. ad lib. 5. recopilationis tit. 8. de ſucceſſionibus ab inteſtato l. 6. gloſſa 2. à num. 13. pag. mihi* 227. *colum.* 2. vbi varias concluſiones elicit cum diſtinctione caſuum, de quibus *infrà* dicemus Barboſa referens infinitos *de vniu. iure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 61. & in collect. ad text. in l. 2. cod. de Epiſc. & clericis, num.* 10.

14 Genuina autem, & principalis ratio prædictæ concluſionis, quæ aliàs amplectitur, & deduci poſſunt ex eis, quæ annotauimus *in præcedenti quæſt.* reſpectu laici fideiuſſoris Clerici) reducitur ad illud, quòd correlatiuorum eadem ratio, idémque ius operatur. *l. finali ff. de acceptilationibus. l. finali cod. de indicta vidui. tollenda cum vulgatis.*

15 Et ſimiliter, quòd diſpoſitio legis, ſtatuti, vel alterius decreti loquens de vno porrigitur ad aliud, cum quo ex re ipſa connexionem, & indiuiduitatem habet, vt plures referens tradit Barboſa *in tract. axiomat. vſu frequentium axiomat.* 61. *n.* 1. præcipuè, ſi vnum correlatium non poteſt exiſtere ſine altero, taliter quòd vno deſtructo ambo deſtruantur *l. Filio §. Matri ff. de adimendis legatis*, Bellet. *diſquiſ. Cleric. part.* 1. *tit. de exemptione Clericorum à ſtatutis laicalibus* §. 4. *num.* 5. *& 6. pag. mihi* 347. Giurba *deciſ.* 85. *n.* 20. Gratianus *tom. 5. diſcep forenſium cap.* 924. *num.* 2.

16 Et eſt regula generaliſſima, quòd lex, aut canon; ſeu ſtatutum diſponens in vno ex correlatiuis, idem diſponit, & operatur in altero *l. Qui condemnare ff de re iudicata, dicta l. finali cod. de indicta viduitate tollenda*, quæ per iura ita cum pluribus aduertit Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ gloſſ.* 50. *num.* 12. quibus iunge Menochium *conſil.* 136. *num.* 10. *&* 11.

17 Quod quidem adeò verùm eſt, ita vt, ſi vnus exprimatur, cenſeatur & ſit conſors expreſſus; cum igitur in Clerici concubina omnia prædicta concurrant, habeántque eandem cauſam correlatiuam, manifeſtè ſequitur, quòd ſicut omnino Iudex ſecularis non poteſt procedere contra Clericum concubinarium, ſic ſimiliter nec contra concubinam; cum in tali delicto ſint quaſi vna eadémque cauſa correlatiua, & indiuidua iuxta illud Pauli *epiſt. 1. ad Corinth. cap. 6. verſ.* 16. vt diximus *ſuprà num.* 5. *ibi. An neſcitis? quoniam qui adhæret meretrici vnum corpus efficitur? erunt enim* (inquit) *duo in carne vna, &c.* ergo videtur, quòd cognitio cauſæ reſpectu fori Eccleſiaſtici nequeat ſeparari; cùm influat pro principaliori, ſcilicet, ex Clerico. Et ita indiſtinctè tenet Ignatius Lopez de Salcedo *in ſua praxi criminali canonica cap. 79. verbo Concubinarij verſ. Concubina Clerici etiam coniugata, &c.* cui conſonat Belletus *diſquiſ. Clerical part. 1. tit. de fauore Clericorum reali* §. 4. *num.* 53. per hæc verba.

Concubinas verò Clericorum, ſiue fœminas, quæ ſunt cum clericis ſuſpectæ ſolus Iudex Eccleſiaſticus punire, & in eas animaduertere poteſt, eáſque expellere; è domibus eorundem clericorum eiſdem mulieribus inhibere ſub pœna fuſtium, vel aliis, de amplius cum clericis non habitando, ſeu conuerſando: non autem Iudex ſecularis hæc facere poteſt: nam ratione huius delicti huiuſmodi concubinæ efficiuntur de foro Eccleſiaſtico; & quia illæ peccant in Eccleſiam clerico turpiter inhærendo cap. Fraternitatis 34. diſtinct. cap. Presbyter 2. quæſt. 5. &c. 18 Hæc Belletus, qui ad probandum intentum allegat plures ex antiquioribus & Duardum *in comment. ad Bullam Cænæ Domini lib. 2. can. 15. quæſt. 27. numero* 17.

Et licèt prædicta ita de plano procedant, plures tamen D D. limitant, vt locum non habeant, ſi tales concubinæ clericorum ſint publicæ: tunc etenim reſoluunt poſſe Iudicem ſecularem illas punire, Bobadilla & infiniti ab eo relati *in politica lib. 2. cap. 17. numero* 54. *litera G.* plures penes Iulium Clarum *in praxi criminali §. finali quæſt. 37. numer.* 4. Latè Decianus *tom. 1. crimin. lib. 4. cap. 9. & tom. 2. lib. 6. cap. 21. numero* 37. copioſè Matienzo *vbi ſuprà in commentariis ad lib. 5. recopilationis tit. 8. de ſucceſſionibus ab inteſt. in dicta l. 6. numero 13. verſ. Prima concluſio numero* 14. vbi 19
num. 15. *&* 16. aduertit non ſufficere; 20
quòd Iudex laïcus inueniat Clericum in lecto cum concubina, etiam in loco ſuſpecto; ſi aliàs publicè non conſtet de concubinatu. Et *ibidem* aduertit Iudicibus, vt cautè procedant, & cum magna aduertentia, & cura ne decipiantur: & hanc limitationem præter *proximè* allegatos admittunt plures numero, & auctoritate grauiſſimi D D. licèt eam reprobent Abbas *in cap. cùm ſit generale num. 25. de foro competenti*, Iaſon *in l. penultima numero 17. de iuriſdictione omnium Iudicum* Palat. Rubius *in rubrica de donationibus inter virum, & vxorem* §. 39. *num* 37. quos refert, & ſequitur Barboſa

Barboſa *in collect. ad text. in cap. Si quiſpiam 2. de cohabitatione Clericorum, & mulierum numero 4. circa medium*, Marta, & alij *ſuprà* relati *numero* 13. indiſtinctè tenentes; quòd quomodocunque concubinatus Clerici fuerit, tam publicus, quàm occultus, concubina ſemper puniri debeat per Iudicem Eccleſiaſticum; non verò per ſecularem; vt cum pluribus defendit Barboſ. *de vniuerſ. iur. Eccleſiaſt. lib.* 10. *cap.* 39. §. 2. *num.* 61. *verſ. vnde non eſt.*

21 Qui quidem fundantur ex motiuis *ſuprà* relatis *à num* 10. *& ſequent.* Nam prætextus publicitatis ex cognitione Iudicis ſecularis aliquã, & non leuem infamiam irrogat Clericis; cùm ſaltem illorum nomina tanquam de conſortibus criminis ſubſcribenda ſint: ex quo reſultat dedecus non ſolùm perſonæ Clerici, ſed & toti ſtatui Eccleſiaſtico: quod quidem euitari debet propter reſpectum, & reuerentiam debitam Clericis, licèt dyſcolis. Et quod ſit publicus, vel non, concubinatus nihil ponit in eſſe quoad omnimodam repugnantiam, & incapacitatem, quam Iudices ſeculares habent in cauſis criminalibus Clericorum. Exinde oritur, quòd ſtatuta laïcorum contra concubinas Clericorum, etiam notorias non valeant, vt aduertit Felin. quem refert, & ſequitur Belletus *diſq. Cleric. p.* 1. *tit. de fam. Cleric. reali* §. 4. *num.* 54.

22 Quæ reſolutio confirmari poteſt ex eo, quòd Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *cap.* 8. *de reformat.* indiſtinctè Ordinario Eccleſiaſtico attribuit cognitionem, & punitionem concubinatus, etiam contra ſeculares: *ibi. Si poſtquam ab Ordinario etiam ex officio ter admoniti, &c.* & poſtmodum. *Quod ſi in concubinatu per annum, cenſuris neglectis, permanſerint, contra eos ab Ordinario ſeuerè pro qualitate criminis procedatur, &c.* Et ex finalibus verbis ipſius text. colligitur priuatiuè ad Ordinarium pertinere; cùm decernat, quòd ſi, pro executione ſententiæ, & adimplemento pœnæ, opus fuerit, poſſit inuocare brachium ſeculare: *ibi. Inuocato, ſi opus fuerit, brachio ſeculari, &c.*

23 Ex quibus colligitur, & ex iuribus *ſuprà* adductis *num.* 10. *& ſequent.* Tridentinum nullam diſtinctionem inſinuare quoad concubinas publicas, vel occultas, ſed omnino ad forum Eccleſiaſticum pertinere, etiamſi tales concubinarij eſſent laïci, & ex eo ſuccedit regula iuris ſtatuentis, quòd vbi lex, ſtatutum, ſeu Canon non diſtinguunt, nec nos diſtinguere debemus. *l. Non diſtinguendum, ff. de receptis Arbitris. l. Præſes ff. de officio Præſidis, cap. ſoluta de maioritate, & obedientia*, cum aliis pluribus adductis per Barboſam *in tract. axiomat. iuris vſu frequentium axiomat.* 134. *n.* 4. & exinde dicendum videtur, diſtinctionẽ non habere locum: & primã opinionem abſolutè affirmantem eſſe ſequendam.

Et quidem licèt ipſius fundamenta ſatis valida, & concludentia appareant, & conuincant; attamen non auderem improbare diſtinctionem *proximè* traditam quàm probabiliſſimam cenſeo, tum propter auctoritatem tot grauiſſimorum Doctorum, qui eam ſequuntur, tum propter ea, quæ reſultant in punitione delictorum. Et ideò in præſenti vt clariùs procedamus, conſtituo fallentias ſequẽtes, videlicet, quòd, ſi propter diuerſa accidentia, quæ occurrere ſolent, non poſſet Iudex Eccleſiaſticus punitionem exequi, imò violentiis, aut notoriis, & imminentibus periculis ſe exponeret, tunc Iudex ſecularis poterit punire tales concubinas Clericorũ, vt notauit Gloſſ. 1. *in cap. eos diſtinct.* 32. *ibi Sed ſi ipſe non ſufficiat, itur ad brachium ſeculare. vt hic dicitur, &c.* Et idem tenet Archidiaconus *ibid. n.* 1. & Carolus de Graſſis *de effectibus Clericatus effectu* 1. *n.* 950. optimè, & in ſpecie Belletus *diſq. Cler. p.* 1. *tit. de fauore Clericorum reali* §. 4. *n.* 54. *pag.* 266. 24 25

Hócque admittitur proptet bonum cummune, & quietem Reipublicæ, cujus ſummoperè intereſt, delicta non manere impunita. *l. Ita vulneratus* §. *quod ſi quis. verſ. Cum neque impunita ff. ad legem Achilleam. l. Congruit* 13. *ff. de officio Præſidis, cap. Vt famæ* 35. §. 1. *de ſententia excommunicationis*, cum aliis adductis per Barb. *in dicto tract. axiom. iuris vſu frequentium axiomat.* 68. *num.* 1. 26

Et exinde tales mulierculæ continebuntur formidine pœnæ, vt alias diximus *ſuprà quæſt.* 64. *n.* 33. *in fine*, quibus iunge Gloſſ. *in cap. Irrefragabili* 13. §. *cæterum, verbo. Metu pœnæ, de officio Ordinarij* ne talia committant, aut perpetrent. 27

Secundò limitari debet prædicta reſolutio, ſi Iudex Eccleſiaſticus eſſet negligens in punienda concubina; quia tunc ſecularis procedere poterit. *cap. Principes cum quatuor ſequentibus.* 26. *quæſt.* 5. Aretinus *in cap. Quam ſit generale de foro competenti*, quem cum aliis ſequitur Decianus *tom.* 2. *criminalium lib.* 6. *cap.* 21. *num.* 37. 28

num. 37. in fine. Hæc tamen limitatio ſubſtantanda eſt, vt procedat, facta prius admonitione, & requiſitione Iudici Eccleſiaſtico, vt talem delinquentem puniat; & ſi non efficiat, plectere poterit; vt aliàs pro regularibus delinquentibus extra clauſtra dixi, & probaui *in meo Paſt. Reg. part. 2. quæſt. 12. à n. 29. cum ſeq.* vbi late explanaui praxim procedendi in ſimilibus caſibus.

29 Tertia limitatio erit, quòd, ſi concubina ſit ſecreta, non poterit Iudex laicus aliquid contra eam efficere, ſed ad Eccleſiaſticum priuatiuè pertinebit modis *ſuprà* conſtitutis, ſecus autem ſi ſit publica, & patens, taliter, quòd concubinatus eſſet notorius notorietate facti continui (vt dicemus *infrà*) Et ita Ægidius Boſius *in tract. criminali ſub tit. de coitu damn. & puni bili n. 15. & 18.* intelligit Abbatem *in cap. Vt Clericorum de vita, & honeſtate Clericorum*; & concludunt alij *ſuprà* allegati: & iuxta prædictas limitationes reſoluit Belletus *vbi ſuprà in dicto tit. de fauore Clericorum reali* §. 4. *n.* 54. procedere, quod docuit Boërius *deciſ.* 53.

30 Quarta limitatio ſuccedit, vt nequeat Iudex laïcus exercere iuriſdictionem contra concubinam Clerici, ſiue occultam, ſiue publicam, ſi in ipſius domo ſit retenta, & extra illam aliud domicilium, vel habitationem non habuerit, vel habeat; nam ratione loci ad Iudicem Eccleſiaſticum pertinebit cogni-
31 tio, & punitio delicti. Et conſultò dixi, *ratione loci*; nam ſicut certiſſimum eſt non poſſe ſecularem contra Clericum concubinarium, vel alio delicto irretitum aliquem actum criminalem exequi in illius perſonam, etiam de conſenſu Epiſcopi, vt cum pluribus reſoluit Carolus de Graſſis *de effectibus Clericatus effectu 1. à numero* 652. ſic nec contra concubinam in ſua domo retentam.

32 Nam valeat argumentum de loco ad perſonam, ita vt ille in hanc influat *Cap. Peruenit, Cap. Cum Eccleſia de immunitate Eccleſiarum* cum aliis per Barboſ. *in tract. locorum communium loco* 65. *n.* 1. & *loco* 83. *n.* 2.

33 Sicut & etiam argui poteſt de toto ad partem *l. Quæ de toto ff. de rei vendicatione*, Barboſa *vbi proximè loco* 114. *num.* 1. Cùm igitur dicta concubina, tam publica, quàm occulta ſit pars talis domus Clerici, ſequitur, quòd conceſſum eidem etiam attribuitur illi ſub prætextu immunitatis loci, & perſonæ.

Quæ quidem licèt ita ſe habeant, 34
pro vero intellectu inquirendum eſt, quæ dicantur publicæ concubinæ ad prædictum effectum, ne Iudices ſeculares excedant vltra id, quod ipſis eſt permiſſum, & ideò in præſenti id annotare volui cum ex variis capitibus colligi poſſit. Et primò notandum eſt, quòd notorium, aut publicum, quatenus occulto opponitur; dupliciter conſideratur: aliud namque eſt iuris, & & ita dicitur, quia in ſe habet probationem indubitatam nulla egentem diſcuſſione: aliud eſt facti, quod reſultat ex indubitata probatione facti exhibita oculis hominum, aut maioris partis viciniæ, ſeu loci, ita vt nulla tergiuerſatione celari, aut obnebulari poſſit: vt cum pluribus dixi *in meo tract. fori conſcientiæ*, ſiue *Paſtor. interno tract. 1. quæſt. 2. n. 11.* quibus adde, & videre poteris Barboſam *in Paſtor. part. 3. allegat.* 106 *num.* 24. & 25. vbi de hoc articulo accuratè agit.

Quo ſuppoſito, dubium inſurgit; 35
quodnam notorium, & publicitas requiratur ad effectum, vt ſecularis procedere valeat contra concubinam notoriam, & publicam Clerici extra ipſius domum exiſtentem. Et dicendum eſt, ſufficere notorium facti, & non eſſe neceſſariam notorietatem iuris: quod quidem variis modis, & probationibus qualificatur, vt copioſè diſtinguit Gloſſa *in cap. veſtra 7. verbo. Notorium de cohabitatione Clericorum, & mulierum.*

Primò enim notorium inducit confeſ- 36
ſio Clerici, & concubinæ; cùm ex ea publicitas & manifeſta probatio oriatur *Cap. Veſtra. Cap. Tua nos. Cap. Finali de cohabitatione Clericorum, & mulierum. Cap. Olim de verborum ſignificatione*, & plures referens Farinatius *in praxi criminali tom. 1. quæſt. 21. n. 31.*

Secundò, ſi concubina, vt talis, per 37
ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici fuiſſet declarata: nam ſententia facit rem notoriam. *l. Emptorem in principio ff. de actionibus empti, dicto cap. Veſtra de cohabitatione Clericorum*, Menochius *de recuperanda poſſeſſione remedio 1. n. 233. in fine*, Farinatius *vbi proximè n.* 35. Gratian. *tom. 1. diſcep. foren. cap. 142. n. 10.*

Tertiò, ſi proceſſus fuerit fulmina- 38
tus, & ex actis reſultet plena, & concludens probatio: illi namque rem notoriam, & publicam inducunt. *Cap. Cùm olim*, vbi Abbas *num. 3. de verborum ſignificatione cap. penultimo in principio de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis* cum aliis adductis

duɫtis per Menochium *vbi proximè in dicto remedio* 1. *n.* 23. & *de arbitrariis caſu* 166. *n.* 6. & plures referens Farinatius *in dicta quaſt.* 21. *n.* 14.

39 Quartò ſi conſtet per rei euidentiam quæ nulla tergiuerſatione celari poſſit, vt expreſsè colligitur *ex dicto cap. veſtra*, & *capite: Tua nos de cohabitatione Clericorum, & mulierum*, Bernardus Diaz *in praxi criminali canonica, verbo, Concubinarij cap.* 79. *num.* 3. latè Barboſa *in paſtorali part.* 2. *allegat.* 39. *à numero* 20. *cum ſequent.*

40 Quæ omnia accuratè congeſſit Tyberius Decianus *in dicto tract. criminali tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 21. *num.* 9. vbi in ſpecie agit de notorietate, & publicitate probationis concubinatus, & eo cum aliis allegato Farinatius *tom.* 4. *de delictis carnis quaſt.* 138. *num.* 86.

41 Prædictus autem Decianus addit aliud notorium quoad publicitatem concubinatus, videlicet, ſi Clericus mulierem ſuſpectam domi retineat, & monitus per ſuum Superiorem ipſam non expellat; ad quod probandum allegat decretum Concilij Baſilienſis *ſeſſ.* 20. de quo copiosè mentionem facit Bernardus Diaz *vbi proximè in dicto c.* 79. *n.* 1. *verſ. Quando autem dicatur* &c. & *n.* 2. *circa medium litera. E. verſ. Necnon quod huiusmodi* &c.

42 Et certè ſi aliunde notorietas, vel publicitas non reſultet ex modis *ſuprà* adductis, non exiſtimo, quòd Iudex ſecularis poſſit procedere contra talem concubinam domi retentam propter ſolam monitionem Clerico factam per ſuum Superiorem iuxta ea, quæ diximus *ſuprà num.* 30. Hoc enim influit, vt ipſe Iudex Eccleſiaſticus ſeueriùs puniat illam, & clericum pœnis comminatis contra publicos concubinarios, quæ quidem grauiores ſunt, quàm illæ, quæ occultis infliguntur: & hoc propter inobedientiam, temeritatem, & audaciam in re tam graui non parendi. Publicum enim dici non poteſt etiamſi ab aliquibus paucis, veluti à tribus, vel quatuor ſciatur; ſi aliàs in iudicium non deducatur vt cum pluribus reſoluit Barboſa *in dicta allegatione* 39. *num.* 25. ergo ex ſola monitione, etiamſi prædicta notitia ad paucos perueniat, ſi ab aliis communiter ſit ignorata, non erit ſufficiens, vt

43 ſecularis procedere valeat, qui totaliter excludendus eſt, quando talis concubinatus eſt occultus, vt diximus *ſuprà*: qui quidem ita qualificari debent iuxta ea,

quæ lato calamo congeſſit Barboſa *in allegat. num.* 20. *& ſequent.* vbi ex profeſſo agit cum pluribus diſtinctionibus, quando dicatur occultum; apud quem videre poteris, ne vlteriùs immoremur, cùm conciſioni, ac breuitati conſulamus, & addere poteris, quæ *in quaſt ſequenti* annotabimus.

QVÆSTIO LXXXVIII.

Concubina Canonici Eccleſiæ Cathedralis gaudentis priuilegio Adiunctorum an poſſit puniri per ſolum Epiſcopum, ſed ſimul fieri debeat cum illis?

SVMMARIVM.

Concubina Canonici Eccleſia Cathedralis gaudentis priuilegio Adiunctorum non poteſt per ſolum Epiſcopum puniri, ſed ſimul cum illis. n. 2.

Epiſcopus non poteſt criminaliter, procedere contra Canonicos ſua Cathedralis habentis priuilegium Adiunctorum ſine iſtis. n. 2. *&* 3.

Priuilegium Adiunctorum conceſſum Canonicis Cathedralis in criminalibus prorogari debet ad conſortem delicti indiuidui, vt in concubinatu. n. 3. *&* 4. *ſed contra. num.* 5. & ſeq.

Concubinatus pœnam vt clericus incurrat, pracedere debet monitio. n. 5. *intellige vt num.* 6.

Canonicus Eccleſia Cathedralis monitus per Epiſcopum, vt concubinam dimittat, ſi renuat efficere, poterit ſolus Epiſcopus ſine Adiunctis punire illam n. 6. *ſecus autem ante monitionem. n.* 7.

Concubina Clerici ſemper eſt de Iuriſdictione Eccleſiaſtica à qua puniri debet. n. 7.

Status Eccleſia etſi mutetur, non tamen cenſetur mutata eius ſubiectio. n. 8.

Erectio Eccleſia in Collegialem cenſetur facta ſine praiudicio alteriùs, ſi aliter in Bulla non caueatur. n. 9.

Priuilegia realia conceſſa Eccleſia tranſeunt in aliam, cui tranſlata fuerit, ſi ſint realia; ſecus autem ſi perſonalia. n. 10.

Eccleſia ſi ſit in aliam tranſlata, vel vnita transfert omnia priuilegia realia, qua ipſa habebat, non autem perſonalia. num. 10.

Priuilegium Adiunctorum conceſſum Eccleſiis Cathedralibus eſt perſonale, reſtrictum ad Canonicos capitulares, ſed non vltra. n.11.

Epiſcopus ſolus punire debet quaſcumque concubinas Clericorum. n.12. & ſeq.

Concubina fit vna caro cum conſorte, & è contra. n.13. & 14.

Exemptio Iuriſdictionis, aut ipſius priuilegium non præſumitur, ſi in ſpecie non probetur. n.13. & 14.

Iuriſdictioni Epiſcopi ſtandum eſt, donec expreſſè de priuilegio exemptionis non doceatur. n.15.

Priuilegium Adiunctorum pro puniendis delictis Canonicorum Eccleſiæ Cathedralis non habet locum in Eccleſiis, in quibus Epiſcopi habent maiorem poteſtatem, aut Iuriſdictionem, quàm in Tridentino illis attribuitur. numero 16. & 17. cum ſequent.

Caſus non expreſſus, ſed exceptuatus firmat regulam in contrarium. n.18.

Exceptus caſus regulæ eam non ampliat, ſed reſtringit ad alios non expreſſos. numero 19.

Confirmatio priuilegij, vel ulterius diſpoſitionis cum clauſula, ex certa ſcientia, *inſtuit in confirmationem, vt ſit cum eadem clauſula, etiamſi illius tenor non narretur. num. 20. quod limita in diſpoſitionibus minus licitis, & honeſtis. num. 21.*

Concubina Canonici Eccleſiæ Cathedralis gaudentis priuilegio Adiunctorum non poteſt per ſolum Epiſcopum puniri ſine illis, ſi ſit occulta, & in eius domo retenta; vel ſi contra illum directè aliquid ſit agendum; ſecus autem ſi mulier ſit extra domum, & concubinatus publicus. numero 22. & 23.

Delinquens ſimul cum Clerico non impedit, quòd quilibet per ſuum Iudicem puniatur. num. 24.

Laïcus æqualiter delinquens cum Clerico ex eo nulla ei immunitas attribuitur, vt Iudex ſæcularis nequeat illam punire. num. 24.

1 HÆc quæſtio conſona eſt, valdéque germana, ac pars, & ſequela præcedentis, licèt aliàs ab aliquo non ſolùm extenſam, verùm nec incidenter elaboratam reperiam. Enim verò ſummâ curâ, ſtudio, & diligentiâ legi, & perlegi Doctores, qui de materia concubinatus egeront, vt mihi lucem aliquam afferre, viámque aperire poſſent & nec inueni aliquem, qui licèt incidenter, verbum aliquod proferret. Sed cum in aures meas perueniſſet caſus dubitationis propoſitæ, anſam mihi præbuit., cùm ſatis practicabilis exiſtat (vtinam non ita ſit) in animo habui illam extendere, & ante tuos oculos offerre, tanquam ex meo paruo iudicio exarata, & tuo ſubiecta.

In primis narrabo tibi caſum, qui in quadam Hiſpaniæ Ciuitate (vbi Cathedralis Eccleſia ſita reperitur gaudens priuilegio Adiunctorum) euenit, quemdam Canonicum ipſius domi fouere mulierculam famæ non bonæ, per quam palam, & publicè traducebatur in circulis, & peſſimè audiebat. Ei malo obviam iturus Epiſcopus, inſcio, nec ante monito Canonico (ne ſi contra illum publicè quidquam moueret, cogeretur aduocare Adiunctos ad punitionem iuxta præſcriptum Tridentini *ſeſſ.6. cap.4.* & *ſeſſ.25. cap.6. de reformat.*) fœminam de concubinatu palam, ſeruatiſque de iure ſeruandis, conuictam, comprehensámque extra Domini ædes in omnium oculis ad Epiſcopales carceres deduci iubet.

Ægrè id tulit Canonicus cenſuitque eo facto non ſibi modò, ſed toti cœtui, & Capitulo factam ab Epiſcopo iniuriam; quippe qui non poſſet mulierem (vt vocant) captionare, aut proceſſum contra eam efformare abſque Adiunctis à Concilio deſignatis ob delictum inſeparabiliter duos attingens, ſe ſcilicet & mulierculam.

Ex qua germanitate, & quaſi identitate delicti fiebat, ignominiam mulieris eſſe, & Canonici: ex quo prætendebat Canonicus, non proceſſiſſe Epiſcopum, vt Iudicem, ſed egiſſe priuati hominis perſonam, ac nulliter, & de facto propter inobſeruatum iuris ordinem reſultantem ex priuilegio Adiunctorum.

Quare ad Tribunalia ſecularia recurſum habuit, ſub prætextu repellendi vim, quam ſibi, & pellici factam ab Epiſcopo clamabat Canonicus: Sed cùm nouum id & inſolens omnibus videretur, rem adeo turpem, & fœdam, ac ſacratiſſimo ſtatui inſigniter contumelioſam in publicum, imò in profanum ius deduci, Chriſtianum, & politicum viſum fuit non vltra progredi, ſed mulierculam aliò amandare, prout factum fuit cum bono exitu; nam Epiſcopus, eo facto, vltrà non proceſſit, & Canonicus melioris vitæ exemplo

pristinam

priſtinam morum licentiam, & corruptelam abſterſit, iiſque ita reſtricta fuit, nec nouis inſtantiis accenſa ad effectum iuridicæ deciſionis, & ſententiæ. Vnde ad præſentis quæſtionis materiam, & ſolidam reſolutionem iuuaremur, aliquidque mendicaremus: accipe ergo (candide lector) quod ex meo tenui iudicio aſſequi, & perquirere potui.

2 Et videtur dicendum, non poſſe Epiſcopum ſolum procedere contra talem concubinam ſine Adiunctis per ea, quæ ponderauimus *in quaſt. anteeedenti de vnitate, & inſeparabilitate delicti*: ex quo ſequitur, quod ex tali inchoatione, & cognitione cauſæ iudicialiter contra concubinam intentatæ reſultat aliquod genus infamiæ, & dedecoris in Canonico iuxta text. *in cap. finali de cohabitatione Clericorum, & mulierum*; & notat noſter Sarauia *in tract. de Adiunctis, quaſt.* 20. *num.* 9. (licèt non loquatur in ſpecie in noſtro caſu) Quod quidem voluit euitare diſpoſitio Conciliaris Tridentini *in dicto cap.* 6. *ſeſſ.* 25. decernendo, quòd

3 extra viſitationem nequeat Epiſcopus procedere criminaliter contra Canonicum, tam in efformatione proceſſus, quàm in cæteris omnibus actibus reſultantibus eo vſque ad vltimum terminum cauſæ ſine Adiunctis; & conſequenter ſequitur, quòd licèt inſtantia accuſationis Concubinæ immediatè, & directè non tendat contra Canonicum; indirectè tamen, & mediatè illa contra ipſum dirigitur.

4 Enim verò vt de corpore delicti conſtet præciſè conſors ſpecificandus eſt; & ideo comprehenſus apparebit in cauſa criminali, ex indiuiduitate criminis, ex quo & ex adductis *in quaſt. antecedenti à num.* 14. *cum pluribus ſeq.* dicendum videtur, ſolum Epiſcopum ſine Adiunctis eſſe Iudicem incompetentem, nec poſſe procedere ad puniendam concubinam Canonici, non per eam (abſolutè loquendo) ſed ex illo, qui criminaliter coram Epiſcopo ſine Adiunctis puniri non poteſt.

5 His tamen non obſtantibus, cum diſtinctione caſuum contrarium tenendum iudico: & primo ſupponendum eſt, quod vt incurrantur pœnæ ſtatutæ in iure contra concubinarios Clericos, neceſſarium eſt, quod monitio Epiſcopi præcedat, vt aduertit Sarauia *in dicto tract. de Adiunctis qu. eſt.* 20. *n.* 5. vbi allegat Grilenz: *conſil.* 19. quibus iunge Farinatium plura cumulans *tom.* 4. *q.* 138. *part.* 2. *n.* 81. vbi in fine concludit cum Abbate, & aliis allegatis per Bernardum Diaz *in ſua praxi criminali cap.* 79. *num.* 2.

6 qui alios refert, quòd ſi concubinatus ſit publicus, poſſit Epiſcopus procedere contra Clericum, etiam ſine monitione; ſecus autem ſi ſit occultus: quia tam ex Bulla Leonis X. quàm ex diſpoſitione Tridentini moneri debet. Ex qua doctrina infero, quòd ſi Concubinatius Canonicus occultus, monitus non fuerit, nec ſimiliter concubina, non poterit contra hanc vel illum Epiſcopus procedere ſine monitione: at verò ſi vellet ad actus Iudiciales tranſire, tenetur id efficere, non per ſe ſolum, ſed cum Adiunctis: quia tunc propter delictum occultum, eiuſque ignorantiam æqua lance 7 videtur denigrari reputationem Canonici, cui ſaltem debitè, & iuſtiſſimè interpellari, & aduerti debet; at ſi, eo non obſtante, perſeueret, nec illam dimittat, ei imputandum eſt, quòd poſtmodum ſequatur ipſius dedecus: ſua namque temeritas Epiſcopo non poteſt auferre iuriſdictionem, quam iure ordinario erga concubinam habet; aliàs ſua Iuriſdictio limitationem, & detrimentum reciperet, cùm Clerici concubina, vt talis, ſemper remaneat illi ſubiecta, vt latè probauimus *in quaſt. antecedenti*: ergo ratione connexionis delicti perpetrati cum canonico ſemper Epiſcopus procedere poterit contra illam.

8 Argumento ſumpto ex eo, quòd in materia Iuriſdictionis tradunt communiter Doctores, videlicet, quòd & ſi ſtatus Eccleſiæ mutetur, non tamen mutatur eius ſubiectio, vt expreſſè deciditur *in Extrauagantis Ad Apoſtolatus noſtri, Ioannis XXII. ſub tit. de conceſſione prabenda*: *ibi. Quia igitur intentionis noſtra non extitit, nec exiſtit per di-* 9 *uiſionem Epiſcopatuum, Eccleſiarum, à quibus diuiſiones facta ſunt* &c. *velle aliquatenus derogare* &c. Innocentius, & alij *in cap.* 2. *verſ. Monialium, & de capellis Monachorum*, & in ſpecie Panormitan. *in capite Dilectus numero* 9. *eodem tit.* Rebuffus *in praxi ſub tit. de erectione in Collegiatam verſ. Et in hac erectione &c. ibi. Et ha erectiones fieri cenſentur ſine praiudicio alicuius extra expreſſa in Bulla* &c. de quo latè frater meus D. Michaël Antonius Frances de Vrrutigoyti *in ſuo tract. de Eccleſiis Cathedralibus ſub tit. de vnione capite* 8. *à numero* 80. *cum ſequent.* & *num.* 138. & 143.

ergo ſic ſimiliter argumentari poteſt, quòd etſi aliquo modo talis concubinatus mutet illam qualitatem ſtatus Canonicalis conſortis, non tamen ſubiectio concubinæ mutari poteſt,quæ aliàs Epiſcopo pertinet: cùm in Tridentino non caueatur, ſed ſolùm indiuidualiter, & expreſsè de Canonicorum perſonis fiat mentio.

10 Quæ quidem conſideratio roborari poteſt *ex celebri conſilio Oldradi* 176. incipiente. *Quod Domino Epiſcopo* &c.vbi diſputat: an ſi aliquis prioratus fiat Eccleſia Cathedralis remaneant priuilegia, & iura Epiſcopo ibi præfecto,*& numero* 1.*cum ſeq*. reſoluit, quòd ſi priuilegia magis concernant rem,quàm perſonam, tunc non amittuntur priuilegia prima,
11 niſi expreſsè caueatur de perdendo; at verò, ſi tantùm ad perſonam tenderent; nullatenus transferri, aut communicari ad alium. Et ad hanc reſolutionem probandam plura cumulat, quæ penes ipſum videre poteris, & penes fratrem meum *vbi ſuprà dicto numero* 138. & 139. & 43. & 44.

12 Ex cuius doctrina ad noſtrum intentum infero, negari non poſſe priuilegium Adiunctorum eſſe perſonale, tanquam reſtrictum ad perſonas tantùm Canonicorum, aut Capitularium, & non vltra; ergo ad aliud transferri, & communicari non poteſt, & conſequenter nec ad concubinam, quæ cùm ſpecialiter in Tridentino non ſit comprehenſa, remanet in diſpoſitione iuris, quod quidem Iuriſdictionem Epiſcopo attribuit ad puniendos concubinarios, tam Eccleſiaſticos, quàm ſeculares non habentes ſpecialem exemptionem,vt latè probauimus *in quæſt. antecedenti.*

13 Nec prædictis obſtat, hoc locum habere poſſe in aliis delictis, quæ non habeant connexitatem indiuiduam, ſicut concubinatus, ex qua cauſa vna,eademque perſona in hoc delicto conſideratur; vt ex D. Paulo diximus *in quæſt. antecedenti à n.* 14.*cum ſeq*. & exinde quoad concubinatum *ſuperius* ponderata non officere.

14 Nam reſpondetur exemptionem, & priuilegium Adiunctorum non diminui ex punitione concubinæ facta per Epiſcopum:illud enim tantùm reſpicit perſonas Canonicorum, non verò eiſdem adhærentia, & præcipuè tendit ad illas, non verò ad alios delinquentes quoad perpetrationem ſcelerum, etiam inſeparatorum, & correſpectiuorum ad vnum; cùm exemptio nullatenus admitti, aut præſumi poſſit, nec aliud quodlibet priuilegium (præcipuè in Iuriſdictionalibus) ſi in ſpecie per ſcripturas non probetur illam attribuentes, vt per Rotam *in Spoletana beneficiorum* 31. Ianuarij 1594. coram Lanceloto, quam reperies *in nouiter nouiſſimarum* Farinatij *deciſ.* 631. *numero* 3. alios allegat, quibus iunge Beraſſum *deciſ.* 328. *numero* 2. *part.* 1.

15 Et cùm ſemper ſtandum ſit pro Epiſcopi Iuriſdictione, donec expreſsè de contrario non doceatur. Rolandus *conſ.* 89. *num.* 35.Seraphinus *tom.* 2.*deciſ.* 1449. *num.* 1.*& ſeq.* Exinde oritur, quòd Epiſcopus poteſt procedere in vim ſuæ ordinariæ Iuriſdictionis contra allegantem exemptionem, etiamſi non ſit actu in eius exercitio: fortaſſe quia caſus non euenit, ſi allegans exemptionem, eam non probet ex conſuetudine legitima, vel priuilegio authentico: vt expreſsè declarauit Rota *in Salmantina Iuriſdictionis* 18. Aprilis 1581. coram Cantuccio, & habetur impreſſa *part.* 2. *diuerſorum deciſ.* 145. *num.* 6. ergo cùm ex ſe Epiſcopus hoc habeat, nec in iure, aut ex alio priuilegio, aut conſuetudine reperiatur attributum concubinis priuilegium Adiunctorum, nihil ponit in eſſe inſeparabilitas, aut indiuiduitas delicti, vt concubinæ faueat in præiudicium Iuriſdictionis ordinariæ,& propriæ Epiſcopi.

16 Quæ quidem omnia clariora fient, ſi verba Tridentini attentè perpendantur, vbi poſtquam *in dicta ſeſſ.* 25. *cap.* 6. præſcripſit formam procedendi cum Adiunctis in criminalibus contra Canonicos Cathedralis, in calce ita concludit. *Hæc autem omnia, & ſingula in iis Eccleſiis locum non habeant, in quibus Epiſcopi, aut eorum vicarij ex conſtitutionibus, vel priuilegiis, aut conſuetudinibus, ſiue concordiis, ſeu quocunque alio iure maiorem habeant poteſtatem, auctoritatem, ac Iuriſdictionem, quam præſenti Decreto ſit comprehenſum, quibus Sancta Synodus derogare non intendit* &c.

17 Ex qua clauſula colligitur, Concilium velle, ſimúlque proteſtari non eſſe ſuæ intentionis nec diſpoſitionis detrahere, & qualitercunque diminuere Iuriſdictionem, & auctoritatem Epiſcopis acquiſitam præter illam, quam *ibidem* ſpecificat;non verò vltra,vt

multoties

multoties intellexit, & declarauit Rota
in terminis dicti cap. 6. vt videre poteris
part. 1. diuerſorum deciſ. 143. *ferè per to-*
tam, & *parte* 2. *deciſ.* 305. & *deciſ.*
321. quas omnino videbis: nam in
ſpecie hanc propoſitionem conclu-
dunt, quibus iunge Seraphinum *de-*
ciſ. 493.

18 Cùm igitur Epiſcopus habeat Iuriſ-
dictionem in tali concubina, nec per
decretum Tridentiui ex illa ſit exce-
ptuata, ſequitur, quòd illud accidens
connexitatis delicti non poteſt Epiſco-
po tollere, quod Concilium eidem
præſeruauit in omnibus aliis cauſis, ni-
ſi ſpecificè tantùm in criminalibus con-
tra Canonicos, & præter ipſos omne
aliud remanere debet in ſuo robore,
19 provt de iure per regulam: *Quod caſus*
non expreſſus, ſed exceptus firmat regu-
lam in contrarium l. Nam quod liquidè
§. finali ff. de penu legata l. Quæſitum
§. Idem reſpondit vbi Gloſſa *verbo. Non*
poteſt, ff. de fundo inſtructo cum vulga-
tis. Imò illam non ampliat ſed reſtrin-
git quoad omnes alios caſus præter ex-
ceptuatos, vt plura cumulans tra-
dit Barboſa *in tract. axiom. vſu frequen-*
tium axiomat. 55. *numero* 4. ergo cùm
Canonici tantum nominentur, & ſit
intentum Concilij nihil detrahere de
Iuriſdictione Epiſcoporum præter *ibi*
expreſſa, cæteræ omnes perſonæ præ-
ter nominatas excluſæ remanebunt; aliàs
declaratio, & proteſtatio S. Synodi no-
lentis reſtringere, vel limitare Iuriſdi-
ctionem Epiſcoporum eluſoria exiſte-
ret: & ſatis clarè apparet detrimentum,
& diminutio Iuriſdictionis, ſi Epiſco-
pi adſtringerentur procedere contra ta-
lem concubinam ligatis manibus cum
Adiunctis. Et colligitur ex his, quæ
aliàs declarauit Rota *in vna Montis Re-*
galis Iuriſdictionis 8. Martij 1604. coram
Coccino, quam impreſſam reperies *in*
nouiter nouiſſimarum Farinatij deciſ. 770.
quam videbis, nam apprimè facit ad
intentum.

20 Præterea ponderari poteſt, quod
confirmatio priuilegij, ſeu ſtatuti, vel
alterius diſpoſitionis à Principe facta
cum clauſula, *ex certa ſcientia*, facta in
confirmationem alterius priuilegij,
cenſetur attributa cum illa, etiamſi
illius tenor non narretur; vt cum plu-
ribus declarauit Rota coram Cantuc-
cio, & habetur *in impreſſis diuerſorum*
21 *part.* 2. *deciſ.* 36. *numero* 5. quod qui-
dem non habet locum quoad priuile-
gia, ſtatuta, aut alias diſpoſitiones in-
honeſtas, & illicitas perſonarum, ſeu
rerum: nam in iſtis confirmatio nihil
operatur, etiamſi ſit cum clauſula, *ex*
certa ſcientia, nec in ea comprehenden-
tur; vt reſoluunt Alexander *conſil.* 59.
numero 14. & 15. quem cum aliis ſequi-
tur Rolandus *conſil.* 29. *numero* 32. ergo
à ſimili dicere poſſumus, quòd licèt
Concilium attribuat priuilegium Ad-
iunctorum Canonicis in criminalibus,
non debeat extendi, nec cenſeantur
comprehenſæ mulieres inhoneſtæ, nec
alij delinquentes illorum conſortes in
perpetratione delictorum, etiamſi aliàs
reſultet connexitas *ſuperiùs* pondera-
ta. Plura alia fundamenta ſimilia cu-
mulare poſſemus, quæ conſultò omit-
timus, ne latiùs, quam par eſt, immo-
remur.

Et concludendo circa hunc articu- 22
lum cenſeo, quòd ſi concubina ſit occul-
ta, & retenta domi Canonici, taliter,
quòd directè contra ipſum aliquid ſit 23
agendum, vel actitandum, tunc non
poſſe ſolum Epiſcopum illud exequi
reſpectiuè quoad concubinam ſine
Adiunctis: & hoc quidem ſpecialiter
non propter eam, ſed propter illud
tendens in perſonam ipſius Canonici:
at verò ſi muliercula commoretur ex-
tra domum, ſitque publicus concubina-
tus cum circunſtantiis *ſuprà* ponde-
ratis, tunc dicendum eſt, poſſe Epiſco-
pum ſolum procedere ſine Adiunctis ad
punitionem concubinæ propter funda-
menta nuper adducta, & *in quæſt. ante-*
cedenti.

Et cum hac diſtinctione ſatisfit ad 24
ea, quæ ponderauimus *ſuprà à nume-*
ro 8. *& ſequent.* Nam licèt delictum,
videatur indiuiduum, non tamen ſunt
perſonæ, quæ illud perpetrarunt; &
conſequenter eſt compatibile, quòd
punitio fiat diuerſimodè. Enim verò
ſi Canonicus eſſet conſors cum laïco
alicuius grauis delicti, qui cum ipſo
illud commiſit, & talis laïcus captus
fuiſſet per ſuum legitimum Iudicem ſe-
cularem, & ad ſubſtantiandum cor-
pus ſceleris, vel probationem eruen-
dam opus eſſet, nec aliter ad con-
cluſionem cauſæ deueniri poſſet, quin
ſpecificè Canonici perſona nominare-
tur, tanquam inſeparabilis conſors;
quis vnquam excogitare, aut dicere
auderet frui poſſe priuilegio immuni-
tatis, ex eo, quòd Clericus fuit cum
eo particeps connexus, & vniuocus

delicti ; ergo eodem modo dicendum eſt de Concubina reſpectu Canonici, videlicet, poſſe à ſolo Epiſcopo puniri ſine Adiunctis iuxta formam *ſuprà* explanatam, ſaluo meliori iudicio.

QVÆSTIO LXXXIX.

Clericus, ſiue Regularis committens delictum, & ad Eccleſiam confugiens an gaudeat eius immunitate, taliter, quòd per ſuum Iudicem extrahi nequeat?

SVMMARIVM.

Clericus confugiens ad Eccleſiam propter delicta ab ipſo commiſſa non gaudet eius immunitate, ſed per ſuum Iudicem poteſt ab illa extrahi. n. 3. contra. n.4. & ſeq. *intellige vt n. 5. & 8.*

Immunitate Eccleſiæ gaudere debent Clerici, & Religioſi confugientes ad illam propter aliqua delicta.n.4.& 7.licèt aliud ſit de conſuetudine.n.8.

Clerici quoad priuilegium immunitatis Eccleſiæ non debent eſſe peioris conditionis, quàm laici, & ideò æqualiter influit priuilegium. n.4.

Clericus confugiens ad Eccleſiam animo gaudendi eius immunitate, ei prodeſt, nec extrahi poteſt, ſecus ſi fiat, ex aliquo alio motiuo n. 5.

Immunitas Eccleſiæ ex eo attribuitur, confugientibus ad illam propter cultum, & reuerentiam, quæ eidem debetur. numero 6.

Clerici confugientes ad Eccleſiam non gaudent illius immunitate ex vniuerſali conſuetudine. n. 7. & 8. cum ſeq.

Immunitate Eccleſiæ non gaudet Clericus confugiens ad eam propter delicta ex antiqua conſuetudine Aragoniæ, aliarúmque Prouinciarum, imò ex vniuerſali praxi totius Eccleſiæ. numero 9. & 10.

Regulares confugientes ad Eccleſiam pro imploranda eius immunitate poſſunt extrahi per ſuos Superiores, & puniri ex conſuetudine. n.11.

Immunitas Eccleſiæ non prodeſt Regularibus ad illam confugientibus propter aliqua delicta. n. 11. & 12.

Scholares Salmanticenſes confugientes ad Eccleſiam propter aliqua delicta non gaudent eius immunitate, ſed per Magiſtrum Scholæ poſſunt ab illa extrahi. numero 12.

Conſuetudo extrahendi Clericos, & Regulares ab Eccleſiis, ad quas confugerunt pro illarum immunitate eſt legitima, nec indiget aliqua ſpeciali approbatione Summi Pontificis. num.12. & 13.

HVius quæſtionis materia ſatis prolixa, & diffuſa reperitur inter DD. qui quidem in eius reſolutione non minùs diſcordantes, ac contrarij exiſtunt: & quidem cùm tot numero excogitata, & extenſa apud illos reperiantur, poteram eam omittere; verùm cùm opus ſit ſaltem remiſſiuè, & epilogatè omnia rangere, ideò in præſenti decreui eo pacto in medium proponere. 1

Cùm igitur accuratè, & laborioſè cōgeſſerit D. Michaël Cortiada quidquid diuerſitate DD. in eius reſolutione diſperſum reperitur, ideo re remitto, vt videre poſſis ipſum *in ſua praxi contentionum tom.2. deciſ. 91. per totum*, qui longiſſimam collectaneam DD. (prout aſſueſcit) pro qualibet opinione congerit. 2

Enim verò aliqui DD. indiſtinctè tenent Clericos confugientes ad Eccleſiam propter delicta nullatenus gaudere illius immunitate, ſed potius in omni caſu ab illa extrahi per ſuos Iudices Eccleſiaſticos, vt latiſſimè probant P. Suarez *de Relig. lib. 3. cap.10. à numero 5. cum pluribus ſequent.* Belletus *diſquiſit. Cleric. part.1. tit. de fauore Clericorum perſonali § 15. per totum, & tit. de fauore Clericorum reali §. 4. num. 46.* quibus iunge Curtel. *de priſca, & recenti immunitate lib. 1. quæſt. 24.* Thomam Delbene *in eodem tract. tom 2. cap.16. dub.10. ſect. 12. per totum*, latè Caſtro Palao *in opere morali tom. 2. tract. 11. diſp. vnica punct. 7. num. 14. verſ. Quapropter, cum pluribus ſeq.* Barboſa *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico lib. 2. cap. 3. à numero 136.* vbi ad partes pro vnaquaque opinione ſpecificè plures DD. allegat. 3

E contra alij etiam abſolutè concludunt non eſſe rationi conſonum Clericos priuari priuilegio, quo laïci gaudent; cùm non debeant eſſe peioris conditionis; & conſequenter illos frui immunitate eiſdem in caſibus, in quibus illis attribuitur. Gutierrez plures allegans *lib. 3. pract. quæſt. 3. num. 11.* 4

Farinatius

Farinatius *in praxi part. 1. quaſt. 28. num. 7.* & copioſè *de immunitate à numero 34. cum ſeq.* Diana pluribus in locis *tom. 1. tract. 1. reſol. 24. & tom. 3. tract. 1. reſol. 35. & tom. 6. tract. 1. reſol. 25. verſ. Notandum eſt, & reſol. 26. verſ. Quæro decimò*, Guazzinus *de defenſ. Reorum, defenſ. 1. cap. 37. à num. 51. ad 54. & cap. 38. num. 18. in fine.* Et pluries fuiſſe à Sacra Coogregatione declaratum teſtatur Diana *tom. 5. in fine tractatus num. 15. pag. mihi 439. & tom. 6. tract. 1. reſol. 26. verſ. Quæro decimò*, Barboſa *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico in dicto lib. 2. cap. 3. num. 137. in fine, & in Collectanea ad Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 20. de reform. & in tract. Apoſtolicarum deciſionum, verbo. Immunitas, deciſ. 417.* & cæteri DD. hanc opioiooem ſequeotes, qui etiam alias declarationes adducnnt, apud quos videre poteris. Et iuxta hanc opinionem intelligendum eſt, quod diximus *ſuprà quaſt. 79. n. 37.* ne contrariari videar his, quæ *infrà* dicemus.

5 Alij autem Doctores diſtioguunt, videlicet, quòd intentio, aut meos, vel cauſa, propter quas Clericus recurrit ad Eccleſiam, influaot, vt gaudeat, vel non immunitate; ita quòd, ſi ex alio quouis motiuo accedat, non ſit pro effectu fruendi immunitate; tunc illi non proſit; at verò ſi ſit aoimo, & deliberatione vteodi tali priuilegio, ſit tutus, nec ab ea per ſuum Iudicem Eccleſiaſticum, aut alium quemlibet extrahi poſſit; vt cum Deciano *in tract. crimin. lib 6. cap. 26. num. 1. in fine verſ. Sed ego prater eos, &c.* Ambroſino *de immunitate cap. 12. num. 4.* tradit Guazzinus *in dicta defenſ. 1. cap. 37. num. 51. verſ. Qui Decian. &c.* Giurba *conſil. 40. num. 3.* Barboſa *vbi proximè in dicto cap. 3. num. 137. colum. 3. verſ. Tyberius Decianus, &c.*

6 Ex ea ratione, quia cùm priocipale obiectum priuilegij immunitatis ſit, quòd oullus fraudetur illa fiducia, qnæ reſultat ex cultu, & veoeratione attributa Eccleſiæ, ex eius recurſu æquum noo eſt, quòd Clericus ſpolietur eo beneficio, quo ſeculares gaudeot, ſi tali animo in Eccleſiam ſe conferant.

7 Io hac opinionum repugoaotia veriorem, recepriorem, & ab iotrinſeco, & extrinſeco probabiliorem, & in puncto iuris ſequendam exiſtimo affirmaotem Clericos gaudere priuilegio immunitatis Eccleſiæ, ſi ad eam confugiant pro quolibet crimine oon exceptuato quoad ſeculares, oec ab illa extrahi poſſe, aut carcerari per ſuum Iudicem Eccleſiaſticum, ſeu Regularem ex rationibus, & fundameotis, quæ apud prædictos DD. illam defendentes latè, & accuratè explaoantur, & pooderantur, apud quos videre poteris.

8 Quæ quidem licèt ita ſe habeant, attamen limitanda, & reſtringenda ſunt, dummodo contraria conſuetudine aliud nun obſeruetur, quia tunc eidem ſtandum eſt, vt concludunt ſpecificè ferè omnes DD. præcipuè ſtatim citandi.

9 Ex quo ita ex ſtylo, praxi, & vniuerſali conſuetudine totius Hiſpaniæ exequutum eſſe teſtantur Gutierrez *lib. 3. practicarum quaſt. 7. num. 3.* qui loquitur in facto proprio, Guazzious *in dicta defenſ. 1. cap. 37. num. 52. & cap. 38. num. 49.* Thomas Delbene *in dicto tract. de immunit. tom. 2. cap. 16. dub. 10. ſect. 12.* latè Curtellus *in eodem tract. lib. 1. quaſt. 24. num. 15.* Cevallos *communes contra communes quaſt. 689. in fine*, & alij infiniti peoes noſtrum Ceoedo *in quaſt. Canon. quaſt. 42. per totam*; vbi latè congerit, & diſputat omoia *ſuperiùs* adducta, quæ poſtmodum exteoſa reperiuotur per Cortiadam *in dicto tom. 2. deciſ. 91.*

Imò Lezaoa *tom. 3. quaſt. regul. verbo Immunitas Eccleſiarum, num. 6.* affirmat de obſeruantia vniuerſalis Eccleſiæ; prout etiam Miſanæ fuiſſe ſtylatum, teſtatur Giurba *in dicto conſil. 40. num. 4.* & Mediolani Cartharius *deciſ. 82. à num. 3. & ſequent.* & in Curia Neapolitana Genueoſis *in praxi Curia Archiepiſcopalis Neapolitana cap. 17. num. 11.* Riccius *in collectaneis deciſionibus eiuſdem Curia part. 2. deciſ. 89. num 4. verſ. Cæterum quidquid ſit, &c. pag. mihi 128. in antiquiori impreſ. & in praxi rerum for. Eccleſ. deciſ. 591. num. 2. verſ. quidquid pag. 636.* Guazzinus *in dicta defenſ. 1. cap. 38. num. 49.* & in Cathalonia pluries ita fuiſſe declaratum, & de cooſuetudine ſioe dubio obſeruatum, refert Cortiada plura exemplaria adduceos *in dicta deciſ. 91. num. 13. in fine.*

10 Et licèt noſter Cenedo *in dicta q. 42. num. 5.* expreſsè diſſeotiat, & reſoluat prædictam conſuetudinem operari non poſſe, quamuis recognoſcat prædictam concluſiooem admiſſam, & approbatam exiſtere à tot grauiſſimis DD. ipſe tamen non audet eis adhærere, ſed requirit, quòd ſit approbata per Summum Pontificem, quod quidem

neceſſarium non eſt, vt patebit ex *infrà* dicendis.

Ego quidem hoc vnum aſſerere, & teſtificare poſſum de noſtro Regno ex quadraginta abhine annis de facto proprio dum munus Vicarij Generalis exercui in Diœceſi Tiraſonen. & in Archiepiſcopatu Cæſaraugustano, necnon & etiam poſtquam in Epiſcopum fui promotus in hac Barbaſtren. Cathedrali, quod quoties Clerici delinquentes ad Eccleſiam confugerunt, ab ea fuerunt adducti ad carceres Epiſcopales, vel ad locum eis deſtinatum, & hoc ſine repugnantia, proteſtatione, aut alio quolibet recurſu. Nec meis temporibus vidi, aut audiui, quòd ex hoc motiuo contentio aliqua fuerit efformata, aut appellatio interpoſita, vel alius recurſus imploratus. Ex quo colligo, quòd in aliis Diœceſibus noſtri Aragoniæ Regni, eadem viget conſuetudo, quæ quidem obſeruanda, & practicanda eſt. Nec ad iſtum effectum indiget, quòd Summi Pontificis accedat conſenſus quidquid dicant Cenedo *vbi proximè* Barb. *de vniuerſ. iure Eccleſiaſtico lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 152. *& in collectanea ad text. in cap. inter alia de immunitate Eccleſiarum num.* 31. Diana *tom.* 1. *reſol. moral. tract.* 1. *reſol.* 25. *verſ. Sed contrarium tenendum videtur, &c.* Sperellus *deciſ.* 59. *num.* 36. *verſ. Nec valet, &c.* Italia *de immunitate lib.* 1. *cap.* 3. §. 1. *& lib.* 5. §. 6. *num.* 119. Nam apprimè contrarium tuentur Cartharius *in dicta deciſ.* 82. *num.* 4. *verſ. Neque, &c. & num.* 5. Marianus Antonius *lib.* 3. *variar. reſol.* 15. *num.* 8. optimè Curtellus *de priſca, & recenti Eccleſiæ libertate lib.* 1. *quæſt.* 25. *à numero* 13. *cum ſequent.* vbi in ſpecie reſpondet Dianæ, & Cenedo.

11 Prædicta autem reſolutio extendenda eſt ad quoſcunque Regulares cuiuſuis Ordinis approbati. Illi namque ſi crimina perpetrauerint, & ad ſuas, vel alienas Eccleſias confugiant extrahi poterunt ab illis per ſuos legitimos Prælatos, eóſque punire ex vniformi, & communi conſuetudine; quidquid aliàs de iure dici poſſet iuxta *ſuperius* ponderata; nam ita de plano procedit ex æquali ſtylo omnium Religionum; vt concludunt P. Suarez *de Relig. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 7. Lezana *in dicto tom.* 3. *quæſt. regul. verbo Immunitas Eccleſiarum. num.* 6. & alij plures penes Gutierres *lib.* 3. *pract. quæſt.* 3. *num.* 3. quibus adde eundem Dianam *tom.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 25. *verſ. Sed contrarium, &c.* Villalobos *in ſumma tom.* 2. *tract.* 39. *difficul.* 6. *num.* 5. qui extendit, & reſoluit, idem procedere in 12
ſcholaſticis Salmanticenſibus; vt iſti ſicut Clerici, & Regulares non gaudeant Eccleſiæ immunitate, ſed quod poſſunt ab ea extrahi per ſuos Iudices, & reſpectu Scholaſticorum per Magiſtrum Scholæ. Layman *tom.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *num.* 11. optimè Thomas Delbene *in dicto tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 10. *ſect.* 5. *à num.* 10. *& ſequent.* Guazzinus *de defenſione Reorum defenſ.* 1. *cap.* 36. *per totum*, & alij plures qui vno ore idem reſoluunt.

Imò nec opus eſt ad hanc conſuetudinem qualificandam, quod approbatio expreſſa, ſeu aſſenſus Summi 13
Pontificis accedat etiam in Religioſis, vt voluerunt Cenedo, & alij *ſuprà* allegati quoad Clericos: quia verius eſt in ambobus non requiri; vt optimè, & accuratè reſoluit Curtellus *in dicto lib.* 1. *quæſt.* 25. *à num.* 15. *cum ſequent.*

Ex quibus concludendum eſt, tam 14
Clericos, quàm regulares, aut ſcholares Salmanticenſes confugientes ad Eccleſiam pro ſe tuendis illius immunitate, propter delicta ab ipſis perpetrata, cuiuſcunque ſpeciei fuerint, poſſe extrahi à ſuis legitimis Iudicibus, & ab eis in Carcerem trudi, ac puniri pœnis condignis, prout diximus *ſuprà quæſt.* 79. *num.* 37.

QVÆSTIO XC.

Quæ perſonæ confugientes ad Eccleſiam non gaudent eius immunitate?

SVMMARIVM.

Eccleſia ſemper fouet, & defendit omnes ad ipſam confugientes pro illius immunitate. num. 1.

Rei ad Eccleſiam confugientes non gaudent eius immunitate in pluribus caſibus. n. 2. & ſeq.

Immunitas Eccleſiæ non proficit in pluribus caſibus extra expreſſos in iure. n. 2. *&* 3.

Proditor

Proditor homicida, & inſidioſus ſunt ſynonimi, & idem important. n. 14.
Bulla Gregorij XIV. quod immunitatem Eccleſiæ reſpectu qualitatum delictorum eſt vſu recepta in Hiſpania. n. 17. & 27.
Incendiarius æquiparatur depopulatori, & eſt peior. n. 19.
Probatio ſaltem ſemiplena eſt neceſſaria, vt latro publicus, & depopulator agrorum, ac graſſator viarum, priuentur immunitate Eccleſiæ. n. 24.
Delicta grauia qui in Eccleſia committit non gaudet eius immunitate. n. 30.
Eccleſia vniuerſalis eſt vnica, & indiuidua, licèt diſperſa in varia membra, quæ non ſunt ſeparata à toto corpore. n. 31.
Iniuria illata in quolibet membro Eccleſiæ cenſetur facta toti corpori myſtico vniuerſali. num. 32.
Teſtis & Iudices, qui corrupti pecunia teſtificarunt, vel condemnarunt Innocentem accuſatum pro crimine digno mortis aſſimilantur, & dicuntur aſſaſſini. num. 46.

IMMVNITATE *Eccleſiæ non gaudent.*

1 Decoctores doloſi, & fraudulenti. num. 4.

2 Reus exiſtens in Eccleſia, ſi voluntariè, & ſine vi, aut fraude ab illa exiuit, ſéque tradidit Miniſtris ſecularibus; ſecus autem ſi violenter, & doloſè ab illa fuit extractus. num. 5.

3 Sodomita iuxta veriorem opinionem. num. 6.

4 Homicida Clerici, vel Religioſi, vel grauiter vulnerans. num. 7. & 8.

5 Occidens, vel grauiter vulnerans miniſtrum Regium, vel Eccleſiaſticum in odium officij, vel Principis; ſecus ſi fiat ex odio, vel iracundia particulari. n. 9. & 10.

6 Aſſaſſini, Mandatarij, fautores, & ſocij, ac complices. n. 11.

7 Proditor occiſor. n. 12.

8 Homicida proditorius, ſeu interficiens per inſidias. n. 13.

9 Occidens appenſatè, & præmeditatè, ac deliberatè. n. 15. ſed contraria opinio eſt verior præcipuè in Aragonia. num. 16.

10 Reus criminis læſæ Maieſtatis in perſonam Principis. n. 17.

11 Tumultuarius, & ſeditioſus concitando contra Principem Supremum; ſecus autem ſi ſit contra vicinos, ſeu Dominum Ciuitatis, vel loci particularis. n. 18.

12 Seditioſus concitando contra Principem Supremum, dummodò ſeditio non fiat contra aliquem particularem locum, vel perſonam. num. 18.

13 Incendiarius, qui dolo incendium conſummauit. n. 19.

14 Depopulator agrorum ex Bulla Gregorij. XIV. n. 19. & 24.

15 Latro publicus, qui palam in viis, vel ſtratis publicis plura latrocinia commiſit; nec ſufficiunt vnum, vel duo. num. 20. limita vt 22.

16 Graſſator viarum cum pluribus graſſationibus; ſecus ſi ſemel, vel bis delictum commiſit. n. 23.

17 Depopulator agrorum, qui plus quàm ſemel depopulatus fuit; & debet conſtare de delicto ſaltem ſemiplenè. num. 24.

18 Plagiarius, qui furatur, vt latro publicus in ſtratis publicis, aut perſonas captiuat, vel componit cum pecuniis, aut aliis rebus. num. 25. ſecus autem ſi occultè arripiat perſonas, vel per priuatum mittat epiſtolas, vt pecuniæ vel aliæ res tranſmittantur eidem. n. 26.

19 Depopulator agrorum, tam nocturnus, quàm diurnus. n. 27.

20 Occidens, vel mutilans grauiter in Eccleſia. n. 28.

21 Delinquens propè locum ſacrum, vt in eum ſe conferat, ſi eo animo efficiat; ſecus ſi caſualiter acciderit. num. 29. & 37.

22 Delinquens grauiter in vno loco ſacro,

ſacro, ſi ſe ad alium, vel ad alios quoſcunque ſe conferat. n.31.

23 Occidens, vel grauiter mutilans extra Eccleſiam aliquem exiſtentem in ea cum aliquo Archabutio, Sagitta, vel alio inſtrumento. n.33. quod extende etiam ad mandantem. num.34.

24 Exiſtens extra Eccleſiam, ſi deliberatè, & non caſualiter occiderit, vel grauiter vulnerauerit eum, qui in ea reperiebatur. n. 35. quod extende ad mandantem. n.36.

25 Extrahens aliquem ab Eccleſia doloſè, fraudulenter, vel per vim, eúmque occiderit, aut grauiter vulnerauerit. n.38. & 39.

26 Iudæus, & Paganus, ſeu alius infidelis confugientes ad Eccleſiam propter delictum, ſi verè ad illam non ſe reduxerit. n.40.

27 Deflorans Monialem extra clauſtra Monaſterij, vel ipſius ambitum. num.41.

28 Raptor, vel extractor Monialis. num.41. & 42.

29 Ingrediens Monaſterium Monialium violando eius clauſuram pro exequenda laſciuia, vel alio delicto perpetrando. n.43.

30 Teſtis falſus, qui pecunia corruptus depoſuit contra aliquem accuſatum de crimine digno mortis, & ex ſua depoſitione fuit condemnatus ad illam. n.44.

31 Iudex qui pecunia corruptus condemnauit innocentem accuſatum de crimine merente pœnam mortis. num.45.

32 Clerici, vel Regulares confugientes ad Eccleſiam pro quocunque delicto. num.45.

1 DIximus *ſuprà quæſt.* 79. vſque ad præſentem de perſonis gaudentibus fori priuilegio, & Eccleſiæ immunitate; nunc ſuccedit diſcutere, & enumerare illas, quæ excluſæ remaneant, ne tali priuilegio potiri valeant. Licèt enim verò Eccleſia ſemper foueat, aſſiſtat, & tueatur quemcumque reum ad ipſum confugientem, vt latè probauimus *in dicta quæſt.* 79. *à num.*1. *cum ſeq. ex text. in cap. Id conſtituimus* 17. *quæſt.*4. cum aliis *ibidem* annotatis.

Eo tamen non obſtante, plures ſunt 2
caſus expreſsè exceptuati in iure, vt *in cap. inter alia de immunitate Eccleſiarum, & in Bulla Gregorij XIV.* (de qua *ſuprà quæſt.*35. *&* 74.) in quibus Rei ad Eccleſiam confugientes non poſſunt eius immunitate gaudere. Ex quibus innui videtur, quod generaliter in omnibus aliis quibuſcunque dabitur locus, & proficiet immunitas confugientibus ad loca ſacra.

Sed certè plures ſunt caſus, qui com-
prehenſiuè, & cumulatiuè continen- 3
tur, & reſultant ex expreſſis *in dicto cap. inter alia, & ex dicta Bulla Gregorij,* vt videre poteris penes Guazzinum *de defenſ. Reorum defenſ.*1. *cap.*38. qui enumerat triginta & quatuor in quibus Eccleſiæ immunitas denegatur; & latè etiam Tancredo *de Relig. tract.* 1. *lib.*4. *diſp.* 6. *quæſt.* 1. *folio mihi* 103. & alij *infrà* citandi. Et licèt de vnoquoque ſingularis quæſtio moueri poſſit, attamen cùm materia ſit tam trita inter DD. nolui extendere calamum in his, quæ ipſi longè pertractarunt cum longiſſima allegatione ad augendum volumen, ſeu ad ipſum conflandum, vt aliqui efficiunt, ſed breuiter *hic* comprehendere, & numerare ſpecificè caſus cùm remiſſionibus ad illos, vt compilatè in præſenti reperiantur; cùm ſit proprium præſentis tractatus, & æquum non ſit de his mentionem non facere, ſicut & exequuti ſumus *ſuprà quæſt.* 79. reſpectu illorum, qui immunitate gaudere debent.

Et primò ſunt excluſi Decoctores
fraudulenti, & doloſi, qui culpa ſua, 4
aut ex prodigalitate ſua bona decoxerunt; quòd latè annotauimus, & extendimus *ſuprà quæſt.*82. *per totam.*

Secundò, Reus, qui exiſtens in Ec-
cleſia voluntariè ſine aliqua violentia, 5
ſeu iniuria, dolo, vel fraude ab illa exiuit renunciando priuilegio immunitatis, vel ſe tradendo in poſſe, & manibus miniſtrorum ſecularium; ſecùs verò ſi violenter, & iniurioſè, fraudulentérque à loco ſacro fuerit arreptus; tunc etenim etiamſi renunciet immunitati, reduci debet ad locum ſacrum; in quo reſtitutus poſtmodum ex illo effi-
cere

cere poterit, quod voluerit exeundo voluntariè; vt dixi *in meo Paſt. Regul. part. 3. vot. 4. à num. 7. cum ſequent.* & me cum aliis pluribus citato, Cortiada *in ſua praxi contentionum part.* 1. *deciſ.* 12. *num.* 24. qui copiosè allegat DD. affirmantes, & negantes; & quidem conciliari poterunt iuxta prædictam diſtinctionem.

6 Tertiò, Sodomita propter atrocitatem, & horribilitatem delicti; vt plures referentes ſequuntur grauiſſimi DD. quos congerit Curtellus *ad l. Martini. cap.* 17. *num.* 5. & latè *in tract. de priſca, & recenti Eccleſiæ immunitate lib.* 1. *q.* 2. & copiosè Italia *in eodem tract. lib.* 1. *cap.* 5. §. 13. *per totum*, & alij infiniti relati per Barboſam *de vniuer. iure Eccleſiaſtico lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 127. quamuis non me lateat plures etiam contrariam tueri, vt per Dianam *tom.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 2. *& tom.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 45. *& tom.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 2. *verſ. vnde ex dictis, &c.* quibus iunge Thomam Delbene *de immunitate tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 24. *ſect.* 7. *per totam*; & pro vtraque parte longam collectaneam congerit Cortiada *tom.* 2. *deciſ.* 89. *à num.* 64. qui negatiuam ſententiam amplectitur, & eam ſequendam exiſtimo, cuius fundamenta reperies accuratè diſcuſſa penes prædictos DD.

7 Quartò, Homicida Clerici, vel Religioſi, vt diximus *ſuprà quaſt.* 79. *num.* 40. *&* 41. vbi plures allegauimus; & certè in hoc articulo DD. ſatis diſcordes apparent, vt tibi patebit ex relatis à Cortiada, *vbi proximè deciſ.* 93. qui quinque, opiniones refert deductas ex ipſis auctoribus, & ipſe adhæret negatiuæ, & pro Cathalonia varia exemplaria adducit; quam veriſſimam cenſeo non ſolùm in interfi-
8 ciente Clericum, aut Religioſum, ſed etiam in grauiter vulnerante; vt accuratè docet Guazzinus *in dicta defenſ.* 1. *cap.* 37. *num.* 70. *&* 71. *& cap.* 38. *num.* 53. Barboſa *vbi proximè in dicto cap.* 3. *n.* 123. & in noſtro Aragoniæ Regno concludunt noſtri Practici, Bardaxi *in comment. ad forum* 1. *ſub tit. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt num.* 18. *pag.* 6. *colum.* 3. & Portoles *in ſcholiis ad Molinum tom.* 2. *verbo, Infantio n.* 9. *pag.* 74. *colum.* 2. & in Cathalonia Cortiada *tom.* 2. *deciſ.* 100. *num.* 4. *& in dicta deciſ.* 93. *num.* 20. *cum*
9 *ſeq.* vbi plura congerit; & extendit in occidente, vel grauiter vulnerante Miniſtrum Regium Superiorem, non ex odio particulari, ſed ex reſultantia officij; in quo etiam comprehenduntur Miniſtri inferiores; ſi occiſio fiat immediatè in odium Principis; de quo articulo latè agit Farinatius *in praxi criminali part.* 4. *quaſt.* 112. *num.* 40. *& quaſt.* 117. *num.* 41. *& de immunit. à num.* 187. Giurba *conſil.* 59. *à num.* 69. *cum ſequent.* optimè Decianus *lib.* 7. *criminali cap.* 5. *à num.* 2. *cum ſequent.* Diana *tom.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 20. *& part.* 5. *tract.* 2. *reſol.* 86. *verſ. Sed his non obſtantibus, & part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 18. & alij plures, qui indiſtinctè concludunt talem occidentem miniſtrum, Regium ſuperiorem gaudere immunitate.

Similiter & etiam plures negant, vt 10
latè per Narbonam *l.* 20. *gloſ.* 7. *à numero* 99. *cum pluribus ſequent. tit.* 1. *lib.* 4. *recopilationis, & gloſſa* 11. *à numero* 19. Gambacurta *de immunitate lib.* 5. *cap.* 44. *num.* 7. *& ſeq.*

Mihi autem magis arridet opinio diſtinguens, an, ſcilicet, occiſio fuerit exequuta in Miniſtro Regio Superiori, & excelſo ex inimicitia, odio, aut malignitate ſingulari reſpiciente ipſius perſonam, & tunc locum dari immunitati fatendum eſt, ſi verò tendat in officium, in quo Regiam, vel ſupremam Maieſtatem repræſentat, & cuius vices gerit vtique non frui immunitate exiſtimo: quia licèt occiſio immediatè non fiat in Principem Supremum, mediatè ſaltem facta cenſetur; & conſequenter commiſſum delictum læſæ Maieſtatis, quod quidem perpetrantes excluſi remanent ab immunitate, vt dicemus *infrà num.* 17. & docent Gambacurta *vbi proximè in dicto cap.* 44. *num.* 5. *&* 13. optimè Diana *tom.* 6. *tract.* 8. *reſol.* 3. *verſ. Probatur ſecundò* & plures referens Giurba *in d. conſil.* 59. *num.* 82. & infiniti penes Cortiadam *in dicta deciſ.* 94. *num.* 32. *& deciſ.* 102. *num.* 8. in qua latè agit de hoc articulo.

Sextò, Aſſaſſini, & Mandatarij, fau- 11
tores, auxiliatores, ſocij, receptores, aut alij complices Aſſaſſini, vt colligitur *ex cap.* 1. *de homicidio in* 6. Guazzinus *in dicta defenſ.* 1. *cap.* 38. *num.* 42. Barboſa *in collectanea ad dictum cap.* 1. *num.* 9. *&* 10. *& in tract. de vniuer. iure, Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 97. & plures penes ipſum. De fautoribus autem, & mediatoribus &c. vide Giurbam *conſil.* 7. *per totum, & conſil.* 50. *num.* 43. vbi loquitur etiam poſt Bullam Gregorij XIV. cui iunge latè Toro *in compendio*

pendio deciſ. part. 3. ſect. 2. verbo, Mediator, ſiue *Proxeneta*, *pag.* 80. & Cortiadam, qui congeſſit quidquid ad hunc caſum tradunt DD. *in dicto tom.* 2. *deciſ.* 95.

12 Septimò, Occiſor proditorius in quo conueniunt ferè omnes DD. præcipuè hodie poſt Bullam Gregorianam. Et cùm hoc ſit tam notum, & expreſſum in iure non immotor; maximè quia Cortiada in re tam nota *deciſ.* 96 conſumit ſeptem columnas in allegatione DD. & exemplarium Cathaloniæ; & quodnam delictum proditorium priuet priuilegio immunitatis dicemus *in quaſt. ſequenti.*

13 Octauò, Homicida inſidioſos, ſeu occidens per inſidias etiam in terminis Gregorianæ: nam proditor, & inſidiator eiſdem regulis dimentiuntur cùm ſint ſynonimi; vt per Giurbam *conſil.* 100. *n.* 3. Gambac. *de immunit lib.* 5. *cap.* 29. *per totum*, & *cap.* 31. Barb. *in dicto lib.* 2. *capite* 3. *num.* 88. & ſic quod diximus in caſu immediato de proditore, idem eſt dę inſidioſo.

14 Nonò tradit cortiada *vbi proximè deciſ.* 98. *numero* 11. quod debet fieri extenſio, idémque procedere in eo, qui appenſatè, deliberatè, & præmeditatè
15 homicidium conſummauit. Et certè licèt hæc opinio tot grauiſſimis viris, & exemplaribus ſit munita, præcipuè in Cathalonia, & conſequenter probabiliſſima, ibidémque ab ea non fore recedendum; contrariam tamen extra illam, probabiliorem, & ſequendam exiſtimo, quæ admiſſa reperitur à grauisſimis DD. numero & auctoritate non inferioribus, quos in longisſima collectanea pro vna, & altera opinione refert ipſe Cortiada *in dicta deciſ.* 98. *à numero* 8. *cum ſequent.*

16 At verò in noſtro Aragoniæ Regno occidens appenſatè, deliberatè, & præmeditatè; ſi homicidium non fuerit commiſſum inſidioſè, & proditoriè, gaudet immunitate, vt deciditur *in obſeruantia* 1. *ſub tit. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt*; & tradunt Bardaxi *in comment. ad dictam obſeruat.* 1. *num.* 10. *pag.* 5. *columa.* 4. Seſſe *in tract. de inhibitionibus c.* 8. § 4. *num.* 58. & 59. *ibi. Quia nec per inſidias occidit, nec etiam appenſatè, & quando appenſatè occidiſſet citra inſidias adhuc in Regno gauderet immunitate* &c. Et proſequitur *num.* 61. per hæc verba. *Verùm hoc non ſufficit in Regno, ſi deſint inſidiæ* &c. Et ideo de plano procedit in Aragonia quidquid in contrarium ſtyletur in aliis Regnis Coronæ, & Caſtellæ.

Decimò, Reus criminis læſæ Maje- 17
ſtatis in perſonam Principis vt per Barboſ. *de vniuerſ. iure Eccleſ. in dicto lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 128. Guazz. *in de defenſ. reorum defenſ.* 1. *cap.* 38. *num.* 31. latè Gambacurta *de immunitate lib.* 5. *cap.* 40. *cum ſequent.* Lezana *tom.* 3. *quaſt. regul. verbo. Immunitas Eccleſiarum numero* 18. Dian. *tom.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 18. in quo concludunt ferè omnes DD. quod quidem hodie de plano procedit ſtante Bulla Gregorij XIV. vbi expreſsè iſte caſus excipitur, vt latè probauimus *ſuprà quaſt.* 35. & *quaſt.* 74. quæ eſt vſu recepta quoad qualitates delictorum in illa ſpecificatorum.

Vndecimò ex eadem ratione caſus 18
præcedentis inducitur, quòd tumultuans ſeditiones concitando contra Supremam Majeſtatem non debeat gaudere immunitate Eccleſiæ; cùm committat ex eo crimen læſæ Majeſtatis; ſecus autem erit, ſi ſit contra vicinos Ciuitatis, vel Dominum particularem, de quo videndus eſt Cortiada *in dicto tom.* 2. *deciſ.* 104. *à numero* 8. *cum ſequent.*

Duodecimò, Incendiarius, qui do- 19
lo incendium conſummauit; & ratio eſt, quia ille æquiparatur depopulatori agrorum: imò peior eſt, quàm ſi applicaſſet ignem domo, vel alicui loco Ciuitatis; cùm maiora detrimenta ſequi poſſent ex incendio agrorum. *Canone, Peſſimum* 23. *quaſt.* 8. Sed depopulator agrorum expreſsè comprehenſus reperitur *in dicta Gregoriana*; ergo idem erit in incendiario; & ita concludunt Guazzinus *in proximè dicta defenſ.* 1. *cap.* 38. *numero* 34. Italia *de immunit. lib.* 1. *cap.* 5. § 3. *num.* 56. Peregrinus *in eodem tract. cap.* 12. *numero* 6. & alij penes Cortiadam *deciſ.* 105. *n.* 2. vbi *n.* 8. optimè extendit, vt locum etiam habeat in incendiario Eccleſiæ, Monaſterij, ſeu alterius loci pij, aut illorum partium, vel parietum.

Decimotertiò, latro publicus, qui 20
palam, & publicè in viis, & ſtratis publicis, & communibus plura latrocinia commiſit; vt expreſsè colligitur *ex capite Inter alia de immunitate Eccleſiarum*, & communiter concludunt DD. procedere, tam in vim iuris, quàm Bullæ Gregorij.

Hoc tamen limitandum eſt, ſi talis latro

latro vnum tantùm latrocinium, etiam publicum, perpetrauerit; imò aliqui DD. extendunt ad duo; nam ſi iſti ad Eccleſiam confugiant, non eſt ipſis immunitas deneganda; provt latè teſoluunt Ambroſinus *de immunit. cap. 2. num. 3. & 4.* Merlinus *controu. forenſ. lib. 1. cap. 17. à num. 8. cum ſequent.* Nouatius *in ſumma Bullarum tit. de immunitate Eccleſiæ num. 45.* Guazzinus *in dicta defenſ. 1. cap. 38. num. 34.* Giurba *conſil. 50. num. 37.* & *conſil. 90. num. 12.* & alij infiniti: licèt aliqui hoc non admittant; provt tradunt Marta *de iuriſdictione part. 2. cap. 55. num. 22.* Megala *in 3. part. lib. 4. cap. 2. quæſt. 1. n. 10.* aliique plutes: nam prædicta prima reſolutio eſt verior, & ſequenda; provt accutatè concludunt Thomas Delbene *de immunit. tomo 2. cap. 16. dub. 13. à num. 8. cum ſeq.* Diana *tom. 6. tract. 1. reſol. 15. in principio, & in verſ. Sed hanc, &c.*

22 Et fortaſſe prædicti DD. tepugnantes in concotdiam teduci, & intelligi poſſunt, ſi talis fut publicus vnum, vel duo lattocinia publica committens illud inſidioſè, & pet prauas inſidias effeciſſet: quia tunc eidem immunitas non proderit. Gambac. *de immunit. lib. 5. cap. 12. num. 3. verſ. Trina oritur dubitatio, &c.* Mexia de Cabrera *in formulario immunit. Ecleſ. lib. 1. cap. 11. §. 2. num. 7.* & dixi alios allegans *in meo Paſt. Regul. part. 3. vot. 8. num. 24.* & in hoc ſenſu poterit admitti opinio negatiua, & affitmatiua ceſſantibus inſidiis.

23 Decimoquattò ex eodem fonte dimanat, quòd nec graſſator viarum gaudeat immunitate *ex dicto cap. Inter alia,* & *Bulla Gregoriana,* & ita reſoluunt communiter DD. qui etiam limitant, ſi talis graſſatio fuerit vnica, & non inſidioſa. Gambac. *vbi proximè,* Mexia *ibid. in dicto §. 2. num. 9. & 10.* Giurba *in dicto conſil. 50. num. 27. & 37. & conſil. 90. num. 12.* Guazzinus *in dicta defenſ. 1. cap. 38. n. 36.* & alij penes Dianam *tom. 6. tract. 1. reſolut. 15.*

24 Decimoquintò, idem iudicium effotmandum eſt in depopulatote agrorum *ex dicto cap. Inter alia,* & *ex Gregoriana,* vt cum plutibus tradit Delbene *in dicto tom. 2. cap. 16. dub. 13. num. 14.* & *dub. 16. n. 7.* & in hac concluſione locum etiam habet limitatio, dummodo pluſquam ſemel depopulatus fuerit.

25 Notandum tamen eſt in præſenti, & in duobus caſibus *proximè* dictis, quòd debet conſtare, ſaltem ſemiplenè, tam de furto publico, quàm de graſſatione, & depopulatione, vt immunitas denegetur: Nec ſufficit, quòd præſumptiuè, & dubitatiuè inducatur, ſed debet fieri parte citata cum reſultantia ſemiplenæ probationis; vt cum Delbene *in dicto cap. 16. dub. 13. n. 2. & ſeq.* concluſi *in meo Paſt. Regul. part. 3. vot. 8. n. 25.* & latiùs plures allegans *n. 29. & ſeq.* quibus iunge Gambacurtam *vbi ſuprà in dicto lib. 5. cap. 15. ferè per totum.*

Decimoſextò, Plagiarius, de quo *in l. 1. & l. eam, cum aliis pluribus ff. & cod. ad legẽ Flauiam de Plagiariis;* Nam talis non gaudet immunitate, ſi vt latro publicus in itineribus, vel ſtratis publicis, vel vt graſſator furatus fuerit, aut perſonas captiuauerit, vel compoſuerit, reſoluunt Diana, & alij pet eum citati *tom. 6. tract. 1. reſol. 15. in fine verſ. Sed hic obiter non eſt omittendus, &c.* quem allegat Thomas Delbene *vbi ſuprà in dicto cap. 16. dub. 15. per totum,* & alij *ibidem.* 26

Secùs autem erit, ſi occultè, & clam atripuetit perſonas, vel per priuatum, miſſis epiſtolis, minas objecerit alicui, ſi pecunias, aut alias res illi non tranſmitteret. Tunc etenim cùm nequeat appellati, nec iudicari propriè publicus latro, aut graſſator (provt requirit Bulla Gregorij) gaudere debet immunitate: licèt aliqui exiſtiment non eſſe faciendam diſtinctionem in Plagiatio, qui in campis, & eremis, vel in locis habitatis committit delictum; nam quomodocunque fiat, non debet gaudere immunitate, vt alios refcrens tradit Cortiada *vbi ſuprà deciſ. 108.* & certè primam opinionem Dianæ, & aliotum veriorem iudico ex fundamentis ab ipſis ponderatis.

Decimoſeptimò, Depopulatores agrorum nocturni, in quo omnes conueniunt nemine dempto; cum textus *in dicto cap. Inter alia,* expreſſis verbis id decidat. De Diuino autem non tam æqualiter couchudunt: nam alij defendunt, quòd inſpecto iure communi, gaudere debeat; nam textus *in dicto cap. Inter alia,* ſpecificè ſolùm diſponit contra depopulatores nocturnos; & cùm ſit diſpoſitio pœnalis ſolùm comprehendit, quos ſpecificat; vt docent Ambtoſinus *de immunit. cap. 4. num. 1.* Delbene *in dicto tom. 2. cap. 16. dub. 17.* Barboſa *de vniuerſ. iure Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 3. num. 87. & in collectanea ad dictum cap. Inter alia num. 43.* & alij plures. 27

Quod quidem licèt de iure commu-
ni procedere poſſit, hodie tamen, ſtan-
te Conſtitutione Gregorij, dubio caret,
quemcunque depopulatorem agrorum,
tam diurnum, quàm nocturnum non
gaudere immunitate Eccleſiæ, vt ex-
preſsè concludunt Ambroſinus *vbi pro-
ximè num.* 5. Guazzinus *in dicta defenſ.* 1.
cap. 38. *num.* 38. *verſ. Depopulatores agro-
rum, &c.* & alij penes Delbene *in dicto
cap.* 16. *dub.* 17. *n.* 4. Cùm igitur Bulla
Gregorij (vt ſæpe diximus) in noſtris
Regnis ſit admiſſa quoad qualitates de-
lictorum in illa ſpecificatorum; vnúm-
que ipſorum abſolutè ſit delictum de-
populatorum ſine diſtinctione noctur-
ni, vel diurni; exinde oritur, quòd in
vtroque caſu immunitas non proficiat.

28 Decimooctauò, occidens vel muti-
lans grauiter intra Eccleſiam, vel
alium locum ſacrum, vt punctim patet
ex dicta Gregoriana, & *ex cap. Finali de im-
munitate Eccleſia*, vbi Barboſa *numero* 1.
& ſequent. & *de iure Eccleſ. libro ſecundo,
capite tertio, numero* 102. & ſine contra-
dictione reſoluunt omnes Doctores: &
ita tradunt Delbene *in dicto capit.* 16.
dub. 19. *ſect.* 1. Cyarlinus *controu. forenſ.
cap.* 15. *numero* 1. *&* 2. *part.* 1. & *part.* 2.
capit. 154. *à num.* 5. *& ſequent.* & *cap.* 191.
numero 7. & noſter Bardaxi *in comment.
ad forum* 1. *ſub tit. de his, qui ad Eccle-
ſiam confugiunt*, & infinitos allegans
Cortiada *deciſ.* 110. *&* 111. vbi plura cu-
mulat ad intentum; & ratio eſt; quia
29 (vt diximus *ſuprà quaſt.* 79. *numero* 45.
& 46. alios referens) qui prope Eccle-
ſiam delinquit ſpe, & fiducia vicinita-
tis, vt in illam ſe conferat ad gauden-
dum immunitate, ipsâ priuatur (de quo
dicemus *infrà num.* 37.) ergo à fortiori
non proderit cui in eadem delinquit;
nec ipſa debet aſſiſtere ei, qui ſacrilegè,
& temerariè in eadem delinquit cum
tanta irreuerentia.

30 Decimononò ex eadem ratione in-
fertur committentem in loco ſacro alia
grauia delicta non gaudere immunita-
te; vt pluribus relatis, docent noſtri
D D. Portoles *in ſcholiis ad Molinum
tom* 2. *verbo, Infantio, numero* 9 & 10.
pag. 74. *colum.* 2. & Bardaxi *in comment.
ad forum* 1. *ſub tit. de his, qui ad Eccle-
ſiam confugiunt numero* 13. *pag.* 6. *colum.*
2. Curtellus *de priſca, & recenti im-
munit. lib.* 1. *quaſt.* 2. *numero* 7. *& quaſt.*
21. *numero* 8. & alij infiniti, vt patet
*ex text. in dicto cap. Finali de immunit.
Eccleſiarum*, vbi Barboſa *in eius collecta-
nea num.* 4. & *de vniuerſ. iure Eccleſ. dicto
cap.* 3. *num.* 102.

Vigeſimò, ſic ſimiliter delinquens 31
grauiter in vno loco ſacro, ſi in alium
ſe conferat, poteſt ab eo, ſeu altero
quocunque extrahi, ex ea notiſſima ra-
tione; quia cùm vniuerſalis Eccleſia
ſit vnica, & indiuiſa, licèt diſperſa in
varia membra non ſeparata à toto cor-
pore, vt latè variis auctoritatibus, &
decretis canonicis probaui *in meo tract.* 32
de intruſ. quaſt. 15. *numero* 14. & *quaſt.*
45. *numero* 4. exinde eſt, quòd iniuria
illata in vno licèt minimo membro in-
diuiſibili illius corporis myſtici, in toto
principali collectiuo facta cenſetur,
& conſequenter operari eundem effe-
ctum priuationis immunitatis in de-
linquente, qui de ea Eccleſia, vbi
delictum commiſit, ad aliam euola-
uerit; & propter hoc motiuum, ita, me
citato *vbi proximè*, concludit Cortiada
deciſ. 113. *num.* 2. qui *num.* 3. optimè
reprobat Farinarium *in praxi part.* 1.
quaſt. 28. *num.* 59. quem refert Guazzi-
nus *in dicta defenſ.* 1. *cap.* 38. *num.* 17.
& Gambac. *de immunit. lib.* 5. *cap.* 26.
num. 4. vbi alios allegat aſſerentes id li-
mitari, niſi adſit contraria conſuetudo,
quæ quidem potiùs corruptela dicenda
videtur, ex irrefragabili fundamento
proximè tradito de vnitate Eccleſiæ, quæ
in quacunque eundem effectum produ-
cit, ac in ea, in qua delictum fuit patra-
tum; & ſicut in iſta non poteſt talis con-
ſuetudo admitti, nec aliquid operari *ex
dicto cap. finali de immunit. Eccleſiarum*, ſic
ſimiliter in cæteris.

Vigeſimoprimò, exiſtens in Eccleſia, 33
vel alio loco ſacro, ſi ex eo aliquem
occiderit, vulnerauerit, aut aliud graue
delictum commiſerit contra Tertium
exiſtentem extra illam, nequaquam
gaudere debet immunitate (quidquid
dicant Diana *tom.* 1 *tract.* 1. *reſol.* 9. *& tom.*
4. *tract.* 1. *reſol.* 107. Delbene *tom.* 1. *de im-
munitate cap.* 2. *dub.* 1. *ſect.* 2. *n.* 11. & *tom.* 2.
in dicto cap. 16. *dub.* 19. *ſect.* 5. *per totam*,
vbi latè agit de hoc articulo, & alij pe-
nes ipſos, quibus repugnant, & ner-
uosè variis argumentis, & rationibus
defendunt ex *ſuperiùs* ponderatis in ca-
ſibus præcedentibus, vt docent Curtel-
lus *in dicto lib.* 1. *quaſt.* 9. & plures penes
Cortiadam *in dicto tom.* 2. *deciſ.* 114.
num. 2.

Vigeſimoſecundò proximus eſt caſui 34
præcedenti in exiſtente in Eccleſia,
& per ſe non exequente occiſionem,
vulnera

vulnerationem, aut aliud graue delictum contra alium, extra illam, ſed maodante: nam eſt conttouerſia an poſt conſummationem mandati, gaudeat immunitate, alij oamque indiſtioctè affirmant nullateous fore priuandum immunitate, vt per Dianam tom. 1. tract. 1. reſol. 10. & tom. 6. tract. 1. reſol. 7. Lezanam tom. 4. quæſt. regul. verbo, Immunitas, num. 11. verſ. Nota quartò, &c. Caſtrum-Palao in opere morali tom. 2. tract. 11. diſput. vnica punct. 9. num. 17. Bonacin. de legibus diſput. 3. quæſt. 7. de immunit. §. 4. num. 11. & plures ipſos ſequuntur. Alij verò contrariam tuentur, videlicet, quòd noo gaudeat, ex eo quòd ſi delioquēs in Eccleſia priuatur eius priuilegio per tex. in dicto cap. finali de immunit. Eccleſia, quis negare poterit exiſtentem in Eccleſia, mandantem exequi homicidium, vel aliud graue delictum per tertium ibidem illud perpettare, ſimúlque loco ſacro iniuriam irrogare; ergo non proderit immunitas. Ita latè tuentur Gutierrez lib. 3. pract. quæſt. 2. per totam, Curtellus in dicto lib. 1. quæſt. 10. Guazzin. in dicta defenſ. 1. cap. 37. num. 18. & cap. 38. num. 22. & plures congeſti per Corriadam, qui eam ſequitur in dicta deciſ. 114. num. 12. quam opioionem veriorem iudico; licèt etiam contrariam probabilem admittam.

35 Vigeſimotertiò, ſi exiſtens extra Eccleſiam, qui cum aliquo inſtrumento, veluti archabutio, vel alio quouis conſimili, occiderit, vel grauiter vulneraueri, quem in illa receptum, reperiebatur, non gaudere immunitate concludunt communiter D D. in dicto cap. finali de immunit. Eccleſiarum, vbi Barboſa num. 8. & de vniuer. iure Eccleſiaſt. dicto lib. 2. cap. 3. n. 113. & alios referens Diana to. 1. tract. 1. reſol. 9. verſ. Notandum, &c. quibus iunge lungam collectaneam D D. penes Thumam Delbene in dicto tom. 2. cap. 16. dub. 19. ſect. 7. quos tranſcribit Cortiada deciſ. 115. n. 2. quidquid in coottarium reſoluat Gutierrez in dicto lib. 3. pract. quæſt. 1. à n. 26. & 28. cum ſeq. nam contra eum conueniuot ferè omnes D D. & prædicta reſolutio in praxi eſt receptiſſima.

36 Limitatur tamen vt non procedat, ſi caſualiter, vel accideotaliter occiſio, vel mutilatio contigerit, veluti in rixa extra Eccleſiam incepta, Diaoa tom. 4. tract. 1. reſol. 107. Delbene vbi proximè cap. 16. dub. 19. ſect. 7. numero. 3. Toro in compendio deciſ. part. 1. verbo Reponi, pag. mihi 474. & alij plures, quamuis Gambac. in dicto lib. 5. cap. 23. n. 16. non aſſentiatur, & ad fundamenta, quæ adducit, ſatisfaciunt allegati Auctores, qui prædictam reſolutionem extendunt ad mandantem necare, aut grauiter vulnerare, vel committere aliud atrox delictum contra exiſtentem in Eccleſia, vt concludunt Farinatius de immunit. numero 230. Peregrinus in eodem tract. cap. 6. n. 36. & alij penes Cortiadam in dicta deciſ. 115. n. 9.

Vigeſimoquartò ſummoperè variant 37
D D. in delinquente propè Eccleſiam, cùm pro vtraque parte infiniti reperiantur. Sed certè meo paruo iudicio veriſſima, amplectenda, & in praxi omnino exequeoda, & ſeruanda eſt illa, ipſas conciliando, videlicet, quòd ſi delinquens propè Eccleſiam id efficiat animo affectato, & cum deſtinatione recurrendi ad Eccleſiam ex vicinitate, tunc gaudere non debeat; & in hoc ſenſu intelligi poſſunt. D D. negantes; at verò ſi caſualiter, & noo ſtudioſè accideri vtique frui poſſet; & ita procedere opinionem affirmantem exiſtimo: de quo copioſam allegationem congerit Cortiada deciſ. 116.

Vigeſimus quintus caſus erit in eo, 38
qui violenter, dolo, fraude, aut prauis, & malignis artibus aliquem ab Eccleſia arripuit, extra quam ipſum interſecit, vel grauiter vulnerauit, nam immunitate oon gaudere plures reſoluunt. Sanchez tom. 2. conſil moral. libr. 6. capit. 1. dub. 8. numero 21. verſ. Item non gaudet hac immunitate is, &c. Trullench. in Decalogum libro 1. capite 11. dub. 3. numero 14. Villalobos in ſumma tom. 2. tract. 39. difficult. 7. numero 9. Barboſa in dicto cap. 3. numero 114. & alij plures. Pro contraria autem etiam indiſtinctè deſeoduot, & reſoluuot Diana tom. 4. tract. 1. reſol. 107. in fine, & tom. 6. tract. 1. reſol. 7. Delbene in dicto cap 16. dub. 19 ſect. 5. & ſect. 9. per totam, & plures penes ipſos. Sed primam opinionem veriorem exiſtimo. Eoim verò ſi Reus exiſtens in Eccleſia, & ab ea exiens inductus per miniſtros laïcos fraude, dolo, aut verbis fallacibus, vel per vim gaudet immunitate, taliter, quòd ad Eccleſiam reſtitui debeat (vt diximus ſuprà quæſt 79. num. 21. & duobus ſequentibus) ex eo, quòd cùm fraudulenter exierit, cenſetur ſemper ibidem permanere, & conſequenter formaliter non eſſe ſe-

paratum à loco ſacro; ſic ſimiliter dicere debemus in præſenti caſu, quòd talis exiens ab Eccleſia doloſè, fraudulenter, cauteloſè, per vim, aut metum incuſſum ab eo, qui illum occidit, vel grauiter vulnerauit, licèt id efficiat extra Eccleſiam materialiter, non formaliter, quia occiſus ſemper iudicatur exiſtens in illa: ſed qui in ipſa delictum graue perpetrat, non eſt particeps eius immunitatis, vt reſoluimus *ſuprà*; ergo talis duloſus, & fallax inducens exiſtentem in loco ſacro, vt ab eo recedat, illúmque interficiat, vel grauiter vulneret, excludendus erit ab immunitate: & præter citatos in ſpecie concludunt Peregrinus *de immanit. cap. 6. numero* 16. Azor *part. 2. inſtit. moral. lib. 9. cap. 9.* Farinatius *de immanit. num.* 131.

40 Vigeſimoſextò, Iudæus & Paganus, ſeu alij infideles confugientes ad Eccleſiam, ſi ex ſuis erroribus verè, & effectualiter non ſe reduxerint, iuxta ea, quæ latiùs diximus *ſuprà quaſt. 79. n. 11. cum duobus ſequent.*

41 Vigeſimoſeptimò, deflorans Monialem intra clauſtra, & ambitum Monaſterij iuxta veriorem opinionem, vt notauimus *ſuprà in dicta quaſt. 79. n.* 33. idémque erit in rapiente, aut extrahente, Barboſa alios allegans *in dicto lib. 2. cap. 3.*

42 *n* 120. Correa *de immunit. part. 3. n.* 16. Et ratio eſt; quia cum delictum ſit perpetratum in loco ſacro, exinde eſt (vt ſæpe diximus) nullatenus frui poſſe immunitate.

43 Vigeſimooctauò, extrahens, & arripiens Monialem ex clauſura, & conuentu malitioſè, & ex cauſa delicti, nun verò ſi id fiat, neceſſitate cogente, ex eodem motiuo; quia committit delictum graue in locu ſacro, vt cum pluribus concludit Carraſco ad leges recopilationis *cap. 3. §. 3. num.* 3.

44 Vigeſimononò, ſe conferens intra clauſuram Monialium, tam ad exequendam laſciuiam, quàm ad furandum, vel aliud delictum conſimile, graue perpetrandum. Toro *in compendio deciſ. part. 3. ſect. 1. verbo. Immanitate Eccleſiæ an gaudeat, &c. pag. mihi* 543.

45 Trigeſimò, Clericum, vel Regularem confugientes ad Eccleſiam propter delicta ab ipſis commiſſa, cuiuſcunque ſpeciei fuerint, non gaudere illius immunitate, latè probauimus, & reſoluimus *ſuprà quaſt. 79. n.* 37. & diffuſè *in immediata huic antecedenti per totam.*

Trigeſimoprimò, falſus teſtis, qui pecunia corruptus, depoſuit contra aliquem accuſatum de crimine, morte dignum, & propter illius teſtificationem condemnatio vltimi ſupplicij exequuta fuit, quæ aliàs non infligeretur, ſi tale teſtimonium falſum non exiſteret. 46

Et ratio eſt, quia talis teſtis aſſimilatur, & dici poteſt aſſaſſinus, cùm ex eius atteſtatione propter pecuniam, aut aliam rem eidem attributam, mors innocentis ſequuta fuit; & ita reſoluunt Italia *de immanit. lib. 5. §. 4. & 5. n. 149. cum ſeq.* Peregrinus *in eodem tract. cap. 7. n.* 42. *&* 43. quos refert, & ſequitur Diana *tom. 1. tract. 1. reſol. 19. verſ. Ad ſecandam dubitationem, &c.* quibus iunge Curtellum *in eodem tract. lib. 1. quaſt. 19. num.* 14. & latè Delbene *in dicto tom.* 2. illis allegatis, *cap. 16. dub. 21. ſect. 7.* vbi contra Bonacinam extendit, vt idem iudicium efformandum ſit in Iudice, qui pecunia, vel alio intereſſe oppugnatus, & corruptus innocentem ad mortem condemnauit: cùm etiam tanquam Aſſaſſinus conductus pecunia numerandus veniat. 47 48

Alij plures caſus apud DD. ſpecificantur penes quos videre poteris. Enim verò cum breuitati conſulamus, ſintque tam triti, & extenſi per allegatos *ſuprà*, ſufficiet pro tua inſtructione enumeratio ſpecifica hìc annotata.

QVÆSTIO XCI.
AD VOTVM I.

Probationes an admitti debeant in cauſis contentionum Iuriſdictionis poſt concluſum in illis ad effectum gaudendi, vel non, immunitate Eccleſiæ; & quodnam delictum proditorium priuet illius priuilegio?

SVMMARIVM.

Probationes per teſtes de nouo examinandos non debent de iure admitti poſt concluſum in cauſa, & publicatis atteſtationibus. n. 1.

Fallit in Tribunali Cancellarij Competentiarum Regnorum Aragoniæ. n. 3.

Teſtes, & alia quæcunque probationes admitti debent in Tribunali Cancellarij

ry Competeatiarum Regnorum Aragonia, etiam extra proceſſum, & ad aurem. numero 3.

Cancellarius Competentiarum Regnorum Aragonia indicat ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam, & ideò pro eruenda veritate poteſt admittere quaſcunque probationes, etiam extra proceſſum, & ad aurem. n. 4. & 6.

Princeps ſemper velle debet omnes ſuos actus regulari non ſolùm ad iuſtitiam fori, ſed etiam ad iuſtitiam Poli, præcipuè quando Iudex debet pronunciare ſecundùm Deum. n. 5.

Cancellarius Regnorum Aragonia iudicium efformat non ſolùm ſecundùm iuſtitiam fori, ſed etiam Poli, & ideò non habet manus ligatas pro admittendis probationibus, etiam extra proceſſum. numero. 6.

Reus ſe eximens, è manibus familia, ſi liber in Eccleſiam ſe conferat, gaudet eius immunitate. n. 7.

Probatio ſemiplena ſufficit ad declarandum; an Reus confugiens ad Eccleſium gaudere debeat, vel non illius immunitate. num. 7.

Proceſſus criminalis factus in iudicio ſeculari contra Reum confugientem ad Eccleſiam, an meritum faciat ad effectum gaudendi, vel non illius immunitate. num. 7.

Proditionale delictum priuat immunitate Eccleſia. numero 8. *intillige vt num.* 11. & ſeq.

Inſidioſum homicidium, & proditorium eiſdem regulis dimetiendum eſt. n. 9.

Proditio, & inſidia ad effectum qualitatis homicidij ſunt ſynonima. n. 9.

Occiſio tunc eſt proditionalis, ſeu inſidioſa, quando delinquens in actibus exterioribus dat ſigna amicitia, & in corde aliud gerit, quàm in verbis externis manifeſtat. n. 10.

Proditionale, ſeu inſidioſum delictum vt Eccleſia immunitute priuet requiritur, quòd in patiente nulla detur cauſa ſuſpicionis, & machinationis doloſa. num. 11. & 12.

Homicidium licèt ſit proditionale non priuat Eccleſia immunitate, ſi occiſus habebat aliquam cauſum ſe præcauendi. num. 12.

Machinatio doloſa ad interficiendum aliquem, in quem illius ſuſpicio cadere non poterat, inducit proditionem excludentem Reum ab immunitate Eccleſia: ſecùs ſi occiſus tenebatur ſe præcauere. numero 12. & 13.

Sed aliqui contra ſentiunt. numero 14. & in Aragonia prima opinio indubiè ſeruatur. num. 15. At in Cathalonia ſecunda, à quibus reſpectiuè non eſt recedendum. n. 16.

Stylus Prouincia ſuperat opiniones DD. diuerſimodè ſentientium, & illi ſtandum eſt. num. 16.

NE me tibi fucum facere, aut imponere voluiſſe exiſtimes, merces rurſus meas obtrudendo, paucis te in limine monitum volo *in tertia parte tomi*, ſeu *tractatus mei*, cui titulus præfixus eſt, *Paſtorale Regularium*, excogitaui, & qua cura, ac Marte potui, expendi decem vota deciſiua, quæ occurrerunt ſub id tempus, quo officium, ſeu munus Cancellarij Competentiarum huius noſtri Regni Aragoniæ egi: curioſa profectò, & dulciſſimæ plena nouitatis. 1

Cùm verò huius voluminis, & prædictorum votorum argumentum, valde, & apprimè affine ſit, & in vnum conſpirer: rem mihi facturus, video planè bonam, tibíque (candide Lector) gratiſſimam, adeóque placituram: ſi eadem decem vota ſummatim colligẽs, & pro coronide mox illa in his decem particulares quæſtiones pro complemento huius operis condiam, & attribuam, adductis multis aliis ſedulò à me temporum decurſu obſeruatis, quæ maiorem lucem effundant, robúrque concilient.

Adde, quòd hæc vota non tantùm noſtri Regni deciſiones pulcherrimæ ſunt, ſed & clariſſimæ Phari, & exemplaria, quorum radice tutò regi, & gubernari poteſt Cancellarij Tribunal in articulis deciſis non ex meo Marte, ſed ex qualitate, ſcientia, auctoritate, aut grauitate ſublimium Doctorum Conſultorum in quibuſvis contentionibus, quibus adhæſerunt.

Et propiùs accedendo ad primum 2
votum, quòd præſenti quæſtioni anſam dedit, ſupponendum eſt primò, quòd licèt de iure certum ſit, poſt concluſum in cauſa, & publicatas atteſtationes non licere alios teſtes admittere, ſeu examinare, vt patet *ex text. in cap. Fraternitatis, cap. Intimauit, & cap. Conſtitutus de teſtibus, Clementina finali eodem tit.* Rota *in meis recollectis Peña tomo* 1. *deciſ.* 595. *numero* 4. vbi mea additio plures allegat, & *tom.* 2. *deciſ.* 1599. *num.* 4. & concludunt communiter omnes Doctores.

Attamen in Tribunali Cancellarij com- 3

petentiarum Regnorum Aragoniæ aliter ſe habet: nam omnes probationes etiam poſt concluſum in cauſa, ac renunciatas, & publicatas teſtium depoſitiones admitti debent, tam intra, quàm extra proceſſum, vt latè concluſi cum aliis *in dicto meo Paſt. Reg. part.* 3. *vot.* 1. *n.* 4. *& vot.* 7. *n.* 11. *cum duobus ſeq.* & *ſuprà quæſt.* 2. *à num.* 7. & *quæſt.* 15. *num.* 26. *cum ſequent.*

4 Et rationem *ibidem* aſſignauimus; quia cùm Cancellarius iudicium ferat ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam, &c. magis debet attendere ad eruendam veritatem, quàm ad apices iuris, & ſolemnitates extrinſecas; vt deducitur ex *cap. Nouit de iudiciis*, & ex aliis congeſtis *ſuprà in dicta quæſtion.* 15. *num.* 26.

5 Quæ quidem reſolutio foueri, & addi poteſt ex celebri doctrina Baldi *in l.* 1. *num.* 14. *ff. de conſtitutionibus*, vbi probat ſemper Principem velle omnes ſuos actus regulari non ſolùm ad iuſtitiam fori, ſed etiam ad iuſtitiam Poli; præcipuè quando Iudex debet pronunciare ſecundùm Deum. Quam doctrinam apprimè expendit Franciſcus Niger Cyriacus *tom.* 2. *controu. forenſ. controu.* 349. *num.* 33. *& ſeq.* per hæc verba. *Sextò, ſi Princeps vult omnes ſuos actus regulari non ſolum à iuſtitia fori, ſed & etiam à iuſtitia Poli, Baldus in l.* 1. *n.* 14. *ff. de conſtit. & ipſe, & eius ſenatus iudicat, vt Deus, Becc. conſil.* 47. *num.* 15. *& fauore veritatis inquirendæ, ac adiuuandæ non ſolet coanguſtare probationes, Burſatus conſil.* 260. *n.* 2. *&c.*

6 Vnde cùm hæc in Cancellario reperiantur, qui (vt ſæpe diximus) iudicat ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam non debent eidem probationes coanguſtari, quomodocumque eas effecerit, etiam extra proceſſum, ac ad aurem. Et ita in noſtro Aragoniæ Regno obſeruatum, & ſtylatum inconcuſſè reperitur, ſicut & etiam in aliis Coronæ; de quo etiam adde Cortiadam *in praxi contentionum tom.* 1. *deciſ.* 24. *à n.* 9. *cum pluribus ſeq.* vbi, me citato cum aliis, idem concludit, & aliqua adducit ad intentum conducentia. Et cum dubio careat prædicta reſolutio, non immoror, vt ad ſecundam partem quæſtionis tranſitum facere poſſimus.

7 Aduerte pro principali obiecto prædicti mei voti primi, vt videre adeas eundem Cortiadam *tom.* 2. *deciſ.* 83. vbi *n.* 2. me citato cum infinitis, agit de Reo, qui ſe eximendo de manibus ſatellitum eum adducentium ad carcerem, in Eccleſiam ſe contulit; de quo etiam agemus *in quæſt. ſequenti*, pro extenſione ſecundi mei voti. Et deueniendo ad membrum ſecundum videlicet an ſufficiat ſemiplena probatio, vel requiratur concludens ad effectum excludendi, vel includendi Reum, vt gaudeat, vel non immunitate, dicemus *infrà quæſt.* 97. *ad votum* 7. Et de tertio; an teneatur Cancellarius merita facere de proceſſu criminali confecto in Curia ſeculari, adde Cortiadam *in dicto to.* 1. *deciſ.* 21. *à n.* 102. *cum pluribus ſequent.* vbi de hoc articulo multa congerit, dicemúſque etiam *infrà quæſt.* . .

8 Pro contentis autem in ſecunda parte quæſt. in memoriam reducamus, quod diximus *ſuprà in quæſt. antecedenti num.* 12. *&* 13. *in caſu* 7. *&* 8. videlicet committentem delictum proditorium non gaudere immunitate Eccleſiæ. Verùm quia non omnis proditio, (abſolutè loquendo) priuat immunitate; ideò inquirendum eſt in præſenti, quænam ea fuerit.

9 Ad quod ſuppono cum communi Doctorum, quòd de homicidio proditorio, & inſidioſo idem iudicium efformandum eſt, eiſdemque regulis fore dimetienda; cum ad effectum qualitatis homicidij proditio, & inſidiæ ſint ſynonima, vt diximus *ſuprà in quæſt. antecedenti n.* 13. *in octauo caſu.*

10 Suppono ſecundò, quòd tunc delictum, ſeu occiſio propriè eſt inſidioſa, quando delinquens in actibus exterioribus dat ſigna, & exercet opera beneuola amicitiæ, & in mente, ac corde aliud gerit, ac diſponit, quàm in verbis, & actionibus externis manifeſtat, & propalat; vt dixi *in dicto vot. num.* 6. vbi alios allegaui ad intentum, quibus adde Peregrin. *de immunit. cap.* 7. *num.* 2. Barboſ. *de vniuerſ. iure Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 91. & *in collect. ad text. in cap.* 1. *n.* 6. *de homicidio*, & *in cap. Inter alia num* 46. *de immunit. Eccleſ.* Dianam *tom.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 5. & *tom.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 12. *verſ. Sed ego, &c.* & alij *infrà* citandi *quæſt.* 96. vbi de hoc articulo agemus.

11 Vnde reſultat poſſe dari plures caſus (prout verè dantur) in quibus proditio reperiatur, eóque non obſtante, tale proditorium delictum, ſeu inſidioſum non priuet Eccleſiæ immunitate. Quoties enim verò adeſt aliqua ſuſpicio machinationis doloſæ in eo, qui verbis beneuolis, & ſuauibus aliquem demulcet,

cet, quibus non obſtantibus, coniectu-
rari, & præſumi poteſt aliud habere in
cordè, & in animo, quàm verba mani-
feſtant, ex eo quòd rixæ præceſſerunt,
vel aliqua iniuria fuit illata, aut alia ſi-
milia concurrebant, ex quibus pruden-
ter occiſus tenebatur ſe præcauere:
12 tunc licèt homicidium eſſet proditio-
nale gandet immunitate Eccleſiæ illud
perpetrans, ſi ad eam confugiat:
nam ad ipſam excludendam requiri-
tur, quòd non detur motiuum ali-
quod doloſæ ſuſpicionis in interfecto
per *text. in l. 1. §. 2. ff. de dolo*, & tradit
Grilenzon. *conſil.* 149. *numero* 47. *cum
ſequent.*

13 Et ſic regula erit, quod quoties ma-
chinatio doloſa reperitur, vel dolus ad
decipiendum aliquem, in quem talis
ſuſpicio generari non poterat, tunc ve-
ram proditionem exiſtere excludentem
immunitatem; ſecùs autem ſi in inter-
fecto aderat cauſa antecedens, quæ ei
anſam adhiberet ad diffidendum, &
ſuſpicandum de verbis, & actionibus
amoroſis, beneuolis, & amicis, tanquam
fallacibus, & doloſis, nam in tali caſu
immunitas proficiet.

14 Et licèt hæc regula plures habeat con-
tradictores indiſtinctè tenentes æqua
lance iudicium efformandum eſſe
quoad amicum, ſicut quoad inimicum
ad effectum priuationis immunitatis;
vt plures referens tradit Barboſ. (licèt
ipſe magis ſe inclinet contrariæ opinio-
ni) *de vniuerſ. iure Eccleſ. libro ſecundo ca-
pite tertio, à numero* 91. quibus iunge la-
tiſſimè Gambacurtam, qui alios allegat
de immunit. libr. 5. *cap.* 28. *&* 31. & eo
epilogato copiosè, & ad partes neruosè
defendendo hanc ſententiam Curtellus
de priſca, & recenti immunitate l. 1. *quæſt.* 1.
num. 38. *& quæſt.* 5. *per totam.*

Ego quidem in hac contrarietate opi-
nionum non auderem reprobare ali-
quam earum: nam ambas probabiliſſi-
mas eſſe exiſtimo in terminis iuris, &
Gregorianæ, ac fundamenta pondera-
ta reſpectiuè à Doctoribus pro ſua ſen-
tentia vrgentiſſima ſunt, & ſolidis ra-
tionibus munita repetitur alterutra,
quidquid Gambacurta, & Curtellus
vbi proximè velint contemnere opinio-
nem admittentem immunitatem *in præ-
dicto caſu*: nam ſi verè, & attentè ratio-
nes expendantur, ſatis concludere vi-
dentur.

15 Verùm in noſtro Aragoniæ Regno
inoffenſo pede currit in Tribunali Can-
cellarij Competentiarum, quod ſi cau-
ſa inimicitiæ, vel alterius ſimilis præceſ-
ſit propter quam, occiſus proditoriè te-
nebatur ſe præcauere, non eſſe ei de-
negandam immunitatem, qui tale ho-
micidium conſummauit, vt concludunt
omnes noſtri Practici, Bardaxi *in com-
ment. ad forum vnicum ſub tit. de his, qui
ad Eccleſiam confugiunt numero* 10. *pagin.* 5.
colum. 4. Portoles *in quæſtionibus poſt ſcho-
lia ad foros ſub titul. de Competentia iuriſ-
dictionis quæſtion.* 7. *numero* 6. *tomo* 1. *pag.*
492. & *verbo. Homicidium, numero* 2. ac
verbo, Proditor, numero 1. Seſſe *in tract. de
inhibitionibus cap.* 4. §. 4. *numero* 63. *&* 64.
quos refert, & ſequitur Suelues *tomo* 1.
in centuria conſil. 33. *numero* 10. *in fine*,
vbi *num.* 11. aſſerit, quòd in noſtro Re-
gno difficultate caret: & ad intentum
plura exemplaria allegat, quibus adde,
quæ ego refero *in meo Paſt. Reg. part.* 3.
vot. 6. *numero* 5. & me cum aliis infini-
tis allegatis pro hac opinione Cortiada
tom. 2. *deciſ.* 96. *num.* 4 *& ſequent.* vbi tres
columnas conſumit in longiſſima colle-
ctanea DD. & poſtmodum *numero* 31.
ferè omnes repetit, *ibidémque* diffusè
agit de hoc articulo cum variis amplia-
tionibus, & limitationibus, quæ diſper-
ſæ exiſtunt in tot numero Auctoribus,
& penes ipſum videre poteris, & ita fuit
declaratum in Tribunali Cancellarij
noſtri Regni nouiſſimè in proceſſu Pro-
curatoris Fiſcalis, necnon Procuratoris
Adſtricti Ciuitatis Cæſarauguſtæ con-
tra Ioannem del Hoſtal ſuper Compe-
tentia iuriſdictionis ſub die 2. Iulij 1650.
coram me de voto vniformi quatuor
Dominorum Conſulentium, vt patet *in
meo Paſt. Reg. part.* 3. *vot.* 1. *n.* 14. *& vot.* 8.
à num. 45. *cum ſeq.* vbi aliquas limitatio-
nes annotaui.

At verò in Cathalonia contraria pra- 16
xis reperitur, vt plura exemplaria alle-
gans concludit idem Cortiada *vbi proxi-
mè numero* 39. *in fine*, à qua in eo Regno
non eſt recedendum; nec in noſtro
à contraria, quæ ſe opponit: cùm am-
bæ per ſtylum, & praxim vincant quoſ- 17
cunque DD. contrarium opinantes, &
quæ ipſi ponderant, & conſiderant,
cùm illa declaret ipſam contrarietatem
ex ipſa obſeruantia.

Cætera autem, quæ ad præſentem 18
quæſtionem, & dictum meum votum
primum conducunt, ſupplere poteris,
ex his, quæ *ſuprà* dixi *quæſt.* 74 *num.* 14.
& ſequent. & *numero* 17. ſimúlque ex
ſpecificatis, & allegatis DD. *ſuprà*, qui

latiſſimè, & copioſè diſſerunt: nam in his, quæſtionibus, quæ concludunt hoc noſtrum opus ſolùm per viam additionis, in ferè omnibus aliqua augebimus, tanquam ſpecificè pertinentia ad præcipuum obiectum noſtri operis, & tractatus.

QVÆSTIO XCII.

QVOAD VOTVM II.

An ſi, Reus condemnatus, vel captus propter aliquod delictum, ſe eximat, è manibus familiæ ipſum in carcerem portantis, & in locum ſacrum ſe conferat, gaudeat eius immunitate: & an ſi delictum, propter quod fuit condemnatus, eſſet ex exceptuatis in Iure, aut Bulla Gregorij XIV. fuiſſet attentatum, ſed non conſummatum, ſufficiens ſit, vt illa priuari queat, non obſtante ingreſſu in locum ſacrum?

SVMMARIVM.

*Reus exiſtens captus per Miniſtros ſecculares, ſi ab eis ſe eximat, & liber locum ſacrum ingrediatur, gaudet eius immunitate. num.*1.

*Captus per miniſtros laïcos non eſt perfectè in eorum dominio, donec non ſit recluſus in carcere. n.*2.

*Carcerem frangens, ſi ad Eccleſiam confugiat, gaudet eius immunitate. n.*3.

Attentans delictum excluſum à priuilegio immunitatis Eccleſiæ, an ipſo gaudeat, ſi non ſit conſummatum, anceps eſt quæſtio. Alij abſolutè negant. n. 4. & ſeq. *Sed contraria eſt verior, & tenenda. n.*7. & ſeq.

Delictum proditionale ſi quis attentauerit, non gaudet immunitate, etiamſi mors non ſit ſequuta. num. 4. *&* 5. *contra* 7. & ſequent.

Attentans delictum proditorium animo occidendi non gaudet immunitate, etiamſi mors non ſequatur; ſecùs ſi, illo ſecluſo, vulnerandi cauſa id effecerit. numero 5. *&* 6.

*Proditor attentans delictum, vel per inſidias, ſi mors non ſequatur, gaudet immunitate Eccleſiæ, ſi ad eam confugiat. num.*7.

Delicta proditionalia, vel per inſidias de iure ciuili puniuntur pœna mortis, etiamſi mors non conſummetur, ſed ex eo non ſequitur, quòd Reus attentans priuetur immunitate. n 8. *&* 9.

*Immunitate Eccleſiæ gaudet de iure canonico Reus attentans delictum proditorium, vel per inſidias. n.*9.

Lex ciuilis non poteſt tollere quoad immunitatem Eccleſiæ, quod de iure canonico ſtabilitum reperitur. n. 10.

Attentans delictum ex exceptuatis in Iure, vel Bulla Gregoriana, ne committentes gaudeant immunitate, ſi non ſit conſummatum, in Aragonia non priuatur illo priuilegio, ſi in Eccleſiam ſe conferat. numero 11.

HVius quæſtionis reſolutio quoad 1
primam partem ferè per omnes D D. ſatis nota, & admiſſa reperitur, videlicet quòd ſi Reus exiſtens, in manibus & poſſe miniſtrorum ſecularium, & ab eis ſe eximat, ac liber, licèt catenis ligatus in manibus, & pedibus, ingrediatur, ac ſe conferat in locum ſacrum, eidem immunitatem Eccleſiæ proficere; vt latè dixi *in meo Paſt. Regul. part.* 3. *vot.* 2. *à num.*4. *cum ſequent.* & *vot.*8. *à numero* 45. *cum pluribus ſequent.* vbi aliquas limitationes annotaui, & etiam *ſuprà quæſtion.* 79. *numero* 25. *&* 26. vbi alios allegaui, quibus iunge, & adde infinitos relatos per Cortiadam *to.* 2. *deciſ.* 83. *num.* 2. *&* 3. & in ſpecie ipſum caſum noſtri voti ſecundi omninò vide, & adde Azevedum ſuper 3. *lib. nouæ recopilationis lib.* 1 *tit.* 1. *ad leg.* 2. *n.* 11. *&* 12. *pag. mihi* 30. *&* 31.

Et rationem reddunt Thomas Del- 2
bene *in tract. de immunit. tom.* 2. *cap.* 16. *dub.* 33. *num.* 33. optimè Diana alios referens *tom.* 6. *tract.* 8. *reſol.* 5. *verſ. Nec valet dicere, &c.* vbi allegat Ægidium Boſium *in tit. de captura, num.* 23. videlicet, quòd Curia ſecularis ſibi debet attribuere negligentiam, inertiam, aut debilitatem in non cuſtodiendo Reum, qui quidem donec non ſit in carcere conſtitutus, nec perfectè, vel adæquatè in eorum poſſe, & manibus complerè captus intelligitur: nam vſque illud tunc temporis non eſt in tuto, & completo

pleto dominio, ac poteſtate Iuſtitiæ.

3 Si enim exiſtens in carceribus, eoſque frangens, atque ad Eccleſiam confugiens, gaudet ipſius immunitate, ſi non ſit pro caſibus exceptuatis, non obſtante, quòd actualiter carceratus reperiebatur, vt diximus *ſuprà quæſt.* 79. *num.*24. *&* 28. *&* *quæſt.* 81. *num.* 3. *&* *ſequent.* præcipuè *à num.* 5. ergo à fortiori erit in illo, qui completè captus, & in carcere repoſitus non exiſtebat: & ita etiam reſoluunt Trullench. *in Decalogum tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 1. *num.*11. Cyarlinus *controu.forenſ.cap.*197. *num.* 17. *part.* 2. prædictámque reſolutionem ſine dubio aliquo in omnibus Tribunalibus contentionum obſeruari concludunt ferè omnes DD. ad terminos declarationis noſtri voti ſecundi, & in Cathalouia reperiuntur infinita exemplaria relata per Cortiadam *in tom.* 2. *deciſ.* 84. *à numero* 4. *& ſequent.*

4 De ſecunda autem parte huius quæſtionis videlicet, de attentante, & non conſummante aliquod atrox delictum excludens immunitatem maior eſt difficultas; cum pro vtraque parte valde diſſentiant DD. Alij namque abſolutè tenent non gaudere; vt reſoluunt Gambac. *de immunit. lib.* 5. *cap.* 30. *num.*6. & alij penes Curtellum *de priſca, & recenti immunit. lib.* 1. *quæſt.* 4. *& quæſt.*18.

5 vbi latè defendunt attentantem delictum proditorium, etiamſi mors ſequuta non fuerit, non gaudere immunitate; & pro hac parte adducit Ioannem Gutierrez *in quæſt. pract. lib.* 3. *quæſt.* 7. qui abſolutè id non reſoluit in omni caſu, ſed in eo, qui animo occi-

6 dendi intentauit delictum; & ex aliquo accidenti mors non fuit ſequuta: quia tunc talem delinquentem non gaudere immunitate concludit: ſecùs autem ſi animo non interficiendi aliquem per aſſaſſinum, vel proditoriè, aut inſidioſè fuerit vulneratus: quia tunc gaudere ſentit Gutierrez *in dicta quæſtione* 7. *à numero* 55. *cum pluribus ſequent.* Illam tamen Curtelli opinionem veriorem iudicat Cortiada *in dicto tom.* 2. *deciſ.*103. *num.*16. vbi alios refert.

7 Pro contraria autem in ſpecie contra Curtellum, & cæteros concludunt Barboſa *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico lib.* 1. *cap.* 3. *num* 90. *& in collectanea ad text. in cap. inter alia de immunit. Eccleſiarum num.*45. Lezana *tom.*3. *quæſt.regul.verbo, Immunitas Eccleſiæ, num.* 12. *verſ. Attentans*, Diana qui alios allegat *tom.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 4. *&* 18. *& tom.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 12. optimè Giurba *conſil.* 10. *numero* 20. & latiùs *conſil.* 50. *num.* 36. me citato cum aliis, Cortiada *vbi proximè in dicta deciſ.*103. *num.*14.

Et certè in hac dubitatione veriorem exiſtimo opinionem affirmantem, quòd attentans proditoriè delictum homicidij, vel alterius eiuſdem ſpeciei, non ſit priuandus immunitate Eccleſiæ, ſi ad eam confugiat, ſi mors, aut effectus eius non fuerit ſequutus; vt latiùs, & copioſiùs dixi *ſuprà quæſt.* 80. *per totam.*

Rationémque optimam huius conclusionis adducit Giurba *in dicto conſil.* 50. *à num.* 33. ex qua reſultat reſponſum ad ea, quæ Curtellus, & Gambac. ponderant; nam verum eſt, quòd ſi delictum proditionale cuiuſcunque ſpeciei, & qualitatis extiterit, fuerit attentatum, non ſolùm pluribus vicibus, ſed vnâ, vel alterâ, leges ciuiles, & pragmaticæ particulares iuſtiſſimè punire poſſunt talem delinquentem, etiam ad mortem; & talis pœna de iure ciuili imponi, & procedere poteſt. Sed hoc attentè inſpectum efficere non valet, quòd illa punitio præiudicium inferat immunitati: cùm igitur nec de iure Canonico, aut Gregoriana quomodocumque attentans reperiatur excluſus, ſequitur, quòd licèt lex ciuilis condemnet attentantem delictum atrox, licèt non conſummatum, ad pœnam mortis (quod legitimè efficere poteſt) ex eo tamen inferri non valet denegatam eſſe immunitatem ex illa pœnæ impoſitione de iure ciuili, quod impedire, aut tollere nequit, quod ſtabilitum reperitur *in iure Canonico, & decretis Apoſtolicis*; vt cum Ambroſino, & Guazzino *de defenſ. Reorum defenſ.* 1. *cap.* 38. *num.* 36. *in fine* ac Peguera *deciſ.* 40. accuratè concludit Giurba *in dicto conſil.* 50. *num.* 36. *&* 37. 8 9

Et in noſtro Regno Aragoniæ dubio caret, attentantem delictum ex exceptuatis in iure, & in Gregoriana, ſi conſummatum non fuiſſet, nec ab immunitate Eccleſiæ fore excluſum, ſed imò ſi ad ipſam ſe conferret extrahi non debere; de quo plura exemplaria reperiuntur; & communiter noſtri Practici cõcludunt, prout annotaui *ſuprà in dicta quæſtione* 80. & nouiſſimè fuit reſolutum coram me de voto vniformi quatuor Cõſulentium in proceſſu Franciſci 10

ciſcidc Napoles ſuper Competentia iuriſdictionis ſub die 16. Octobris 1650. & profectò hæc noſtra praxis magis mihi ſemper placet, & opinio Doctorum eam ſequentium, etiam quoad cætera Regna, & Prouincias.

QVÆSTIO XCIII.

QVOAD VOTVM III.

Clericus in minoribus conſtitutus inſeruiens Eccleſiæ de mandato Epiſcopi in aliquo ipſius miniſterio ſi vxorem ducat deferendo habitum, & tonſuram, an gaudeat fori priuilegio; & an mortua vxore reuiuiſcanr illæ exemptiones, quibus ante matrimonium fruebatur, ſi atrox delictum perpetrauerit?

SVMMARIVM.

Clericus coniugatus ſi habitum, & tonſuram deferat, ſitque alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi adſtrictus, gaudet fori priuilegio num. 1. & 11.

Clericus vxoratus, vt gaudeat fori priuilegio debet eſſe cum vnica, & virgine cum cæteris requiſitis Tridentini. num. 2. & 3.

Fori priuilegio vt gaudeat Clericus coniugatus, non ſufficit, quòd habitum, & tonſuram deferat, ſed requiritur aliquod ſeruitium Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi iuxta Tridentini diſpoſitionem. n. 3.

Clericus in minoribus conſtitutus, habitum, & tonſuram deferens, ſimúlque inſeruiens alicui Eccleſiæ, etiamſi vxorem virginem, & vnicam ducat, non amittit fori priuilegium, dummodò continuet in eodem habitu, & in aliis cæteris. num. 3. & 4. quod extende, vt numero 5. & ſequent.

Clericus in minoribus conſtitutus ſi vxorem ducat, habitumque, & tonſuram relinquat, ſi mortua muliere, reaſſumat habitum Clericalem, & cætera, quæ priùs habebat, reuiuiſcunt in illo omnia priuilegia fori, quibus ante Matrimonium fruebatur. num. 5. quod extende etiamſi id efficiat viuente vxore. numero 6. & 7.

Clericus coniugatus dimittens habitum, & tonſuram, tandiu erit priuatus fori priuilegio, quandiu illis non vtatur: at ſi reaſſumat, reuiuiſcet, & illo fruitur. num. 7.

Dictio, quandiu, *denotat conditionem, ſicut & dictio,* quoad *num. 7*

Clericus coniugatus, qui dimiſit habitum clericalem, poteſt eum reaſſumere, & ſi tempore commiſſi delicti cum illo reperiatur, gaudet fori priuilegio. numero 8. & 10.

Clerici in minoribus conſtituti, tam coniugati, quàm non coniugati, vt fori priuilegio gaudeant, debent incedere in habitu clericali, & tonſura per quatuor menſes ante delictum commiſſum ex quadam Conſtitutione Alexandri VI. conceſſa Regnis Caſtellæ, vbi locum habere poteſt, ſed non in aliis Prouinciis. num. 9. & 10.

Clericus coniugatus deferens habitum, & tonſuram clericalem ad præſcriptum Tridentini gaudet fori priuilegio, etiamſi veſtes, & coronam dimittat; ſi poſtmodum illas reaſſumat. n. 11.

HVius quæſtionis obiectum, & ca- 1
ſus, ſeo ſpecies extenſa *in dicto meo voto tertio* ſatis extranea, & non vulgaris apparebit ex facto *ibidem* enarrato, quod quidem ſi perlegeris, ſatis ſingulare, ac extraordinarium reperies, in quo copioſè accommodauimus diſcurſum ad motiua, quæ nobis anſam præbuerunt ad reſolutionem, & declarationem pro fori priuilegio quoad talem
Clericum coniugatum cum vnica, & 2
virgine; provt de iure præciſè requiritur iuxta text. *in cap. vnico de Clericis coniugatis in 6.* & tradunt Farinat. *in praxi criminali, tom. 1. quæſt. 8. num. 8.* Camillus Borrellus *in ſumma omnium deciſionum tit. 8. de Clericis coniugatis num. 24.* Carolus de Graſſis *de effectibus clericatus effectu 1. num. 8.* & alij penes Barboſam *in paſtorali alleg. 12. num. 26.* & ita om-
nes D D. concludunt, ſimúlque haben- 3
tem requiſita à Concilio Tridentino ſtatuta *ſeſſ. 23. cap 6. de reformat.* videlicet, præter tonſuram, & habitum clericalem ſpeciale ſeruitium alicuius Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, & tunc fori priuilegio gaudere certiſſimum eſt.

Quod in tantum eſt verum, vt ſi an- 4
te contractum Matrimonium, tonſuram receperit,

receperit, habitúque clericali vtatur, ſitque de mandato Epiſcopi alicui Eccleſiæ deſtinatus ad certum ſeruitium, ſi vxorem ducat vnicam, & virginem, & in eodem ſtatu continuet, & perſueret, exercendo illud miniſterium, non priuatur illo fori priuilegio, ſed eo gaudere debet per tradita à DD. *in cap. 2. de foro competenti*, & *in cap. vnico de Clericis coniugatis in 6.* de quo videre poteris Barboſam *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico libr. 1. cap. 39. §. 2. à numero 30. & ſequent.* vbi *numero* 35. receſſit ab opinione, quam priùs docuerat *in Paſtor. allegat. 12. num.* 14. propter declarationes Sacræ Congregationis, quæ fuerunt deciſæ poſtquam dictum paſtorale fuit typis mandatum: imò ipſamet Congregatio declarauit *in vna Valentina* 28. Martij, & 29. Iulij 1628. quòd Clericus ſeruiens Eccleſiæ non tamẽ de mandato Epiſcopi, adhuc gaudet priuilegio fori per hæc verba. *Clericus in minoribus conſtitutus Eccleſiæ deſeruiens non tamen ex mandato Epiſcopi, habitum, & tonſuram deferens, gaudet fori priuilegio* ſacra Congregatio, *&c.* teſte Diana *in declarationibus* ab ipſo adductis *tom. 5. poſt tract. num. 21. pagina mihi* 440.

5 Et prædicta ita ſunt certa, quòd notabiliter etiam extendi debeant ad caſum, in quo talis Clericus ſi Matrimonium contrahat cum vnica, & virgine, & non aliter, & ex ea cauſa habitum, & tonſuram dimittat, ſi poſtmodum mulier vitam cum morte commutaret, illéque ſe reintegret, & reaſſumat habitum, & cætera; reuiuiſcunt totaliter priuilegia, quæ priùs habebat, ac ſi Matrimonium non mediaſſet, vt tradit Carolus de Graſſis *de effectibus Clericatus effectu 1. numero* 324. & ita declarauit Sacra Congregatio *in vna Mazar.* 17. Iunij 1630. & *in Boſſanenſi* die 18. Martij 1631. per hæc verba. *Habitum dimittens Clericalem poteſt illum iterum reaſſumere, vt gaudeat priuilegio fori, non obſtante irregularitate ſuperueniente, & Epiſcopi prohibitione* Sacra Congregatio, &c.

Et iterum Sacra Congregatio *in Boſſanenſi* die 18. Martij 1631. declarauit fori priuilegio gaudere Clericum, qui ante carcerationem reaſſumpſit habitum, &c.

6 Et magis in ſpecie die 10. Decembris 1599. per hæc verba *Clericus prima tonſura, qui poſt dimiſſam primam tonſuram, & habitum Clericalem deliquit, & pro delicto in Curia ſeculari citatus, deinde reaſſumpto habitu cum tonſura, Eccleſiæ inſeruire cæpit, non poteſt à Iudice ſeculari quoad perſonam puniri, nec talis Iudex poteſt proceſſui finem imponere* Sacra Congregatio Concilij, &c. Quas quidem declarationes reperies penes eundem Dianam *in dicto tom. 5. in fine num. 22. & 27. pag. mihi* 440. & latius dixi *in meo Paſtorali Regul. part. 3. vot. 3.* ferè *per totum*, præcipuè *numero* 24. quibus adde Panormitanum *in cap. Clericus in 2. de vita & honeſtate clericorum*, quem refert, & ſequitur Couarrunias *pract. quaſt. cap. 31. num. 8. in fine* vbi reſoluit prædictam concluſionem probatam, & admiſſam eſſe ab omnibus *in dicto cap. vnico de Clericis coniugatis in 6.*

Quod quidem extendendum eſt ad 7
caſum dum vxoratus exiſtebat, etiam dato, quòd dimiſiſſet, & depoſuiſſet veſtes clericales, quibus vtebatur ante contractum Matrimonij. Enim verò ſi poſtmodùm eas recuperet, & reaſſumat, reuiuiſcunt in eo omnia priuilegia, quæ ante habebat per textum *in Clementina 1. de vita, & honeſtate clericorum: ibi. Et ſi omnino incedant vt laici in perſonis priuilegium clericale* quandiu *præmiſſis inſtiterint, eo ipſo amittant, &c.* Ex quibus verbis infertur, quòd ſi in præmiſſis (hoc eſt in occiſione habitus ſecularis) inſtiterint non gaudere fori priuilegio; ſi tamen ſe ad habitum, & tonſuram clericalem reducant, vtique illo gaudere deducitur. Et ita concludit Alexander, omnino videndus, *conſil. 149. n. 3. volum. 6. ibi Quod illa qualitas importata per illam dictionem*, quandiu *refertur ad omnia poſita in eadem oratione; vt notabiliter tenet Bartholus in l. 4. §. eritque differentia ff. de vi bonorum raptore.* Hæc Alexander, cui adde latiſſimè plures Allegatos per Belletum *diſquiſ. cleric. part. 1. tit. de fauore clericorum perſonali §. 8. à num. 15. cum ſequent.* de hoc articulo copioſè agentem.

Cuius doctrina roborari poteſt ex eo, quòd dicta dictio, *quandiu*, denotat conditionem, ſicut & dictio, *quoad*, vt plures referens aduertit Barboſa *in tract. de dictionibus vſu frequentibus dictione 306. num. 2.* & ita intelligendus eſt textus *in dicta Clementina 1. in dicto verbo, Quandiu*, id eſt, quoad dum incedant, vt laici, non verò vt clerici cum habitu, & tonſura; prout ſimiliter concludunt *ibidem* Gloſſa *verbo, Quandiu*, Petrus Barboſa *in l. Titia* 35. *num.* 33. *ff. ſoluto Matrimonio*, Zerola *in praxi part. 1. verbo,*

Clericus,

Digitized by Google

Clericus, *verſ. Ad decimum tertium*, & alij penes Sanchez *de Matrim. lib. 7. diſp.46. num. 29.* latè Couarruuias *pract.*
8 *quæſt. in dicto cap. 31. num. 8.* qui cum aliis infert ad intentum noſtræ declarationis, quòd etiamſi Clericus coniugatus dimiſerit aliquandiu habitum, & tonſuram, ſi tamen tempore perpetrati delicti cum illis reperiatur, potitur fori priuilegio: & rationem aſſignat, quia nullo Canone, aut Conſtitutione Apoſtolica inuenitur deciſum, quòd per talem dimiſſionem habitus Clericalis totaliter illi Clerici excluſi maneant à fori priuilegio, ſi tempore commiſſi delicti cum illo exiſtant; nam priuatio ſolùm operatur pro tempore quo veſtibus clericalibus nudantur, & cum animo, & deliberarione non incedendi in illis; qui quidem animus excluditur ex contrario actu reaſſumptionis, & conſequenter deliberatio infertur non diſcedendi ab ſtatu Clerici coniugati, & exinde in eo continuandi: & hanc opinionem communem eſſe, & ab omnibus ſequutam *in cap. Ioannes 7. de Clericis coniugatis*, *& in cap. vnico eodem tit. in 6.* teſtatur Couarruuias *ibidem*, & ad intentum allegat alios plures.

9 Ipſe tamen aduertit, quòd ex quadam Conſtitutione particulari Alexandri VI. requiritur, quòd quicunque Clerici prima tonſura inſigniti, non gaudent fori priuilegio, niſi per quatuor proximè antecedentes menſes tempore perpetrati delicti tonſuram, & habitum Clericalem aſportaſſent; de qua Conſtitutione videre poteris eundem Couarruuiam *vbi proximè in dicto cap. 31. numero 8.* & *capit. 32. per totum.* Sed certè cùm hæc Conſtitutio ſit conceſſa Regnis Caſtellæ, vbi pro lege habetur, & declaratur *leg. 6. cum ſequent. tit. 4. lib. 2. recopilationis* (de qua copioſè Auendañus *de exequendis mandatis cap. 22.* apud quem videre poteris) non poteſt nocere vltra illa Regna, quibus conceſſa fuit, dato tamen, & ſuppoſito, quòd ita obſeruetur.

10 Pro coronide facit ad intentum celeberrimum Conſilium 8. Alexandri *volum. 1. vbi numero* 15. in ſpecie concludit pro hac noſtra reſolutione in hæc verba: *Et dato quòd talis Clericus coniugatus ante tempus commiſſi criminis non inceſſit in habitu*, *& tonſura*, *tamen non perdit priuilegium Clericale*, *dummodo appareat*, *quòd tempore commiſſi criminis reaſſumpſit habitum*, *& tonſuram*; *Ita decidit Ioannes Andreas in cap. Sane el ſegundo in 10. quæſtion. de Clericis coniugatis*, *per quod habetur in capite finali de vita*, *& honeſtate Clericorum argumento legis*, *ſi quis libellos*, *Cod. de appellationibus*; *& ita tenent alij communiter ſcribentes in dicto cap. Sanè*, *idémque defendunt Ioannes Monachus*, *Archidiaconus*, *Ioannes de Lign. in dicto cap. 1. de Clericis coniugatis in 6. Paulus de Leazaris in Clementina 1. de vita*, *& honeſtate Clericorum*, *pro quo eſt optimus textus in dicta Clementina verſ. Quandiu ſecundum primum intellectum*: ibi. *poſitum in Gloſſa in verbo*, *Oratio*, *quæ eſt magis communiter approbata*, *&c.* Hæc Alexander, quem omnino videbis; nam plura cumulat ad intentum conducentia, idémque repetit *in dicto conſil. 149. numero 7. & ſequent. volum. 6.* & adde Gloſſam *in dicto cap. Ioannes 7. verbo*, *Non poteſt*, *de Clericis coniugatis*, aliáque multa congerentem Barboſam *in Paſtor. part. 2. alleg. 12. à numero 27. cum ſequent.*

Ex quibus concludendum eſt, Clericum coniugatum in minoribus conſtitutum deferentem habitum, & tonſuram ad præſcriptum Tridentini gaudere fori priuilegio, etiamſi dimittat veſtes Clericales, & tonſuram, ſi poſtmodum illas reaſſumat: & ita fuit declaratum in Tribunali Cancellarij noſtri Regni Aragoniæ ſub die 14. Aprilis 1651. in proceſſu Fiſcalis Eccleſiaſtici Epiſcopatus, & Diœceſis Turolen. ſuper Competentia iuriſdictionis, & latiùs videre poteris *in meo Paſtor. Regul. part. 3. vot. 3.* 11

QVÆSTIO

QVÆSTIO XCIV.

QVOAD VOTVM IV.

An Reus, qui ad Eccleſiam confugit pro eius immunitate, à qua violenter per miniſtros ſeculares fuit extractus, ſi poſtmodum renunciet immunitati, nec ea velit vti, ſed quod per Iudices laïcos in cauſa criminali procedatur, ac ſi ad Eccleſiam non confugiſſet gaudeat immunitate, & debeat prius Eccleſiæ reſtitui?

SVMMARIVM.

Reus intentans homicidium proditorium, ſi mors non ſequatur, & ad Eccleſiam confugiat, non priuatur in Aragonia illius immunitate; licèt aliàs lex ciuilis illum ad mortem condemnet. n.2.

Reus violenter extractus ex loco ſacro, licèt poſtea voluntariè renunciet immunitati,, non præiudicat ipſam; vt ex eo Eccleſia non reſtituatur. n.3. & 6.

Reus, qui contra ſuam voluntatem per miniſtros ſeculares ab Eccleſia fuit extractus, licèt renunciet voluntariè immunitati, reſtitui debet illi, etiamſi repugnet, & contradicat. n.3. & 6.

Immunitatis Eccleſiæ priuilegium conceditur ei, qui in illa ſe recepit, ſed nemo cogitur ipſo vti, ſi noluerit. numero 4. & 5.

Beneficium inuito non attribuitur. numero 4.

Exiſtens in Eccleſia non poteſt ab ea inuitus extrahi per miniſtros laicos, ſecus autem ſi voluntariè exeat, & ſe illis tradat. n.5. & 6.

Immunitas Eccleſiæ læſa cenſetur de per ſe quoties Reus in ea exiſtens illa violenter ſpoliatur; & tunc poteſt implorare ſuum priuilegium per ſe ipſam, quamvis Reus acquieſcat. n.7.

Arbiter, & moderator ſuæ rei eſt quilibet, ad vtendum ipſa, prout placuerit. n. 8.

Fugiens ad Eccleſiam pro eius immunitate, ſi ab ea voluntariè exierit, poteſt liberè capi per miniſtros ſeculares; ſecus ſi violenter, etiamſi poſtmodum ipſe renunciet. num. 8. & 9. cum ſeq.

Priuilegio, quod ad honorem Cæleſtem inductum eſt, renunciari poteſt. numero 9. & 10.

Priuilegium immunitatis habet principaliter reſpectum quoad Eccleſiam, & comprehenſiuè quoad Reum. num.11. intellige vt numero 12.

Reus exiſtens in Eccleſia, ſi voluntariè ab ea exeat, ſéque tradat Poteſtati ſeculari, ex ea traditione immunitas implorari non poteſt, etiam ad inſtantiam Eccleſiæ; ſecus ſi violentia, aut vis fuit illata in extractione; nam in omni euentu Reus reſtituendus eſt illi. n.12. & 13.

Renunciatio priuilegij, aut alterius rei proficua non poteſt nocere Tertio, præcipuè ſi ſequatur aliquod nocumentum.

SPecies, & caſus, qui anſam dedit 1
huic quæſtioni ſatis animos omnium ipſam legentium in ſuſpenſionem, imò & admirationem adducere poteſt, quam intelligere, & percipere valebis ex illius facto à me relato *in Paſt. Regul. parte 3. voto* 4. dum vidimus Reum committentem homicidium, & de eo conuictum per ſuam propriam confeſſionem, ex quo certò ſcire poterat in furca fore ſuſpendendum; ſed eo non obſtante proſpeximus ipſum renunciantem priuilegio immunitatis Eccleſiæ, quo frui poterat. Licèt enim verò delictum per illum perpetratum contineret proditionem, attamen non erat conſummatum taliter, quòd vulneratus ex ictu archabutij in eum exonerati ſtatim moreretur; ſed imò ipſe patiens ad carcerem fuit deductus per Iudices laïcos, ex eo, quòd in duobus proceſſibus criminalibus ante vulnus contra ipſum actitatis ex aliis grauibus exceſſibus, & criminibus ad mortem erat condemnatus; nec exequi potuit, nam aufugerat; quapropter ſic vt moribundus; & grauiter vulneratus exiſtebat ad carcerem fuit deductus, vbi poſt puſillum laqueo ad collum adſtricto per carnificem vitam cum morte commutauit.

Cùm igitur occiſor ad Eccleſiam con- 2
fugeret, à qua extrahi intentaretur, prætendebat (ſicut & factum fuit) quod cùm in Aragonia Reus non priuetur immunitate, ſi

mors non ſequatur, vt diximus *ſuprà quaſt. 92. numero* 11. licèt aliàs lex ciuilis illum ad mortem condemnet, vt patet ex ponderatis *ſuprà in dicta quaſtione* 92. *à numero* 6. *cum ſequent.* ex eo effugere imminens periculum condemnationis ad mortem, in quo reperiebatur, & ad eum effectum implorabat auxilium immunitatis Eccleſiæ, à qua, vt diximus, violenter per miniſtros ſeculares fuit extractus, & in Regiis carceribus conſtitutus; hócque ſub prætextu, quòd dictus Reus laqueo ad collum applicato vitam finiuit in executionem ſententiæ prolatæ per Iudices ſeculares in dictis proceſſibus, non verò ex ictu archabutij; ſicque delictum non eſſe conſummatum, & conſequenter eidem immunitatem Eccleſiæ proficere. Quapropter ad inſtantiam Procuratoris Fiſcalis Domini Epiſcopi Oſcen. (vbi caſus acciderat) fuit contentio formata coram Arbitris iuxta ſtylum; & cùm illi non conuenirent, fuit cauſa deuoluta ad Tribunal Cancellarij, me adminiſtrante hoc munus, & inchoata, ac incepta antequam proceſſus inſtrueretur, & triginta, & quinque dies ad declarandum complerentur, comparuit coram me, & quatuor Conſulentibus Procurator legitimus prædicti Rei cum mandato ſpeciali ſui Principalis, renunciando ipſius nomine omnibus priuilegiis, & immunitatibus, quibus frui, & gaudere poterat per receptionem ab ipſo factam in loco ſacro, ſimúlque exhibuit inſtrumentum publicum ab ipſo Reo factum ſpecialiter declarans ipſam renunciationem, ac ſpecificè, & expreſsè conſentiens, vt ad inſtantiam laïci accuſatoris legitimi, tam publici, quàm particularis poſſet contra eum conflari proceſſus criminalis per Curiam ſecularem, ac ſi non fuiſſet violenter captus, & extractus è loco ſacro; ſed imò potiùs, quòd in ſua cauſa criminali procederetur per Iudices ſeculares.

3 Quibus ſic ſe habentibus, ſatis equidem rarum viſum fuit Reum conuictum ex ſuamet confeſſione velle carnificem eſſe ſui ipſius ſe ſubmittendo pœnæ mortis ſtatutæ delinquentibus, qui talia perpetrarunt. Vndè dubium fuit excitatum: an talis Reus eſſet reſtituendus Eccleſiæ, vel ſi per ſuam renunciationem immunitas remaneret extincta.

Et re maturè conſiderata, ac toto ſtudio excuſſa, reſolutum fuit, talem renunciationem nihil operari, ne Eccleſiæ reintegraretur, cuius immunitas, & reuerentia nimis fraudata, ſatiſque læſa reperiebatur. Licèt enim verò cuique liberum ſit, ſe tali beneficio non tueri, nec cogi poſſe, ſi noluerit, ad illud recipiendum, ex vulgari regula iuris, quòd beneficium inuito non attribuitur *l. inuito. l. inuitus §. quod cuique ff. de regulis iuris* cum aliis pluribus relatis per Barboſam *in tract. axiomatum iuris vſu frequentium axiomat.* 36. *num.* 5. vbi varia exempla huius regulæ ſpecificat. 4

Attamen in præſenti caſu aliter conſiderandum eſt: nam Reus antequam in Eccleſiam ſe conferat tali regula vti poterit, & tunc cogi nequibit, vt ibidem ſe recipiat, aut ſi exiſtens in illa voluntariè, & ſponte ab ea exeat, ſéque conducat ad locum profanum; nam tunc talis voluntaria renunciatio eſt valida, & efficax, nec Eccleſia aliquam patitur læſionem, aut conqueri poteſt, cùt ita fecit; quia inuitus, & renuens non poteſt compelli ad vtendum tali beneficio, & priuilegio. 5

Verùm ſi ille Reus in locum ſacrum confugit, ex quo violenter per Miniſtros ſeculares extractus fuit, licèt poſtea voluntariè ſine aliqua vi, aut ſeductione, vel precibus, ſeu alio quocunque modo, vel medio renunciauerit; non prodeſt, ſed præcisè reſtituendus eſt Eccleſiæ, de qua fuit in illo tunc violenter arreptus etiamſi ille repugnet, & contradicat reintegrationi. 6

Et ratio eſt, quia tunc Reus extractus non venit in conſiderationem, aut mentem, vt per ſe tanquam dominus ex nutu ſuæ voluntatis ſanare valeat præiudicium illatum Eccleſiæ, vt in ſuum arbitrium conferatur, maximè vt per ſuam renunciationem immunitatis dedecus, & irreuerentia illata Eccleſiæ ex violenta extractione ſatisfacta remaneat, quapropter perſona Rei ad eum effectum nihil ponit in eſſe, ſed locus ſacer, cui iniuria fuit illata propter violentam extractionem ab illo, cuius ſatisfactio, & reintegratio aliter fieri nequit, niſi cum reſtitutione perſonæ, quæ quidem liberè poſtmodum efficere poterit, quod ſibi placuerit, vel perſiſtendo cum immunitate, 7

nitate, vel exeundo, & ſe tradendo manibus, & poſſe ſecularium adimplendo, quod regula iuris docet, videlicet, quemlibet in re ſua moderatorem, & Arbitrum eſſe *l. In re mandata* 21. *cod.*
8 *mandati* cum vulgatis: Attamen dum loco ſacro non fuerit reſtitutus, nequaquam eſt Dominus, aut arbiter; vt ſine ſatisfactione plena danda Eccleſiæ, poſſit eam excludere in repetitione perſonæ ab ipſa extractæ; vt latè diximus *ſuprà quæſt.* 44. *num.* 11. *cum pluribus ſeq.* & *quæſt.* 71. *num.* 8. vbi extensè adduximus rationes, quæ influunt in præſenti, ne Eccleſia præiudicata remaneat: & in ſpecie ita tenent Peregrinus *de immunit. cap.* 15. *num.* 22. Caſtro-Palao *in opere morali tom.* 2. *tract.* 11. *diſp. vnica puncto* 11. *num.* 5. & alij penes Dianam *tom.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 32. *verſ. ſed hic non eſt omittenda curioſa* &c. qui licèt pro contraria opinione adducat Barb. *de vniu. iure Eccleſiaſ. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 58. ipſe tamen reſoluit, quòd in pacto iuris ſententia affirmans, renunciationem Rei eſſe efficacem quoad Eccleſiam, eſt verior: at etiam fatetur, quòd contraria, tanquam probabilis, & fauens immunitati recipi debeat, & omnino ſeruanda in iudicando, & conſulendo, quapropter Barboſa non repugnat, ſed imò concludit, quod in praxi à prædicta concluſione ſemouendum non eſt.

Et certè Barboſa ad intentum tran-
9 ſcribit verba Remigij Goñe *in tract. de immunitate fallentia* 11. *in fine*, quæ etiam Diana reperit *vbi proximè*, & operæ pretium duxi in præſenti ante oculos tuos ponere, vt colligere valeas non ſolùm Goñe contradicere, ſed imò potius adhærere; nam ita ait. *Licèt fugiens ad Eccleſiam non debeat inuitus extrahi, tamen ſi voluntariè velit exire, poteſt extrahi, etiam contradicentibus miniſtris Eccleſiaſticis, cùm talis fugiens per hoc renunciet priuilegio, quod licitum eſt, capite vxor* 17. *quæſt.* 4. &c. Hæc Remigius.

Cuius verba ſi rectè perpendantur,
10 & ponderentur, nullatenus repugnant noſtræ reſolutioni; nam *ibi* dicit. *Si voluntariè velit exire*, & poſtmodum, *Cùm talis fugiens* &c. Ex quibus verbis deducitur, quòd voluntariè aufugit, & ſponte ſe tradidit; & tunc ex tali exitu voluntario renunciare videtur priuilegio ſine aliqua iniuria, aut dedecore Eccleſiæ: in quo caſu iam diximus, exeuntem non vi, dolo, aut fraude, ſed ex gratuito ſuo velle, ſpoliari priuilegio immunitatis iuxta Gloſſam *in dicto capite vxor, verbo, Imputaret, verſ. Item habes hic* &c. 17. *quæſt.* 4. vbi colligit ex ipſo textu, quòd aliquis poteſt renunciare priuilegio, quod ad honorem cœleſtem inductum eſt, & conſequenter prædictam non coactam, aut violentam extractionem, ſed ſpontaneum exitum, & gratuitam traditionem illud operari. Quibus adde, & videre poteris Cortiadam *in praxi contentionum tom.* 1. *deciſ.* 12. *numero* 24. *& ſequent.* vbi, me citato cum pluribus aliis, pro hac opinione concludit, Reum facto, ſeu actu poſſe immunitati renunciare, ſi voluntariè, & ſponte locum ſacrum deſerat; ergo ſentire videtur, quòd ſi violenter, & coactè extractio facta fuerit, remanebit læſa immunitas quoad ipſum locum ſacrum, cui reſtitui debet Reus, non obſtante ſua dimiſſione.

Nec repugnat, quæ annotauimus
ſuprà in dicta quæſt. 44. *numero* 11. *&* 11
ſeq. & *quæſt.* 71. *numero* 8. videlicet, quòd priuilegium immunitatis habet reſpectum quoad ſe principaliter, & quoad Reum comprehenſiuè, & conſequenter videtur dicendum renunciationem iſtius operari, ne opus ſit, ipſum ad Eccleſiam reducere propter illam comprehenſionem, qua ex ſuamet perſona fruitur.

Nam reſpondetur ad præſentem caſum non adaptari: quia licèt prædicta 12
conſideratio ſit veriſſima, locum tamen habet, & intelligi debet, quando loco ſacro aliqua iniuria fuit irrogata; quia tunc certiſſimum eſt renunciationem Rei nullum præiudicium irrogare Eccleſiæ, vt excluſa cenſeatur, ad cogendum, vt eidem Reus reſtituatur, & immunitati ſatisfiat: ſecus autem erit ſi Eccleſiæ reuerentia non ſit vilipenſa, nec eius majeſtas calcata; quia tunc non reperitur, ex quo valeat
conqueri; & ideo regula erit, quòd ſi 13
Reus voluerit voluntariè exire, immunitas ceſſat, tam quoad ſe, quàm quoad locum ſacrum; ſecùs autem ſi renuens, & violenter extrahatur: nam, etiamſi poſtmodum renunciet (qui eſt noſter caſus) non obſtante, reſtituendus eſt ex eo, quòd de iure reſultat; videlicet, in præiudicio iuris Tertij renunciationem non valere, ſi ex ea induci, aut generari

poteſt aliquale nocumentum, ſeu detrimentum, aut præiudicium alteri; vt plures allegans tradit Salgado *de retentione Bullarum part. 1. capite 13. numero* 84.

15 Et cùm videamus, quòd de extractione rei ex loco ſacro ei irrogetur iniuria, & irreuerentia, cui iuſtum eſt ſatisfieri; exinde oritur, quòd ad ſui præiudicium illa renunciatio nihil operabitur, dum in Eccleſia exiſtit ad effectum, quòd miniſtri ſeculares ibidem, dum eſt receptatus, illum capiant, ſed opus ſit, vt voluntariè exeat, provt inſinuauit Remigius *vbi ſuprà, ibi. Si voluntariè velit exire* &c. Et in hoc eodem ſenſu intelligi poſſunt noſter Sarauia *in tract. de Iuriſdictione Adiunctorum quaeſt* 7. *numero* 2. & 9. Salgadus *vbi proximè in dicto capite* 13. *numero* 64. quem ita interpretatur Diana *tom.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 32. *in fine*, ſicut & Remigius de Goñe *vbi ſuprà.* Et ita fuit declaratum coram me in proceſſu Bartholomæi Gonzalez capti Oſcæ ſuper Competentia Iuriſdictionis ſub die 14. Aprilis 1651. & latiùs tibi patebit *in meo Paſt. Reg. part.* 3. *vot.* 4. *numero* 9. *cum duobus ſequent.*

QVÆSTIO XCV.

QVOAD VOTVM V.

Obtinens penſionem Eccleſiaſticam an gaudeat fori priuilegio, & ad eum effectum quænam illa debeat eſſe?

SVMMARIVM.

Clericus in minoribus conſtitutus habens penſionem Eccleſiaſticam, ſi in habitu Clericali, & tonſura incedat, an gaudeat fori priuilegio. numero 2. *&* 7. cum ſeq.

*Penſio Eccleſiaſtica ex diuerſis cauſis, & radice originem ſumit. n.*2.

Penſio Eccleſiaſtica de per ſe non conſtituit Penſionarium in ſtatu Clericali, vt fori priuilegio gaudeat. n. 3.

Penſio Eccleſiaſtica de per ſe nihil ſpirituale continet. n. 3.

*Laïci capaces ſunt penſionum Eccleſiaſticarum. num.*4.

Penſiones Eccleſiaſticæ concedi poſſunt Laïcis. num. 4.

Beneficij appellatione non venit penſio. numero 4.

Penſio de per ſe non attribuit ius percipiendi fructus ex beneficio, ſed quantitatem reſeruatam. n. 5.

*Beneficium Eccleſiaſticum vt tale dicatur, requirit perpetuitatem. n.*5.

Penſio, abſolutè loquendo, non eſt titulus Clericalis, nec ex ea Clericatus probatur. num. 6.

*Obtinens penſionem Eccleſiaſticam, etiamſi in habitu, & tonſura incedat, non gaudet fori priuilegio. n.*7.*contra.n.*9. *intellige vt num.* 12. & ſeq.

Penſio eſt quoddam ius temporale formaliter ſegregatum ab ipſo beneficio. numero 8.

*Obtinens penſionem Eccleſiaſticam tenetur quotidie recitare officium Beatæ Virginis MARIÆ. n.*9.

Clericus in minoribus conſtitutus, etiam coniugatus, ſi incedat in habitu Clericali, & tonſura inſeruiendo Eccleſiæ, in aliquo miniſterio de mandato Epiſcopi, gaudet fori priuilegio. numero 10. *&* 15.

*Penſionarius gaudet fori priuilegio, ſi penſio excedat ſummam ſexaginta ducatorum auri num.*11.*intellige vt num.*12.*&* 16 cum ſeq.

*Clericus habens penſionem Eccleſiaſticam loco beneficij, gaudet fori priuilegio, & non aliàs. n.*12. *&* 13.

*Penſio reſeruata ad vtilitatem Penſionarij, tendens ad aliquod temporale, non attribuit priuilegium fori. n.*13.

Penſio loco beneficij dicitur quando conſtituitur inſtitutum pro aliquo ſeruitio Eccleſiaſtico. numero 14. *contrà, numero* 15.

*Beneficium obtinens gaudet fori priuilegio, non ſolùm ſi ſit pingue, ſed etiam tenue. num.*16. *&* 17.

*Magis, vel minus non mutant rei naturam, nec faciunt eam differre. numero.*17.

Penſionem Eccleſiaſticam obtinens ad ſummam ſexaginta ducatorum auri, tenetur incedere in habitu clericali, & tonſura, aliàs poteſt illâ priuari. n. 18.

Penſio loco beneficij, ad effectum gaudendi fori priuilegio, ea dicitur, quæ datur in titulum, vita durante, ex cauſa reſignationis. num. 19.

Penſiona

Penſionarius, cui reſeruata fuit penſio, vt Clerico, non gaudet fori priuilegio, ſi non incedat in habitu Clericali, & tonſura. num.20. ſecùs autem erit, ſi illis vtatur. num.21. & 22.

Penſionarius habens penſionem loco beneficij gaudet fori priuilegio, ſi incedit in habitu, & tonſura, quod perdit, ſi illis non vtatur. num. 23. & 24.

1 Licèt Principalis pars, ſeu præcipuum obiectum huius quæſtionis poſſet nos inducere ad longiùs eam extendendam circa materiam penſionum; conſultò omittemus de ea in ſpecie agere: tum, quia directè ne ea non eſt noſtri inſtituti, & tractatus: tum & etiam, quia generaliter penes Doctores copioſiſſimè diſcuſſa reperitur: tum denique quia breuitatem, & conciſionem affectamus: & exinde ſolùm proponemus, quæ conducunt ad genuinam reſolutionem dubij & extenſionis, aut additionis ad noſtrum votum quintum *in Paſt. Reg. part. 3.*

2 Et quidem ſcopus ſtrictus reducitur ad inquirendum: an Clericus in minoribus conſtitutus incedens in habitu, & tonſura ex eo ſolo ſimúlque habens aliqualem penſionem, gaudeat fori priuilegio. Et cum penſiones ex diuerſis capitibus, & radice originem ſumant; quænam ſit illa, quæ attribuat, vel non eam qualitatem Clericalem.

3 Et quoad primum, videtur dicendum, quòd abſolutè loquendo penſio non conſtituit aliquem in ſtatu Clericali, vt gaudeat fori priuilegio, ſi aliunde non habuerit requiſita Tridentini; de quibus *ſuprà quæſt. 93. à numero 3. & ſeq.* nam illa de per ſe nihil ſpeciale continet, quod faueat ſtatui Clericali.

4 Ex quo videmus, concedi poſſe merè laicis; vt concludunt Gigas *de penſionibus quæſt. 21.* Caccialupus *in eodem tract. quæſt. 13.* & alij penes Curtellum *de priſca, & recenti Eccleſiæ libertate lib. 2. quæſt. 31. numero 5.* Nec appellatione beneficij venit *cap. Ad Audientiam* el ſegundo *de reſcriptis cap. Quamuis* el primero, & vtrobique DD. *de præbendis in ſexto.*

5 Nam regulariter loquendo penſio non attribuit de per ſe ius percipiendi fructus procedentes ex bonis Eccleſiaſticis perpetuò, ſed limitatè ad accipiendam illam portionem reſeruatam ad vitam, vel ad aliquos annos: & cùm de eſſentia beneficij requiratur perpetuitas, vt tradit Filiutius *in apendice poſthumo tractatu 42. pagina 1. quæſt. 8. num. 8.* qui alios allegat, & docent communiter Doctores.

Ex eo oritur, quòd penſio, abſolutè loquendo, ex ſe non eſt titulus Clericalis ad effectum, quòd per illam Clericatus probetur, vt cum pluribus docet Belletus *diſquiſit. Cleric. part. 1. tit. de fauore Clericorum perſonali §. 14. numero 22. pag. mihi 222.* & conſequenter obtinentem penſionem Eccleſiaſticam, etiamſi in habitu, & tonſura incedat, non gaudere fori priuilegio. 6 7

Maximè cùm penſio reputetur, & ſit quoddam ius temporale formaliter ſegregatum, & diſtinctum ab ipſo beneficio; vt cum aliis reſoluit Gratian. *tom. 2. diſcep. forenſ. capite 397. num. 13. in fine*; ergo nullam attribuit exemptionem: quæ ſententia aliis pluribus fundamentis fulciri poteſt, quæ mutuare poteris ex Carolo de Graſſis *de effectibus Clericatus effectu 1. à num. 1198. cum pluribus ſequent.* & aliis multis relatis à Barboſa *in Paſt. part. 2. alleg. 12. n. 8. verſ. Non obſtante hac veriore* &c. 8

Contrariam autem plures defendunt ex eo, quòd penſionem Eccleſiaſticam obtinenti iniungitur onus, & obligatio recitandi officium B. VIRGINIS MARIÆ ex quadam conſtitutione Pij V. ſub dat. Romæ 12. Kal. Octobris anni 1571. & incipit. *Ex proximo Lateranenſi Concilio §. 1. in fine* quam reperies *in magno Bullario Cherubini tom. 2. conſtit. 135.* inter illas Pij V. *in nouiſſima impreſſione* Lugduni de anno 1655. *pag. mihi 344. colum. 2.* & conſequenter cùm ſecum ferat onus ſpirituale, exinde ſequitur, quòd priuilegium fori ipſum includit. 9

Quod quidem roborari poteſt ex eo, quòd iuxta diſpoſitionē Trident. *ſeſſ. 23. c. 6. de reform.* Clericus in minoribus conſtitutus, etiam coniugatus, incedens in habitu, & tonſura, ſi habeat aliquod onus, vel ſeruitium Eccleſiæ de mandato, & deſtinatione Epiſcopi, fori priuilegio gaudet; prout latè diximus *ſuprà quæſt. 93.* potiori iure concedendum eſt illi habenti obligationem quotidianam ex decreto Apoſtolico recitationis officij VIRGINIS MARIÆ, quæ magis oneroſa, magiſque ſpiritualis iudicari debet, quàm ea, quæ apponi ſolet per Epiſcopum, vt eſt euerrendi Eccleſiam 10

Eccleſiam , ſeu aperiendi , & claudendi ipſius ianuas , vel refundendi , & ponendi aquam benedictam in pelui , aut accendendi luminaria , & his ſimilia ; ergo ſi hæc exercitia , & miniſteria , & quodlibet eorum ſufficit , vt illud exercens cum habitu,& tonſura gaudeat fori priuilegio à maioritate rationis concedi debet in penſionario Eccleſiaſtico habenti onus recitandi horas VIRGINIS MARIÆ. Et hanc opinionem in ſpecie tuentur Bernardus Diaz *ad practicam criminalem Salcedi capite* 62. *numero* 10. *in meo codice pag.* 188. Nam apud Barboſam vbi *ſuprà in dicta allegat.* 12. ipſum allegat *capite* 67. aliàs 64. & incipit: *Argumentum equidem* &c. & titulus argumenti ita ait : *Coram ſecularibus Magiſtratibus* &c. (quod annotare , volui ne æquiuocationem recipias) Emanuël Rodriguez *in Summa tom.* 1. *capite* 155. *numero* 11. latè Zerola *in praxi*, *verbo* , *Clericus* , *part.* 1. *quæſt.* 2. *verſ. Ex hac doctrina Concilij oriuntur multa dubia* &c. vbi ponderat pro hac opinione quinque fundamenta ; & alij penes Barboſam *in dicta alleg.* 12. *numero* 8.

11 Præterea aliqui opinantur , quòd ſi penſio accedat ad ſummam ſexaginta ducatorum auri de Camara , tunc priuilegium fori ipſis proficiat : vt inſinuat Belletus *diſquiſ. Clerical. part.* 1. *tit. de fauore Clericorum perſonali* §.8. *numero* 14. *in fine*. Et ad intentum allegat Bullam Sixti V. quæ incipit : *Paſtoralis* , edita anno 1589. pridie kalen. Februarij quam etiam allegat Diana *in dicto tom.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 31. *in fine* ; idémque tenet Barboſa *in dicta alleg.* 12. *num.* 8. *in fine* , vbi etiam repetit eandem conſtitutionem de qua *infrà num.* 18. ſpecialiter dicemus.

12 Tandem melius ſentientes diſtingunt , & conciliant prædictas opiniones , videlicet , quòd Clericus habens penſionem loco beneficij gaudet fori priuilegio ; & iuxta hanc partem intelligendi ſunt doctores affirmantes.

13 Attamen ſi penſio ſit reſeruata non loco beneficij Eccleſiaſtici , ſed propter commodum , & vtilitatem penſionarij tendentem immediatè ad aliquod beneficium , ſeu miniſterium temporale , licèt ſecundariò aliquid ſpirituale ſit annexum,fatendum eſt talem penſionis reſeruationem non inducere fori priuilegium ; in quo ſenſu interpretanda eſt opinio , quæ illo excludit penſionarios : & hæc diſtinctio certiſſima tenenda eſt , nec ab ea recedendum ; vt plures allegans dixi *in meo Paſt. Reg. part.* 3. *vot.* 5. *à numero* 2. *cum ſequent.* quibus adde noſtrum Portoles *poſt comment. ad forum ſub tit. de la competencia de Iuriſdicion quæſt.* 5. *numero* 20. quem etiam refert, & ſequitur noſter Martinus del Villar *in tract. del Patronado de Calatayud.* §. 3. *numero* 12. *verſ. Ni tampoca obſta dezir &c. in fine pag.* 76. & 77. de quo videre poteris Curtellum *vbi ſuprà in dicto lib.* 2. *quæſtio* 21. *per totam* vbi *numero* 6. refert eam iudicari penſionem loco beneficij ſi concedatur , 14 vel conſtituatur in titulum ſpecialiter pro aliquo ſeruitio Eccleſiaſtico ; & tunc priuilegium fori locum habere.

Sed hæc explanatio non concludit, 15 cùm per Concilium Tridentinum *in dicta ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de reform.* ad eum effectum ſufficiat quælibet aſſignatio , & deſtinatio Epiſcopi de per ſe in aliquo ſeruitio exercendo in Eccleſia : nec indiget penſione , cùm ſine ea iam fruatur illa exemptione ; ergo hæc nihil ponit in eſſe , vt ex eo dici valeat loco beneficij : & etiam dixi *in dicto voto* 5. *n.* 5. quapropter dicta explanatio Curtelli non conuincit.

Nec ſimiliter tangit ſcopum diffi- 16 cultatis conſideratio aliquorum Doctorum dicentium , eam eſſe penſionem , loco beneficij , quæ exceſſum haberet ad ſummam ſexaginta ducatorum auri ; prout concludunt *ſuprà* relati *numero* 11. freti auctoritate Bullæ Sixti V.

Enim verò quantitas maior , vel mi- 17 nor pecuniæ nihil ponit in eſſe quoad priuilegium fori , cùm æqualiter inſinuat in Beneficiatum pauperem , aut habentem viginti ſcuta annua , aut minorem quantitatem , ſicut in fruente ſexaginta , & vltra ; ergo idem dici debet de penſione , videlicet , quòd maior , vel minor quantitas non eam conſtituat in eſſe loco beneficij ex regula iuris , quod maius , ſeu magis , vel minus non mutant rei ſpeciem , vel naturam , nec faciunt eam differre *l. finali de fundo inſtructo* cum aliis à me annotatis *in dicto vot.* 5. *numero* 6. quibus adde Barboſam *in tract. axiomat. vſu frequent. axiomat.* 140. *numero* 6. & *axiomat.* 180. *numero* 1. ex quibus ſequitur prædictam diſtinctionem non eſſe adæquatam.

Nec

18 Nec prædicta Conſtitutio Sixti V. (in qua fundantur) aliquid ad intentum probat, quam reperies *in Bullario magno Cherubini tom.* 2. inter Conſtitutiones Sixti V. quæ immediatè ſequitur *conſtitutionẽ* 92. quæ incipit: *Paſtoralis eſt curæ, &c. pag.* 660. *colum.* 1. *in nouiori impreſſione* Lugduni de anno 1655. Nam illa Conſtitutio ſolùm diſponit moderationem alterius immediatæ conſtitutionis eiuſdem Pontificis, quæ eſt 92. & incipit: *Cum ſacroſanctam Dei Eccleſiam, &c. ibidem pag.* 658. *colum.* 2. decernentis, quòd habens penſionem teneretur incedere in habitu talari, & tonſura ſine taxa qualiſcuiuſque quantitatis, vt ea frui poſſit. Poſtmodum autem idem Sixtus *in ſequenti Conſtitutione* moderat, vt non habeat locum pro Clericis habentibus penſiones, fructus, aut bona Eccleſiaſtica, quæ non exeedant ſummam ſexaginta ducatorum auri de Camara: at verò quoad fori priuilegium nihil noui decernit, & conſequenter tanquam non expreſſum, ſed omiſſum quoad cætera remanet in diſpoſitione iuris, & ideo ad intentum non facit.

19 Quare meliùs in hoc articulo dicendum eſt, eam penſionem loco beneficij pro fori priuilegio reputari, quæ datur in titulum, reſeruata ſuper fructibus beneficij in fauorem Tertij, prout Clerici, eius vita durante, aliqua quantitate ex cauſa reſignationis: præcipuè ſi conceſſio fiat (prout hodie ferè omnes attribuuntur) cum clauſula, *vt commodius valeas ſuſtentari*, exinde quodam modo influit in aliqualem naturam, licèt remotam, tituli beneficialis, quæ ſufficit, vt talis penſionarius gaudere valeat fori priuilegio, vt annotaui *in dicto vot.* 5. *num.* 7. quibus addi poteſt quædam declaratio Sacræ Congregationis Concilij 19. Iunij 1586. quam refert Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ gloſſ.* 5. §. 5. *numero* 6. per hæc verba.

20 *Cui reſeruata fuit penſio, vt Clerico, ſi non incedit in habitu, & tonſura non gaudet fori priuilegio, &c.* Ex qua declaratione infertur, & ſequitur legitima conſequentia; ergo ſi talis Penſionarius incedat in habitu, & tonſura, vtique fori priuilegio gaudebit.

21 Et licèt Gonzalez *vbi proximè*, & magis in ſpecie Flaminius Pariſius ab ipſo allegatus *in tract. de reſignationibus beneficiorum lib.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 15. teneant habentem penſionem non gaudere fori priuilegio, loquuntur in eo, qui careret penſione loco beneficij, vt patet ex contextura ſuorum verborum, quæ tendunt in eum Penſionarium, qui ſolum deferret habitum, & tonſuram: & iſte intellectus coniecturatur ex eo, quòd fundantur in dicta declaratione Sacræ Congregationis, quæ excludit Penſionarium non incedentem in habitu, & tonſura; & pro hac parte addit, & ponderari poſſunt, quæ accuratè aduertit Alphonſus Azeuedus *in comment. ad tres libros primos nouæ recopilationis lib.* 1. *tit.* 4. *ſub tit. de los Clerigos de corona ſolteros, &c. ad l.* 1. *num.* 5. *verſ. Sed an penſio, &c. ſub verſ. Largè tamen ſumpto vocabulo, &c. vſque in finem*, vbi plura congerit ad noſtrum intentum conducentia apud quem videre poteris.

Ex quibus concludendum eſt, habentem penſionem Eccleſiaſticam loco beneficij reſultantem ex eius reſignatione facta per Penſionarium in ipſius fauorem gaudere fori priuilegio, ſi in habitu Clericali incedat; licèt de aliis Penſionariis diuerſum iudicium efformari debeat. 22

Hîc tamen aduertendum eſt, quòd prædicta reſolutio locum non habebit, ſi talis Penſionarius non fuerat, ac incedat in habitu Clericali, quia tunc amittit priuilegium fori, ſi per multum tempus ſe ſpoliauerit; vt plures referens reſolui *in dicto vot.* 5. *num.* 9. vbi etiam mentionem feci de prædicta declaratione Sacræ Congregationis relata *ſuprà num.* 12. quibus adde Belletum *diſquiſit. Cleric. part.* 1. *tit. de fauore Clericorum perſonali* §. 8. *n.* 14. 23

Ex hoc capite, & fallentia fuit declarata illa contentio: nam licèt Reus, qui ipſam efformauit, haberet quandam penſionem reſultantem ex reſignatione certi beneficij ab eodem obtenti, & poſſeſſi, in quo talis penſio conſtituta exiſtebat, & ſic iudicaretur eſſe loco beneficij, & conſequenter comprehenſa ad effectum priuilegij fori; attamen reſultauit ex proceſſu per diſpoſitionem duodecim teſtium vniformiter conteſtantium, vidiſſe illum Reum per multum tempus, & in diuerſis actibus exterioribus in habitu ſeculari, & militari; in quo etiam repertus fuit, quando delictum commiſit, & itidem quando captus fuit in eadem forma ſecularitatis: ex qua cauſa contentio declarata fuit pro iuriſdictione ſeculari; quod non 24

ita fuiſſet, ſi ornamenta, & veſtes Clericales non dimiſiſſet; vt patet ex proceſſu Procuratoris Fiſcalis Archiepiſcopi Cæſarauguſtan. & Auguſtioi Cinitatis Barbaſtrenſ. ſub die 23. Ianuarij 1652. & latiùs videre poteris *in dicto meo vot.*5. cui adde præter prædicta Belletum in ſpecie alios allegantem *diſquiſit. Cleric. part.* 1. *tit. de fauore Clericorum perſonali* §.8.*num.*14.*pag.mibi* 210. *colum.*1. ex quibus modo prædicto concludendum videtur.

QVÆSTIO XCVI.

QVOAD VOTVM VI.

Indicia ſola an ſufficianr contra Reum, qui ad Eccleſiam confugir, vr ex eis declarari poſſit, ſi debear, vel non, immunitare gaudere ex eo, quòd probetur per coniecturas delictum eſſe ex exceptuatis?

SVMMARIVM.

*Probatio plena delicti requiritur, vt Reus, qui ad Eccleſiam confugit non gaudeat eius immunitate. num.*1.*contra* 3. *&* 5. *intellige vt* 4.

*Delictum, eiuſque qualitas plenè, & concludenter probanda eſt, vt Reus, qui ad Eccleſiam confugit, priuetur eius immunitate. n.*2. *contra* 3. *&* 5. cum ſeq. *intellige vt* 4.

*Indicia, coniectura, & ſemiplena probatio, quæ ſufficerent ad torturam, ſat ſunt ad excludendum Reum confugientem ad Eccleſiam, ne gaudeat eius immunitate. n.*3. *&* 5.

*Stylus facit ius quoad omnes; & pro lege haberi debet circa ordinatoria, & deciſoria cauſarum. n.*5.

*Reus confugiens ad Eccleſiam non gaudet eius immunitate, ſi ſemiplenè conſtet perpetraſſe delictum ex exceptuatis; & ita generaliter practicatur in ferè omnibus Prouinciis. n.*6.

*Indicia ſufficientia ad inducendam ſemiplenam probationem ad torturam, quæ ſint? num.*7.

*Probationem ſaltem ſemiplenam requiſitam, vt Cancellarius declaret contentionem iuriſdictionis poteſt ipſe inueſtigare, tam iudicialiter, quàm extraiudicialiter, & extra proceſſum. n.*8.

*Qualitas delicti ad excludendam, vel concedendam Reo immunitatem Eccleſiæ, ad quam confugit, debet concludenter probari, ſicut & corpus illius. num.*9.

*Semiplena probatio licèt ſufficiat ad declarandum, an Reus gaudere debeat, vel non, immunitate; plena tamen eſt neceſſaria quoad corpus delicti n.*9.

HVius quæſtionis materia quoad 1
primam partem, videlicet, an ſola
indicia, vel ſemiplena probatio delicti
ſufficiant ad excludendum Reum ab
immunitate, cootinet magnam repugnantiam, & contradictiooem inter DD. tam Theologos, quàm Iuriſconſultos: plurimi namque abſolutè reſoluunt, requiri pleoam, & coocludentem probationem, non ſolùm delicti, ſed & etiam 2
qualitatis; nec ſufficere ſemiplenam, vt Reus, qui ad Eccleſiam confugit, priuetur eius immunitate: ita in ſpecie concludunt Lezana *de immunitate num.*28. Caſtro-Pal. *in opere morali tom.*2.*tract.*11. *diſp. vnica punct.*13.*num.*8. Thomas Delbene *de immunit. tom.* 2. *cap.*16.*dub.*11. *ſect.* 1. *cum duabus ſequentibus* Diaoa *pluribus in locis tom.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 38. *& tom.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 119. *verſ. Notandum, &c. & tom.*5. *tract.* 1. *reſol.*9. *verſ. Notandum, &c.* alijque plutes Theologi; quibus etiam conſonant non pauci Iuriſconſulti, Ciarlinus *contron. forenſ. part.*1.*cap.*10.*à num.*61.*& part.*2.*cap.*151. *num.*12. Farinatius *de immanit. num.*374. *& conſil.*76. *nam.* 3. *cum ſequent. tom.* 1. *& conſil.*168. *à num.*1. *tom.* 2. quos quidem alij DD. ſequuotur, variiſque argumeotis, & rationibus conantur defendere ſuam opinioo em.

Verùm ex diametro, & ſpecificè plu- 3
rimi, etiam Theologi, & Iuriſtæ ipſis repugnant abſolutè defendentes ſufficere ſemiplenam probationem inductam ex cooiecturis, præſumptiooibus, & indiciis competentibus ad torturam, ita Peregrinus *de immunit. cap.*3.*num.*3. *cum ſeq.* Guazzinus *de defenſione Reorum defenſ.*1. *cap.* 31. *num.* 9. *verſ. Ac etiamſi deponant ſuper indiciis, &c.* Gambac. *de immunit. lib.*6.*cap.*15. Curtellus *de priſca, & recenti immunitate lib.* 1. *quæſt.* 38. *à num.* 6. *vſque in finem*, vbi reprehendit Gambacurtam, & Peregrinum (qui in delicto hæreſis aliter ſenſerunt.) Idem

Curtellus

Curtellus *ad l. Mart. controuer.* 5. *&* 7. *pag. mihi* 432. Gratianus *tom.* 3. *diſcept. forenſ. cap.* 596. *à num.* 22. *cum ſequent.* Pareja *de inſtrumentorum editione tom.* 1. *tit.*2. *reſol.* 6. *num.* 62. & alij plures, qui itidem diuerſas conſiderationes, & motiua pro tuenda hac ſententia in medium proferunt.

4 Er quidem licèt prima non careat probabilitate, cùm ſit munita efficacibus fundamentis, ſitque admiſſa à tot grauiſſimis Doctoribus; vt videre poteris penes Cortiadam (qui lariſſimè compilat, quidquid ipſi adducunt) *in praxi contentionum tom.*1. *deciſ.*21. *vbi à num.*62. *vſque ad* 64. incluſiuè refert decem argumenta in illius fomentum, vbi videre poteris.

5 Sed eis non obſtantibus ſecunda opinio verior, & ſequenda eſt, quæ quidem in praxi receptiſſima reperitur, nec ab ea diſcedi debet; cùm videamus, non ſolùm munitam exiſtere ſolidiſſimis fundamentis, ſed etiam practicatam in omnibus ferè Regnis, & Prouinciis tam Hiſpaniæ, quàm aliarum Regionum: & pro hac opinione etiam idem Cortiada *in dicta deciſ.* 21. *à num.* 75. *ad* 85. incluſiuè ponderat etiam alia decem argumenta ſatis concludentia, quæ adiuncta cum praxi fortius robur habere debent, quàm illa, quæ ſtylo non adaptantur: nam cùm iſte faciat ius quoad omnes, & circa ordinatoria, & deciſoria cauſarum pro lege haberi debeat, illi præciſè ſtandum eſt, Gutierrez *lib.*1. *Canonicarum cap.* 33. *n.* 35. *in fine*, Oſaſcus *deciſ.* 22. *num.* 7. Raudenſis *deciſ.* 6. *num.*67. noſter Portoles *in ſcholiis ad Molinum verbo*, *Stylus*, *in principio tom.* 2. *pag.* 411. *& de libertate capti per viam priuilegiatam part.* 1. §. 4. *num.* 41. & alij plures penes Suelues *tom.*2. *ſemicent.*2. *conſil.*21. *num.* 3. *&* 4. *cum ſequent.* & dixi *in meo Paſt. Reg. part.*2. *quaſt.*13. *num.*20. *& part.*3. *vot.*1. *num.*16. *verſ. Nec tandem*, *&c.* Exinde enim non eſt ambigendum ſufficere prædictam ſemiplenam probationem ad declarandum;an Reus, qui ad locum ſacrum confugit, debeat necne immunitate gaudere.

6 Quod quidem ſic practicari in omnibus ferè Religionibus, & prouinciis concludunt, & teſtantur pro Neapolitana Sanfelicius *deciſ.* 137. *num.* 2. *&* 3. Merlinus *lib.* 1. *controu. cap.* 40. *n.* 42. *& ſequent. & cap.* 64. *num.* 9. & pro Sicilia copioſè Giurba *conſil.* 50. *n.* 6. *& ſeq. & conſil.*70. *num.*23. *ac conſil.*100. *num.* 28. Caſtillo *conſilio* 156. *num.* 9. Pro Regnis Caſtellæ Diaz de Mena *in additionibus ad deciſionem* 179. *Antonij Gamma.* Et pro Regno Luſitaniæ idem Gamma *deciſ.* 179. *&* 281. vbi concludit pluries *ibidem* eſſe reſolutum. Et in noſtris Coronæ Aragonum ſine dubio aliquo, & inoffenſo pede currit, quotidiéque experitur. Pro Maioricenſi, Motinus *de ſacra homicid. immunit. amittenda* §. *Immunitas Eccleſia quali homicidio amittatur*, *num.* 149. Et pro Valentino D. Laurentius Matthæu *de regimine Regni Valentia tom.* 2. *cap.* 7. §. 1. *num.*167. *&* 168. vbi atteſtatur ſic multoties deciſum fuiſſe per Cancellarios ſpecificando aliqua exemplaria. Idémque confirmat per atteſtationem Caroli Domench. *in ſuis ordinat. Comp. iuriſdict. quaſt.*9. Et pro Sardinia idem Cortiada *in dicta deciſ.* 21. *num.* 75. *in fine*, qui etiam *ibidem* teſtatur pro Principatu Cathaloniæ, addens, quòd adducere poſſet innumerabilia exemplaria, quæ ibidem quotidie declarantur, & conſonat Cancer *part.* 3. *variar. reſol. cap.*10. *n.* 118. *cum ſequent.* Tandem pro noſtro Aragoniæ ſine ſcrupulo aliquo, aut repugnantia admiſſum reperitur; prout concludunt Portoles *tom.* 1. *in ſcholiis ad foros ſub tit. de las Competencias in fine quaſt.* 9. *& ſequent.* 495. Regens Seſſe *de inhibitionibus cap.* 8. §. 4. *num.* 68. Suelues *tom.* 1. *in centuria conſil.* 33. *num.* 10. *& tom.* 2. *in ſemicent.* 1. *conſil.* 10. *num.*14. quos cum aliis allegaui *in meo Paſt. Reg. part.* 3. *vot.* 7. *num.* 3. *&* 4. vbi etiam annotaui DD. atteſtantes de conſuetudine aliarum Prouinciarum, quibus etiam, me citato cum pluribus, adde Cortiadam *in dicta deciſ.*21. *num.* 75. *&* 93. *vbi num.*96. ſe extendit, & dicit hanc ſententiam in omnibus Mundi Tribunalibus eſſe obſeruatam: & licèt ego tam laxas, & longas notitias non habeam, pleniſſimè ſufficiunt, vt per *ſuprà* ſpecificatas ſine dubio qualificatum maneat pro conſuetudine, & obſeruantia vniuerſali: & videre poteris Gratianum, qui de hoc articulo accuratè agit *tom.*3. *diſcept. forenſ. cap.* 596. *à num.* 22. *& ſequent.* & aliqua etiam dicemus *infrà in quaſt. ſequenti.*

Quæ autem ſint indicia ſufficientia ad inducendam ſemiplenam probationem ad torturam, & ad effectum declarationis immunitatis latiſſimè compilauit 7

lauit Giurba *conſil.* 13. *à num.* 1. *& conſil.*41. *num.*31. Guazzinus *de defenſione Reorum defenſ.* 1. *cap.* 31. *num.* 9. & Gamma *deciſ.* 179. quos cum aliis adducit Merlinus *lib.* 1. *contron. cap.* 40. *num.*8.

8 Sed ad noſtrum intentum illa erunt ſufficientia, quæ iuxta Cancellarij conſcientiam iudicialiter, vel extraiudicialiter ſummariè, aut aliquo alio modo, ſeu medio probatio conſequi poſſit, pro eruenda veritate; an Reus perpetraſſet necne, illud delictum exceptuatum, quod anſam dedit contentioni; ipſéque, ſatisfacto, & inſtructo ſuo animo de veritate, iudicium efformabit, & ſententiam feret; vt in ſpecie concludit Giurba *conſil.*50. *num.* 11. Merlinus *vbi proximè cap.*64. *num.*10. & ita multoties in noſtro Regno fuit admiſſum, & nouiſſimè coram me in proceſſu Procuratoris Fiſcalis Curiæ Eccleſiaſticæ Archiepiſcopatus Cæſarauguſtani; & Ioannis Emanuëlis Fanlo ſuper competentia iuriſdictionis ſub die 1. Menſis Martij 1653. & in aliis pluribus contentionibus, tibíque latius patebit *in meo Paſt. Reg. part.*3. *vot.*6. *num.*3. *&* 4. *& in quaſt. ſequenti.*

9 Tandem pro complemento notandum, & aduertendum eſt, quòd licèt prædicta ſemiplena probatio ſufficiat ad effectum concludendi an Reus commiſerit delictum necne; attamen an illud ſit, vel non ex exceptuatis excludentibus immunitatem plenè conſtare debet de ipſius corpore; vt cum Curtello, Pareja, & aliis tradit Cortiada *in dicta deciſ.* 21. *num.* 101. *verſ. Sed vnum in his ſcias*, vbi remiſſiuè aduertit quomodo in tali occurrentia conſtabit de corpore delicti; & adde, quæ annotabimus *in quaſtione ſequenti.*

QVÆSTIO XCVII.

QVOAD VOTVM VII.

Quænam probationes ſint neceſſariæ, vt delictum dicatur ex exceptuatis in iure, & Bulla S.M. Gregorij XIV. quando Reus, qui ad Eccleſiam confugit, violenter ab ea per Miniſtros ſeculares fuit extractus: & an in cauſis contentionum iuriſdictionis, poſt concluſum in cauſa, & in puncto ferendæ ſententiæ, poſſint admitti teſtes, aut aliæ probationes?

SVMMARIVM.

*Semiplena probatio ſufficit ad declarandum, an Reus, qui ad Eccleſiam confugit, debeat, vel non illius immunitate gaudere. n.*1. *&* 2.

Cancellarius debet pronunciare in contentione iuriſdictionis, ad quam ex Curiis pertineat ex ſemiplena probatione, ſi aliàs concludens non reperiatur. numero 2.

*Iudex habens facultatem iudicandi ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam obtinet laxas manus inquirendi veritatem, tam iudicialiter, quàm extraiudicialiter. num.*3.

Iudex pronuntians ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam ſolùm reſpicere debet nudam, & ſimplicem veritatem pro attribuendo iure, cui debetur. num. 4. & ſeq.

*Iudicans ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam tenetur regulare iudicium ad metas iuris naturalis, quod de ſua natura pro obiecto principali habet ipſam veritatem. num.*5.

*Cancellarius in Regno Aragoniæ pronunciare tenetur contentiones iuriſdictionis ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam; nec eſt adſtrictus ad apices iuris. num.*6.

Cancellarius poteſt admittere quodcunque genus probationis ad declarandam contentionem,

tentionem, etiam poſt concluſum in cauſa, & in puncto ferendæ ſententiæ. num. 7.

Conſcientia Cancellarij remittitur in Regnis Coronæ Aragonum, vt poſſit eruere veritatem iudicialiter, vel extraiudicialiter, vt à ſeipſo ſolùm independenter ab alio poſſit declarare contentiones. num. 8.

Deus eſt veriſſimus, & certiſſimus cordium ſcrutator. num. 8.

Probationes quæcunque admittuntur in Tribunali Cancellarij Aragonum, etiam poſt concluſum in cauſa, & adhuc ad aurem. num. 9.

1 PRima pars præſentis quæſtionis eſt ſequela antecedentis, in qua concluſimus, ſemiplenam probationem ſufficere ad declarandnm, an Reus, qui in Eccleſiam, vel locum ſacrum ſe contulit, gaudere valeat necne illius immunitate: & eodem modo in præſenti affir-
2 mandum eſt, eandem ſemiplenam ſat eſſe, vt Cancellarius pronunciet ex illa, an delictum ſit ex exceptuatis in iure, & Bulla S. M. Gregorij XIV. ex fundamentis iam *ibidem* ponderatis, quibus addere poteris, quæ diximus *ſuprà quæſt.* 70. *ferè per totam*; ex quibus præſens articulus ſatis explanatus, & diſcuſſus reperitur; quem etiam accuratè, & extenſè diſſerit Pareja *de inſtrument. edit. tom.* 1. *tit.* 2. *reſol.* 6. *à num.* 65. *cum pluribus ſeq.* vbi copioſè congeſſit omnia conducentia ad intentum in ſpecie *num.* 82. & ideò non immoramur, vt ad ſecundam partem quæſtionis tranſitum faciamus.

3 In qua dicendum eſt, quòd in iudiciis, vbi proceditur ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam, habet Iudex laxas manus ad eruendam veritatem, tam iudicialiter, quàm extraiudicialiter ſine reſtrictione, & limitatione reſultante ex ſolemnitatibus exterioribus effectiuis ab habentibus originem à proceſſu, & actibus iudicialibus; vt cum pluribus aduertit Ioannes Scobar à Corro *de vtroque foro tom.* 1. *in initio à num.* 62. & præcipuè *num.* 72. *cum ſequent.* optimè Ioannes Valerius *de differentia inter vtrumque forum, verbo, Iudicium, differentia* 3. Gratianus *tom.* 4. *diſcept. forenſ. cap.* 637. *num.* 14. cum aliis pluribus: cum tantùm
4 reſpiciat nudam, & ſimplicem veritatem pro attribuendo iure, cui ſincerè debetur. Nam qui tenetur iudicare ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam, adſtringitur regulare iudicium, & ſententiam ferre ſecundùm ius naturale, quod ex ſua natura pro obiecto 5
principali habet ipſammet veritatem, vt tradunt Menochius *de præſumptionibus lib.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 8. Tyberius Decianus *lib.* 2. *criminalium cap.* 12. *num.* 4. *verſ. Sed contra, &c. & cap.* 14. *num.* 2. Fontanella *de pactis nuptialibus lib.* 4. *gloſſ.* 7. *part.* 1. *à num.* 9. *cum ſeq.* Cancer *lib.* 2. *variarum reſol. prima, num.* 206. & 210. Thomas Sanchez *lib.* 1. *de Matrim. diſp.* 7. *num.* 14. & 15. & ita communiter reſoluunt DD. apud quos inuenies plura ad *proximè* dicta conducentia, quæ ſunt illatiua ad propoſitum.

Cùm igitur Cancellarius in omnibus Regnis noſtræ Coronæ teneatur 6
declarare contentiones iuriſdictionum, ſola veritate attenta, & ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam, illam quærendo omnibus modis & mediis vt multoties diximus *in præſenti tract. ſuprà quæſt.* 2. *num.* 8. *& ſeq. & quæſt.* 12. *num.* 33. ac *quæſt.* 15. *num.* 17. *& ſequent.* ſimúlque *quæſt.* 21. *à num.* 20. *& in aliis pluribus*; quibus adde Cortiadam *in praxi content. tom.* 1. *deciſ.* 23. *num.* 51. *& deciſ.* 24. *num.* 9. vbi me, & aliós allegat.

Exinde ſequitur, quòd poteſt admittere re integra quaſcunque proba- 7
tiones in quocunque ſtatu proceſſus, etiam poſt concluſum in eo, ac in vltimo tempore ferendæ ſententiæ, imò, & ad aurem.

Enim verò cùm Cancellarius non teneatur pronunciare contentiones, ſer- 8
uatis ſtrictis iuris regulis, nec eius apicibus iuxta ea, quæ diximus *ſuprà q.* 15. *num.* 2. *&* 11. *cum pluribus ſequent.* imò potiùs remittitur ſuæ conſcientiæ; idem eſt, ac attribuere poteſtatem pronunciandi eo pacto, & modo, qui in ſua voluntate reperiatur taliter, quòd nec ab alio, quàm à Deo veriſſimo, & certiſſimo cordium ſcrutatore cognoſci valeat, vt deducitur *ex cap. ſi quid inueniſti* 14. *quæſt.* 5. *cap. ſtatutum §. Aſſeſſorem*, vbi Gloſſa *verbo, relinquatur*, & *ibidem* Barboſa *in eius collect. numero* 88. *de reſcriptis in* 6. *& vot.* 4. *lib.* 1. *num.* 55. *&* 56. & in hoc articulo conueniunt omnes Doctores; & pro Cancellario noſtri Regni in ſpecie Bardaxi *in comment. ad forum* 1. *ſub tit. de la competencia de iuriſdicion n.* 16. *pag.* 316. *colum.* 4.

Ex

9 Ex quo reſultat, quòd pro ſatietate ſuæ conicientiæ poterit admittere quodcunque genus prubationum, etiam ad aurem, & ſecundum eam attribuere, vel denegare iuriſdictionem Iudici, cui ſecundùm Deum, & ſuam conſcientiam agnoſcat melius ius habere: & ita concludunt noſtri Practici, Portoles, & eo relato, Suelues *tom.* 2. *in ſemicent.* 1. *conſil.* 10. *num.* 15. vbi aliqua exemplaria refert, & aſſerit, in mille aliis ita fuiſſe ſtylatum, & practicatum, videlicet, poſt concluſum in cauſa, admitti quaſcunque probatiunes, ex quibus Cancellarius declarauit contentiones: & ego nouiſſimè ſequutus fui hanc praxim in proceſſu Procuratoris Fiſcalis Sedis Cæſarauguſtanæ, & Emanuelis de Vera ſuper Competentia iuriſdictionis ſub die 14. Iunij 1653. & latius videre poteris *in meo Paſt. Reg. part.* 3.*vot.*7.

QVÆSTIO XCVIII.

QVOAD VOTVM VIII.

An ſi Cadauer ad mortem condemnati, & in furca ſuſpenſum, dum in ea pendet arripiatur ab ipſa, & in Eccleſiam aſportetur, gaudeat eius immunitate, taliter, quòd extrahi nequeat per Miniſtros ſeculares ſine Epiſcopi licentia?

SVMMARIVM.

*Cadauer puniti in furca non poteſt ab ea extrahi, nec ſepeliri, ſine licentia Principis, vel Poteſtatis, qui illum condemnauit. n.*2*. intellige vt* 3.

*Res furtiua in Eccleſiam aſportata non gaudet eius immunitate. n.*4.

*Carceratus frangens carcerem, & ad Eccleſiã confugiens gaudet eius immunitate. n.*5.

*Carceratas extrahi non poteſt ex vinculis ſine licentia Principis, vel Iudicis carcerantis. num.*6.

*Reus exiſtens in triremibus pœnam adimplens, vel dum ad illas adducitur, ſi liber ſe conferat in Eccleſiam, gaudet eius immunitate. num.*7. *&* 9.

*Reus condemnatus ad triremes, & nondum ad eas adductus gaudet indulto generali, ſicut & carceratus. n.*8.

*Cadauer puniti in furca ſuſpenſum non gaudet immunitate Eccleſia, ſi ad eam aſportetur. n.*10. *contrarium eſt verius. n.*11. & ſeq. *ac* 33. *fallit, ſi delictum eſſet ex exceptuatis. num.*11. *&* 12.

*Reus confugiens ad Eccleſiam per ſe, vel per auxilium, aut manus aliorum, gaudet eius immunitate, ſi delictum non ſit ex exceptuatis. num.*12. & ſeq.

*Ebrius ad Eccleſiam ductus manibus alienis gaudet immunitate. n.*14.

*Phreneticus auxilio alieno ad Eccleſiam aſportatus, gaudet eius immunitate. num.*14.

*Habitans in Eccleſia, ſi delictum commiſit, & in propriam habitationem ſe contulit, gaudet eius immunitate. n.*15.

*Ægrotus ductus ad Eccleſiam ab amicis, vel alio quolibet, gaudet eius immunitate. num.*16.

*Præſumptio eſt certa, quemlibet velle ſibi commoda, & vtilia. n.*17.

*Reus confugiens ad Eccleſiam conſultò, vel caſualiter gaudere debet illius immunitate. num.*18.

*Eccleſia eſt pia Mater erga delinquentes, qui ad eam confugiunt. n.*19.

*Reus ductus ad ſupplicium mortis, ſi caſu virgo veſtalis obuiam iret, liber erat à pœna in cæca Gentilitate. n.*20.

*Damnati morte ſunt veluti ſerui Reipublica, ſeu Magiſtratus temporalis. n.*21.

*Cadauera punitorum in furca ſepeliri nequeunt ſine licentia Magiſtratuum. n.*21.

*Cadauer ſuſpenſi in furca, & ab ea in Eccleſiam aſportatum, ita demùm ab ea extrahi poteſt, ſi præcedat licentia, ſeu conſenſus Epiſcopi, & non aliter. n.*24. *&* 25.

Sacrilegium committunt Miniſtri ſeculares extrahendo Reum ab Eccleſia, tam viuum, quàm mortuum ſine Epiſcopi licentia. num. 26.

*Captus dum ad carcerem ducitur, ſi liber in Eccleſiam ingrediatur, gaudet eius immunitate, & Curia ſecularis ſibi imputare debet, quòd tutè, & ſecurè Reum ad carcerem non duxit. n.*27.

*Rei confugientes ad Eccleſiam cum armis, quibus ex aliqua lege particulari ſit pœna capitalis comminata portantibus illa, gaudet immunitate. n.*28.

*Iudex ſecularis non poteſt proprio Marte Reum ad Eccleſiam confugientem ſpoliare armis (etiam prohibitis) quibus in illam ſe contulit. n.*28

Mortuo

Mortuo communicandum eſt priuilegium, quo gauderet, ſi viuus exiſteret. n. 29.

Reus mortuus, antequam ſententia mortis exequatur, non debet in furca ſuſpendi, niſi in atrociſſimis delictis. n. 30.

Iudices non debent admittere, vt ſuſpenſi in furca ibi permaneant vltra vnum diem, ſed iubere, quòd eadem die ſepeliantur. anum. 31.

Eccleſia tanquam pia mater confouet miſerabiles ad eam confugientes.

1 PRæſentis quæſtionis argumentum adeo rarum eſt, & inſolitum, vt non modò quoad praxim, ſed etiam quoad Theoricam, meámque ſpeculationē calamos fugerit, mentéſque tot Doctorum, qui ad illam diem, qua meum votum deciſiuum *infrà* referendum in lucem prodiit, ſcripſerunt: res verò ita ſe habuit.

Actum in furcam in noſtro Cæſarauguſtano Foro cuiuſdam puniti Rei cadauer, nocte appetente (neſcio quis) præciſo fune, de ferali trabe depoſuit, tulítque in proximā Diui Pauli Eccleſiā Parochialē. Re cognita, ſatellites ſeculares retractū per vim cadauer ſuæ cruci reddiderunt.

Hinc grauiter læſa Eccleſiaſtica Iuriſdictio telam orſa eſt perplexiſſimæ litis. Mox ad me, tanquam ad Cancellarium, ac Iudicem Competentiarum huius Regni deuoluta; ad nouas laboríſque plenas curas erexit. Nēpe vnus ego fragili cymba ingenioli mei tentare, & ſulcare iubebar, non adhuc emenſæ difficultatis Oceanū nullo duce, nullo Delio natatore monſtrante viā. Ergo ipſa negotij grauitate exſtimulatus, aduocaui omnes vires diligentiæ meæ, nihil vt omitterem eorum, quæ iuuare in rem præſentem poſſent. Tandem libratis, expenſiſque in vtramq; partem rationem momentis, cēſui, & declaraui, gaudere debere cadauer Eccleſiaſtica immunitate.

Hunc caſum, tum quia rarò viſum, auditúmve; tum quia exēplar, & Paradigma ſeculiş relinquere ſtatui, fusè, latéque quâ potui eruditione, ſtudio, & labore exornaui *in tertia parte mei Paſt. Reg. vot.* 8.

Verùm ne iudicium meum propriæ (quod vetat Eccleſiaſtes) prudentiæ inniteretur, quid ſuper hoc puncto ſenſiſſem, vt Doctor; decreuiſſem, vt Iudex, expoſui per Epiſtolam Clariſſimo huius æui Scriptori de rebus moralibus optimè merito Patri Antonino Diana, quocum mihi dudum familiaris intercedebat neceſſitudo. Subſcripſit vir tantus voto meo, cuius reſponſionem mox dedit, vt reperies *poſt dictum votum* 8.

Poſteà verò doctiſſimus Pater Baptiſta Lezana Carmelitanæ Familiæ nuper accenſum, nunquam extinguendum lumen, & decus; eam iniuriam (ſine dolo tamen) mihi, ſcriptíſque meis irrogauit, quam olim, Virgilio, eiuſque carminibus æmuli ſui, quos tamen ille celebratiſſimo illo Hemiſtichio quater repetito, dimidiatóque *Sic vos non vobis* &c. facilè conuicit, traduxítque. Hic igitur Religioſiſſimus Pater Scriptor *loco inferiùs allegando n.* 12. me innominato, qui prior quæſtionem iſtam ſolui, typíſque excudi, eandem, quaſi ſuper ea conſultus, argumentis meis, & rationibus vtens, aliáſque diſcurrens firmat, & approbat.

Cæterùm cùm nuperrimè D. Michaël Cortiada *tom. 2. ſuæ Praxis contentionum* oppoſitam opinionem tueatur, & pro ſe alleget Lezanam; mearum partium eſſe duxi affirmatiuam denuò ſtabilire, & illuſtrare, petitis ab ipſo fundamentis, & telis, quibus firmior noſtra opinio ſtabilita reperiatur.

Et deueniendo ad rem ipſe Cortiada 2
in dicta deciſ. 90. *num.* 16. valde ponderat, quòd cadauer puniti nullatenus poteſt ex patibulo extrahi, vel ſepeliri ſine licentia Principis, vel Superioris, qui eum condemnauit: ad quam certiſſimam concluſionem innumeros refert, & mecum illis ad intentum allegat *in dicto vot.* 8. *num.* 62. quibus iunge Antonium Peregrinum *de iure fiſci lib.* 4 *tit.* 5 *de crim. quæ morte Rei non extinguntur*, ſed non addit, quod *ibidem* annotaui, videlicet, 3
verum eſſe, dum in furca, vel extra eam exiſtit in eius poſſe, ſecus autem ſi in Eccleſiam fuiſſet aſportatum; quia tunc ratione loci ſacri fouentis, ſeparatum reperitur.

Et ex dicta propoſitione infert ex eo, 4
quòd tunc cadauer dicitur furto ſubtractum: ſed res furtiua in Eccleſiam deducta non gaudet immunitate; ergo ſic ſimiliter prædictum cadauer: quod quidem argumentum tantopere ponderat Cortiada, vt dicat Lezanam ex eius oppreſſione ſequi ſuam opinionem; & certè non ita ſe habet, vt manifeſtè patebit ex *infrà* dicendis *à num.* 11. *& ſeq.* Et licèt iam ſatisfecerim dicto argumento, nihilominùs addam aliud reſponſum deductum ex doctrina ipſius Cortiadæ.

Ipſe namque *deciſ.* 82. *num.* 2. fatetur, 5
quòd carceratus frangens carcerem, & ad Eccleſiam confugiens, gaudet eius immunitate, & pergit (prout ita eſt) hanc ſententiam eſſe cōmuniorem, veriorem,

6 & in praxi receptam (de quo omnino vide, quæ annotauimus *ſuprà, q.* 81.) ſed talis carceratus exiſtit in poſſe, & poteſtate Principis, & iudicis carcerantis; nec ſine eorum iuſſione, & licentia poteſt è carcere extrahi, quo non obſtante, ſi per ſe ſolum, vel per alios in Eccleſiam conferatur, reſoluit Cortiada frui debere immunitate; ergo ſimiliter dici debet, ipſum carceratum de ſe ipſo committere furtum; ergo motiuum in quo fundatur reſpectu cadaueris, verificatur, vt non debeat illi denegari; nam vel huic concedi debet, vel illi repugnari: nam ſi apertis oculis inſpiciatur nulla ratio differentiæ reperiri poteſt.

7 Præterea ponderandum eſt, quod diximus *in dicto vot.* 8.*n.*41.& 42.de reo exiſtente in triremibus pœnam adimplente, qui ſi in locum ſacrum ſe conferat, fruitur immunitate; quod etiã annotauimus *ſuprà q.*79.*num.*28.quibus adde Belletum *diſq.Cleric.p.*1.*tit.de fauore Clericorum reali* §.4 *n* 48 *verſ.Damnatum quoque ad triremes.p.mihi* 264 *col.*2.& ipſe Cortiada *in d. to.*2 *deciſ.*86.qui poſtquã *n.*2.retulit affirmatiuam ſententiam, atteſtans ita obſeruatam eſſe in Cathalonia adducendo varia exemplaria, pergit *n.*4.vbi ita ait.

8 *Adde in confirmationem huius affirmatiuæ opinionis, quæ communiter dicuntur de condemnato ad triremes, nõdum ad eas ducto, qui gaudet indulto generali, Iulius Clarus* §. *fin. q.*59.*n.*14.*verſ.Imo.Maſtril.de indulto c.*42. *n.*3.*&* 5.*Adde etiam quæ de carcerato carcerem frangente dixi deciſ.*82. *n.* 2. *hac parte* &c. Qui magis in ſpecie *n.*11.ita proſe-
9 quitur. *Limitat tertio vt procedat, ſi condemnatus ad triremes, dum ad illas ducitur, confugit ad Eccleſiã ſi liber, licèt catenis, & vinculis ligatus ſit; nam tunc gaudet immunitatẽ Eccleſiæ; ſecus autem ſi non euadat liber* &c. Et quamvis *n.*12.dubitet in eo, qui in perpetuum, vel ad tempus fuit condemnatus, ipſe tamen *n.*19.*& ſeq.*mecum citato, reſoluit procedere, dummodò talis condemnatus ad triremes non ſit pro delicto exceptuato. Ex quo concludit in aliis proficere immunitatem; quod quidem ad noſtrum intentum ſufficit ad conuincendum ipſum ex ſuamet doctrina; nam talis condemnatus reperitur in poſſe, & Dominio Regio, tanquam ſeruus pœnæ: & idem Cortiada teſtatur *deciſ.* 86. *n.*16. taliter quòd nec exire, aut liberari poſſit ex triremibus ſine aſſenſu, & voluntate Principis; ſed eo non obſtante, concludit, gaudere immunitate; ergo à maioritate rationis idem fateri debet in cadauere puniti aſportato ad Eccleſiam: & conſequenter principale fundamentũ, ex quo cætera oriuntur non vrget, quibus ſatiſfactũ fuit *in d. vot.*8.*à n.*45.*cum pluribus ſeq.*

Nec contra prædictam reſponſionem 10
opponi poteſt conſtituendam eſſe differentiam inter prædictos caſus; nam carceratus, & exiſtens in triremibus ex ſe, & virtute propria incedunt in Eccleſiam. Nam idem iudicium efformandum eſt, in eo, qui actiuitate ſua in Eccleſiam ſe cõtulit: ſicut & in illo, qui aliena; vt accuratè concludit Lezana *in loco* ſtatim *citando to.* 4.*concl.*52. imò maior reperitur in cadauere: nam nullum dolum, aut malitiam operatum fuit, ſicut viuens; ergo per accidens reputandum eſt, quòd per ſe, vel aliorum adiutorio, aut auxilio in Eccleſiã conferatur; vt dicemus *infrà à num.* 12.

Et pro confirmatione noſtræ ſententiæ addam aliud fundamentum à me excogitatum ex Moguot. Concilio 2.ſub Rabano *c.*27. provt refertur *in c.Quæſitum* 13. *q.*2.per hæc verba. *Quæſitum eſt ab aliquibus fratribus de his, qui in patibulis ſuſpenduntur pro ſuis ſceleribus poſt confeſſionem Deo peractam, vtrùm cadauera eorum ad Eccleſiam deferenda ſint, & oblationes pro eis offerenda, & Miſſæ celebranda, an non. Quibus reſpondimus ſi omnibus de peccatis ſuis puram cõfeſſionem agentibus, & dignè pœnitentibus, Communio in fine ſecũdùm canonicum iuſſum danda eſt; cur non eis, qui pro peccatis ſuis pœnam extremam perſoluunt? ſcriptum eſt enim, Non vindicat Deus bis in idipſum* &c.

Ex quibus verbis deducitur, quòd ſi Eccleſia non denegat ſuſpenſo in patibulo oblationes, & Miſſas pro illo offerendas, ſequitur, quòd ipſum ſemper cõfouere vult, & à ſe non expellere; maximè in vltimis verbis, *ibi. Non vendicat Deus bis in ipſum.* Enim verò ſi immunitas eſſet denegata cadaueri ſuſpenſo, ſi ad Eccleſiam aſportaretur, nouam pœnam experiretur, cum Eccleſia neminem ad ſe confugientem excludat, ſed illos, qui per Summum Pontificem, tanquam Dominum immunitatis ſunt exceptuati (de quibus non eſt illud punitum in furca) Et etiam ponderari poteſt Gloſſa (quod intelligere debes provt diximus *ſuprà n.* 3.) *ibidem verbo, In patibulis*, vbi licèt referat, quod ad ſepeliendum cadauer requiratur licẽtia Principis, quærit *ibidem* quare liberetur, qui fugit ad Eccleſiam, non verò ille, qui recipit corpus Chriſti? Et reſpondet, quia hoc eſt cibus animæ, & non corporis, & ſic liberat illam, nõ verò hoc; ergo ex mente Gloſſæ immunitas ſemper reſpicit, & habet tanquã obiectũ, ipſum corpus; & conſequenter ſemper in

in illud influet, ſiue animatum, ſiue inanimatum; & ideo dicit *ibi* Gloſſa, quòd immunitas liberat corpus; ſed non animam; ergo &c.

12 Et certè idem Cortiada *n.*20. pro ſe allegat Lezanam, & dicit quòd oppreſſus prædicto argumento, nuper ſatisfactor *à n.* 10. cum ſua opinione ingenuè tranſit, & fatetur, quòd cadauer puniti extrahi poteſt, è loco ſacro, vbi poſitũ fuerat.

13 Sed neſcio equidem quomodo id aſſerere valet, taliter, quòd ſupervacaneum videtur, non ſolùm Lezanam extensè explanare, verùm nec etiam ſtrictè, cùm ſolùm ſufficiat remittere lectorem *ad to.* 4. *ſuar. conſult. var. in addit. ad conſulta Theologica, iuridica, & regularia conſul.* 52. *pag. mihi* 433. in impreſſis Lugduni apud Philippum Borde de anno 1656. Verùm vt clarius pateſiat ſequentia ſunt ponderanda: iſte namque Doctor poſtquam dictum dubium per viam conſultationis propoſuit, *n.*2. concludit, quòd ſi delictũ propter quod reus fuit ſuſpenſus non eſſet ex exceptuatis in iure, vel Bulla Gregoriana vtique gaudere, ac ſi viuus exiſteret: & *ex n.* 3. *ad* 26. confirmat variis argumentis, quibus ego *in d. meo vot.* 8. roboraui (licèt me non alleget,) quòd fui origo ex qua manauit, & typis fuit mandatum, vt dixi *in initio n.*1. additis aliquibus ab ipſo Lezana excogitatis, qui *à d. n.*26. *ad* 34. ponderat argumenta contraria, quibus reſpondet, & *n.*46. confirmat expreſsè noſtram opinionem.

13 . Præterea *n.* 32. poſtquam argumentũ propoſuit ex Gregoriana, ex qua colligere intendebat, reum per ſe debere ad Eccleſiam confugere; non verò ex auxilio, & manibus alienis, ita concludit. *Hunc porrò extenſionem nedum genuinam, & legitimam, ſed neceſſariò etiam amplectendam eſſe, ex eo habetur, quòd ex oppoſita intenta in argumento plura abſurda ſequerentur. Pri-*

14 *mò quidem, quod ſi aliquis vſu rationis priuatus, ebrius, videlicet, vel phreneticus ad Eccleſiam ob timorem Iuſtitiæ ſecularis propter aliquod crimen perpetratũ à parentibus, vel amicis afferretur, non poſſet hac immunitate frui, eo quòd ipſe humano modo ad Eccle-*

15 *ſiam non confugiſſet. Secundò, & magis, quòd ſi aliquis intra Eccleſiam habitationem habẽs, poſſet ab ea extrahi propter delictum à ſe aliàs commiſſum, eo, videlicet, quòd de ipſo non verificaretur, quod, ad Eccleſium confugerit. Ter-*

16 *tiò, & amplius; quod ſi ægrotus ad Eccleſiam adductus à ſuis amicis eſſet, non poſſet hac immunitate frui; quia ipſe non confugit, ſed vectus eſt ad Eccleſiam. Si autem dicatur, in hoc poſteriori caſu præſumi, voluntatem ipſius infirmi fuiſſe, vt ad Eccleſiam veheretur; idẽ dicam de mortuo, ſeu defuncto, voluntatem ipſius viuentis fuiſſe, vt ad Eccleſiam poſt mortem afferretur, vt tali priuilegio frui poſ-* 17
ſit. Quilibet enim præſumitur velle ea, quæ ſibi commoda, & vtilia ſunt, prout vulgaria iu- 18
ra proclamant. Idémque quoque generaliter dicendum pro quocunque caſu, in quo reus caſualiter; vel etium omnino præter intentionem in loco ſacro fuerit, etiamſi ad ipſum non confugerit: verè enim tunc gaudere poterit prædicto priuilegio; ne dicatur Eccleſiam 19
eſſe minus piam erga delinquentes, quàm olim cæca Gentilitas erat circa ſuos: ſi quidem (prout ex Plutarcho in Numa conſtat) qui ad ſupplicium mortis ducebatur, huius pœna immunis erat, ſi eidem Veſtalis virgo forte, nulla 20
datâ operâ, obuiam iret, quod notat Couarruuias &c. Hæc Lezana, cuius verba libuit transſcribere, tum quia adæquatè ſatisfaciunt obiectioni; tum & etiam vt cognoſcatur illum nobiſcum ſentire, qui *à n.*40 *cum ſeq.* latè proſequitur hunc articulum ex his, quæ dicemus ſtatim *n.* 22. & iunge quæ diximus *in dicto vot.*8. *à n.* 38. *cum ſeq.* præcipuè *à n.*47. vbi probauimus priuilegium immunitatis Eccleſiæ conceſſum viuentibus, attribui etiam mortuis, vt in percuſſore Clerici mortui, & aliis concludunt communiter DD. & adde Belletum *diſquiſit. Cleric. tit. de fauore Clericorum canonis* §.1. *n.*12.

Præterea pergit Lezana *n.* 50. & oppo- 21
nit contra noſtram, & ſuam opinionem, quòd damnati ad mortem ſunt velut ſerui Reipublicæ, ſeu Magiſtratus temporalis &c. & ſimiliter, quòd ſunt ſerui pœnæ; ac etiam quòd punitorum cadanera ſepeliri nequeunt ſine licentia Magiſtratuum &c. In quibus Cortiada apponit omnem vim, & efficaciam. Et cer- 22
tè licèt ſpecialiter iam adæquatè dederimus reſponſum *in dicto vot.*8. *à n.*49. cum celebri doctrina, & reſolutione Thomæ Delbene, cuius verba *ibidem* retulimus, & omnino videbis *tom.*2. *de immunit. c.*16. *dub.*10. *ſect.* 6. *n.*4. & meliùs, ac magis in ſpecie *dub.*33. *à n.*4 *cum ſeq.*

Attamen cùm ad præſens noſtræ ſit 23
intentionis oſtendere non adæquatè Lezanam fuiſſe allegatum à Cortiada pro ſua opinione, nec ad dicendum, quòd oppreſſus illa ratione, videlicet, cadauer, tanquam rem furtiuam, aſportatum ad Eccleſiam non gaudere immunitate &c. Imò & plus ponderat ingenuè tranſire fatendo, quòd cadauer ſuſpenſi extrahi poteſt à loco ſacro, vbi poſitum fuerat.

24 Verùm vt ad oculum tibi pateat, quàm longè ſit, audi verba ipſius Lezanæ, qui poſtquam *num.* 50. prædictas obiectiones propoſuit *n.* 53. ita ait. *His omnibus ſatisfactum credo, multis prætermiſſis, quæ circa ſingula ipſorum dici poſſunt, de quibus alias ſolùm conuincere cadauer iſtius hominis extrahi potuiſſe à loco ſacro, vbi poſitum fuerat, ſed non aliter, neque alio modo, niſi de licentia Epiſcopi, vel eius Officialis, & cum interuentu perſonæ Eccleſiaſti-*
25 *cæ ab eo auctoritatem habentis.* Hæc Lezana: vide modò ex dicta clauſula, ſi vt ait Cortiada, ingenuè tranſit cum ſua opinione; & ſi fatetur, quòd ipſe inſinuat; cùm extractionem reſtringat non aliter, neque alio modo, niſi de licentia Epiſcopi &c. qua præcedente, nulla irrogatur iniuria loco ſacro, & conſequenter Prælatus, cui commiſſa eſt immunitas, ipſam relaxat, quod nullo iure vetitum reperitur; imò in quocunque delinquente ad Eccleſiam confugiente idem procedit.

26 Et quòd Lezana id ſenſerit fit clarius; nam immediatè *num.* 56. ita proſequitur. *Vnde illud extrahentes ex illo loco videntur excuſari non poſſe à ſacrilegio commiſſo per extractionem non ſacri de ſacro iuxta canonem Quiſquis* 17. *quæſt.* 4. *Erat enim tale cadauer iam in Eccleſia non omnino materialiter, & quaſi per accidens repoſitum: ſed veluti formaliter & ex intentione depoſitum, vt ab Eccleſia protegeretur, & à poteſtate ſeculari defenderetur, & Eccleſiaſtica traderetur ſepultura, & ita extrahere ipſum ex illa SINE DVBIO FVIT CONTRA REVERENTIAM LOCO SACRO DEBITAM, ſiquidem res, ipſi commendata ad pium finem clam ſurripiebatur* &c. & in ſequentibus numeris proſequitur neruosè defendendo, & copiosè variis argumentis, & rationibus exornando hanc noſtram opinionem.

27 Quæ quidem licèt ſufficerent, ex abundanti roborari poteſt ex eo, quòd ipſe D. Michaël Cortiada cordatè aduertit *in tom.* 2. *deciſ.* 83. *num.* 4. ex Thoma Delbene *in dicto tom.* 2. *capite* 16. *dub.* 33. *numero* 33. *cum pluribus*. & eſt certum (vt iam diximus *ſuprà quæſt.* 91.) quòd captus, dum ad carcerem ducitur, ſi ſe liberum conferat in Eccleſiam, debeat gaudere illius immunitate; ita concludit Cortiada reddendo rationem per hæc verba. *Quapropter ſibi imputet Curia ſecularis, ſi Reum non tutè, & ſecurè in carcerem ducat.* &c. Ex cuius doctrina ſic infero conſequentiam; ergo ſic ſimiliter in noſtro caſu dicendum erit, quòd ſibi imputet Curia ſecularis, ſi tale ſuſpenſum in furca non tutè ſeruauit: de quo accuratè videbis Leſſium *lib.* 2. *de iuſtitia, & iure capite* 31. *quæſt.* 5. & alios plures per me allegatos *in dicto vot.* 8. *numero* 62. & 63.

Præterea *deciſ.* 71. *numero* 11. defendit, confugientem ad Eccleſiam cum armis, quæ portantibus ex aliqua particulari lege eſt comminata pœna capitalis, frui immunitate. Tum & etiam *deciſ.* 72. *numero* 11. concludit, quòd Iudex ſecularis non poteſt proprio Marte ſpoliare Reum armis prohibitis, cum quibus in Eccleſiam ſe contulit, niſi cum licentia, & aſſenſu Iudicis Eccleſiaſtici; ergo ſi in prædictis caſibus id admittit, nulla ratio aſſignari poteſt, quæ concludat, vt cadauer in Eccleſiam tranſlatum eiſdem regulis metiri non debeat: & licèt de hoc articulo latiſſimè egerimus *in dicto vot.* 8. addere poteris, quæ diximus, *ſuprà quæſt.* 44. *à num.* 11. & *quæſt.* 71. *num.* 11. & 17. 28

Inſuper *in capite Ex parte* el ſegundo *de ſepulturis in fine* diſponitur fore communicandum mortuo, quod communicabatur viuenti, & tradit Marta *de Iuriſdict.* *part.* 3. *capite* 9. *numero* 49. & 50. ergo ſi ſuſpenſo in furca, viuenti communicabatur priuilegium immunitatis Eccleſiæ, ad eam recurrendo per ſe, vel cum aliorum auxilio, aut adiutorio, vtique, etiam communicari debet poſt mortem. 29

Denique ponderari poteſt, quòd mortuo Reo delinquente in carcere, vel extra eum, ipſius cadauer non debet puniri, nec in furca ſuſpendi, niſi in atrociſſimis delictis ex text. *in l.* 3. & *l. Defuncto de publicis iudiciis l. crimen ff. de pœnis*, & cum pluribus docet Guazzinus *de defenſ. reorum part.* 2. *defenſ.* 38. *capite* 6. *numero* 1. qui cum Menochio *de arbitrariis caſu* 285. *numero* 2. concludit, non bene procedere Iudices, qui iubent, cadauera delinquentium ſuſpendi, etiamſi viui ſuſpendantur, ſi patiantur ibi permanere vltra diem; ſed quòd eadem die ſepeliantur, & *à numero* 3. *cum ſequent.* latè agit de hoc articulo; ex quo infero, quòd aliqualiter ſuſpenſus ex furca, ſi ex ea, ductus ad Eccleſiam, extraheretur ab ea per Miniſtros ſeculares ſine Epiſcopi licentia, & patibulo reſtitueretur, & 30 31

de

de nouo ſuſpenderetur ; quemadmodum fieret contra id quod iura diſpo-
32 nunt ; & videretur pœnam imponi ei, qui actiuè, vel paſſiuè aliquod crimen non perpetraſſet, nec potuiſſet perpetrare ; ſed imò ei tanquam miſerabili Eccleſia, ad quam fuit aſportatus, fanere debet, vt mater miſerorum, & defunctorum, cui illata fuit iniuria per extractionem, vt patet ex his, quæ diximus *in dicto vot.* 8. *à numero* 73. *cum ſequent.*

Ex quibus colligere poteris non adæ-
33 quatè Cortiadam reſpondere *in dicta deciſ.*90. *à num.*23. *vſque in finem* prædictis validiſſimis argumentis, cum his, quæ *ibidem* adducit: & ideò concludendum eſt, prædictum cadauer aſportatum in Eccleſiam non poſſe ab ea extrahi ſine Epiſcopi beneplacito, & aſſenſu, nam illius immunitate gaudere debet: & poſt à me ſcripta concludunt Diana *in reſponſo ad dictum meum votum* 8. quod *ibidem* reperies in eius calce; & etiam Lezana *in dicto tom.* 4. *conſult. variar. in addit. ad conſulta Theologica, iuridica, & regularia, conſult.* 52. *pag.* 433. in impreſſis Lugduni de anno 1656. vbi ambo copioſè agunt, quibus iunge D. Laurentium Matthæu *de regimine Regni Valentia tom.*2. *capite* 8. §. 9. *numero* 112. qui idem ſentit: & me allegato, ſe remittat ad dictum meum votum 8. Et ita fuit deciſum, & declaratum, per me, tanquam Cancellarium Regni Aragonum in ipſius Tribunali in proceſſu Procuratoris Fiſcalis Archiepiſcopatus Cæſarauguſtan. ſuper Competentia Iuriſdictionis ſub die 10. Octobris 1653. & videre poteris (licèt non in ſpecie, ſed valde ad intentum) Giurbam *conſil.* 30. *per totum*, præcipuè *à numero* 8. *cum ſeq.*

QVÆSTIO XCIX.

QVOAD VOTVM IV.

Statutum Principum ſecularium, ſeu cuiusvis Ciuitatis, vel loci imponens aliquod onus, vel grauamen in omnibus prædiis, ſeu fundis conſtitutis intra proprium territorium, an comprehendat, & obliget Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas, tam de acquiſitis ante promulgationem ſtatuti, quàm de poſtea poſſeſſis & poſitis in earum poſſe, & dominio?

SVMMARIVM.

Statuta laïcorum non comprehendunt Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas, etiamſi illis eſſent vtilia, & proficua. n. 2. *&* 14. *limita vt num.* 36. *&* 37.

Eccleſiaſtica perſona, & loca ſacra non ſunt ſubiecta ſtatutis Principum, aut poteſtatum ſecularium. n. 2. *&* 14.

Principes, aut Ciuitates ſeculares non habent poteſtatem condendi leges, aut ſtatuta, quæ comprehendat Eccleſias, & Clericos, nec obligāt, ſecluſo beneplacito Apoſtolico. n. 3.

Statutum laïcorum, imponens immediatè pœnam Concubinis Clericorum, eas non comprehendit, nec eſt validùm. n. 4. *&* 5.

*Statuta laïcorum, tendentia mediatè, vel immediatè contra Clericos, vel Eccleſias, ſunt inualida quoad eos. n.*4. *&* 13.

Concubinæ Clericorum, etiam publicæ, puniri debent per iudicem Eccleſiaſticum nec illas afficit pœna impoſita per ſtatutum laïcorum. num. 5.

Statuta Ciuitatum, aut locorum imponentia aliqua onera vicinis pro illorum releuatione, aut pro ſubueniendis neceſſitatibus, non comprehendunt Clericos, & Eccleſias. n. 5.

Princeps ſecularis, etiam ſupremus, nequit per legem, aut ſtatutum declarare quanam delicta reputentur grauia, vt reus gaudere non poſſit immunitate Eccleſiæ. num. 6.

Delicta grauia quanam ſint ad effectum, ne reus gaudere poſſit immunitate Eccleſiæ, Pōtifici priuatiuè eſt reſeruatum. n. 6. *&* 7.

Statuta laicorum, ſi quoquomodo, etiam indirectè, moderauerint, aut læſerint immunitatem Eccleſiæ, ſunt inualida, quamuis fiant velatis verbis. n. 7.

Synodales, aut Prouinciales leges, ſeu conſtitutiones Epiſcoporum non afficiunt Regulares. num. 8.

Pœna, & cenſura impoſita in Conſtitutionibus Synodalibus, aut Prouincialibus celebratis per Epiſcopos non ligant Regulares. num. 8.

Regulares ſunt exempti à legibus, & Conſtitutionibus Synodalibus Epiſcoporum abſolutè loquendo. n. 8 & 9. intellige vt n. 10.

Regulares ſubiecti ſunt legibus, & conſtitutionibus Synodalibus Epiſcoporum in aliquibus caſibus n. 10.

Statutum laicorum diſponens, quòd de relictis in teſtamento ſoluatur aliqua pars, non ligat quoad relicta Eccleſiis, aut Clericis, ſeu cuicunque cauſæ piæ n. 11.

Statutum laicorum quomodolibet lædens, vel grauans Eccleſias, ſeu Clericos (etiam in minimo) eſt contra immunitatem; & exinde illos non afficit, & eſt inualidum. num. 12.

Statutum laicorum prohibens alienationem ſtabilium in forenſes non comprehendit bona emphytheutica Eccleſiæ, etiamſi ageretur de vtili dominio inter laicos. n. 13.

Statutum laicorum imponens aliquod onus in bonis, an comprehendat ea, quæ peruenerunt ad Eccleſiam, vel Eccleſiaſticos. num. 15. & ſeq.

Onera, quæ in bonis apponuntur alia ſunt realia, alia perſonalia, & alia mixta. n. 16. & quæ illa ſint. n. 17.

Clerici tenentur ſoluere onera realia impoſita in bonis ſuis, quæ ad illos peruenerunt cum tali onere. n. 18. ſecus autem ſi eſſet gabella, aut impoſitio perſonalis eius, à quo cauſam habent. n. 19.

Onus reale, ſeu tributum perpetuum conſtitutum in prædio tenetur ſoluere Eccleſia, ſi cum tali grauamine ad eam perueniat, ſecus ſi ſit perſonale. n. 18 & 19.

Tributum reale inducit obligationem perpetuam pro omni tẽpore futuro. n. 20. & 24.

Onus reale perpetuum conſtitutum in fundo tranſit in quemcunque ſucceſſorum, etiam priuilegiatum, & exemptum. n. 21. & 24. cum ſeq.

Donans, vendens, aut legans rem ſitam grauatam cum aliquo onere reali, & perpetuo, illam transfert cum eodem onere. n. 22.

Succeſſor rei tenetur ad onera, quibus anteceſſor erat adſtrictus. num. 23.

Nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quàm quod ipſe habet. n. 23.

Tributum reale ſtatim atque imponitur in aliqua re ſita, ex illo tunc generat actionem hypothecariam pro omni futuro tempore. num. 24.

Decimas Eccleſiaſticas ſoluere tenetur ex prædiis quicunque ipſorum poſſeſſor iuſtus, aut iniuſtus. num. 27.

Onus ſoluendi decimas Eccleſiis cùm ſit reale tranſit in quemcunque poſſeſſorem iuſtum, vel iniuſtum, aut priuilegiatum. n. 27.

Fiſcus tenetur ſoluere decimas Eccleſiaſticas ex quibuſcunque prædiis ad ipſum peruentis cum tali onere. n. 27. & 28.

Decimarum Eccleſiaſticarum ſolutio eſt onus reale, & tranſit in quemcunque ſucceſſorem, etiam priuilegiatum. n. 28.

Statuta laicorum imponentia grauamina, aut onera, ſeu aliquid ſimile reſpicientia Eccleſias, vel Eccleſiaſticos, nullatenus eos comprehendunt. n. 29.

Iuriſdictio ſecularis eſt omnino incapax comprehendendi Eccleſias, vel Clericos in ſuis ſtatutis, & ordinationibus. n. 30.

Onus mixtum, quod ponitur in ſtatutis ſecularium, regulariter fit perſonis pro rebus, à quibus Eccleſiæ, & Clerici ſunt exempti. n. 31. limita vt n. 36. & ſeq.

Qualitas rei mutatur ex mutatione perſonæ, & hæc influit in illam. n. 32.

Onus impoſitum in prædio, vel alia re reſpiciens perſonam, non afficit eam; quæ ſit priuilegiata, ſi ad ipſam perueniat. n. 32. & 33. limita ſi ſit conſtituta, non ad beneficium prædij, ſed perſonæ anteceſſoris. numero 34.

Tributum, aut onus impoſitum rebus per ſtatutum laicorum pro vtilitate, & commodo perſonarum, vt pro paſcuis pecudum, aut rigandis prædiis, & ſimilibus, tenentur ſoluere Eccleſia, & Clerici, ſi illis frui velint. num. 36. & 37.

Clerici, & Eccleſia ſoluere tenentur onera impoſita in bonis ſitis pro illis benefaciendis in maiorem ipſorum vtilitatem, ſicut cæteri vicini rigando prædia, vel paſcendo in fundis vniuerſitatis. n. 37.

Commodum qui ſentit, experiri etiam debet onus, & grauamen. n. 38.

HVius quæſtionis materia latiſſima apparet, in qua plures articuli, ſatis intricati, exagitari poſſent. Verũ ne extra noſtrum inſtitutum euolemus, reſolutionem reſtringã ad metas immunitatis. Et certè cùm *in meo Paſt. Reg. part. 3. vot. 9.* magis extensè egerimus; ſolùm in præſenti proponam, & addam, quæ in confirmationem noſtræ declarationis *ibidem* expoſitæ occurrunt. 1

Sit

2 Sit igitur certiſſima concluſio, quòd Eccleſiæ, & perſonæ Eccleſiaſticæ, non comprehendnntur in ſtatutis, & conſtitutionibus Principum, ſeu Ciuitatum, aut locorum ſecularium, etiamſi eſſent fauorabilia; ex illa certiſſima, & nota ratione, quia Poteſtates ſeculares nullatenus habent iuriſdictionem condendi
3 ſtatuta, quæ comprehendant Eccleſias, & Clericos, eorúmque bona, niſi de conſenſu, & approbatione ſummi Præſulis; vt expreſsè deciditur, *in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitutionibus, & in cap. finali de rebus Eccleſiæ non alienandis*; & vtrobique tradunt communiter Doctores, Antonius de Marinis *in deciſ. Neapol. Regiæ Cameræ part. 2. deciſ.* 426. & latè docent Thomas Delbene *de immunit. tom. 1. cap. 8. dubit. 2. per totam*, quibus iunge plures relatos per Belletum *tit. de exemptione Clericorum à ſtatutis ſecularium quoad perſonas Eccleſiaſticas, & Eccleſias*, §. 1. *per totum* optimè Rota penes Roxas *deciſ.* 138. *num.* 2. vbi *n.* 3. alias plures allegat, ſubdens ſæpè Rotam reieciſſe talia ſtatuta laïcalia.

4 Quod quidem adeo verum eſt, vt locum habeat non ſolùm in ſtatutis, quæ directè, & immediatè tendunt in Eccleſiaſticos, ſed & etiam ſi mediatè, & indirectè eos reſpicere poſſent, v. g. ſi per laïcos fuerit ſtatutum conditum imponens pœnam concubinis Clericorum,
5 etiam notoriis, quod inualidum eſt, nec illas afficit ex eo, quòd delictum habet connexitatem cum Clericis; & exinde ad Iudicem Eccleſiaſticum pertinebit cognitio, necnon punitio, ac pœnæ applicatio, ſine conſideratione talis ſtatuti, ſed imò potiùs prout ipſe iudicauerit; de quo latè diximus *ſuprà quæſt.* 87. præcipuè *numero* 21. & docet Felinus *in dicto cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitutionibus in tab. repet. quæſt.* 16. quem refert, & ſequitur Belletus *diſquiſit. Clerical. part. 1. tit. de fauore Clericorum reali* §. 4. *num.* 54. *pag. mihi* 266. *colum.* 1. & plures alios allegans Diana *tom.* 4. *reſol. moral. tract. 1. reſol. 11. verſ. Sed hac opinio, &c.* ergo ſic ſimiliter dicendum eſt, quòd ſtatutum laïcale imponens aliquod onus, vel grauamen, ſeu impoſitionem vicinis in prædiis, vel fundis ſui territorij pro releuatione Ciuitatis, vel loci, aut pro ſubueniendis ſuis neceſſitatibus generaliter, & indiſtinctè loquendo non afficit Eccleſias, vel Eccleſiaſticas perſonas.

6 Præterea ponderari poteſt, quòd Princeps ſecularis (etiam ſupremus) nequit per legem, aut ſtatutum declarare quænam delicta reputentur grauia ad effectum, ne reus gaudere valeat immunitate Eccleſiæ; nam hoc priuatiuè ad Summum Pontificem pertinet; vt aduertunt Giurba *conſilio criminali* 50. *numero* 23. qui *num.* 26. plures rationes adducit, inter quas ita concludit. *Tum,* 7
quia curandum nobis, quòd Eccleſiæ immunitas non tollatur, aut moderetur indirectè, quoquomodo lædatur, ſat eſt, laïcorum ſtatuta non ſuſtineri ad text. in cap. Quanto, de priuilegiis, cap. Statutum de hæreticis in Sexto, ſiue expreſſis, ſiue velatis (vt aiunt) verbis actum ſit, cap. Clericis, §. finali, verſ. Nos igitur, de immunitate Eccleſiarum in 6. &c. Et plures referens Diana *tom. 6. reſol. moral. tract. 1. reſol. 8. verſ. Neque admitto, &c.* vbi concludit, *proximè* dictam concluſionem ſine temeritate negari non poſſe; quam etiam ſequitur Cortiada *in praxi contentionum tom.* 2. *deciſ.* 71. *num.* 20. *& ſeq.* ergo nec per ſtatutum laïcorum imponi poterit onus in prædiis Clericorum, aut Eccleſiarum; cùm indirectè reſpiciat ipſorum perſonas, quæ omnino ſunt exemptæ à legibus ſecularibus, ſecluſo decreto, aut approbatione Apoſtolica.

Et quidem hoc etiam fulciri poteſt 8
ex eo, quòd iuxta plurium opinionem, leges Synodales, aut conſtitutiones Prouinciales celebratæ per Epiſcopos non obligant Regulares; nec pœnæ, onera, aut cenſuræ in ipſis comminatæ illos afficiunt; vt latiſſimè probant Suarez *de legibus lib. 3. cap. 33. num. 8. & lib. 4. cap. finali*, & alij plures, prout annotaui *in meo Paſt. Regul. part. 2. quæſt. 22. num.* 30. & copioſè Bordonius *in ſuis reſolutionibus, & conſiliis moralibus reſol. 7. q. 5. n. 6.*

Et ex eo, quia, cùm regulariter ſint 9
exempti à iuriſdictione Epiſcoporum, exinde leges, ſtatuta, aut conſtitutiones per illos ſtabilitæ, ipſos non ligant; ex qua doctrina infero argumentum, quòd etſi in Epiſcopis non detur reſiſtentia iuriſdictionis reſpectu Regulariũ, cùm ſecluſis priuilegiis, Epiſcopis ſubiecti exiſtant; tamen propter quandam nudam exemptionem liberi, & immunes reperiuntur à pœnis, oneribus, & aliis grauaminibus, comminatis in legibus, & ſtatutis Prouincialibus, aut Synodalibus: quantò igitur magis, & à maioritate rationis leges, ſtatuta, aut diſpoſitiones Principum ſecularium nequibunt ligare, & comprehendere Eccleſias

& Eccleſiaſticas perſonas, non ſolùm quoad pœnas, & alias impoſitiones, ſed & etiam quoad cætera in illis diſpoſita.

10 Aduertendum tamen eſt in præſenti, ne legentes decipiantur circa generalitatem proximæ dictæ doctrinæ, quòd licèt Regulares, abſolutè loquendo, ſint exempti à legibus, & ſtatutis Prouincialibus, ſeu Synodalibus, non tamen totaliter, & indiſtinctè, cùm ſint adſtricti dictis legibus, quatenus fuerint communes reſpicientes cultum Diuinum, & alia conducentia ad eius augmentum, & bonum publicum vniuerſale, vt optimè cum Vaſquez aduertit Thomas Sanchez *in Decalogum lib.4. cap.15.num.*21. quidquid dicat Bordonius *vbi proximè*, in quo non immoror, cùm non ſit proprium noſtri inſtituti: at volui illud aduertere; nam cùm hoc grano ſalis prædicta doctrina intelligi debet.

11 Inſuper ad intentum ponderari poteſt, quòd ſi ſtatutum laïcorum diſponat ſolui aliquam partem, vel datium, aut gabellã ex legatis, ſeu relictis in teſtamento, eſt inefficax, & nullum, nec ſubſiſtit reſpectu legatorum relictorum pro quacunque cauſa pia; vt cum pluribus reſoluit Franciſcus Niger Siriacus *tom.* 1. *controu. forenſ. controu.*94. *à num.* 28. *cum ſequent.* vbi latiſſimè diſputat hunc articulum.

12 Et ratio eſt, quia daretur anſa retrahendi fideles ad relinquendum opera pia; & ex hoc Eccleſiæ derelictis fraudarentur; & quodammodo ſi tale ſtatutum vires haberet, eſſet contra immunitatem, quod influit circa alia ſtatuta laicorum grauantia aliquo onere, vel impoſitione bona Eccleſiarum, & perſouarum Eccleſiaſticarum: nam regula nota eſt; quòd quoties ipſæ, etiam in minimo, præiudicari poſſint per ſtatuta laïcorum, nullatenus illas comprehendunt: optimè Siriacus *vbi proximè in dicto tom.* 1. *controu.*12. *à num.*63. *cum ſeq.*

13 Et ex eodem fonte dimanat; quòd ſtatutum laïcorum prohibens alienationem ſtabilium in forenſes non afficit bona emphitheotica Eccleſiæ, etiamſi ageretur de vtili dominio inter laicos, inueſtitura facta valida eſt, etiamſi illam prohiberet, & annullaret ſtatutum, vt declarauit Rota penes Pamphilium 28. Aprilis 1617. quam deciſionem impreſſam reperies penes Siriacum *vbi ſuprà tom.*2. *in fine controuerſiæ* 105. *n.*19. *&* 20. *pag. mihi* 50.

Quare concludendum, & dicendum 14
eſt, ſtatuta laïcorum nullatenus ligare Eccleſias, nec Eccleſiaſticas perſonas, neque prædia ſita intra territorium eſſe ſubiecta, & obnoxia ad ſoluendum onera, tributa, ſeu alias quaſcunque impoſitiones appoſitas per Principes ſeculares, Ciuitates aut loca pro ſubueniendis debitis, aut neceſſitatibus ſuccurrendis, vel aliis ſimilibus, in quibus eximi, & liberari debent, vt latiſſimè in ſpecie probant Bobadilla *in ſua politica tom.*1. *lib.*2. *cap.*18. *caſu* 101. *à num.*4. *cum pluribus ſeq. & ibidem fallentia* 16. *num.*290. copioſè, Ioannes Gutierrez *lib.*1. *quæſt. pract. q.*15. Carolus de Graſſis *de effectibus Clericatus effectu* 2. *à n.*332. *& ſeq. & inſpectione* 3. *à num.*162. & alij per me allegati *in dicto vot.*9. *num.*8. *& ſeq.* quibus adde Belletum *diſquiſit. Clerical. part.*1. *tit. de exemptione Clericorum à ſtatutis, &c.* §.5. *n.*31. vbi alios refert, eiſque iunge Dianam pluribus in locis *tom.* 4. *tract.* 1. *reſol.*14. *verſ. Sed ſi hac opinio, &c. & tom.*6. *tract.*3. *reſol.*3. *verſ. finali*, & latiùs *reſol.*7. *aliiſque in locis.* Et cùm iſte articulus accuratè diſcuſſus reperiatur per Rotam *in vna Rauenatenſ. hæreditatis* 5. Iunij 1648. coram Ottobono non immoror remittendo Lectorem ad illam, quam inueniet *in ipſius impreſſis deciſ.*149. vbi contrariis reſpondens concludit pro hac opinione, alióſque allegans *deciſ.* 216. *à num.* 11.
vſque in finem. Et profectò cum prædicta 15
ſatis de plano procedant, tranſitus faciendus eſt ad ſecundam partem dubij, cùm maiorem difficultatem contineat circa prædia, & bona, quæ ad poſſe Eccleſiarum, vel Eccleſiaſticarum perſonarum cum aliquo onere ſoluendi certam quantitatem, in vim ſtatuti à laïca Poteſtate conditi, peruenerunt.

Et ad veram reſolutionem ſupponen- 16
dum eſt, tria eſſe genera onerum, aliud namque eſt reale, aliud perſonale, & aliud mixtum, vt concludunt communiter Doctores *in l. reſcripto* §. *vltimo l. munerum* 18. *ff. de muneribus, & honoribus*; quæ iura expreſsè decidunt, & admittunt prædictam diſtinctionem.

Onus reale dicitur illud, quòd intrin- 17
ſecè, immediatè, ac perpetuò conſtitutum reperitur in fundo, aut prædio, vel in bonis ſitis; vt cum pluribus aduertit Statilius Pacificus *de Saluiano interdicto inſpect.*3. *cap.*4. *à num.*523. *cum ſeq.* Cardinalis Tuſcus, qui plura cumulat *tom.*5. *litera O, concluſ.*118. *per totam*, & docent communiter Doctores. Perſonale autem

autem onus reputatur illud quod perſo-
næ iniungitur. Tuſcus *vbi proxime con-
cluſ.*119.Rolandus *conſil.* 79.*n.*63.*vol.* 3.&
alij plures. Tertium denique onus dici-
tur mixtum,quod tendit in perſonam ra-
tione rei ſitæ, vel mobilis, Theſaurus
decif. 157.& 164. Guido Papæ *decif.*384.
vbi copiosè agit, & *decif.* 387. quam di-
ſtinctionem,& explicationem admittunt
omnes Doctores,& cum ipſis noſtri,Re-
gens Seſſe *tom.*1.*decif.*7.*à n.*1.*& ſeq.* & eo
relato cum aliis,Suelues *in centuria tom.*1.
*conſil.*43.*à n.*2.vbi plures allegant.

18 Quibus ſic ſuppoſitis, dicendum eſt,
Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas te-
neri ſoluere onera verè, & realia in hæ-
rentia, & conſtituta in prædiis, & aliis
bonis ſitis ad illas cum tali grauamine
peruenta, veluti feuda, cenſualia, tri-
buta, vel ſeruitutes reales, & alia ſimi-
lia:in iſtis namque verior eſt opinio aſſe-
rens,adſtrictas remanere ad ſolutionem,
vt copiosè tradunt Carolus de Graſſis *de
effectibus Clericatus effect.* 3. *à n.* 154. *cum
pluribus ſeq.*Statilius Pacificus *de Saluiano
interdicto inſpect.*3.*cap* 4. *à n.*543.*cum ſeq.*
Seſſe *in dicto decif.*7. *n.* 4. *&* 6. & *decif.*8.
*n.*26. & alij plures.

19 Rationem aſſignat Carolus de Graſſis
vbi proximè in dicto effectu 3. *n.* 154. *cum
ſeq.*qui poſtquam concluſit, quòd Cleri-
ci,& Eccleſiæ non tenentur ſoluere col-
lectas, gabellas, aut alia munera impo-
ſita per ſtatuta, aut diſpoſitiones ſecula-
res,limitat,vt locum non babeat,quando
prædia, & bona ſita, quæ ad illos, vel
illas peruenerunt, eſſent perpetuò gra-
uata aliquo tributo, antequam ea poſſi-
derent; quia tunc non conſideratur per-
ſona, ſed ipſum prædium, & bona ſita
per text. *in cap.Si tributum* 11.*q* 1.& ad in-
tentum infinitos allegat,quibus adde D.
Franciſcum de Amaya *in comment.ad tres
lib. Cod.Iuſtiniani ſub tit. de annonis & tri-
butis in l.* 2. *lib.* 10. *à num.* 2. *cum ſequent.
pag. mihi* 197.

20 Quam ſententiam fundat ex quinque
motiuis ex variis Doctoribus deductis.
Primum,qnia ex tali ttibuto ab initio im-
poſito, reſultat obligatio perpetua pro
omni tempore futuro;& cùm ſit certum,
& perpetuum habet tractum ſucceſſi-
uum tranſeuntem in quemcunque poſ-
ſeſſorum etiam exemptum.

21 Et ex hoc infert ſecundum fundamen-
tum,videlicet,quia debet tranſire in Cle-
ricos, & Eccleſiam, cum ſua cauſa, &
grauaminibus per text.*in l.Pomponius* §.1.
ff.de acquirenda poſſeſſione.

Tertium, quia donans, vendens, le- 22
gans,vel alio quolibet titulo transferens
fundum, domum, vel aliud quodpiam
bonum ſitum grauatum aliquo reali, &
perpetuo tributo,cenſetur tantum tranſ-
ferre illud ius, quod ipſe habet in tali re
l.Qui tabernas, ff.de contrahenda emptione,
cap. Accuſatus, §.*ſi verò de hæreticis in* 6.
cum aliis; ergo &c.

Quartum, quia ſucceſſor cuiusvis rei 23
ea vti debet, quemadmodum, & ſicut
anteceſſor cum eiſdem grauaminibus,&
oneribus *cap.Si quis ſucceſſor de regulis iuris
in* 6.cùm nemo plus iuris in alium tranſ-
ferre poſſit,quàm quod in ſe habet *l.Ne-
mo plus iuris ff. de regulis iuris cum vulga-
tis*; ergo &c.

Quintum, & vltimum; nam ſtatim 24
atque tributum reale imponitur, ex eo
tunc oritur actio hypothecaria pro omni
futuro tempore;cùm vnica ſit impoſitio
perpetua, & ordinaria, nec quotannis
multiplicetur, licèt penſio ſingulis annis
ſolui debeat, & conſequenter tranſeat
cum ſuo onere *l.reſcripto* §.*ſi quis,verſ.Quæ
munera, & l.finali,*§. *Patrimon. ff.de mune-
ribus, & honoribus.*

Sed licèt Graſſis ponderauerit prædi- 25
cta fundamenta, & pro quolibet eorum
plures Doctores allegauerit, attamen
ibidem num. 162. cum Bart. Albano, &
aliis adhuc intendit, quòd nec in præ-
dicto caſu onus, vel tributum debeatur
ſolui, quod proſequitur *in ſequentibus
numeris*, & *n.*178.eam admittit,tanquam
indubitatam(vt ipſe ait) quamvis *ibidem*
ſtatim eandem limitet ferè ad noſtrum
caſum: & cùm de hoc articulo latè ege-
rit, apud ipſum videre poteris, vt breui-
tati conſulam.

Sed profectò, quidquid dixerit, cer- 26
tiſſimè concludendum eſt, tam in iudi-
cando, quàm in conſulendo, Clericos, &
Eccleſias grauatas eſſe ſoluere onera rea-
lia,quæ intrinſecè, & perpetuò ſunt im-
poſita in bonis,quæ ad illos peruenerunt,
non ratione perſonæ, à qua ius babue-
runt, ſed ratione rei ſitæ, in qua graua-
men erat conſtitutum;vt concludunt fe-
rè omnes Doctores, & præcipuè *ſuprà*
allegati *num.*18.

Quæ omnia confirmari poſſunt con- 27
tra Graſſis,& alios vltra fundamenta per
ipſos pro bac opinione ponderata,quòd
onus ſoluendi decimas Eccleſiis in qui-
busvis prædiis tranſit in quemcunque
poſſeſſorem, ſiue iuſtum, ſiue iniuſtum,
vel priuilegiatum, ad quem perueniant;
vt tradit Moneta *de decimis c.*4. *n.* 40. &
quod

quod magis eſt, etiamſi ſit ad Fiſcum, de quo Nogerol *tom.1. allegat.38. à n.6. cum pluribus ſeq.*

28 Ex ea ratione, quia decimarum ſolutio eſt onus reale inhærens fundo, vel prædio, & ſequitur perſonam, ſicut vmbra; ſic ſimiliter onus reale perpetuum ſequi debet rem, in qua eſt conſtitutum, vt latè dixi *in meo tom. 1. foro conſcientiæ*, ſiue *Paſtor. interno part. 3. vot. 2. num. 3. & 4.* vbi alios allegaui; & in ſpecie plures referentes tradunt noſter Regens Seſſe *in dicta deciſ. 8. num. 26. & 27.* Belletus *diſquiſit. Cleric. in dicto tit. de exemptione Clericorum à ſtatutis ſecularium §.5. num. 30.* & latiſſimè infinitos allegans *in tit. de exemptione Clericorum, & eorumdem bonorum à muneribus publicis §.3. num.1. & 2.* ergo ex eadem ratione ſimiliter dicendum eſt de cæteris grauaminibus realibus: cùm diſpar ratio aſſignari nequeat; & ideò hanc ſententiam veriſſimam cenſeo.

29 Sicut & etiam eſt indubitatum, quòd ſtatuta, aut diſpoſitiones laïcorum quoquomodo imponentia onera, grauamina, ſeruitutes, aut impoſitiones reſpicientes perſonas, tam perpetuò, quàm temporaliter, nequaquam comprehendunt Eccleſias, aut Eccleſiaſticos, vt expreſsè patet *ex text. in cap. Quæ in Eccleſiam, cap. Eccleſia Sancta Maria*, vbi communiter Doctores, de conſtitutionibus Cartarius *deciſ. 1. num. 66. cum duobus ſequentibus* Theodorus *allegat. 16. à num. 1.* Carleual. alios allegans *de iudiciis lib. 1. diſp. 2. num. 394.* & alij infiniti penes Bellerum *vbi proximè in dicto tit. de exempt. Clericorum, & eorumdem bonorum à muneribus publicis §. 3. num. 3. cum ſeq.*

30 Et ratio eſt, quia laïca iuriſdictio de perſe incapax eſt comprehendendi perſonas, & res Eccleſiaſticas; & conſequenter nullomodo ipſius leges, conſtitutiones, & ſtatuta prærogari, & extendi poſſunt ad illas (vt iam diximus, & eſt notum) ac conſequenter erunt exemptæ à quocunque onere perſonali decreto per ſeculares poteſtates.

31 De tertio autem onere, videlicet, de mixto, dubitari magis poteſt, quàm de duobus præcedentibus. Enim verò cùm regulariter hoc imponatur perſonis pro rebus, videtur dicendum, illas nequaquam poſſe liberari, etiamſi eſſent exemptæ, & priuilegiatæ: ſed re verâ idem iudicium efformandum eſt de his oneribus, ſicut & de perſonalibus *proximè* dictis, ſi ſeparatè tangerent immediatè ipſam perſonam in ipſa re: tunc namque illud onus, quod exiſtebat in
illa mutat qualitatem, quam retinebat 32
ex regula iuris: quòd mutatione perſonæ mutatur qualitas, onus, priuilegium, ſeu grauamen inhærens ipſi rei reſpicienti perſonam. *L. Paulus per procuratorem, ff. de acquirenda hæreditate, l. licitatio, §. finali ff. de public. & vectig.* Gutierrez *pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 3. num. 15. & ſeq.* cuius verba retuli *in meo Paſt. Regul. part. 3. vot. 3. num. 11.* vbi aduertere debes, quòd per inertiam librariorum fuit omiſſus Guariſmus quæſtionis; nam eſt tertia ipſius Gutierrez *num. 15.* & plures allegans tradit Carolus de Graſſis *de effectibus Clericatus quæſt. 39. à num. 33. cum ſeq. pag. mihi 253.* licèt *ibidem num. 332.* alios referat contrarium tenentes, quibus pro hac opinione iunge Capitium Latro *in deciſionibus Sacri Regij Conſilij Neapolitani deciſ. 65.* vbi cùm quæſtio exiſteret, an ſeruitus cuiuſdam domus deberet tranſire in ſucceſſorem cum eodem onere *num. 13.* reſoluit (prout eſt certum) quòd, quando alienatur prædium aliqua ſeruitute grauatum, illud ius ſeruitutis deuenit, tam actiuè, quam paſſiuè in ſucceſſurem ſingularem per text. *in l. via §. ſi fundus, & §. quacunque ff. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum. l. Cum fundus l. venditor, ff. communia prædiorum l. de Prouinciali, Cod. de ſeruitutibus, & aqua.*

Hanc autem regulam ipſe Capitius 34
Latro *ibidem num. 14.* declarat cum Ludouico Roman. *in l. ſtipulationes n. 27. ff. de verborum obligationibus* per hæc verba. *Inter alias tamen declarationes eſt, quando non eſt ſeruitus conſtituta ad beneficium prædij, ſed perſonæ; quia tunc eſt perſonalis, & non egreditur perſonam, &c.* Hæc Capitius.

Ex qua doctrina induci poteſt quoad
onus, videlicèt, quòd, ſi hoc reſpiciat 35
perſonam ſoluentis, prout ſunt grauamina impoſita per poteſtates ſeculares ſubditis ſuis pro bonis ſitis, ſeu mobilibus, ſi remoueatur perſona capax, & ſubiecta ſuæ poteſtati, & in eius locum ſubrogetur, quæ exemptionem habet, in cuius poſſe illa bona deuenerunt, litera equidem talia bona exiſtere debent per hanc tranſmutationem ex dicta regula *ſuperiùs* anotata *num. 32. & 33.* ex quibus hanc reſolutionem certiſſimam iudico.

At

36 At verò ſi onus, vel tributum ſit impoſitum rebus immediatè ad commodum, & vtilitatem reſultantem perſonis ptiuatiuè, veluti pro reparatione, & conſeruatione aquæductus ad irrigandos agros, & vineas, & pro ſalario attribuendo cuſtodibus illarum; pro beneficiandis prædiis, ipſiſque defendendis à fluminum inundationibus; pro conſeruandis paſtibus ad greges alendos, & pro aliis ſimilibus, in quibus Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ fruuntur dictis vtilitatibus ad commodum proprium, ſintque admiſſæ pro ſuis bunis cum aliis laïcis ſimiliter contribuentibus; in his igitur caſibus obnoxias, & comprehenſas eſſe adæqualiter ſoluendum dicendum eſt, ſi illis vti, & gaudere velint.

37 Quamuis enim tale onus, videatur mixtum; attamen tunc Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ non conſiderantur, vt tales, ad effectum liberationis, & exemptionis, ſed æqualiter cunſortes vtilitatis, & beneficij, quod ipſis reſultat ex illis contributionibus non cæteris vicinis, & habitatoribus contribuentibus.

38 Quod quidem, rationi conſonum eſt: cùm enim recipiant commodum, & intereſſe ad conſequendum augmentum Pattimonij ad illud tantùm tendens, & non ad ſtatum, ant perſonam, iuſtum eſt etiam, quòd experiantut damnum, & grauamen, qui commodo, & vtilitate fruuntur *l. ſecundùm naturam ff. de regulis iuris*, Cardinalis Tuſcus *tom.* 5. *litera O. concluſ.* 144. vbi *num.* 4. annotat circa onera in bonis derelictis Eccleſiis *& tom.* 8. *litera V. concluſ.* 374. Scobar *de ratiocinijs cap.* 42. *num.* 12. *& Comp.* 20. *numero* 14. & ita fuit declaratum in Tribunali Competent. noſtri Regni Aragoniæ ſub die 24. Maij 1654. de communi voto quatuor Dominorum Conſulentium; vt patet ex proceſſu Procuratoris Fiſcalis Curiæ Eccleſiaſticæ Epiſcopatus, & Ciuitatis Dertuſæ, necnon ſtationis, & communitatis Eccleſiaſticæ eiuſdem Ciuitatis, & Epiſcopatus contra *los Iuſticia, Iurados y Conſejo de la Villa de Cretas, &c.* & videre poteris *in meo Paſt. Regul. part.* 3. *vot.* 9. *à num.* 4. *cum ſeq.* & omnino vide *vot.* 10. *à num.* 15. & Alberanum Maſcardum *de ſtatutorum interpretatione concl.* 1. *à num.* 142. *& ſeq. ampl.* 16. cuius verba *ibidem* retuli.

QVÆSTIO C. QVOAD VOTVM X. ET VLTIMVM.

Famuli Clericorum, & Eccleſiarum, tam perpetui veluti, mancipia, quàm alij conductitij ad tempus ex certa mercede, vel ſalario gaudere debeant fori priuilegio, & aliis, quibus fruuntur Domini?

SVMMARIVM.

Famuli ſeruientes in triplici ſunt differentia. num. 2.

Mancipia dicuntur, quæ cum ſuis operibus, & libertate perpetuò ſunt Domino adſcripta. num. 2.

Famuli appellantur qui non perpetuò, ſed ad tempus, & ad nutum ſunt conducti, certa mercede conſtituta, ad aliqua opera exercenda, vel ad pompam, & oſtentationem. num. 2. *&* 30.

Mancipia Clericorum, vel Eccleſiarum gaudent fori priuilegio. num. 3.

Mancipia ideo dicuntur, quia ab hoſtibus manu capiuntur, & alieno dominio ſubiiciuntur. num. 4.

Seruitus de ære, & libra quomodo tempore Romanorum conſtituebatur. n. 4.

Mancipia Clericorum, & Eccleſiarum, etiam infidelia, gaudent fori priuilegio. n. 5.

Famuli Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum, quomodocunque eis inſeruiant, gaudent fori priuilegio. n. 6. *contra* 9. *intellige vt* 10. & ſeq.

Priuilegium fori, quo gaudet famulus Clerici, reſpicit iſtius perſonam, non illius. num. 7. 8. *&* 14.

Famuli, Serui, & coloni Clericorum, ac Eccleſiarum conueniri debent coram Iudice Eccleſiaſtico. n. 8.

Serui Conductitij Clericorum cuiuſcumque generis ſint, non gaudent fori priuilegio. num. 9. *ſed contra* 6. & ſeq. *intellige vt* 10. & ſeq.

Famuli neceſſarij Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum gaudent fori priuilegio. n. 10. *ſecus voluntarij, & ad pompam tantùm. num.* 11. *&* 30.

Opinio diſtinguens inter contrarias Doctorum, amplecti potius debet. n. 12. & ſeq.

Familia

Familiares domeſtici Inquiſitorum, Eccleſiarum, ac Clericorum conducti pro ſeruitio neceſſario gaudent fori priuilegio. n. 13. & 14. intellige dum in eorum ſeruitio exiſtunt. num. 21.

Conſuetudo, quòd famuli Clericorum non fruantur fori priuilegio, ſi legitimè ſit præſcripta, poterit aliquid operari. n. 15.

Princeps ſecularis nihil poteſt ſtatuere ſuper immunitate Eccleſiæ, & in eius præiudicium. num. 16.

Epiſcoporum appellatione non venit ſtatus Eccleſiaſticus inferior illis. n. 17. & 18.

Epiſcopalis Dignitas ſuperior, & excellentior eſt toto ſtatu Eccleſiaſtico inferiori illi. num. 18.

Verba legis, ſeu ſtatuti interpretanda ſunt ſecundum propriam ſignificationem. n. 19.

Famuli conducti neceſſarij Nobilium, & Clericorum in Regno Aragoniæ gaudent fori priuilegio, quidquid aliud ſeruetur in Cathalonia & Valentia. n. 20.

Seruientes Clericis, & Eccleſiis æquiparantur Clericis minoribus ad effectum gaudendi fori priuilegio n. 21.

Serui Eccleſiarum fruuntur eiſdem priuilegiis, quibus & illæ. n. 21.

Priuilegia Clericorum, & Eccleſiarum influunt in ſuos ſeruos, & famulos tanquam in partes inexcuſabiles ſuæ familiæ. num. 22.

Familia Sacerdotis eſt de foro Eccleſiæ. n. 23. & 24.

Concubina Clerici puniri debet per Iudicem Eccleſiaſticum. n. 25.

Familia appellatione continentur quotquot ſunt in noſtro ſeruitio. n. 26.

Eccleſiaſticæ perſonæ ſupplere debent ſeruitium proprium cum famulis etiam Clericis, & non ſecularibus. num. 27. intellige vt 28.

Clerici famulantes non debent pro Domino exercere miniſteria indecentia ſtatui. num. 28. & 29.

Famuli Clericorum, & Eccleſiarum deſtinati ad pompam, & oſtentationem, non verò ad aliquod ſeruitium neceſſarium non gaudent fori priuilegio.

1 LIcèt videretur præſentem quæſtionem poſt ſeptuageſimam *ſuprà* fore collocandam, quia cùm *ibi, & in ſequentibus* egerimus de perſonis, quæ gaudere, vel non, debeant fori priuilegio, ex recto ordine inducebatur, *ibidem* eſſe diſcutiendam. Verùm cùm decreuiſſem in huius tractatus calce copioſiùs extendere, & addere illa decem vota deciſiua, quæ tanquam ſingularia, nec ſatis trita, ſed imò exemplaria Tribunalis Competentiarum noſtri Regni, in lucem edidi *in meo Paſt. Reg. part. 3.* ne illorum ordinem inuerterem; ideò conſultò particulariter diſtuli, & cum propoſito dubio huic volumini finem imponere decreui; ſicut & etiam dictum Paſtorale concludit.

2 Et pro reſolutione ſupponendum eſt, famulos triformiter conſiderandos eſſe: alij namque ſunt perpetuò adſcripti cum ſuis operibus, & libertate, qui propriè mancipia nuncupantur. Alij ſunt locati, ſeu conducti ex certa mercede, non perpetuò, ſed ad tempus, & ad nutum, ac voluntatem Domini, & ipſius famuli, ad exercenda opera, & labores, quos Dominus ex ſe exequi nequit propter ſuum ſtatum, & decentiam, aut inhabilitatem: ex quo, ſi talem famulum non haberet, eidem ſequeretur magnum incommodum, & detrimentum. Alij ſunt conducti ex certa mercede ad ſeruiendum in rebus domeſticis, ſed non tam præciſè neceſſatiis, quæ per alios ſupplere non poſſint, & magis ad pompam, & oſtentationem; quam diſtinctionem tradunt, & admittunt omnes Doctores de hac materia agentes.

3 Qua ſuppoſita, ſimiliter conueniunt, quòd ſerui, & mancipia Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarum potiuntur fori priuilegio: & expreſsè patet *ex cap. Eccleſiarum*, vbi Gloſſa *verbo, Clericorum 12. quæſt. 2. cap. Generaliter, §. iuxta ſanctionem*, & *ibi* Gloſſa *verbo, Mancipia 16. quæſt. 1. & l. 1. cod. de Epiſcopis, & Clericis, aliiſque pluribus*. Et in ſpecie concludunt Thomas Delbene *de immunit tom. 1. cap. 4. dubit. 15. ſect. 1. à n. 4. & ſeq.* Sanfelicius *deciſ. 1. n. 5. & 12.* ac 18. Carolus de Graſſis *de effect. Cleric. effect. 1. à n. 149.* vbi latiſſimè de hac quæſtione agit: Belletus *diſquiſ. Cleric. part. 1. tit. de fauore Clericorum reali* §. 1. *n.* 12. & alij per me allegati *in dicto vot. 10. à n. 6.* quibus iunge Cortiadam, *in praxi contentionum, tom. 1. deciſ. 8. num. 118.* vbi, me cum pluribus citato, congerit innumeros idem concludentes.

4 Et ratio eſt, quia tales ſerui, & mancipia connumerantur, & effectiuè ſunt bona, & Patrimonium Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum cum reali, & vero dominio; & ex eo dicuntur mancipia, quòd è manibus hoſtium capiantur; ac conſtituta ſeruitus, ex qua alieno dominio quis ſubiicitur, vt patet expreſsè *in l. Libertas 4. §. ſeruitus, & §. mancipia, ff. de*

ſtatu

ſtatu hominum, & in §. 1. *inſtit. ſub tit.* de *teſtamentis*, vbi fit mentio de ære, & libra, cum quibus ſeruitus tempore Romanorum conſtituebatur; de quo curioſè, & accuratè agit Alberius de Roſate *in Dictionario iuris, litera M. verbo, Mancipia, verſ. Mancipia enim eſt quadam imaginaria venditio, &c.*

5 Quæ reſolutio adeò vera eſt, vt locum ſibi vendicet, etiamſi talia mancipia, vel ſerui ſint infideles, Mauri, aut aliàs ſeparati extra gremium Eccleſiæ; vt cum Narbona, Paramo, Croto, & aliis tradit Diana *tom.* 3. *reſol. moral. tract.* 1. *reſolut.* 47. *verſ. finali*; quibus adde Fermoſinum *in cap. Cùm contingat quæſtion.* 12. *numero* 10. *de foro competenti*, Thomam Delbene *in dicto tom.* 1. *de immunit. cap.* 4. *dubit.* 15. *sect.* 1. *numero* 7. & alios penes Cortiadam *in dicta deciſ.* 8 *numero* 120. *in fine*; quæ omnia inoffenſo pede currunt.

De aliis autem famulis, videlicet,
6 de conductis ex certa mercede ad tempus, & nutum domini, & ipſius famuli pro ſubeundis operibus, quæ per ſuos dominos ſine dedecore ſtatus exequi nequeunt: ſimilitérque de aliis famulis domi retentis ad pompam, & oſtentationem, vel ad exercenda miniſteria domeſtica, tam intra, quàm extra ipſas ædes, & habitationem; maius eſt dubium, & non leuis difficultas propter diſcordantes, & repugnan-
7 tes opiniones Doctorum. Plurimi namque magnæ auctoritatis indiſtinctè tenent omnes famulos Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarum quomodocunque inſeruiant, tam in miniſterio præcisè neceſſario, quàm voluntario, gaudere fori priuilegio; ex eo quia iſtud non reſpicit perſonam ſeruientis, ſed domini priuilegiati; vt cum Menochio *de arbitrariis, caſu* 562. *num.* 10. *verſ. Quintò vrget*, & Natta, *conſil.* 576. *numero* 9. concludit Barboſa *in collect. ad text. in l.* 2. *num.* 12. *cod. de Epiſcopis, & Clericis*, & *de vniuerſo iure Eccleſiaſtico lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *num.* 4. vbi ad inten-
8 tum aliqua iura inducit, qui *à numero* 1. *cum pluribus ſequent.* latiſſimè defendit prædictam reſolutionem: & tandem *numero* 101. ita concludit: *Item procedit alia ſententia communiter recepta, quòd famuli, ſerui, Coloni perpetuò obligati Clericis, vel Eccleſiæ conueniuntur coram Iudice Eccleſiaſtico, &c.* Et ſtatim proſequitur. *Item pro veritate magis firma, & paucorum, qui ex profeſſo illam examinauerint, contradictione oppoſita ſtat ſententia, quòd famuli Clericorum, & Eccleſiæ non perpetui ſalario conducti gaudent indiſtinctè fori priuilegio, vt latè dictum eſt, &c.* Cuius verba transcribere volui, quia antecedenter *in eadem cap.* 39. §. 2. *numero* 56. poſtquam *in verſ. Adducunt prætereà*, propoſuit dictam reſolutionem, retulítque contrariam, tandem *numero* 58. non tam fixè firmat pedem; cùm dicat deſiderari primam in praxi obſeruari; ſed ſecundam validioribus niti fundamentis, &c. de quo *infrà* dicemus; ſed pro affirmatiua innumeros allegat eandem defendentes; quos, addendo alios transcribit Cortiada *in dicta deciſ.* 8. *n.* 120. vbi etiam agit de aliis famulis cæterorum priuilegiatorũ, apud quẽ videre poteris.

Alij autem abſolutè negant, tales fa- 9
mulos potiri fori priuilegio, ſed imò, ſubiectos exiſtere laicæ poteſtati, licèt Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticis inſeruiant; ſi aliunde ex ſuis propriis perſonis alium titulum non habeant; vt patet ex relatis à Diana *tom.* 3. *reſol. moral. tract.* 1. *in dicta reſol.* 47. *verſ. Non deſunt, &c.* & concludunt Sanfelicius *in dicta deciſ.* 1. *à principio, & ſequentibus numeris*, qui pluribus fundamentis, diſputando ad partes, agit de hac quæſtione: Carolus de Graſſis *de effectibus Cleric. effect.* 1. *numero* 149. Belletus *diſquiſ Cleric. tit. de fauore Clericorum reali* §. 1. *n.* 3. qui plures allegant, & innumeros Cortiada *in dicta deciſ.* 8. *n.* 122. vbi aduertere debes plurimos ab eodem relatos pro hac opinione, licèt enunciatiuè eam afferant, non tamen abſolutè ipſam admittere, ſed cum diſtinctione ſtatim proponenda, prout ipſe *ibidem n.* 23. *verſ. licèt hac opinio*, animaduertit.

Tertia tandem opinio, (quæ verior eſt, 10
magíſque adæquata ad ſtatum Eccleſiaſticum, eiúſq; decentiam) diſtinguit inter famulos conductitios Eccleſiarum & perſonarũ Eccleſiaſticarum, quibus præcisè indigẽt ad ſuas ſubeundas neceſſitates, quas per ſuas perſonas exercere nequeunt ſine nota, & dedecore ſtatus, nam tales famuli vtique gaudere debent fori
priuilegio; ſecùs autem alij, qui otioſè, & 11
inutiliter ſine aliquo officio, aut miniſterio proficuo degant in Eccleſiis, & domibus Clericorum; quia iſti excludendi ſunt à tali immunitate. Et iuxta primam partẽ diſtinctionis procedere opinionem affirmantem exiſtimo, & iuxta ſecundam alteram negantem; cum qua declaratione, & diſtinctione redigunt

plures D D. *infrà* referendi prædictam
repugnantiam , quæ apprimè ex ea
conciliatur ; & conſequenter ſequi
debet.

Nam , vt accuratè docet Fontanella
12 de pactis nuptialibus *to.2.clauſ. 5. gloſſ.8.*
part.9.n.34. in diſcordia opinionum pro-
cul dubio eligi, præferri, & ſequi debet,
quæ ambas concordat , & conciliat fœ-
dere diſtinctionis; & ad intentum plures
allegat idem concludentes, quibus adde
Surdum *conſ.58.* & quæ annotaui *in meo*
tract. de intruſione quæſt.9.n.12. & ſupr. q.7.
n.12. & conſequenter , cæteris excluſis,
præferenda, ſequenda, & amplectenda
venit, quam approbant grauiſſimi, ac nu-
mero plurimi DD. Menochius *in dicto*
caſu 562.n.11. & 22. Tondutus *de præuen-*
tione iudicali part.1.cap.29.n.19. vbi alle-
gat Tuſcum *tom.1. litera B. concl.17.n. 18.*
Theſaurum *deciſ.22.n.5. verſ. Fallit quin-*
ta. Barboſa *de vniuerſ. iure Eccleſ. cap.39.*
§.4.n.11. quibus iunge Squilante *de pri-*
uilegiis Clericorum cap. 7.n.57. Xamar *dif-*
finit. 18.n.32. part. 1. Daniel *de Nobilibus*
contrau. diſp.27. n. 4. & me citato *in dicto*
vot 10. plures penes Cortiadam *in dicta*
deciſ.8.n.123. verſ. Et licèt hæc opinio, pag.
98. colum.1. quamuis ipſe prædictam di-
ſtinctionem non admittat, ſed imò tota-
liter reprobet *in verſ. Sed contrarium ſer-*
uari, &c.

13 Et quamuis pro ſe adducat Thomam
Delbene *tom.1. de immunit. cap.4. dubit.15.*
ſect. 1. n. 30. Attamen iſte Doctor *n.29.*
probabilem iudicat dictam diſtinctio-
nem : ſimiliter allegat Fermoſinum *in*
cap. Cùm contingat , quæſt. 12.n. 9. de foro
competenti, qui quidem, licèt dicat con-
trarium obſeruari de conſuetudine, ipſe
tamen magis adhæret huic opinioni , in-
ſpecto iure ; nec ipſe atteſtari valet de
vniuerſali conſuetudine ; cùm contrária
pateat ex pluribus exemplaribus , præ-
cipuè in hoc noſtro Regno , quidquid
ſit in Cathalonia, prout refert Cortiada,
qui etiam allegat pro ſe Barboſam *de*
vniuer. iure Eccleſiaſtico lib.1. cap. 39. §.2.
de quo mentionem fecimus *ſuprà n* 8 &
certè *ibidem* ſequitur opinionem negan-
14 tem : Verùm poſtmodum, non ſatis con-
ſtans , expreſsè reſoluit contrariam *in*
dicto cap. 39. §. 4. vbi adducit quoddam
conſilium Aurelij Auguſtini Tauerli
I.C. Sarzanenſis cum illius approbatio-
ne , & additionibus ab ipſo annotatis;
& poſtquam latiſſimè concluſit famulos
inſeruientes Epiſcopis, Eccleſiis, & Cle-
ricis gaudere fori priuilegio, tandem *in*
calce, num. 102. finem imponit per hæc
verba. *Ex firmatis reſultat , ni fallor, penè*
indubitabilis opinio , quòd familiares Epiſ-
copi , Inquiſitoris , & Nuntij Apoſtolici ha-
bent priuilegium fori , &c Et poſtmodum
proſequitur. *Item communis , & approbata*
diſtinctio , quòd familiares Clericorum , &
Eccleſia, etiam mercede conducti ad tempus,
gaudent fori priuilegio , quando Domini non
valent vti commode priuilegio , niſi eo vtan-
tur famuli , &c. Et vltimò concludit cum
verbis *ſuprà* relatis *n. 8.* quæ *proximè* di-
ctis annectenda ſunt ; & ex eis colligen-
dum potius adhærere prædictæ diſtin-
ctioni.

Pro cuius excluſione itidem allegat 15
Cortiada Matthæu *de regimine Regni Va-*
lentiæ tom.2.cap.7.§.1. ſect.4. à n. 179. qui
n.180. teſtatur in illo Regno ſeruari non
ſolùm de conſuetudine, ſed & etiam ex
diſpoſitione forali illius : & ad intentum
allegat duo exemplaria : ſed aduerten-
dum duxi prædictam conſuetudinem
aliquid operari poſſe , ſi legitimè fuerit
præſcripta ; attamen diſpoſitio foralis , ſi
auctoritate Apoſtolica non fuerit mu-
nita , nihil contra immunitatem profi-
ceret , vt annotauimus *ſuprà in quæſt. an-*
tecedenti n. 6. & ſeq. & accuratè aduertit
Cortiada *in praxi contentionum tom. 2. de-*
ciſ.71. n.20. vbi *n. 21* ita ait. *Nam Prin-* 16
ceps ſecularis ſuper immunitate Eccleſiæ , &
in eius præiudicium nihil ſtatuere poteſt, &c.
Et ad intentum infinitos allegat, quibus
iunge ipſum Matthæu *in dicto cap.7. §.1.*
n.164. vbi aſſerit paſſim Doctores trade-
re ; & idcò eidem non aſſentior, dum
numero 180. vult non ſolùm excludere
domeſticos Clericorum , ſed etiam Epi-
ſcoporum per diſpoſitionem fori Va-
lentini *ſub tit. de iuriſdictione omnium Iu-*
dicum.

Enimverò conſideratio ab ipſo tradi- 17
ta , & extenſio quoad Epiſcopos ſatis
contraria eſt praxi, & communi reſolu-
tioni Doctorum ; & illatio , quam ipſe
infert (adhuc exiſtente validitate fori)
non ſequitur ; nam licèt forus excludat
famulos Clericorum per hæc verba : *de*
tots los Religioſos , &c. Ex hoc non aptè
comprehendit , ſeruientes Epiſcopis
propter generalitatem verbi, *tots* , quod
duriſſimum, & ab omnibus reprobatum
apparet, vt diximus *ſuprà quæſt.83. à n.27.*
& ſeq & *quæſt.87. à n.28.* & 29. & infini-
tos referens Cortiada *in dicta deciſ. 8. à*
numero 128. quamvis *in fine* aſſerat,
quòd de Regno Valentiæ Mattheu at-
teſtatur.

Sed

18 Sed profectò ex dicto foro non colligi ſatis apparet; cum *ibi* ſolùm exprimat *les cõpanies dels homens, dels Cleriges, & de tots los Religioſos, &c.* in quibus vltimis vult Matthæu ſub verbis, *tots los Religioſos*, includere Epiſcopos. Et certum quantum diſtet excellentia dignitatis Epiſcopalis à toto inferiori ſtatu Eccleſiaſtico, tam ſeculari, quàm Regulari nemo eſt, qui non videat.

19 Præterquam quòd, cùm ex iure reſultet, verba intelligenda, & interpretanda fore ſecundùm propriam ſignificationē. *l. non aliter ff. de legatis 3. l. cum lege, ff. de teſtamentis*, cùm aliis pluribus, & tradit Barb. diuerſos allegans *in tract. axiomatum iuris vſu frequentium axiom. 222. n. 4.* ſequitur, quòd verbum *Religioſos* appoſitum *in dicto foro* 8. nequit appropriari Epiſcopis, nec illos comprehendere.

20 Ex quibus ſequitur, quòd licèt aliàs de conſuetudine procedere poſſit in Regnis Cathaloniæ, & Valentiæ, quòd famuli Clericorum, etiam neceſſarij, non gaudeant fori priuilegio, vt atteſtantur Matthæu & Cortiada *vbi ſuprà*; in noſtro tamen Aragoniæ contrarium fuit declaratum in proceſſu Hieronymi Perez Presbyteri Vicarij Villæ de Siſamon, & Cabraſuente contra Illuſtriſſimum Marchionem de Ariza, & Franciſcum Gazo ſuper Competentia iuriſdictionis ſub menſe Decembris 1654. de vniformi voto quatuor Conſulentium pro Regia, & Eccleſiaſtica iuriſdictione, vt patet *in meo Paſt. Reg. part. 3. vot.* 10. & conducunt, quæ reſultant ex noſtris foris reſpectu famulorum Nobilium, & Infantionum, qui gaudent priuilegiis ſuorum Dominorum; & Clerici inter illos connumerantur; de quo noſter Sueſues, & alij per eum allegati *tom. 1. in centur. conſil. 43. numer. 11.*

21 Quare dicendum iudico cum tot viris grauiſſimis, doctiſſimis, & ſummæ auctoritatis, quòd famuli neceſſarij, & inexcuſabiles Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarum gaudere debent fori priuilegio, ſicut ipſi Domini, eo duntaxat tempore, quo actualiter in eorum ſeruitio exiſtant; ſecùs autem ſi ab illo diſcedant. Et patet *ex Gloſſa in cap. Nullus, verbo, Minores, de foro competenti*, vbi quærit, qui dicantur minores *in illo textu*, & reſpondet, quòd Scholares, ſeu ſeruientes Eccleſiis deputati ad eius obſequiũ, quia illi eiuſdem priuilegij cenſentur; & ſumit argumentum *ex cap. ſeruus 12. q. 2.*

22 Et licèt loquatur ſolùm in famulis Eccleſiæ, idem iudicium efformandum eſt de famulis Clericorum; vt colligitur ex *cap. Eccleſiarum ſeruos 12. quæſt. 1.* vbi Gloſſa *verbo Clericorum*, ita ait. *Argumentum, quod eodem priuilegio gaudent ſerui Clericorum, quo Eccleſia, &c.* Et ad intentum alia iura allegat, ex quibus deducitur priuilegia Clericorum, & Eccleſiarum influere in ſuos famulos, & ſeruos, tanquam in partes neceſſarias, & inexcuſabiles ſuæ familiæ.

Innui præterea videtur ex alia Gloſſa *in cap. Eos qui, verbo, Eos, 32. diſtinct.* in cuius text. ſpecie cum quæreretur, à quo Iudice puniendæ forent vxores, ſeu concubinæ Clericorum, *in verſ. Sed obijcies, &c.* ita Gloſſa concludit. *Nonne Principes habent iuriſdictionem ſuper iſtas, cum ſint laicæ? Quare ergo eis indulgetur iſtud; cum ipſi eas per ſe poſſint punire, &c. Ad hoc poteſt dici, quòd cùm ſint de familia ſacerdotis, ſunt de foro Eccleſiæ, ſicut & alij, qui ſunt de familia eius, vt 89. diſtinct. indicatum, &c.* ergo famuli Clericorum, & Eccleſiarum tanquam de illorum familia fori priuilegio fruentur. 23

Inſuper roboratur *ex cap. Generaliter ſancimus §. iuxta ſanctionem 89. diſtinctione*, vbi Gloſſa *verbo, Mancipia*, in ſpecie pro tota familia Clericorum concludit, ibi. *Similiter vxores, vt cod. de Epiſcopis, & Clericis l. 2. & eorum Coloni vt 89. diſtinct. indicatum, & eorum familia, vt 12. quæſt. 2. Eccleſiarum.* 24

Ex quibus duo infero ſatis concludentia à maioritate rationis. Primum, quòd, ſi mulier turpiter ſeruiens Clerico ex eo, quòd reputetur de eius familia, gaudet fori priuilegio, potiori iure eo frui debent famuli neceſſarij ad exequendum illud, quod per ſe Eccleſiæ, & Clerici ſine dedecore, & indecentia efficere nequeunt; vt diximus *ſupra quæſt. 86. n. 10. & 21.* 25

Secundò infero, quòd cùm de familia dicantur, quicunque ſint in meo ſeruitio, ſiue ſerui, ſiue liberi; vt probat Franciſcus Niger Cyriacus *tom. 1. controu. forenſ. controu. 153. n. 33. per text. in l. Ædiles etiam 25. §. familiæ, ff. de ædilitio edicto*; & magis in ſpecie *in l. 1. §. familiæ 5. ff. de publicanis, & vectigalibus*, ſequitur, quòd, cùm ex dictis Gloſſis, & Doctoribus appareat, omnes famulos Clericorum, & Eccleſiarum eſſe de eorum familia ex *proximè* allegatis iuribus, ſtrictum ſatis videtur limitare illud fori priuilegium ad ſolos famulos neceſſarios, & præciſos 26

& non extendere ad omnes alios, cùm eſſet alienum propter generalitatem verborum eoſdem etiam includere. Ex quibus hæc opinio diſtinguens, tanquam magis adæquata diſpoſitionibus Canonicis, magiſque communis DD. iudicio, amplectenda, & ſequenda videtur.

27 Verùm licèt repugnantes magnum ſumant fundamentum, in eo, quòd præcisè nun indigent Eccleſiæ, & perſonæ Eccleſiaſticæ pro ipſarum ſeruitio, etiam neceſſario, ſecularibus, & laïcis; cùm id ſuppleri poſſit, per perſonas Eccleſiaſticas, quæ tale miniſterium adimpleant; & tunc ex proprio ſuo ſtatu fruentur fori priuilegio: & per hanc viam dubium ceſſabit, ac iuriſdictio ſecularis non patietur illud, quod detrimentum iudicatur, videlicet, quòd propter talem familiaritatem fraudata reperiatur, ex quo laici gaudeant illa exemptione.

28 Eniinverò, quamvis fatear, poſſe Clericis, & Eccleſiis in pluribus inſeruiri per per famulos Clericos, attamen in principalioribus, & inexcuſabilioribus fieri nequit. Et pro hac veritate iudices, & Cenſores conſtituo ipſos Doctores conſiderãtes ſupradictum ſupplementũ: Si enim ipſi Clericum viderent euntem in tabernam, ſeu cellam vinariam cum amphora ad emendum vinum, vel ad macellum publicum pro emendis carnibus, aut ad forum vbi venduntur victualia; ſeu ad adaquãdum animalia, ad lignandum, ad officium aurigę, vel famuli à pede, vel ad condiendum cibos cum coqui officio, & ad exercendum alia ſimilia, quibus iuxta ſuam ipſorum qualitatem egent Clerici, & Eccleſiæ: Nonne omnes malè ſentirent, ſcandalúmque eis generaret, Clericum inſpicere implicatum in tam mechanicis, & indecentibus officiis omnino alienis ab ſtatu Clericali? Profectò negari non poteſt, quin oculis minùs adhuc modeſtis magnam certè molirentur diſſonantiam, ac repugnantiam, & ideò præciſum eſt vti famulis ſecularibus pro obeundis ſimilibus miniſteriis, & conſequenter prædictam conſiderationem eſſe impracticabilem.

29 Verùm cùm prædicta exercitia ferè ſimpliciter neceſſaria ſint pro vitæ conſeruatione, ſimúlque pro recta politica, dicendum eſt, Eccleſias, & Eccleſiaſticas perſonas inexcuſabiliter, præcisè, & neceſſariò indigere famulis ſecularib. pro operibus mechanicis extra, vel intra domum, exercendis, nec per alios ſui ſtatus eſſe decens ſuppleri, vt ad oculum patet.

Contra verò ſi tales famuli neutiquam 30
eſſent neceſſarij, ſed ad pompam, vanitatem, & otioſum miniſterium, ac voluntarium; hos quidem deſtitutos eſſe fori priuilegio, reſoluendum eſt, de quibus dici poteſt, quod ſatis ridiculum, & iocoſum tradit Gilbert. Cognatus *tract. de officio famuli*, prout ab eo refert Laurentius Beyerlinck *in Theatro vitæ humanæ tom. 3. part. 2. litera F. verbo, Famuli, verſ. Iulianus Imperator, ſubverſ. Ridiculum, &c. pag. 25. colum. 1.* de quodam Epiſcopo Polono; à quo cum famulus, qui cum cęteris ſe ingeſſerat, ſtipendium, ſeu ſalarium ſemeſtre peteret, ipſum Epiſcopus interrogauit, quid in ſua domo, & familia egiſſet, aut exercuiſſet? & citò reſpondit perinde idem, quòd cæteri; nam comedi, & bibi, & non vltra: riſit Epiſcopus, iuſsítque numerari, &c.

Et certè ad exemplum huius famuli, illi Clericorum connumerandi ſunt, videlicet non deſtinati ad aliquod opus neceſſarium, & præciſum domini, ſed potiùs ad inutilem aſſiſtentiam, pompam, & otioſitatem, procliues tantùm ad comedendum, & bibendum, tales etenim iuſtiſſimè excluduntur à beneficio fori; æquiſſimúmque videtur, ne ſub prætextu cuiuſvis ſeruitii aut famulatus daretur anſa fraudandi iuriſdictionem ſecularem; ſecùs autem in ſeruitoribus inexcuſabilibus ad miniſteria obeunda, quibus vita humana indiget, quæque Clericus per ſe exercere nequit ſine manifeſto dedecore, & indecentia ſtatus, tanquam repugnantia illi; & ſolùm propria; & proportionata laïcis. Cum quo temperamento, & diſtinctione prædictæ opiniones contrariæ conciliantur, ac vtrique iuriſdictioni Eccleſiaſticæ, & ſeculari attribuitur, quod ambabus proprium, & connaturale videtur.

PROTESTA

Digitized by Google

PROTESTATIO AVTHORIS, ET OPERIS EPILOGVS.

L*IBENS lubénſque ſubjicio correctioni ſanctæ Matris Eccleſiæ, & Doctorum virorum trutinæ, & Iudicio ſextum hunc Tomum lucubrationum mearum, quem ſeptennio antè inceptum abſoluere ad hoc vſque tempus non licuit per publica, magníque momenti negotia, quæ opera, & Fidei meæ concredita voluit Magnus Philippus Rex noſter huius Nominis IV. Iam maior, quia ereptus mortalibus regnare pergit inter immortales. Eandem Eccleſiæ cenſuram, & ſapientum calculum ſubire volo reliquos Tomos meos hucvſque orbi datos. Primo titulus eſt:* Forum conſcientiæ, *ſiue*, Paſtorale internum. *Alteri:* Paſtorale Regularium. *Tertio:* Tractatus de Intruſione. *Quarto .... & hunc præſentem cum duobus, videlicet Deciſionum Franciſci Peña Auditoris Rotæ per me recollectarum, additarúmque. Hæ noſtræ ſeptem annorum moræ locum, campúmque laxauerunt ingenioſo iuxta, & erudito Domino D. Michaëli Cortiada, vt* ſuam Praxim Contentionum *in duo volumina diſtributam publici iuris, & lucis faceret, in quibus explicat, enodátque diuerſas quæſtiones, quas à me iam à principio elaboratas, & fusè exagitatas, ſuíſque locis & numeris conſignatas, atque incluſas nec mutare placuit, nec ab huius libri corpore, tanquam membra ipſi debita, & coagmentata diſtrahere. Vnum ſanctè affirmare poſſum, curâſſe me pro virili in hoc volumine, vt omnes eius deciſiones, & placita inniterentur Iuris, ſacrorum Canonum, Conciliorum, & Decretorum Apoſtolicorum Diſputationibus. Nec ad ſe rapuerunt Epiſcopales infulæ, vt Eccleſiaſticæ metas Iuriſdictionis, latiùs, quàm fas, Æquúmque poſtulabant tranſilirem: imò cùm fauere potuiſſem prolixiùs Eccleſiæ, multorum neque ignobilium Doctorum veſtigia ſequutus, honeſtius duxi tutioribus adeóque melioribus opinionibus hærere me, quàm propriæ ſententiæ, ſenſúque tenacior minus cautè incedere per viam lubricam multis offenſionibus, & lapſibus (quæ miſeranda, ſed ferenda hominum conditio eſt) obnoxiam. Noua, fateor, aliqua in hoc Tomo molior; ſed ita noua, vt à Conciliorum, veterúmque ſanctorum Patrum ſenſu, nec latum vnguem, exorbitent. Ab vmbra Sanctorum Medicinam facio nouitatis morbo. Patrum Illuſtre* Iacob. cap. 1. *decus eſt filiorum partubus literatis, vel vmbra, fauere præſidio, ne ſola ſit Petri gloria, vmbra morborum examina fugâſſe. Sequax hedera innixa textili ſyluâ prealtis vlmis lambit, & ambit earum capita, & quò plus occulit ambitioſâ foliorum pompâ vlmorum robur, eò plus loquitur vlmorum gloriam.* Vlmus vitem in altum tollens eam docet eſſe fertilem *dixit Clemens Alexandrinus* Lib. 6. Stromatum. *ſic meum hoc opus pro mea tenuitate exile, & caducum Conciliorum, & Patrum non tam vlmis, quàm Cedris annexum, & innixum tollere audebit caput, & præter ramorum non inutile pondus, fructuum feracitatem polliceri. Non arrogo*

Digitized by Google

mihi vanitatis fucatam laudem; veritatis adſtruo fidem: ita enim me geſſi in hoc opere, vt Inuentio, ſtylus, & diſpoſitio à quali quali ingenio, & calamo meo ſit: Sententiarum autem oſſa, medullæ, & ſanguis ex Conciliis, & Patribus acceſſerint; vt verè, & ingenuè vſurpare poſſim illud Lipſij in Politicis: omnia noſtra ſunt, & nihil, *ſcilicet imitamur nos ſcriptores apiculas mellis legulas, quæ quia*

Totam prædantur furtiua per oſcula Floram.

Nihil *quod ſugunt* ſuum eſt: *at quia furta quæ ex alienis viridariis, & floribus collegerunt natiuo calore concoquunt, & in fauos, & Ambroſiam diſtendunt, ea om*nia *dulciſſima furta* ſua ſunt. *Ceterum ſi quid hîc bonum, & laude dignum (optime Lector) reperies, vni Deo, à quo* omne Donum optimum deſcendit, *referas, precor. Si quid inconcinnum, ſi quid diſtortum, quod te offendat, offenderis (quæ, fateor, erunt multa) meæ tenuitati ſine formidine attribue. Me tandem, & omnia cum libro meo ipſe æterno Numini, Magnæ Matri Mariæ abſque originariæ ſordis macula Conceptæ, & Sanctiſſimo RAIMVNDO dico, ſubjicióque.*

INDEX

INDEX

Rerum & Verborum, quæ in hoc volumine continentur.

Prior Numerus Quæſtionem, Secundus Marginalem numerum, Poſtremus verò paginam deſignat.

A

ABSENTIA Cancellarij æquiparatur morti, vel alij impedimento, ad effectum nominandi alium, qui contentiones terminet, durante illo. quæſt. 9. num. 5. pag. 32.

Abrogatio iuris communis quàntumcunque reſtringi debet. 35.17.129

Abrogare legem, idem eſt, ac eam de medio tollere, & totaliter deſtruere; derogare autem, eſt aliquam partem diripere, remanentibus cæteris in ſuo robore. 35.18.& 27.129.& 130

Academiæ an ſint Eccleſiaſticæ, vel ſeculares, & iudices earum exerceant iuriſdictionem Eccleſiaſticam, vel ſecularem. 77.11.305

Academiæ, ſeu Vniuerſitates regulariter habent priuilegia, vt Doctores, vel Scholares docentes, ſeu ſtudentes ſint exempti à iuriſdictione ordinaria, & ſubiecti cuidam certo Iudici ex ipſorum numero. 84.13.343

Accuſatio criminalis dari poteſt pro iniuria verbali; ſed ante ſententiam non poteſt carcerari iniurians. 73.45.276

Actori, & Reo intereſt notitiam habere de cauſa, quæ actitatur in iudicio. 44.1.173

Actus tunc dicitur perpetuus, quando non limitatur ad certum tempus, vel voluntatis ſpatium. 7.8.24.

Actus ſi fieri debet in tempore præfixo, non valet, ſi extra illud exequatur. 16.11.63

Actus, vel diſpoſitio continens diuerſa capitula, ſi in vno, vel alio ſit admiſſus, in cæteris reprobatus cenſetur. 35.49.134.

Actus præiudicialis debet parti intimari, vt ei noceat. 46.5.181

Actus ex ſua natura habens cauſam ſucceſſiuam, & temporis requiſiti continuationem adæquat, & concludit præſcriptionem. 72.30.267

Actus vnicus ſufficiet in iuribus incorporalibus ad inducendam quadragenariam, ſi per id tempus alius caſus non acciderit. 72.28.& 29. 266

Actus momentanei ſi fiant, quandoque non poſſunt in notorios tranſire. 39. 15.148

Actus viſitandi, corrigendi, & puniendi ſupponunt iuriſdictionem in viſitante. 77.25.307

Actus forenſes, aut contentioſæ iuriſdictionis, prouiſi in diebus feriatis, ſunt nulli, & irriti. 55.3.207

Actus iudiciales facti, non ſolùm in diebus feriatis in honorem Dei, ſed in feriatis per leges, vel ſtatuta particularia, aut ex conſuetudine, ſunt nulli, & inualidi. 55.5.207

Acta, tam ciuilia, quàm criminalia edenda ſunt Iudici, & Parti habenti intereſſe. 45.5.178

Adimplens extra diem conuentum eſt in mora, & cenſetur renunciare iuri ſibi competenti. 19.8.72

Adminiſtratores quorumcunque locorum piorum tenentur reddere rationem Epiſcopo, quoties ab ipſo petatur. 78.31 314

Adſtrictus ſi ſit aliquis, vt conſilium petat ad actum faciendum, tenetur illud petere; ſed non ſequi. 13.8.& 14. 49.& 50

* *Aduocatus* Fiſcalis D.N. Regis in Aragonia quomodo ſedere debeat, ſi aſſiſtat in Tribunali Cancellarij, etiamſi ſit

Digitized by Google

Iuratus Ciuitatis Cæſarauguſtæ. 1. 12. & ſeq. 8.
Aduocatus Fiſcalis D. N. Regis in Aragonia regulariter eſt Arbiter pro Regia iuriſdictione, quoties Curiæ de ea contendunt. 24.8.& 9.88.
Aduocatus Fiſcalis Regius in Aragonia eſt ſemper Arbiter cum alio nominato per Curiam Eccleſiaſticam pro decidendis contentionibus, quæ declarandæ ſunt in Ciuitate Cæſarauguſtana ad cuius domum accedere debent ad eum effectum. 62.11.& 12. cum ſeq. 230.
Aduocati, & Procuratores cauſarum quem locum habere debeant in Tribunali Cancellarij. 1. 14.9
Ægrotus ductus ad Eccleſiam ab amicis, vel alio quolibet, gaudet eius immunitate. 98.16.396
Aggregatio cuiuſuis Confraternitatis per Papam conceſſa ſemper eam efficit cum conſenſu, & approbatione Ordinarij. 78.10.311
Ambitus quorumcunque locorum ſacrorum gaudet immunitate, & computatur de iure in Cathedralibus ad quadraginta paſſus, in cæteris ad triginta; ſed hoc in pluribus Prouinciis non eſt in vſu. 76.27.301
Apotheca, & aliæ officinæ, loci ſacri locatæ, vel in emphyteoſim datæ laïcis, gaudent immunitate, ſi ſint contiguæ, & connexæ loco ſacro. 76.26. *ibidem.*
Appellatio, ſeu reductio ſententiæ prolatæ ab Arbitratore, ad quem fieri debeat. 18. 13.70
Appellatio an detur à ſententia prolata ab Arbitris, vel Cancellario in cauſis Contentionum iuriſdictionis. 30. 10. & ſeq. 103. & 104.
Appellatio datur à ſententia Arbitrorum, ex neceſſitate iuris, ſed non ex voluntate partium electorum, quæ fieri debet ad ſuperiorem Principem Eccleſiaſticum, vel ſecularem. 30. 3. 4. & 9. 102. & 103
Appellatio admitti debet à ſententia Iudicis pronunciantis eam. 30.6.103
Appellatio non admittitur à ſententia Arbitrorum, & Cancellarij, prolata in cauſis Competentiæ iuriſdictionis. 30. 10. & 33. 103. & 107
Appellatio fuit introducta in iure ad ſanandam, & reparandam iniuſtitiam Iudicis, quam prætendit pars appellans ei fuiſſe illatam. 30.15.104
Appellatio interponitur ad reintegrandum, & conſequendum, quod in priori iudicio incautè fuit omiſſum, vel oblitum. 30.15.104
Appellatio tolli poteſt ex Statuto, & an idem ſit per Principem ſupremum, vel ſi priuatus illi renunciet. 30. 15. 105
Appellatio an detur quoad vtrumque effectum à ſententia data in fauorem creditoris pro executione facienda ex cauſa penſionum decurſarum ex cenſualibus. 30.24.& ſeq. *ibid.*
Appellatio tollitur quoad vtrumque effectum quando prohibetur à lege facta à Principe cum conſenſu Populi. 30.25.& ſeq. 106
Appellatio denegata, cenſetur à ſententia Iudicis, habentis facultatem iudicandi ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam. 30. 30. & ſeq. *ibid.* & 107.
Appellatio non datur in Aragonia à ſententia prolata per Cancellarium, ſeu Arbitros circa Contentionem iuriſdictionis. 31 1.& 14. 108.& 110
Appellatio prohibita per legem, aut ſtatutum, ſeu actum Curiæ cenſetur ſublata quoad vtrumque effectum. 30. 27.& ſeq. 106
Appellatio à ſententia Arbitrorum, vel Cancellarij in cauſis contentionum iuriſdictionis non habet locum in Regnis Aragoniæ. 31.2.108
Appellatio introducta eſt ad prop ulſandum grauamen, quod Iudex parti inferre poteſt. 38. 7. 145
Appellatio ligat manus Iudicis, ne illa pendente, aliquid innouare valeat. 38. 8. 145.
Appellatio non datur à ſententia Cancellarij in Regnis Coronæ Aragonum. 46.27.183. & qui illam intentat, puniri ſolet. 32.28.115
Appellatio non datur ab executore ſententiæ, ſed ab eo, qui illam protulit. 52. 2.& 3.198.
Appellatio, vel alius recurſus non datur à ſententia Arbitrorum, vel Cancellarij in cauſis contentionum. 59.3.220
Appellatio, ſupplicatio, aut alius recurſus non admittitur à ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam; ſicut nec à declaratione Cancellarij, quæ producit eoſdem effectus. 60.8.& 12. 223.& 224
Appellatio non datur à declaratione contentionis facta de ſententia pronunciata per Arbitros, ſeu Cancellarium; non ex eo, quòd in illa agatur de

de modico præiudicio, ſed ex aliis fundamentis, & ſtatim illa exequi debet. 61. 12.& 22.227.& 228.

Appellationi renunciari poteſt ex partium conuentione,& pacto. 30.26.& ſeq. 106.

Appellatione pendente, nullatenus poteſt Iudex aliquid innouare, etiam in minimo. 38.7.145

Appellari licèt à ſententia Iudicis delegati. 30.7.103

Appellari non licèt à ſententia Iudicis habentis arbitrium ad pronunciandum attributum à lege, provt ſibi iuſtum videbitur ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam. 30.31.107

Apprehenſionis reuocatio in Aragonia non debet admitti, ſi petatur ab eo, qui ipſam conſequutus fuit. 11.7.38

Arbiter iuris ad decidendas contentiones iuriſdictionis de eis ſolùm cognoſcere poteſt; non autem de cauſa principali. 1.2. 6

Arbiter iuris non poteſt ſe extendere vltra id, quod ipſa lex, eum nominans, eidem attribuit. 1.3.*ibid.*

Arbiter primus, ad dirimendas contentiones iuriſdictionum in Aragonia pro Regia Maieſtate, eſt ipſius Aduocatus Fiſcalis, & pro Eccleſia quem Iudex contendens nominauerit. 1: 7. 8

Arbiter iuris nominatus à lege ad cauſas terminandas eſt adinſtar Iudicis, potiùs delegati, quàm Arbitri, licèt ſtrictè non ita ſit. 6.5.20

Arbiter ſolùm cognoſcere poteſt in his, quæ ex compromiſſo reſultant. 17. 4. 64

Arbiter in cauſa, quam pronunciat tenet locum Iudicis. 25 4.91

Arbiter poteſt eſſe ſecularis pro re ſpirituali, ſi ei ſit adiunctus alius Eccleſiaſticus. 25.3.90

Arbiter nominatus in Aragonia à Curia Eccleſiaſtica, pro decidenda contentione, debet eſſe Eccleſiaſticus. 25.6. & ſeq.91.

Arbiter, & Arbitrator in multis differunt. 27.3.95

Arbiter iudicare, & pronunciare poteſt, vbi voloerit, ſi ſit locus decens. 27.4. *ibid.* intellige vt *ibidem.* 7.& 8.*ibid.*

Arbiter, qui verè eſt Arbiter, iudicat eodem prorſus modo, ſicut, & Iudex. 27.4. *ibid.*

Arbiter iuris malè iudicans puniri poteſt de iure communi; ſed in Aragonia non admittitur contra Arbitros, & Cancellarium in cauſa contentionis iuriſdictionis. 31.6.109.

Arbiter electus ex legis, vel ſtatuti diſpoſitione verè, & realiter eſt Iudex 63.6.223

Arbiter à lege vel ſtatuto babens iuriſdictionem poteſt punire teſtem coram eo falsò deponentem. 64.9.237

Arbiter à partibus electus non poteſt mulctare, ſi in compromiſſo non ſit attributa talis facultas; ſecùs ſi ſit neceſſarius ex legis diſpoſitione. 65.1. & ſeq. 240.

Arbiter tertius nominatus à partibus in euentum diſcordiæ aliorum duorum, in quibus compromiſerunt, nihil poteſt agere ante diſcordiam. 66. 8. & ſeq. 245

Arbiter tertius, nominatus in caſum diſcordiæ aliorum duorum, non habet cognitionem, donec illa ſequatur. 66. 4. *ibid.*

Arbiter tertius, electus à partibus in caſum diſcordiæ aliorum duorum, tenetur ſe conformare cum vno illorum, ſecus ſi ſit electus à Iudice. 66. 13.& 16.246

Arbitri, nominati ad dirimendam contentionem inter Iudices ſuſcitatam; tenentur in Aragonia eam declarare intra quinque dies præciſos, computandos de momento ad momentum ab hora, in qua fuit formata; & ſi non fecerint, deuoluitur ad Cancellarium. 1.8.& ſeq.8

Arbitri à iure nominati an ſint Iudices delegati, vel Ordinarij. 6.6.20

Arbitri nominati à foris Aragoniæ pro terminandis contentionibus iuriſdictionis inter Iudices exortis, ſunt veri Iudices delegati. 6.7.& 8. *ibid.*

Arbitri iuris, aut neceſſarij dicuntur, quorum electio non à mera partium voluntate, ſed à lege vel ſtatuto deſcendit. 11.32.41

Arbitri, nominati ad cognoſcendum de cauſa ſuſpicionis contra Iudicem oppoſita, ſi non conueniant, eligendus eſt tertius. 12.3.43

Arbitri electi à partibus pro decidenda contentione, tenentur illam declarare intra quinque dies, quibus elapſis, ſi ita non efficiant deuoluitur ad Cancellarium. 16.2.61

Arbitri, tam iuris, quàm electi à partibus non poſſunt cognoſcere de meritis cauſæ, ſed de his tantùm, quæ de lege, vel compromiſſo illis attribuuntur. 17.7.65

Arbitri

Arbitri ad decidendam contentionem debent eſſe duo, nec poſſunt partes in vnum conuenire. 23.1.83.& ſeq. contra 6.& ſeq. intellige vt 17.86

Arbitri tres, vel plures ſi fuerint electi à partibus non datur inter ipſos locus præuentioni, ſed omnes ſimul laudum ferre debent. 23.5.84

Arbitri duo debent eſſe pro terminanda contentione iuriſdictionis, ſi aliàs partes contendentes nolint in vnum conuenire. 23.17.& 19.86

Arbitri nominati pro decidenda contentione iuriſdictionis an debeant eſſe licentiati, vel Doctores. 24. 1.& ſeq. 87.

Arbitri nominati pro decidenda contentione iuriſdictionis agunt de re grauiſſima. 24. 3.88.

Arbitri nominandi pro decidenda contentione iuriſdictionis poſſunt eſſe non graduati. 24.6.& 10. 88.& 90

Arbitri nominandi in Aragonia pro decidenda contentione an debeant eſſe Eccleſiaſtici. 25.1.& 5. cum ſeq. 90. & 91.

Arbitri nominati à Curiis Eccleſiaſtica, & ſeculari pro decidenda contentione iuriſdictionis poſſunt eſſe Eccleſiaſtici,vel ſeculares. 25.6. & 7.91

Arbitri nominati à Curiis contendentibus pro decidenda competentia ſunt Arbitri iuris. 26.1 93

Arbitri iuris dicuntur illi, qui ex neceſſitate legis vel ſtatuti eliguntur, & non ex mera voluntate partium.26.2. 4.& 9.93.& 94

Arbitri iuris dicuntur, qui dantur à Papa, ſicut & etiam qui dantur à lege, vel ſtatuto. 26.3.93

Arbitri à lege, vel ſtatuto procedere debent in caſibus, in quibus ipſa lex diſponit, etiam ſine partium miniſterio, vel voluntate. 26.7.& 8.93.& 94.

Arbitri iuris tenentur ſtrictiſſimè ſe gerere in declaratione nec poſſunt ſe extendere ad aliquid Arbitratoris. 26.8.& 9.94

Arbitri nominandi pro decidenda contentione iuriſdictionis, in quo loco eligi debeant. 27.1.95

Arbitri in Aragonia pro decidenda contentione iuriſdictionis ſunt veri Arbitri, nec habent aliquid arbitratorum. 27.7. *ibid.*

Arbitri pro decidenda contentione iuriſdictionis nominandi ſunt in loco, vbi captus detentus reperitur.27.9.95 intell. vt 10.& ſeq. vſq; in finem. *ibid.*

Arbitri eligendi in Cathalonia pro decidenda contentione iuriſdictionis nominari debent per ambas Curias in capite Vicariæ Ciuitatis, aut loci in qua, vel quo contentio fuerit formata. 27.11.96. quod extende ad Regnum Sardiniæ. 12. *ibid.* & quid obſeruetur in Ciuitate Calarritana. 13. *ibid.*

Arbitri ad declarandam contentionem, nominati à Curiis contendentibus, procedunt æqua lance cum Cancellario quoad declarationem faciendam ſecundùm Deum,& bonam conſcientiam. 29.5.& 10.99.& 100

Arbitri iuris procedere debent in caſibus, in quibus ipſa lex diſponit, ſine partis miniſterio, aut dependentia. 29. 8.& 9. 100

Arbitri iuris in caſibus, in qnibus pronunciare debent, locum Iudicis tenent, nec aliquid arbitratorum habent.29.9. *ibid.*

Arbitri pro decidenda contentione, ſi ſint conſcij de iuſtitia alicuius ex partibus,tenentur illam pronunciare,nec poſſunt ſe abſtinere ſub prætextu, quòd deuoluitur ad Cancellarium, qui iuſtitiam attribuit, eam habenti. 29.13.*ibid.*

Arbitri nominandi in Aragonia pro decidenda contentione iuriſdictionis inter Curias contendentes,ſunt Arbitri iuris. 30.1.102

Arbitri nominati pro decidenda contentione iuriſdictionis, ſi eam non declarent intra tempus eis præfixum, deuoluitur ad Cancellarium. 30. 2. *ibidem.*

Arbitri iuris ſunt non tam Arbitri,quàm Iudices; & ideo ab eorum ſententiis appellatio non datur. 30.5.103

Arbitri electi ex neceſſitate legis, vel ſtatuti, Iudices delegati magis,quàm Arbitri appellantur, & ſunt. 30.7. *ibidem.*

Arbitri ex neceſſitate legis ſunt veri Iudices habentes iuriſdictionem reſpectu cauſarum, in quibus ius eos nominat Arbitros, ipſorúmque ſententiæ producunt omnes effectus actionis, & exceptionis rei iudicatæ.30.9. *ibidem.*

Arbitri, & Cancellarius, non poſſunt puniri ſub prætextu, quòd malè iudicauerint in cauſa contentionis iuriſdictionis. 31.7 & 8. 108

Arbitri, & Cancellarius pro decidenda contentione iuriſdictionis, ſi malè iudica

iudicauerint, an puniri poſſint? 31. 10. 109.

Arbitri non poſſunt eſſe ſeculares pro rebus ſpiritualibus, vel perſonis Eccleſiaſticis. 25. 2. 90

Arbitri pro decidenda contentione nominandi ſunt in loco, vbi captus reperitur in carceribus detentus. 48. 2. 4. & ſeq. 185. & 186.

Arbitri, & Cancellarius in decidendis contentionibus, an vtantur iuriſdictione Ordinaria, vel delegata? 63. 3. & 4. 232.

Arbitri, & Cancellarius in ſua iuriſdictione declarandi contentiones habent territorium, licèt limitatum ad illas, & vtuntur iuriſdictione Ordinaria. 63. 4. cum ſeq *ibid.*

Arbitri à lege, vel ſtatuto neceſſarij ab eiſdem nominati ſunt Iudices Ordinarij, & exercent iuriſdictionem Ordinariam. 63. 7. *ibid.*

Arbitri, & Cancellarius habent vniuerſalitatem cauſarum, & ideò ſunt Ordinarij. 63. 19. & 26. 234. & 235

Arbitri, & Cancellarius priuatiuè quoad alios Iudices cognoſcere debent de contentionibus iuriſdictionis. 63. 26. *ibidem.*

Arbitri, & Cancellarius in articulo contentionum habent vniuerſalem cognitionem earum, ex quacunque cauſa ſuſcitatarum. 63. 28. & 29. *ibid.*

Arbitri, & Cancellarius in declarandis contentionibus vtuntur iuriſdictione Ordinaria cùm habeant territorium, & vniuerſalitatem cauſarum, ſintque deputati à lege ad eum effectum. 63. 31. *ibid.*

Arbitri non poſſunt punire teſtes falsò coram ſe deponentes. 64. 2. 236. intellige vt 9. *ibid.*

Arbitri à partibus electi iuriſdictione carent; ſecùs autem ſi ſint à lege, vel ſtatuto nominati. 64. 14. 238

Arbitri pro decidenda contentione multoties condemnant in expenſis aliquam ex partibus contendentibus. 65. 1. 241.

Arbitri ſi inter ſe conueniant in declaratione contentionis, ſoluenda ſunt ſex ducata argentea per partem vincentem ob ſuum ſalarium, etiamſi altera pars condemnetur in expenſis. 65. 26. 242. Sed hodie contrarium ſtylatur. 29. & ſeq. *ibid.*

Arbitri duo ſi ſint electi, & in caſum diſcordiæ tertius nominetur, an poſſit iſte diſcedere à declaratione amborum, vel teneatur cum vno concordare. 66. 11. & 12. cum ſeq. 346. intellige vt 13. *ibid.*

Arbitri, & Cancellarius ſtatim atque reſpectiuè declarant contentionem, quoad eam totaliter functi ſunt munere ſuo & exinde illorum ſententia non eſt interloquutoria, ſed diffinitiua. 67. 8. & ſeq. 248. nec poſſunt aliquid addere, vel detrahere. 10. *ibid.*

Arbitri iuris pro decidenda cauſa ſuſpicionis electi, ſolùm de ipſa, non autem de principali cognoſcere poſſunt. 67. 13. 249.

Arbitrorum nominatio facienda per Curias contendentes de iuriſdictione, licèt fieri debeat ex neceſſitate fori, liberum tamen eſt eis, nominare perſonam, quam voluerint. 26. 6. 93

Arbitrorum officium eſt ſtrictiſſimum, & taxatum ex propriis verbis compromiſſi. 26. 7. *ibid.*

Arbitrorum nominatio, pro decidenda contentione iuriſdictionis inter duos Iudices, vel Curias contendentes excitata, in Regnis Coronæ Aragonum fieri debet intra triduum. 28. 5. & ſeq. 97.

Arbitrorum nominatio pro decidenda contentione fieri non debet antequam illa formetur. 48. 10. 186

Arbitris duobus quandoque attribuitur, vt, eis diſcordantibus, nominent tertium, vel partes in ipſo actu compromiſſi illum deſignent. 66. 3. & 8. 245

Arbitrator poterit arbitrium declarare, vbi voluerit, etiam in Eccleſia. 27. 6. 95.

Arbitratores ſi ſint Eccleſiaſtici, & ſeculares, & ab ipſorum declaratione interponatur appellatio, vel reductio, non ad Iudicem ſuperiorē ſecularem, ſed ad Eccleſiaſticum fieri debet. 18. 14. 70

Arbitrium regulandum eſt à iure, & ſecundùm eius regulas. 15. 7. 57

Arbitrium boni viri extenditur ad faciendum id, quod quilibet vellet fieri in ſuis propriis rebus. 15. 10. *ibid.*

Arbitrium datum contra formam compromiſſi eſt validum. 17. 5. 64

Arbitrium conceſſum Cancellario, & Arbitris pro decidenda contentione conuenit, & eſt tanquam reale iudicium ex legis diſpoſitione attributum. 65. 9. 240

Archiepiſcopi, & Epiſcopi non ſunt ſubiecti cuicunque ſupremæ Majeſtati, ſed immediatè ſummo Pontifici ex ſpeciali

Digitized by Google

ſpeciali reſeruatione. 4.11.& 12. 17
Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Inquiſitores hæreticæ prauitatis recuſari valent vt ſuſpecti. 11.22.39
Argumentum de appellatione ad contentionem iuriſdictionis valet quoad attentata, ſi, illis pendentibus, aliquid innouetur. 37.18.143
Argumentum à contrario ſenſu validiſſimum eſt, tam de iure, quàm ex noſtris foris Aragoniæ. 40.15.152. etiamſi ad literam debeat intelligi diſpoſitio. 16.*ibid.*
Argumentum à contrario ſenſu non habet locum, quando contrarium eſt expreſſum in iure, aut abſurdum aliquod reſultat. 40.17.*ibid.*
Argumentum de delicto Aſſaſſini ad Eccleſiæ immunitatem non valet; nam primum probatur argumentis probabilibus; hæc verò concludentibus. 44.25.& 26.175.& 176
Argumentum de Tribunali Iudicantium de ſyndicatu valet quoad Tribunal Cancellarij circa effectus ſententiarum ab illis pronunciatarum. 60.17.224
Argumentum ab exceptione regulæ eſt efficaciſſimum in iure. 75.12.291
Argumentum de perſona ad rem, vel locum, validum eſt. 77.20.306. intellige vt 21.*ibid.* & 26. 307
Argumentum de perſona ad rem, vel locum, aut è contra, validum eſt, ſi inter ſe habent ex identitate conſonantiam; ſecus ſi repugnent. 77. 26. *ibidem.*
Argumentum de perſona ad locum, vel è contra, validum eſt. 83.26. 339. & 87. 32.360
Argumentum de loco ad perſonam valet, vel è contra, ſi habeant conformitatem, & conſonantiam, ſed non aliter. 84.16.344
Argumentum de toto ad partem admitti debet. 87.32.360
Arma prohibita portantes committunt delictum graue. 41.9.165
Armatus confugiēs ad Eccleſiam (etiam cum armis à lege prohibitis) gaudet immunitate; nec illis ſpoliari poteſt ibidem per miniſtros ſeculares. 79. 18.319
Articulus contentionis iuriſdictionis inter Iudices exortus eſt præiudicialis, & ideò antè declarationem non eſt procedendum ad vlteriora cauſæ. 37. 7. 141
Articulus præiudicialis cauſæ pendentis prius declarari debet, & interim ad vlteriora non eſt procedendum. 37. 7. *ibid.*
Aſſeſſoris officium poteſt quis exercere, licèt non ſit Doctor, aut licentiatus, ſi aliter à lege, vel ſtatuto talis qualitas non requiratur. 24. 13. 89
Aſſaſſinus citandus eſt antequam pœnæ à iure ſtatutæ contra ipſum executioni mandentur. 44.25.178
Aſſaſſini, Mandatarij, Fautores, & ſocij, ac complices non gaudent immunitate Eccleſiæ. 90.11.371
Attendenda non ſunt, quæ incidenter, & in conſequentiam veniunt. 17. 10.65
Attentat Iudex, ſi, pendente contentione iuriſdictionis, aliquid innouet, eodem modo ſicut pendente appellatione. 37.17.142
Attentans delictum ex exceptuatis in iure, vel Bulla Gregoriana, ne illud committentes gaudeant immunitate Eccleſiæ, in Aragonia ſi non ſit conſummatum, non priuatur tali priuilegio, ſi in Eccleſiam ſe conferat. 92.11.381
Attentans delictum proditorium animo occidendi non gaudet immunitate, etiamſi mors non ſequatur, ſecus autem ſi, illo ſecluſo, vulnerandi cauſa id effecerit. 92.5.& 6.*ibid.*
Attentans delictum excluſum à priuilegio immunitatis Eccleſiæ, an ipſo gaudeat, ſi non ſit conſummatum anceps eſt quæſtio: & aliqui abſolutè negant 92.4. & ſeq. *ibid.* ſed contraria eſt verior, & tenenda. 7.& ſeq. *ibid.*
Attentans delictum proditorium, ſed non conſummans, gaudet in Aragonia immunitate Eccleſiæ. 80. 7. & 8. 326
Attentans, vel vulnerans proditoriè, aut per inſidias, ſi delictum non ſit conſummatum, gaudet immunitate. 80.2.& 5.325
Attentatum commiſſum à Iudice iudicialiter procedente, ipſo iure eſt nullum; non verò ſi extraiudicialiter agat, vt perſona priuata; nam tunc venit annullandum. 37.22.143
Attentata commiſſa per Iudices contendentes de iuriſdictione declaranda ſunt de iure communi per Curiam Eccleſiaſticam; ſed in Regnis Coronæ Aragonum per Cancellarium. 38. 16.146
Auctoritas Epiſcopi, vt Capella, ſeu Oratorium

torium publicum, aut Eccleſia ædificetur, ſufficit, vt loca ſacra dicantur, & gaudeant immunitate. 78. 36. & 40 315

Auctoritas vel Decretum Papæ, ſeu Epiſcopi deſtinans locum profanum ad aliquod opus pietatis, vel charitatis, reddit illum religioſum, & pium, & de foro Eccleſiæ. 78.14.312

Auctoritas, vel Decretum Papæ, ſeu Epiſcopi reddit locum, qui aliàs erat profanum, religioſum, & pium. 77.19. 306. ad effectum vt fori priuilegio gaudeat, non verò vt ad illum confugiens immunitate Eccleſiæ fruatur. 27.307.

Auditores, vulgò, *Oidores*, dicuntur, qui ſunt deſtinati ad cauſas, & lites decidendas. 8.16.30

Audientia eſt locus, vbi lites, & cauſæ terminantur per Iudices ad id deſtinatos. 8.16.*ibid.*

Audientiæ ſeculares (regulariter loquendo) ſunt principale obiectum in contentionibus iuriſdictionis, quoad Iudices Eccleſiaſticos. 8.9.20

B

Bacalaurus quandoque in ſcientia longè excedere poteſt Licentiatum, & Doctorem. 24.17.89

Bannitus, ſeu relegatus, aut exul gaudent immunitate Eccleſiæ. 79.27.321

Bannitis non licèt ſcribere, nec mittere nuntium, aut literas ipſorum accipere, nec cum illis practicare. 41. 7. 159. intellige vt 8.*ibid.*

Bannum, vel exilium irrogat aliquam infamiam, & ſecum affert multa damna contra Bannitum. 41.6.*ibid.*

Bannire idem eſt, ac ejicere, vel ſeparare à communione, vel conſortio aliorum adinſtar excommunicationis. 41. 5. *ibid.*

Bella, & ſeditiones ex hominum praua natura originem ſumpſerunt, & ex illis neces, & diſturbia ſequebantur, & vt euitarentur introducta fuit ſeruitus, & captiuitas. 55. 21. & 23. 209

Beneficium in inuitum non attribuitur. 94. 4. 386

Beneficium obtinens gaudet fori priuilegio non ſolùm ſi ſit pingue, ſed etiam tenue. 95.16. & 17. 390

Beneficij appellatione non venit penſio. 95.4.389

Beneficia Eccleſiaſtica, aut dignitates, & Præbendas non poſſunt obtinere in Aragonia alienigenæ ab eo. 75. 12. 291. reſtringe vt 13.292

Bonum commune, & quies publica iuſtificat, vt multa fiant, quæ aliàs iuri conſona non videntur. 41.32.162

Bonum eſt à veritate vinci. 72.3.263

Bono publico, & quieti Reipublicæ conſulendum eſt. 14.24.55

Bono publico intereſt, vt Curiæ contendentes de iuriſdictione acquieſcant ſententiæ Cancellarij, vel alterius habentis eandem poteſtatem. 59. 20. 221

Bona Confraternitatum fruuntur eiſdem priuilegiis, & prærogatiuis, quibus gaudent loca, vbi illæ fuerunt adſcriptæ. 85.5.348

Bona communia Confraternitatum erectarum cum Epiſcopi auctoritatè ſunt Eccleſiaſtica, & gaudent fori priuilegio. 85.6.*ibid.*

Bona conſignata Confraternitatibus ad aliqua opera pia exercenda tranſeunt irreuocabiliter in illas, & fiunt ſpiritualia; ſecùs autem perſonæ Confratrum. 85.13. & 18.349

Bona applicata Confraternitatibus erectis cum Epiſcopi auctoritate fiunt Eccleſiaſtica, nec alienari poſſunt ſine requiſitis à iure ſtatutis. 85. 18. *ibidem.*

Bulla Gregorij XIV. quoad immunitatem Eccleſiæ eſt vſu recepta in Hiſpania reſpectu qualitatem delictorum. 90.17.371 & 27. 373. & ſeq.

Bulla Gregorij X I V. circa immunitatem Eccleſiæ non infringit ſtylum, & modum terminandi contentiones iuriſdictionis in Aragonia practicatum. 34. 8. 122

Bulla Gregorij circa immunitatem Eccleſiæ edita refertur. 35. 2.124

Bulla Gregorij quoad immunitatem Eccleſiarum ſolùm fuit edita pro Regnis, quibus Pontifices varia priuilegia conceſſerunt. 35. 4. & ſequent. 127. contra 8. *ibid.* intellige vt 13. & ſequent. 128

Bulla Gregorij circa immunitatem Eccleſiæ reuocat non ſolùm ius commune, ſed etiam conſuetudines, & priuilegia. 35. 8. & 9. cum ſequent. 127. & 128. contra 12. & ſeq. *ibidem.*

Bulla Gregoriana circa immunitatem Eccleſiæ fuit edita pro omni Chri-

ſtianitate. 35.13.& 16.cum ſeq. *ibid.*

Bulla Gregorij circa immunitatem Eccleſiæ reduxit ipſam ad vniformem regulam, eum qua omnes ſe gubernarent. 35.16. 128. col.2.ſub finem, & an reuocet, aut abroget ius commune. 17.& ſeq.129

Bulla Gregorij circa immunitatem Eccleſiæ an derogauerit ius commune, vel ipſum abrogauerit. 35.18. & ſeq. *ibid.*

Bulla Gregorij circa immunitatem Eccleſiæ derogauit ius commune, addendo aliquos caſus, ſed illud non abrogauit. 35.19.& 26.*ibid.*& 130

Bulla Gregorij circa immunitatem, vbi eſt admiſſa, non ſolùm comprehendit Regna habentia priuilegia particularia, ſed vniuerſaliter omnia alia. 35. 24. & 25. *ibid.*

Bulla Gregorij circa immunitatem in Regnis Coronæ Aragonum ſolùm eſt admiſſa circa qualitates delictorum; non verò in cæteris. 35. 47. 133

Bulla Gregorij quoad qualitates omnĩũ delictorum in illa contentorum eſt practicata in Regnis Coronæ Aragonum, quæ non infringit modum, & ſtylum, quibus contentiones iuriſdictionis declarantur. 35.57.135

Bulla Gregorij quoad immunitatem Eccleſiæ non eſt vſu in Hiſpania recepta. 74.3. & ſeq. 279. limita vt 4. & ſeq. *ibid.*

Bulla Gregoriana circa immunitatem Eccleſiæ fuit edita propter bonum commune, & pacem publicam; & vt Rei ſe abſtinerent à delictis perpetrandis extendendo caſus, in quibus non gaudeant immunitate. 74.32. & 35.285

Bullam Gregorij circa immunitatem non eſſe admiſſam in totum in Regnis Coronæ Aragonum, nec in cæteris Hiſpaniæ, conſtat ex repetitis ſupplicationibus factis Sanctiſſimo per noſtrum Regem Catholicum. 35. 51. & ſeq. 134

Bulla Pij IV. vt non poſſit procedi contra laïcos per Iudicem Eccleſiaſticum fuit poſteà reuocata per aliam Pij V. & ideò hodie, ſi præueniat, habet cognitionem 72. 7. 264

Bulla Cœnæ Domini quoad capitula tangentia Regaliam protectionis vi oppreſſorum; non eſt in Hiſpania vſu recepta, ſed imò de eis ſupplicatum D.Papæ à D. N. Rege Catholico. 74.43. 286

Bulla Cœnæ excommunicat Iudices laïcos capientes, vel carcerantes perſonas Eccleſiaſticas ſine expreſſa licentia ſuorum Superiorum. 42. 18. 166

C

Cadauer puniti, & in furca ſuſpenſum non gaudet immunitate Eccleſiæ, ſi ad eam aſportetur. 98.10. 398. contrarium eſt verius. 11. & ſeq. *ibid.* & 33. 401 fallit, ſi delictum eſſet ex exceptuatis. 11. & 12. 398. & ſeq.

Cadauer puniti in furca non poteſt ab ea extrahi, nec ſepeliri ſine licentia Principis, vel Poteſtatis, qui illum condemnauit. 98. 2. 397. intellige vt 3. *ibid.*

Cadauer ſuſpenſum in furca, & ab ea in Eccleſiam aſportatum, ita demum ab ea extrahi poteſt, ſi præcedat licentia, ſeu conſenſus Epiſcopi, & non aliter. 98.24.& 25. 399. & ſeq.

Cadauera punitorum in furca ſepeliri nequeunt ſine licentia Magiſtratuum. 98. 21.399

Cadauera punitorum ad mortem, ſi ad Eccleſiam aſportentur, gaudent illius immunitate. 79.5.317

Campanile, diſtans ab Eccleſia ſpatio triginta, vel quadraginta paſſuum, an gaudeat immunitate. 76. 15. & 16. 299

Campanile cuiuſvis Eccleſiæ, vel Monaſterij gaudet immunitate, ſiue ſit coniunctum, vel aliqualiter diſtans. 76.14. & 15. cum ſeq. *ibid.*

Cancellarius eſt Arbiter iuris ad decidendas contentiones iuriſdictionis. 1.2.6

Cancellarius quomodo, & quando procedere valeat. 1.4 7

Cancellarius eſt Iudex ad declarandas contentiones ortas inter quoſcunque Iudices cuiuſcunque generis in quibuslibet caſibus. 1.6.7.& 8

Cancellarius tenetur hodie declarare competentiam intra triginta quinque dies, computandos de momento ad momentum ab hora in qua fuit ei intimata, & ſi non declarauerit remanet pro Eccleſia. 1. 9. & ſeq. 8

Cancellarius quoties declarare debet quamcunque contentionem, tenetur

nomina

nominare quatuor Conſultores, quos voluerit, duos ex Audientiis ciuili, aut criminali, & alios duos Iuriſperitos 1. 10. & ſeq. 8.

Cancellarius in Tribunali ſemper ſedere debet in ſublimiori loco; cùm ipſe ſit ſolus Iudex declarans contentiones. 1.13. *ibid.*

Cancellarius ſolus priuatiuè declarat contentiones Iuriſdictionum Iudicum contendentium, etiamſi ſint extra Regnum, ſi in eo ventilentur, & ad ipſum deferuntur, vt cognoſcat ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam. 1.17. & 18. 9.

Cancellarius eſt Iudex medius, qui declarat contentiones, lites, & iurgia, exorta inter Curias, & perſonas contendentes pro Iuriſdictone. 2. 4. 11.

Cancellarius Competentiarum ſemper debet eſſe perſona Eccleſiaſtica, & in iure graduatus, ac literis, & virtute præditus. 2. 5. *ibid.*

Cancellarius non poteſt pronunciare proceſſum intra dies datos ad illum effotmandum, ſed in quinque aliis datis. 2.6. & ſeq. *ibid.*

Cancellarius admittere debet quamcumque probationem (etiam ad aurem) dùm non eſt pronunciata competentia. 2.8. *ibid.*

Cancellarius tenetur iudicare, ſola veritate attenta, ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam. 2. 9. *ibid.*

Cancellarius pro declaratione contentionis non eſt adſtrictus ad apices, & ſolemnitates iuris. 2.10. *ibid.*

Cancellarius in Aragonia eſt Arbiter tertius, à lege conſtitutus ad declarandas contentiones inter Iudices, & partes exortas. 6. 1.19. quod extende ad omnia Regna Coronæ.

Cancellarius competentiarum pro decidendis contentionibus Iuriſdictionis exortis inter Iudices eſt tertius Arbiter à lege nominatus 6. 4. 20.

Cancellarius Competentiarum in Aragonia ſemper eſt perſona in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, quæ nominatur à D. N. Rege. 7. 4. 24.

Cancellarius ſi ſit abſens à Ciuitate, in qua Regia Audientia celebratur, & ſe offerat contentio Iuriſdictionis tunc Locumtenens Generalis nominare debet alium, qui eum eadem qualitate, & ſolemnitatibus illam decidat. 7. 16. & 17. 25. & 26.

Cancellarius tenetur reſidere, vbi commoratur Locumtenens Generalis, & Regia Audientia. 8.1. & ſeq. 28. quod extende etiam ad Regnum Sardiniæ. 2. *ibid.*

Cancellarius ſi moriatur, vel alio legitimo impedimento detentus exiſtat, quis debeat nominare alium in locum ipſius ad contentiones dirimendas. 9. 1. & ſeq. 31

Cancellarius ſi ſit abſens à loco, vbi celebratur Audientia, vel ſi moriatur, aut aliàs ſit aliquo legitimo impedimento irretitus, tunc Locumtenens Generalis, & in eius abſentia gerens Generalem Gubernationem, tenetur nominare alium, qui durante impedimento, contentiones dirimat. 9. 3. & ſeq. *ibid.*

Cancellarius ſi ſit abſens, aut ex alia legitima cauſa impeditus, propter quam fuit datus ſubſtitutus, an, ſi pendente contentione ceſſet impedimentum, poſſit ille reaſſumere ipſam, & declarare; vel ſubſtitutus. 10.2. & ſeq. 34.

Cancellarius Proprietarius debet reaſſumere cauſam contentionis cœptam à ſubſtituto, in locum eius nominato propter legitimum impedimentum in ſtatu, in quo reperitur, computatis diebus tranſactis à momento, à quo fuit intimata. 10. 12. 35. & 36.

Cancellarius eſt verè, & propriè Iudex ordinarius reſpectu cauſarum, quæ ad eius cognitionem pertinent. 6. 12. & 22. 21. & 22.

Cancellarius vtitur propria Iuriſdictione per forum in Aragonia. 6. 20. & 26. *ibid.*

Cancellarius licèt ſit Iudex ordinarius accedit etiam ad Delegatum. 6. 22. *ibid.*

Cancellarius habet vniuerſalem cognitionem quarumcumque contentionum, quæ in Regno Aragoniæ ſuſcitantur. 6. 23. & 25. cum ſeq. *ibid.*

Cancellarius Competentiarum in Aragonia non poteſt recuſari, vt ſuſpectus. 11. 4. & ſeq. 37. ſed contrarium eſt verius. 15. & ſeq. 38.2. *col. ſub fin.*

Cancellarius eſt tertius Arbiter legalis electus à partibus, mediante lege, &

exinde videtur non poſſe ab eis recuſari, vt ſuſpectus. 11. 5.37.

Cancellarius nulla lege, vel priuilegio munitus exiſtit, ne poſſit, vt ſuſpectus recuſari. 11.22.39.& 40.

Cancellarius potins accedit ad delegatum, licèt plurimùm habeat Iudicis ordinarij, & quomodocunque conſideretur poteſt recuſari, vt ſuſpectus. 11. 27. 40.

Cancellarius poteſt, vt ſuſpectus, recuſari, tam in Aragonia, quàm in Cathalonia, & Sardinia, & ita de ſtylo obſeruatur, & tunc, ſi legitimè ſuſpectus reperiatur, alius nominandus eſt, qui illam contentionem decidat. 11. 28.29. & 36. *ibid.* & 41.

Cancellarius ſi legitimè ſit ſuſpectus, ſubrogandus eſt alius, qui cauſam decidat ſicut fit in aliis legitimis impedimentis. 11.40.42.

Cancellarius competentiarum Regni Aragonum recuſari poteſt, vt ſuſpectus, ſed contra ipſum non poſſunt opponi aliæ cauſæ vltra eas, quæ in foris ſunt expreſſæ. 12.23.46.

Cancellarius in Aragonia ſi vt ſuſpectus, fuerit recuſatus, ipſe cognoſcere debet de cauſa ſuſpicionis. 12. 25. & ſeq. vſque in finem. *ibid.*

Cancellarius Competentiarum in Aragonia verè, & propriè eſt Iudex. 12. 29. & 34. *ibid.* & 47.

Canoellarius in Aragonia tenetur iudicare ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam, nec eſt adſtrictus ad apices iuris. 12. 33. 47. & q. 44. 2. 173. & q. 97. 6. 395.

Cancellarius in Aragonia tenetur ſequi vota Conſulentium. 13.1.& ſeq. 48. ſed contrarium eſt verius, & tenendum. 6. & ſeq. 49.

Cancellarius iudicare tenetur ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam, & exinde ſequi debet, quod tutius, & ſecurius fuerit. 13. 1. & 12. 48. & 50.

Cancellarius ſolus facit ſententiam, etiamſi quatuor Conſulentes ei adhibiti ſint contrariæ opinionis. 13. 7. & ſeq. 49. & q. 65. 17. 241.

Cancellarius ferè ſemper adhæret votis maioris partis Conſulentium licèt poſſit ab illis reſilire, ſi contrarium iudicauerit verius. 13. 15. 50.

Cancellarius in Aragonia quam opinionem ſequi debet? quando ſunt duæ contrariæ, ſed probabiles. 14.1. & 11. cum ſeq. 52. & 53.

Cancellarius in conflictu opinionum tenetur ſequi eam, quæ facit pro Eccleſia, etiamſi ambæ ſint probabiles. 14. 11. 53.

Cancellarius in conflictu opinionum ſemper tenetur ſequi eam, quæ fauet Eccleſiæ, etiamſi ſit minùs probabilis. 14. 17. 54. intellige vt 22. & ſeq. *ibid.*

Cancellarius an poſſit decidere contentiones Iuriſdictionum non ſeruatis iuris regulis 15.2. & ſeq. 56. præcipuè à n. 11. 57.

Cancellarius in efformando proceſſu contentionis tenetur ſeruare formam, & ritum à foro præſcriptum. 15.3.56. & q.44.3. & 24.173. & 175.

Cancellarius pro decidenda contentione tenetur quoad ſe, & ſuam conſcientiam iudicare ſecundùm regulas iuris 15.11. & ſeq. 357. intellige vt 16. & ſeq. 59.

Cancellarius pro decidendis contentionibus æqua lance procedere debet, ſicut cæteri Iudices, vt iuſtitiam attribuat ei, qui illam fouet. 15. 12. 57.

Cancellarius pro decidendis contentionibus eſt Iudex publicus, & vt talis quoad ſe tenetur iudicare ſecundùm regulas iuris. 15.16. 58.

Cancellarius pro eruenda veritate contentionis non eſt adſtrictus ad regulas iuris, ſed id efficere poteſt iudicialiter, vel extraiudicialiter, attenta veritate. 15.17. & ſeq. *ibid.*

Cancellarius pro eruenda veritate contentionis, quam pronunciare debet, non eſt adſtrictus ad ſolemnitates, & apices iuris, licèt in efformatione proceſſus teneatur obſeruare ritum à foro ſtatutum. 15. 29. 60.

Cancellarius tenebatur pronunciare Competentiam intra triginta dies. 16. 1. & ſeq. 61. & poſteà fuerunt ſuperadditi in Aragonia alij quinque. 3. & ſeq. 62. ſed in aliis Regnis Coronæ ſolùm ſunt triginta. 4. & ſeq. *ibid.*

Cancellarius non poteſt abbreuiare, vel prorogare tempus triginta dierum pro efformando proceſſu. 16.9. *ibid.* benè tamen poterit abbreuiare in illis quinque datis pro declaratione. 13. & 14. 63.

Caucellarius an cognoſcere poſſit de meritis cauſæ, quæ dedit motiuum contentioni. 17. 1. & ſeq. 64.

Cancellarius ſolùm cognoſcere poteſt de meritis contentionis , non verò litis , quæ dedit anſam ad eam efformandam. 17. 2. *ibid.* intellige vt 8. & ſeq. 165. & q.63.27.235.& q.67.1. 247.

Cancellarius declarare debet tantummodò circa competentiam Iuriſdictionis , non verò quæ ex partibus iuſtitiam foueat in cauſa principali. 17. 2. 64.

Cancellarius eſt Arbiter medius inter Iudices contendentes de Iuriſdictione , & vltra id ſe extendere nequit. 17. 3. *ibid.* intellige vt 8. & ſeq. 65.

Cancellarius in Regnis Aragonum ſpecificè eſt deputatus ad dirimendas contentiones , & exinde non poterit cognoſcere de meritis cauſæ , ſupra quam illa cadit. 17.6.*ibid.* intellige vt 8. & ſeq. *ibid.*

Cancellarius incidenter cognoſcere poteſt de meritis cauſæ , quæ anſam dedit vt competentia formaretur. 17. 8. *ibid.*

Cancellarius omnibus mediis, & viis tenetur perquirere,& eruere veritatem ad declarandam contentionem. 17. 10.*ibid.*

Cancellarius non eſt incapax cognitionis cauſarum ſecularium.17.16.& 18. 66.

Cancellarius non eſt incapax cognoſcendi de incidentibus , & emergentibus contra laicos , ſi caſus conducant ad contentionem. 17.18.*ibid.*

Cancellarius præcisè cognoſcere debet de qualitatibus cauſæ,ſupra quam cadit contentio. 17.23.67

Cancellarius tenetur declarare contentiones intra triginta quinque dies. 18. 1.68. & q.54. 5. 202. & 6.*ibid.*

Cancellarius ſi ſit legitimè impeditus, vt non poſſit contentionem declarare , nominandus eſt alius per Præſidentem intra quatuor dies ; & ſi renuat , vel non nominet , tranſacto tempore dato ad declarandum , remanet in fauorem Eccleſiæ. 18. 6. 69.

Cancellarius an poſſit prorogare tempus præſcriptum pro decidenda contentione. 19. 1.72

Cancellarius iuſtâ ſubſiſtente causâ, poteſt prorogare tempus triginta dierum,intra quos aliàs tenetur pronunciare. 19. 3.*ibid.*

Cancellarius ſi ſit impeditus , vt non poſſit declarare contentionem intra tempus à foro ſtatutum , ſubrogandus eſt alius intra quatuor dies , qui cauſam decidat. 19. 9. 73.

Cancellarius eſt Arbiter iuris, & declarat ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam non ſe adſtringendo ad apices iuris. 20. 13.75

Cancellarius æquiparatur Principi ſupremo , in eo , quòd ab eius ſententia non admittitur appellatio , ſed ſolùm Deum habet vltorem. 20. 14. *ibid.*

Cancellarius non debet adhibere fidem teſtibus examinatis ſine partis citatione. 21. 3. 77.& 9.78. intellige vt 14.*ibid.*& 17. 79.

Cancellarius non debet fidem adhibere teſtibus examinatis in proceſſu ſine Partis citatione , quoad effectus reſultantes in foro Poli ex ipſo proceſſu ; ſecus extra eum 21. 17. *ibid.* & 19. 80. intellige vt 20. & ſeq. *ibid.*

Cancellarius pro eruenda veritate ad decidendam contentionem admittere tenetur quamcunque probationem iudicialem , vel extraiudicialem, etiam ad aurem. 21.20.*ibid.*

Cancellarius poteſt extra proceſſum inquirere veritatem per teſtium depoſitiones ſine citatione partis illiſque fidem adhibere. 21.22.*ibid.* & 30.81.

Cancellarius ad declarandam contentionem tenetur facere merita non ſolùm ex his , quæ ex proceſſu , ſed etiam ex aliis quæ extraiudicialiter (etiam ad aurem, perquirere poterit. 21.30. *ibid.*

Cancellarius, & Arbitri pro decidenda contentione ſunt Iudices ordinarij. 27.11.96.

Cancellarius Competentiarum in Aragonia eſt tertius Arbiter ex ipſo foro nominatus ad terminandas contentiones iuriſdictionis. 27.2.95

Cancellarius tenetur iudicare cauſas contentionum, ſolâ veritate attentâ. 29.1.99.

Cancellarius eſt tertius Arbiter iuris in euentum , in quo primi Arbitri per Curias nominari inter ſe non conueniant. 29. 6. *ibid.* 10. 100. & 12. *ibid.* & q.64. 3.236.

Cancellarius , & Arbitri prò decidenda contentione tenent locum Iudicum, & vt tales nominari debent. 30. 5. 103.

Cancellarius, & Arbitri ſunt Iudices contentionum iuriſdictionis, non ex partium voluntate, ſed ex legis neceſſitate, & habent iuriſdictionem, & poteſtatem ab ipſa lege. 30. 8. *ibid.*

Cancellarius, & Arbitri pro decidenda contentione iuriſdictionis ſunt Iudices deſtinati per Curias generales ad effectum, vt ſine appellatione, aut alio recurſu ſtandum ſit illorum declarationibus. 30.16.105. & 27. cum ſeq. 106.

Cancellarius & Arbitri, ſi in cauſa contentionis malè iudicauerint, an poſſint puniri aliqua pœna. 31.1. & ſequent. 108.

Cancellarius non debet curare in cauſa contentionis de libello inepto, vt ex eo non decidat illam. 44.2.173.

Cancellarius tenetur in forma iudiciali conſtruere proceſſum contentionis, & obſeruare quidquid in ea ad iudicium pertinet. 44.24.175.

Cancellarius in Aragonia tenetur pronunciare contentionem intra quinque dies. 46.28.183

Cancellarius non poteſt proferre ſententiam in triginta diebus datis pro conſtructione proceſſus, ſed præciſè in quinque immediatè ſubſequentibus. 46.29.184

Cancellarius non poteſt prorogare tempus datum à foro ad pronunciandum, & ſi non pronunciet, remanet contentio declarata pro Eccleſia. 46.30. *ibid.*

Cancellarius in Regnis Coronæ Aragonum introductus fuit pro decidendis contentionibus, ad vitanda ſcandala, quæ ex illis oriebantur. 51.13.195

Cancellarius in omnibus Regnis Aragonum poteſt declarare contentiones in quibuſcunque diebus feriatis à iure, vel ab homine. 55.7.207. & 15. 208. & q. 56.1.211.

Cancellarius poteſt formare proceſſum contentionis, eámque declarare etiam in diebus feriatis in Regnis Coronæ Aragonum. 55. 28. & 29. 210

Cancellarius poteſt pronunciare contentionem diu, vel noctu, & in quacumque hora termini dati ad declarandum, ſicut alij Iudices procedentes, attenta veritate, & iuris ordine non ſeruato. 55.30. & 31. *ibid.*

Cancellarius declarans contentionem pro vno, vel altero Iudice non infert præiudicium parti; nam à quolibet eorum ſuam iuſtitiam conſequetur. 61.8.227. ſed contra 10. & 12. cum ſeq. *ibid.*

Cancellarius declarare tenetur contentiones in ſuo Tribunali, quod exiſtere debet in domibus ſuæ propriæ habitationis. 62. 1. & 2. 230.

Cancellarius in Aragonia in ſuo Tribunali præcedit Regios Conſiliarios, ſicut Locumtenens Generalis D. Regis. 62.3. *ibid.*

Cancellarius ſpecificus adeſt reſpectiuè in Regnis Coronæ Aragonum ex nominatione D.N. Regis, qui in quolibet eorum declaret contentiones illius, ſed non aliorum. 63.12.233

Cancellarius nominatus à D.N. Rege in Regnis Coronæ Aragonum habet territorium, videlicet, Regnum, ad quod fuit nominatus. 63.13. *ibid.* quod extende etiam ad Arbitros pro eadem cauſa. 14. & 15.234

Cancellarius, & Arbitri ſolùm habent cognitionem quoad contentiones iuriſdictionis, & non poſſunt ſe intromittere in meritis cauſæ. 63. 19. *ibid.*

Cancellarius exercet iuriſdictionem ordinariam. 64.1.236

Cancellarius an poſſit punire teſtes coram ſe falsò deponentes. 64.2. *ibid.* & 8. 237.

Cancellarius non poteſt directè, & immediatè cognoſcere de meritis cauſæ ſupra quam cadit contentio. 64. 6. *ibid.*

Cancellarius eſt tertius Arbiter à lege deſtinatus pro decidendis contentionibus, vtens iuriſdictione ordinaria, & ex eo poteſt punire teſtes coram ſe falsò deponentes. 64.9. *ibid.*

Cancellarius eſt Iudex Eccleſiaſticus; & ideo poteſt punire non ſolùm laïcum coram ſe falsò deponentem, ſed etiam Clericum quomodocunque exemptum. 64. 11. *ibid.* intellige vt 12. *ibid.*

Cancellarius poteſt punire teſtes cuiuſcunque gradus, & conditionis exiſtant, tam exemptos, quàm non exemptos, ſi falsò coram ſe depoſuerint. 64.12. & 13. *ibid.*

Cancellarius, & Arbitri pro decidenda contentione poſſunt in expenſis condemnare. 65.6. & 9. 240. cum ſeq. quod extende ad omnia Regna Hiſpaniæ. 7. & ſeq. *ibid.*

Cancellarius licèt poſſit condemnare in expenſis, tarò id efficit; cùm prius

per Arbitros fuerit cauſa ventilata;ex quo arguitur illam eſſe dubiam. 65. 13.241.

Cancellarius in Aragonia condemnat partem victricem in ſex ducatis pro ſalario Conſulentium. 65.15. *ibid.* & quare? 23.242.

Cancellarius eſt tertius Arbiter à lege conſtitutus pro decidendis contentionibus. 66.1.244. & 7.245

Cancellarius non cognoſcit de contentione, ſi primi duo Arbitri inter ſe conueniant. 66.2.& 4.245

Cancellarius eſt tertius Arbiter medius, & legalis pro dirimendis contentionibus iuriſdictionis in omnibus Regnis Coronæ Aragonum. 66. 5. & 6. cum ſeq. *ibid.*

Cancellarius an teneatur adhærere vni ex Arbitris, qui in contentione diſcordarunt, vel poſſit de perſe diuerſo modo declarare.66.11.& ſequent. 246. reſoluitur affirmatiuè. 14. *ibid.*

Cancellarius tenetur ſe conformare cum vno ex duobus Arbitris diſcordantibus in contentione iuriſdictionis. 66. 14. & ſeq. *ibid.*

Cancellarius nequit in declaratione contentionis ſe diuertere vltra metas, quæ impediant attribuere iuriſdictionem, cui debetur. 66.15.*ibid.*

Cancellarius eſt tertius Arbiter legalis pro decidendis contentionibus, & ideò de eis tantum cognoſcere debet. 67.2.247. & 3.*ibid.*9. intellige vt 4. 248.

Cancellarius incidenter cognoſcere poteſt de meritis cauſæ principalis, ſi opus fuerit, pro decidenda contentione. 67.4.*ibid.*

Cancellarius in Aragonia non poteſt apponere modum,& conditionem in declaratione contentionis partibus contendentibus.67.12.249.& 13.cum ſeq. *ibid.*

Cancellarius in Aragonia poteſt apponere modum, & conditionem Iudicibus contendentibus in ſua pronunciatione. 67.15.*ibid.*

Cancellarius non poteſt ſcindere ſuam ſententiam in fauorem Curiæ Eccleſiaſticæ,& ſecularis, ſi articuli contentionis ſint inſeparabiles, ſecus autem ſi ſint diuerſi. 67. 16. & 17. *ibid.*

Cancellarius poteſt in Aragonia vt ſuſpectus recuſari, quod extende ad omnia Regna Coronæ. 68. 2. 251. & 19.253.

Cancellarius ſi ſuſpectus à parte proponatur, non ſufficit, quòd pars iuret, cauſam ſuſpicionis eſſe veram, ſed requiritur plena probatio. 68. 6. 252.

Cancellarius in Cathalonia non cognoſcit de cauſis ſuſpicionum contra eum oppoſitis, licèt coram ipſo debeant proponi. 68.7.*ibid.* ſecus in Aragonia.8. *ibid.*

Cancellarius datus ſuſpectus ex cauſa notoria, & manifeſta, quæ ipſum comprehendat clarè, & diſtinctè tenetur ſtatim ſe abſtinere, etiam ſine declaratione.68.11.& 12. *ibid.*

Cancellarius in Aragonia tenetur reſpondere poſitionibus ſuſpicionum datis à parte, & ſi fiat cum delatione iuramenti, tenetur cum eo reſpondere; ſecus in Cathalonia.68.15.*ibid.* & 16. 253. quod extende etiam ad Cancellarium in Sardinia. 17. *ibid.*

Cancellarius non poteſt ſupplere probationem ex delatione iuramenti parti attributa. 70.10.258

Cancellarius debet pronunciare in contentione iuriſdictionis ad quam ex Curiis pertineat ex probatione ſemiplena, ſi aliàs concludens non reperiatur. 97.2.395

Cancellarius poteſt admittere quodcunque genus probationis ad declarandam contentionem, etiam poſt concluſum in cauſa, & in puncto ferendæ ſententiæ. 97.7.*ibid.*

Cancellarius Regnorum Aragoniæ iudicium efformat non ſolùm ſecundùm iuſtitiam Fori, ſed etiam Poli;& ideò non habet manus ligatas pro admittendis probationibus, etiam extra proceſſum. 91.4.378.& 6.*ibid.*

Cancellarij ſuffragium ſolùm facit ſententiam, licèt Conſultores contrarium teneant, & illius declarationi ſine appellatione, & recurſu ſtandum eſt. 1.14.9

Cancellarij perſona à D. N. Rege nominata pro decidendis contentionibus iuriſdictionis in concreto ſumpta non eſt perpetua. 7. 13. & ſequent. 25.

Cancellarij officium fuit introductum in Aragonia propter bonum publicum, ne dilationibus partes grauarentur. 8.11.29

Cancellarij officium eſt excellens, & ferè ſemper conceditur perſonis illuſtribus in dignitate, literatura, & virtute. 11.4.37

Cancellarij arbitrio remittitur cognitio, quæ ex contentione iuriſdictionis oriri poteſt, ſeruatis tamen iuris regulis. 15.7.57
Cancellarij officium eſt excellens, & retinet in ſe præclaras prærogatiuas.20. 7.75.
Cancellarij munus mutuat aliquomodo de prærogatiuis, quibus Prætor Romanus vtebatur. 20.9. *ibid.*
Cancellario priuatiuè pertinet declaratio contentionum iuriſdictionis,ſi Arbitri priùs non conueniant. 59. 3. 220.
Cancellario competentiarum Aragoniæ attribuitur quoad declarationem contentionum inter Iudices exortarum, quod antiquitùs Imperatores in Republica Romana ſibi ſpecialiter reſeruârunt. 4.15.17
Cancellario nihil ſoluitur propter ius ſententiæ declarantis contentionem; ſecus in Arbitris, quibus ſex ducata argentea attribuuntur. 65. 38. & 39. 244.
Cancellarium competentiarum in Regnis Coronæ Aragonum nominat D. N. Rex Hiſpaniarum.7.1.23. & ſeq. 24.
Canonicus Eccleſiæ Cathedralis monitus per Epiſcopum, vt dimittat concubinam, ſi renuat efficere poterit Epiſcopus ſolus ſine adiunctis punire illum. 88 6. 363. ſecùs autem ante monitionem. *ibid.*
Capella, ſeu oratoria Confraternitatum inſtitutarum ad opera pia exercenda ſine auctoritate Epiſcopi non gaudent fori priuilegio. 78. 40. 315.
Captiuitas, & ſeruitus originem ſumpſerunt à iure gentium. 55. 19.209.
Captionem ſi efficiat apparitor propria auctoritate, licebit capto impunè reſiſtere. 57.11.216
Captus ob delictum, ſi ſit vinctus catenâ, præſumitur aliqualiter illud perpetraſſe, & ideo innocens aliqua iniuria afficitur. 41.41.169
Captus per ſatellites, ſi liber ex eis ad Eccleſiam peruolauerit, gaudet eius immunitate. 79.23 & 26.320
Captus pro aliquo debito,ſi dum ad carcerem ducitur per Miniſtros ſeculares, iurauit illos ſequi ad illum, & in itinere ſe contulit in Eccleſiam, an gaudeat immunitate. 81. 4. & ſeq. 327.
Captus dum ad Carcerem ducitur, ſi liber Eccleſiam ingrediatur, gaudet eius immunitate; & Curiæ ſeculari imputari debet, quod tutè, & ſecurè Reum in carcerem non duxerit. 98. 27.400.
Captus, & carceratus iuſtè exiens ex voluntate, & licentia Cuſtodis, præſtito iuramento de redeundo ad carcerem, ſi in Eccleſiam ſe conferat, poterit ab ea extrahi. 81.9. & 10. cum ſeq.328.
Captus à Iudice timens iniquam damnationem corporalem fugere tenetur, ſi poſſit. 81.30.330. etiamſi iurauerit ad carcerem redire. 31. & ſequent. *ibid.*
Captus per Miniſtros laïcos non eſt perfectè in eorum dominio, donec non ſit recluſus in carcere. 92.2. 380.
Carcer in iudiciis ſecularibus magis ad cuſtodiam, quàm ad pœnam tendit; licèt quandoque pro pœna ignominioſa imponatur. 73. 48. 276.
Carcer in Iudiciis Eccleſiaſticis multoties pro pœna irrogatur. 73. 49. *ibid.*
Carcer eſt mala manſio; & ſpecies ſeruitutis. 56.16.& 17.213
Carcerem frangens, ſi ad Eccleſiam confugiat, gaudet eius immunitate. 92.3.381.
Carceratio in Aragonia non imponitur ante ſententiam pro iniuria verbali prolata. 73.44.276
Carceratio non debet imponi per Iudicem Eccleſiaſticum reſpectu laïci in caſibus mixti fori,niſi in delictis atrocibus. 73.43. *ibid.*
Carceratio iniuſta eſt grauamen irreparabile, quia quotidie grauat. 56. 17.213.
Carceratus frangens carcerem, & ad Eccleſiam confugiens gaudet eius immunitate.98.5.397.& ſeq.& quæſt. 79.24.320.
Carceratus extrahi non poteſt ex vinculis ſine licentia Principis, vel Iudicis carcerantis. 98.6.398
Carceratus rumpens Carcerem, ſi ſe conferat in Eccleſiam, an gaudeat eius immunitate. 81. 2. 327. quod limita dummodò delictum, pro quo carceratus exiſtebat, non eſſet de exceptuatis. 3. *ibid.*
Carceratus iniuſtè, vel à non habente poteſtatem, ſi relaxetur, præſtito iuramento de redeundo, & in Eccleſiam

ſiam ſe conferat, gaudet eius immunitate. 81.12. 328.& 13.cum ſeq. *ibid.*

Carceratus maximam experitur miſeriam. 56.16.& 17.213

Carceratus reputatur inter perſonas miſerabiles. 56.17.*ibid.*

Carcerati pauperes numerari poſſunt inter miſerabiles perſonas. 55. 14. 208.

Carcerari nemo poteſt (loqnendo regulariter) etiam à publico inferiori Officiali ſine mandato proprij,& natiui Iudicis. 57. 9. & ſeq. 216.

Carcerari debet qui realiter iniuriauit, ſecus qui verbaliter. 73. 45. & 46. 276.

Cardinalem iniurians, grauibus pœnis plectendus eſt. 73.10.271

Cardinales ſunt ſublimiores, & excellentiores aliis quibuſcunque Iudicibus. 11.30.41.

Carnifex ſui ipſius nemo debet eſſe, etiamſi cum iuramento promiſerit aliquid. 81.22.329

Caſus notorius impediens formationem proceſſus, quis dicatur. 36.23.& ſeq. 139.

Caſus omiſſus legis regulari poteſt non præciſè ſecundùm expreſſum, ſed iuxta id, quod ex illo reſultat. 23. 10.85.

Caſus omiſſus legis,vel ſtatuti firmat regulam in contrarium. 24.7.88

Caſus clarus non poteſt dici ad effectum non formandi contentionem,ſi ille Reus non ſit in carceribus Regiis detentus. 53. 6. 199. intellige vt 7. & ſeq. *ibid.*

Caſus exceptus firmat regulam in contrarium. 75.12.291

Caſus non expreſſus, ſed exceptuatus firmat regulam in contrarium.88.18. 365.

Caſus expreſſi in iure, vt delinquentes ad Eccleſiam confugientes non gaudeant immunitate, an extendi debeant ad conſimiles? vide remiſſiuè. 35.30.131.

Caſus,in quibus non tenetur Iudex Competentiam formare in Aragonia contra alium Iudicem prætendentem grauamen fieri, vide remiſſiuè. 28. 8.98.

Catena poſita delinquenti aliquam ignominiam irrogat. 42.39.168

Catenarum vinculum ita dicitur, nam capiendo tenet vinctum, quod adhiberi ſolet delinquentibus grauioribus.42.39. *ibid.* & 40. 169.

Catenarum vſus apud omnes nationes non practicatur, niſi pro grauiter delinquentibus. 42.40. *ibid.*

Cauſa iuſta denegandi appellationem per ſtatutum, vel legem iudicatur, ſi fiat pro euitandis iurgiis, & ſcandalis, quæ ex proſequutione litium oriri poſſent. 30.20.105.& 33.107

Cauſa tam ciuilis, quàm criminalis, ſi ſit parti præiudicialis quieſcere debet, ſi contentio iuriſdictionis inter Iudices oriatur, donec declaretur.53. 16.200.

Cauſa grauiſſima,& legitima requiritur, vt prouiſus ad officium, vel beneficium remoueatur, non ſolùm in inferioribus, ſed etiam in ſupremis Principibus. 7.23.26

Cauſa recuſandi Iudicem in Aragonia, ſi non ſit expreſſa in foris, non afficit illum. 12.24.46

Cauſæ recuſandi Iudices variæ ſunt.11. 2.37.

Cauſæ recuſandi Iudices in Aragonia non extenduntur vltra expreſſas in foris. 11.3.*ibid.*& q.12.n.17.44

Cauſæ ſuſpicionum contra Iudicem oppoſitæ proponendæ ſunt coram eo. 12.1.43.& 5.44.

Cauſæ ſuſpicionum contra Iudices oppoſitæ coram ipſis, & in ſcriptis proponendæ ſunt. 12.17.45

Cauſæ, quæ faciunt Iudicem ſuſpectum proponendæ ſunt in ſcriptis, & etiam probandæ, vt procedat ſuſpicio, nec ſufficit iuramentum. 68. 5.6.& 29.251.cum ſeqq.

Cauſæ legitimæ in Aragonia, vt Iudex ſuſpectus reputetur, ſunt reſtrictæ ad certum numerum, quidquid de iure communi aliter reperiatur. 68.11. & 12.252.

Cauſæ, quæ inducunt notoriam nullitatem contra ſententiam Cancellarij, referuntur. 69.9.& 10.255

Cauſæ ſuſpicionum contra Iudices Regiæ Audientiæ Aragoniæ diuerſimodè cognoſcuntur ac in Curia Iuſtitiæ Aragonum contra Locumtenentes. 12.21.46.

Cauſa principalis influit, vt Iudex cognoſcere poſſit de conſequentibus, & dependentibus ab illa. 17.24.67

Cauſa, propter quam,ſi contentio intra terminum datum non ſit declarata, debeat pro Eccleſia iudicari, deſumitur ex prærogatiua, quæ ei debetur. 18.8.69.

Cauſa impulſiua, ex qua mouebatur Princeps ad faciendam gratiam, prævalet aliis. 33.20.120
Cauſa cognoſcitur ab effectu. 33. 21. *ibid.*
Cauſa finalis dicitur principium intentionis. 33.21. *ibid.*
Cauſa pia exiſtit Collegium ſtudiorum, & exinde gaudet fori priuilegio. 77. 15.& ſeq.305.
Cauſæ contentionum, quæ in Tribunali Cancellarij ventilantur, iudicandæ ſunt pro cauſis magni ponderis. 20.11.75.& q.61.26.229.
Cauſæ criminales Equitum militarium remitti debent ad conſilium Ordinum ex Decretis Apoſtolicis, & Regiis Pragmaticis. 55. 16. 208. non ſolùm in Aragonia, ſed etiam in Hiſpania, & aliis Prouinciis. 17. & ſequent. *ibid.*
Cauſas fore introducendas, & terminandas in prima inſtantia coram Ordinariis locorum, decreuit Concilium Tridentinum reuocando omnia priuilegia, concordias, & conſuetudines in contrarium. 33. 2. & ſeq. 118. intellige vt 17.120.
Cauſæ pauperum, & miſerabilium terminari, & decidi poſſunt diebus feriatis. 55.14.208
Cæſari dandum quod eſt ipſius, & Deo, quæ ſunt Dei. 51.8.9.& 11.195
Cenſura comminatæ inſenſibiliter ligant animam. 41.27.161
Chriſtus Dominus commiſit Petro, & ſuis ſucceſſoribus non ſolùm iura Cœleſtis, ſed & terreni Regni. 51. 21.196.
Citatio præcedere debet antequam iudicium efformetur, aliàs erit nullum quid fiat. 5.2.18
Citatio ad videndum iurare teſtes non poteſt omitti, etiam in cauſa commiſſa cum clauſula, *omni ſolemnitate omiſſa.* 21.8.& 9.78
Citatio ad videndum iurare teſtes non poteſt omitti, etiam per Principem, illiſque fides non adhibetur, quamuis coram Papa examinentur. 21.8.& 9. *ibid.*
Citatio ad examen teſtium poteſt tolli ſtatuto, vel conſuetudine, cùm in illa principaliter non conſiſtat partis defenſio. 21.24.& 26.80
Citatio partis præciſè requiritur in confectione proceſſus iudicialis, vel contentionis iuriſdictionis inter Iudices exortæ. 44.4.173
Citatio non eſt neceſſaria in cauſa immunitatis Eccleſiæ. 44.5. *ibid.* contra 11.& ſeq. 174.
Citatio partis non eſt neceſſaria quando Iudex non agit ex rela iudicij, ſed indicat ſecundùm Deum, & bonam conſcientiam. 44.7.173.contra 22.175.
Citatio non eſt neceſſaria quando Iudicibus conceditur, vt poſſint procedere per informationes ſecretas. 44.9.174. intellige vt 27.176.
Citatio eſt certioratio ad cauſam, vt partes proponant, quod eiſdem conuenerit. 44.23.175
Citatio ad cauſam non eſt neceſſaria quando agitur in caſu notorio iuris, vel facti continui, ſecùs in dubio. 44. 31.176.
Citatio non poteſt omitti, etiamſi parti nulla competat defenſio. 44.32. *ibid.*
Citatio ad ſententiam an ſufficiat, ne poſt eius probationem partibus intimetur. 46.10.181
Citatio Rei, vel Curiæ non eſt neceſſaria in cauſa contentionis, ſed ſolius Eccleſiæ. 71. 3. 259. ſed contra 6. & ſequent. 260. vſque ad 15. 261.
Citatio ambarum Curiarum Eccleſiaſticæ, & ſecularis, & ipſius Rei confugientis ad Eccleſiam eſt neceſſaria in cauſa contentionis, vt ipſis præiudicet. 71.16. *ibid.*
Citationem intimare ei, qui indirectè, & in conſequentiam venit ad cauſam, non eſt opus, ſed fieri debet directè venienti. 44. 6. 173.
Citationem ad cauſam non poteſt tollere Princeps, aut ex lege, vel ſtaturo diſponi, ne illa fiat. 44. 33. 177.
Citari debet in cauſa, qui in ea habet intereſſe. 44.12.174
Clauſtra, hortus, porticus, atrium, Cœmeterium, & quidquid continetur intra ambitum loci ſacri gaudet immunitate. 76. 18. & ſequent. 299.
Clauſula, Sublata, & Decretum irritans, annullat, & inficit quidquid in contrarium fit de contentis, vbi apponuntur. 33. 12. & 13. 119.
Clericus turbans Rempublicam, vel concitans populum puniri poteſt per Iudices ſeculares; ſi monitus per eos nolit

nolit deſiſtere, dummodò pœna non tangat immediatè perſonam. 40. 22. 153.

Clericus turbans quietem publicam poteſt puniri per Principem ſecularem vſque ad bannimentum, ſeu exilium. 40.40.155

Clericus repertus cum armis prohibitis, ſiue diu, ſiue noctu poteſt capi per Miniſtrum ſecularem ad finem remittendi illum ad ſuum Iudicem. 42.9. & 10.165

Clericus captus per laïcam poteſtatem in caſibus permiſſis; cùm ſtarim remitti debeat ſuo ſuperiori, cuius expenſis fieri debeat. 42.35. & ſeq.168

Clericus captus per Miniſtros ſeculares non debet mitti ad ſuum Superiorem cum catena, etiamſi arrox delictum commiſerit, ſed alia via cuſtodiendus eſt. 42.38.*ibid*.

Clericus carceratus per Miniſtrum ſecularem in caſibus permiſſis remittendus eſt ad ſuum ſuperiorem cum decentia, & ſine dedecore. 42.42.169

Clericus repertus in habitu Eccleſiaſtico non poteſt in carceribus detineri per Miniſtros ſeculares, quidquid ſit, ſi reperiatur in laïcali. 53.21. & 22. 201.col.1.ſub fin.

Clericus repertus noctu in habitu ſeculari, & cum armis prohibitis an poſſit capi per Miniſtros ſeculares. 43. 1. & ſeq. 170

Clericus noctu incedens in habitu ſeculari, & cum armis prohibitis confert iuſtam cauſam, vt à Miniſtris ſecularibus capi poſſit. 43. 2. *ibid*. intellige vt 4. & ſeq. *ibid*.

Clericus non poteſt auferre ſuo ſuperiori iuriſdictionem, quam in eo habet, licèt velit ſe ſubjicere laïco. 43. 7. *ibid*.

Clericus induens ſe veſtibus laïcalibus non ex eo aufert iuriſdictionem ſuo ſuperiori Eccleſiaſtico, vt nequeat contra illum procedere. 43.9.171

Clericus ſi notoriè ſit talis non indiget oſtendere Iudici laïco teſtimoniales Clericatus, vt contra eum procedere non poſſit. 43.14.*ibid*.

Clericus iniuriatus, ſi remittat iniuriam, non præiudicat ei, quæ toti Eccleſiæ fuit facta. 73.22.273

Clericus vel Regularis confugientes ad Eccleſiam gaudent immunitate quoad ſuos Iudices inſpecto iure; ſed de ferè vniuerſali conſuetudine contrarium ſeruatur. 79.37.322.

Clericus prima Tonſura inſignitus gaudet fori, & immunitatis priuilegio, ſi habeat beneficium, vel ſi de mandato Epiſcopi alicui Eccleſiæ inſeruiat. 83.22.339

Clericus delinquens in officio ſeculari ei commiſſo, vel in illicita negotiatione, puniri poteſt in pecunia, vel alia pœna, quæ ſuam perſonam non attingat, per Collegium, vel Iudicem, cui ratione muneris cæteri alij ſeculares ſunt ſubiecti. 84.12.343. intellige vt *ibidem*.

Clericus in enormibus ſe commiſcens perdit priuilegium Canonis, non tamen Fori. 73.25.273

Clericus in minoribus conſtitutus ita gaudet fori priuilegio, ſi habeat beneficium Eccleſiaſticum, vel de mandato Epiſcopi inſeruiat Eccleſiæ in aliquo particulari miniſterio; nec ſufficit delatio ſola habitus. 84.20. 345

Clericus fidejuſſor laïci conueniri debet in omnem euentum coram Iudice Eccleſiaſtico. 86.28.354

Clericus adhærens meretrici, fit de membro, & corpore Chriſti, corpus & membrum ipſius meretricis. 87.4. 356

Clericus concubinarius, ſi monitus non deſiſtat, excommunicatione, & alijs pœnis puniri debet. 87.10.357

Clericus habens domi mulierem ſuſpectam, & ſi monitus per ſuum Superiorem eam non dimittat, puniri debet tanquam publicus concubinarius. 87.40.& 41.361

Clericus, vt incurrat pœnam concubinatus, monendus eſt priùs. 88.5.363. intellige vt 6. *ibid*.

Clericus confugiens ad Eccleſiam propter delicta ab ipſo commiſſa non gaudet eius immunitate, ſed poteſt extrahi ab illa per ſuum Iudicem. 89. 3.366. contra 4. *ibid*. & ſeq. intellige vt 5. & 8.167

Clericus confugiens ad Eccleſiam animo gaudendi eius immunitate, ei prodeſt, nec extrahi poteſt; ſecus ſi fiat ex alio motiuo. 89.5.*ibid*.

Clericus coniugatus, ſi habitum, & Tonſuram deferat, ſitque adſcriptus alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, gaudet fori priuilegio. 93.1.382.& 11 384.& q.95.10.389

Clericus vxoratus, vt gaudeat fori priuilegio, debet eſſe cum vnica, & virgine, & cum cæteris requiſitis Tridentini.

dentini. 93.2.& 3.382
Clericus in minoribus conſtitutus habitum, & Tonſuram deferens, ſimulque inſeruiens alicui Eccleſiæ,etiamſi vxorem vnicam, & virginem ducat, non amittit fori priuilegium, dummodo continuet in eodem habitu, & aliis cæteris. 93. 3. & 4. *ibid.* & ſeq. quod extende vt 5. & ſeq. 383.
Clericus in minoribus conſtitutus, ſi vxorem ducat, & dimittat habitum, & Tonſuram, ſi mortua muliere, reaſſumat habitum clericalem,& cætera, quæ priùs habebat,reuiuiſcunt in illo omnia priuilegia fori, quibus fruebatur ante Matrimonium. 93. 5. *ibid.* quod extendeetiamſi id efficiat, viuente vxore. 6.& 7.*ibid.*
Clericus coniugatus dimittens habitum, & Tonſuram, tandiu erit priuatus, fori priuilegio,quandiu illis non vtatur; at ſi reaſſumat, reuiuiſcit, & illo fruitur. 93.7.*ibid.*
Clericus coniugatus, qui dimiſit habitum clericalem, poteſt eum reaſſumere, & ſi tempore commiſſi delicti eum illo reperiatur, gaudet fori priuilegio. 93.8.& 10.384
Clericus coniugatus deferens habitum, & Tonſuram ad præſcriptum Tridentini gaudet fori priuilegio,etiamſi veſtes, & coronam dimittat, ſi poſtmodum illas reaſſumat. 93.11.384.& q.83.23. & 24. 339.
Clericus in minoribus conſtitutus habens penſionem Eccleſiaſticam, ſi incedat in habitu clericali, & Tonſura, an gaudeat fori priuilegio.95.2. & 7.cum ſeq.389.
Clericus habens penſionem Eccleſiaſticam loco beneficij gaudet fori priuilegio, & non aliàs. 95. 12. & 13. 390.
Clerici, vel Regulares confugientes ad Eccleſiam pro quocunque delicto non gaudent illius immunitate. 90. 45.376.
Clerici confugientes ad Eccleſiam non gaudent immunitate illius ex vniuerſali conſuetudine. 89. 7. & 8. cum ſeq.367.
Clerici quoad priuilegium immunitatis Eccleſiæ non debent eſſe peioris conditionis, quàm laici, & ideò æqualiter influit priuilegium. 89.4. 366.
Clerici, & Eccleſiæ ſoluere tenentur onera impoſita in bonis ſitis pro illis beneficiandis in maiorem ipſorum vtilitatem, ſicut cæteri vicini rigando prædia, vel paſcendo in fundis Vniuerſitatis. 99.37.407
Clerici vnquam fuerunt ſubiecti iuriſdictioni ſeculari, ſicut fuerunt laici Eccleſiaſticæ. 49.20.190
Clerici in minoribus conſtituti, tam coniugati, quàm non coniugati, vt fori priuilegio gaudeant, debent incedere in habitu, & Tonſura per quatuor menſes ante delictum commiſſum ex quadam Conſtitutione Alexandri VI. conceſſa Regnis Caſtellæ, vbi locum habere poteſt, ſed non in aliis Prouinciis. 93. 9. & 10. 384
Clerici ſacra vnctione inſigniti ſunt membra Chriſti. 87. 3.356
Clerici non debent fieri miniſtri laicorum, nec in eorum rebus Procuratores exiſtere. 81.36.331
Clerici famulantes non debent pro domino exercere miniſteria indecentia ſtatui. 100.28.& 29.408
Clerici ſunt exempti à ſolutione Gabellarum, aliorumque onerum ſecularium. 83.11.338
Clerici primâ Tonſurâ inſigniti, attento iure communi, gaudent fori priuilegio. 83.21. 338. ſecus poſt Tridentinum. 22. *ibid.*
Clerici, & laici, ſi ſint exequutores teſtamentarij, poſſunt compelli à Iudice Eccleſiaſtico, vt coram eo compareant. 18.11.70
Clericis licèt in aliquibus caſibus portare arma prohibita pro ipſorum defenſione. 42.17.166
Clericalis dignitas veneranda eſt, quæ illuſtribus perſonis æquiparatur. 41. 2.159
Clientela, vel ſubiectio facta à particulari alicui potentiori non inducit ex ſe ſeruilem ſubiectionem, vt contra ſubiectum procedere valeat; ſecùs ſi fiat Regi, aut ſupremæ Maieſtati. 7. 13. cum ſeqq. 25
Cognitio iuris patronatus pertinet ad forum Eccleſiaſticum. 85. 16. & 17. 349
Cognitio cuiuſcunque cauſæ ſpiritualis pertinet ad Curiam Eccleſiaſticam. 85.22.& 23. 350
Cognoſcens cadauer mulieris mortuæ, licèt committat ſpeciem Sodomiæ, non tamen propriè; & exinde iuxta veriorem opinionem gaudet immunitate. 79.34.322
Cognoſcere non poteſt per ſe ſupremus Princeps de delicto tangente perſonam

nam Epiſcopi,etiamſi ipſe conſentiat. 4.12. & 13. 17.

Collegiales ſtudentes, vel docentes in aliquo Collegio ſunt ſubiecti Iudici particulari conſtituto, & deſtinato ex commiſſione Apoſtolica, vel ſuprema poteſtate ſeculari, aut ex antiquiſſima conſuetudine. 84. 2. 342. & 16. 344.

Collegiales, provt tales, non gaudent fori priuilegio, ſed ſunt ſubiecti Iuriſdictioni ſeculari, ſi aliàs de per ſe, & ſecluſa Toga, illo frui poſſent. 84. 3. 342. contra 7. *ibid.* intellige vt 14. & ſeq. 344.

Collegiales exiſtentes in Collegio gaudent fori priuilegio. 84.7. 342. & ſeq. contra 14. & ſeq. 344.

Collegiales exiſtentes in aliquo Collegio ratione profeſſionis, vel negotiationis ſunt ſubiecti Iuriſdictioni illius, qui in ipſo præeſt 84. 11. 343. intellige vt 33. & 34. 346.

Collegiales, merè laïci exiſtentes in aliquo Collegio, ſunt de Iuriſdictione ſeculari, & ſi ſint Eccleſiaſtici, erunt de Eccleſiaſtica. 84. 17. 344

Collegiatura, vel Toga Collegialium ſecum non affert, nec continet in ſe aliquod miniſterium Eccleſiaſticum. 84. 4. 342.

Collegium conſtituitur ex tribus. 13. 4 49.

Collegium inſtitutum pro ſtudentibus, vel docentibus literas, ſi conſtituitur ex maiori parte collegialium Clericorum, gaudet fori priuilegio; ſi verò laïcorum, erit de foro ſeculari. 77. 6. 304. & 20. 306. intellige vt 21. *ibid.*

Collegium Scholaſticorum idem forum ſortitur, quod perſonæ collegiales, illud conſtituentes, itavt, ſi ſint Clerici, erit Eccleſiaſticum, ſi verò laïci, erit ſeculare. 77.7. 305. & 20. 306

Collegium ſtudentium, vel docentium, ſi conſtituatur ex aliqua parte Collegialium Clericorum, gaudet in Aragonia priuilegio immunitatis, vt ad illud confugiens non poſſit extrahi per Miniſtros ſeculares; ſecus in Cathalonia, & aliis Regnis. 77. 28. 307. & 30. 308.

Collegia inſtituta, pro ſtudentibus, vel docentibus literas, an gaudeant fori priuilegio. 77. 5. 304

Collegia ſcholarium ſtudentium, vel docentium non gaudent fori priuilegio, quia non ſunt loca pia 77. 12. 305. ſed contra. 13. & 15. *ibid.*

Collegia ſtudentium, vel docentium ſunt mixti fori, & erit illorum Iudex Eccleſiaſticus, vel ſecularis, qui priùs præueniat, ſi cauſa non ſit merè ſpiritualis. 77. 14. *ibid.*

Collegia erecta cum auctoritate Epiſcopi pro ſtudentibus, aut docentibus ſunt loca pia, & gaudent fori priuilegio, etiamſi omnes Collegiales, vel maior pars ſint laïci. 77. 16. 306. ſecus ſi deficiat decretum, & auctoritas Epiſcopi. 17. *ibid.*

Collegia ſtudentium, vel docentium habentia capellam, ſeu Altare publicum vbi Miſſæ celebrantur cum Epiſcopi auctoritate gaudent fori priuilegio. 77. 18. *ibid.* intellige vt 27. 307.

Collegia erecta cum Epiſcopi auctoritate, vt Collegia, gaudent fori priuilegio, quamvis maior pars ſit collegialium laicorum. 77. 31. 308

Collegia erecta in Academiis, ſeu Vniuerſitatibus participant ex priuilegiis, & prærogatiuis, quibus Academiæ gaudent. 84. 13. 343

Collegia erecta cum Papæ, vel Epiſcopi auctoritate gaudent fori priuilegio, & immunitate, ſecus Collegiales, vt tales. 84. 16. 344.

Collegia ſtudentium, vel docentium ita gaudent fori, & immunitatis priuilegio, ſi maior pars Collegialium conſtituatur ex Clericis. 84. 19. *ibid.*

Collegia, Seminaria, & Confraternitates erectæ cum Epiſcopi auctoritate, gaudent fori, & immunitatis priuilegio. 83. 25 339.

Collegia inſtituta auctoritate Papæ, ſeu Epiſcopi gaudent fori, ſeu immunitatis priuilegio, quod non extenditur ad perſonas Collegialium. 84. 5. 342. intellige vt 14. & ſeq. 344.

Commendæ, & Præceptoriæ ordinum Militarium ſunt veræ Dignitates, & Beneficia Ecclaſiaſtica. 75. 12. 391. & ſeq.

Commendatarij maiores Sancti Iacobi, & Calatrabæ numerantur inter Epiſcopos & Prælatos in Regno Aragonum ad effectum obtinendi officium Diputationis, & aſſiſtentiæ in Curiis Generalibus. 75. 14. 392

Commiſſio data Canonico, vel Dignitati, qui illam acceptauit, proſequi, & terminari poteſt ab eo, etiamſi in decurſu cauſæ deſinat eſſe Canonicus, vel Dignitas. 10. 9. 35

Commiſſio data ad aliquid faciendum per verba denotantia boni viri arbi-

trium operatur, vt commiſſarius teneatur obſeruare regulas iuris in illius executione. 15.8.57

Commiſſio à Principe, vel lege facta officio, non verò perſonæ continet exercitium Iuriſdictionis ordinariæ. 63.21. 234.

Commodum qui ſentit, experiri etiam debet onus, & grauamen. 99. n. fin.

Competentia Iuriſdictionis oriri poteſt circa rem, perſonam, aut Iuriſdictionem, quas Iudices contendentes prætendunt ad ſe priuatiuè quoad alium pertinere. 2. 1.10

Competentia Iuriſdictionis formari debet per eum, qui grauatus iudicatur in perſona, vel in cauſa. 2. 12. 12.

Competentia Iuriſdictionis ſolùm habet locum, quando eſt dubium, an vim faciat Iudex vel pars; non verò in notoriis. 2.13.*ibid.* & q.36. 9.& 10. 137. intellige vt 18.138.

Competentia Iuriſdictionis inter partes exorta tunc dicitur mota, quando literæ expediuntur per Iudicem prætendentem grauamen cum nominatione arbitri, & poſt factam intimationem alteri Iudici, contra quem diriguntur. 5.4. & 8. 18

Competentia, ſi ſit formata per Iudicem prætendentem alij vim inferre, qui ſi monitus primò, & ſecundò, renuat reſpondere, ex eo deciſa videtur in fauorem illius, qui literas monitorias expediuit. 5.6. *ibid.*

Competentia, ſi ſit formata coram Cancellario, qui propter legitimum impedimentum non potuit eam terminare, & ideo detur ſubſtitutus, tenetur illam decidere intra tempus à foro ſtatutum, computatis diebus elapſis coram Principali. 10.13. 36

Competentia Iuriſdictionis inter Iudices exorta an ſilere debeat ex eo, quòd alter eorum dicat eſſe nororium, & ad ſe pertinere ſine aliquo dubio. 36.9.& ſeq. 137.

Competentia Iuriſdictionis non habet locum in caſu non admiſſibili, ſicut nec in notorio. 36.11. *ibid.* & q.50. 2. & ſeq. 192.

Competentia Iuriſdictionis ſemel declarata non debet de nouo efformari, niſi ex aliquo nouo incidente diſſimili. 36. 14. 138.

Competentia Iuriſdictionis admitti debet, quoties datur aliquod dubium, etiam remotum, vel dubium de dubio. 36. 15. *ibid.*

Competentia Iuriſdictionis, ſicut & nominatio Arbitrorum ad eam decidendam, fieri debet in loco, vbi captus reperitur. 48.6. & 7. 186
